




1338

1338
XX-4

949 (I-III)



DILVCIATIONVM ET DECLAMATIONVM

tropologicarum in Esaïam


Prophetam, libri Quindecim tomis tribus diuifi.

Ad Augustissimum Philippum. II. Hispaniarum Regem Catholicum.

TOMVS PRIMVS.

AUTORE MICHAËLE DE PALACIO GRANA-
censi, & Ecclesiæ Ciuitatensi à sacris concionibus, & Salmanticensis Academia
Philosophiæ, & Sacræ Theologiæ olim professore.

Carmelitas



*Descalzo de
Palencia*



ag. de la Capital

Sanchez de

SALMANTICAE,

In ædibus Dominici à Portonarijs, Cath. Maieft. Typógraphi.

M. D. LXXII.

CVM PRIVILEGIO.

Esta cassado en

J. Maldonado *costo 24 Rs*
compro se hizo en la misma

DO N Phelippe por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Cecilias de Ierusalem, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorcas, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iuen, Conde de Flandes, y de Tirol &c. Por quanto por parte de vos el Maestre Miguel de Palacios Canonigo Magistral de la Iglesia cathedral de ciudad Rodrigo, nos fue hecha relacion diziendo que vos auades compuesto y nos libros intitulados, Declamaciones y dilucidaciones in Esaia, los quales eran muy necesarios y prouechosos, y nos supplicastes os diessemos licencia y facultad para los poder imprimir. Lo qual visto por los del nuestro consejo, y los dichos libros se hizo en ellos la diligencia que la pragmatica sobrello por nos nueuamēte hecha dispone, y fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra carta para vos en la dicha razon, y nos tuuimos lo por bien. Y por la presente vos damos licencia y facultad para que qualquier impressor destos nuestros Reynos pueda imprimir los dichos libros sin que por ello cayga ni incurra en pena alguna, y mandamos que impresos no se puedan vender ni vendan sin que primero se traygan al nuestro consejo juntamente con los originales que en el fuerō vistos y van rubricados y firmados de Alonso de Vallejo nuestro escriuano de camara de los q̄ en el nro consejo residen para q̄ se tasse el precio en q̄ cada volumen se ouiere de vender, so pena q̄ si de otra manera se vendieren caygan y incurran en las penas contenidas en las dichas leyes y pragmaticas de nros reynos, y no fagades ende al so pena de la nra merced, y de diez mil maravedis para la nra camara. Dada en Madrid a onze dias del mes de Enero de mil y quinientos y setenta y dos años.

D. Card. El Doctor El Licenciado El Licenciado El Doctor El Doctor Francis-
Segun. Durango. fuen Mayor. Iuan Thomas. Redin. sco de Auedillo.

Yo Alonso de Vallejo Escriuano de Camara de su Catholica Magestad, la fize escriuir por su mandado, con acuerdo de los del su Consejo.



3 A L M A N T I C A E

In xibus Dominicis Pontificis Cath. Maest. Typographi

M. D. LXXII

CVM PRIVILEGIO

Alonso de Vallejo

[Handwritten signature and initials]

INVICTISSIMO HISPANIARVM REGI

Philippo Domino nostro Michael de Pa-

lacio optimè in Christo valere & aduersum

hostes Christianæ fidei immor-

tales victorias.



ARTIFICVM HÆC, REG-
um clarissime, Præcipua cura est, tan-
tis per dum erigendis ædificijs incum-
bunt, vnā quāquē materiam pro-
prijs & sibi consentientibus aptare lo-
cis. Quæ enim grauioris materiæ sunt
veluti subselia construendi ædificij
sunt: quæ vero leuioris, eiusdem ædifi-
cij culmina petunt. Ad hæc quoq; lapides grandiores grandi-
bus quoq; locis iunguntur, vt minores angustioribus copulen-
tur. Vt ita demum si affabrè conquadrentur omnia, ipsa ædi-
fij moles stabilis perseueret, secus vero figeratur, propediem
ruitura. Ego vero qui non mediocris sudore, atq; labore, dilu-
cidationes, & declamationes, in Esaiam cum dudum para-
fem, me in manibus habere lapidem grandem, spiritali ædifi-
cio aptandum cernebam. Est enim Esaias lapis magnitudine
eximius, & quod maiorum prophetarum primus est, & rur-
sum quod prophetarum nullus sacramenta Christianæ fidei
ita disertè pandit, vt ipse, & deniq; quod stemmate sanguine-
q; regio censetur: ob quæ omnia locum maximum, locumq;
regium, cui conueniat, desiderat. Porro quis maior, quis ve re
galior locus quàm tua sacra catholicaq; maiestas, cuius ditioni
deus excelsus terrenum subiecit orbem? Cuiq; Christianæ fi-
dei patrociniū ab ipso concreditum est. Quam obrem dican-
da tibi & consecranda hæc mea qualiaqualia sunt opuscula
dixi, quippe in te vt infirmissimo & amplissimo, collocata lo-
co, etiam resstantibus ventis, & inundantibus, & impetenti-
bus aduersus illa gurgitibus, immobilia persistant, hoc est, ob-

ARGVMENTVM INDILVCIDATIONES

ET DECLAMATIONES

TROPOLOCICAS AD

ESAIA M.



ISVM MIHI EST, CANDIDE lector, Dilucidationum & Declamationum nostrarum, quas in Esaia in signem Iesu Christi vatem elaborauimus, rationem tibi exponere, vt perspicuum sit, quid in illis velim. Vt postquam quasi adumbratis coloribus veluti in tabella quadam laboris nostri institutum, depictum obseruaueris, quando idem proprijs coloribus sicut Penicillo distinctum inspexeris, huius operis ratio exactius atq; liquidius tibi constet. Est igitur Dilucidationum harum scopus, Esaia ad literam perspicuum reddere, simulq; cum

illo pleraq; alia multa ex sacrosanctis ita veteribus, vt nouis musis (quæ cum Dilucidatione Esaie faciunt) illa colligere simul, atq; ad vnguem differere. Et non solum hæc quin etiam & Sanctorum Doctorum Placita atq; philosophorum (quæ nostræ rei siue vsui nostro vt Esaia lucidiorem redderemus, iudicauimus expedire) illa omnia in medium contulimus: vt me disserente, Esaia, & illius obscura enodante sensa, & sacra itidem alia loca vtriusq; instrumenti & veteris, & noui, sua luce donentur. Sequuntur autem sum indilucidationibus istis translationem quam ecclesia Romana versat, & in vsu habet. (quæ diui Hieronymi est) & si in minutulis quibusdam si vtramq; contuleris, discrepare videbis. Hanc ergo editionem amplexus sum, sacri concilij Tridentini hærens decretis hanc ipsam amplectendam esse iubentibus. Curaui autem latinum Esaia nostrum cum Hebraico Esaia conferre, & discrepantiam vtriusq; in quibusdam proferre: nunquam non admonens, si quando hæc nostra editio à fonte Hebraico variat, sensus vnitatem illaesa, verborum tantum esse varietatem. At verò septuaginta interpretum versionem quando lucem obscuritati Esaie affert, in nostram dilucidationem vocamus, aliàs ab illa supersedeo, quippe septuaginta interpretes codicibus sacris nonnunquam addunt quædam, detrahunt alia: adeo vt nescias, quæ cohercant cum codice ipso quem vertunt Græcè. Demum studuimus exequenti ssimè, superuacaneis sublati diuersorum interpretum versionibus, illa tantum quæ necessaria elucidando Esaie iudicauimus, conuehere. Porro declamationum institutum est, quæ indilucidatione ad literam explanantur, tropologijs accommodatissimis pro varietate materiæ variatis illustrare. Quare ex singulis Esaie capitibus prothesibus acceptis, tropologicus stylus noster in illis ludit: neq; ludit prohibito, qui mos multorum est, ita ludere in tropologijs, vt verius illudere, quam ludere credas. Qua propter tropologias illas selegi mihi, quas oraculis diuinis germanissimas esse censui. At vero cum audis tropologicas declamationes, non te hæc inscriptio fallat, obsecro: vt persuasum tibi sit, quicquid in declamationibus istis à me agitur, totum id tropologicum esse: siquidem optima harum declamationum pars, extra tropologiam est: & Sanctorum scripturarum literam non solum Esaia, sed vniuersæ scripturæ diuinæ historicum sensum (quem literalem vocant) edisserere curant: huncq; vt absoluant omnes nervos impendunt, vt index locorum sacrorum huic operi

præfixus te docebit. Tropologicas autem nominavi, quia illarum labor est fidelium, compo-
nere mores. Adhibui quoq; operam ut declamationes quasdam generales ederem: quæ à divi-
ni verbi declamatoribus cuilibet proposito tantis per dūm verba prædicant sacra, commodè ap-
tari valeant: quales sunt de divini verbi efficacia, de vocatione dei, de ineffabili misericordia
dei, de oneribus peccatorum, & aliæ multæ, quas declamationum Elenchus demonstrabit. Præ-
ter has galeatas, declamationes alias specialiores feci, in quibus mysteria omnia fidei, Sancto-
rumque eximias virtutes, pro tenuitate nostri penſi denarrare elaboravi: ut ad manum ha-
beas, siue pro suggestu siue pro cathedra parata multa quæ tuis releuandis inserviant labori-
bus. Quibus ut impendio subseruirem, stylum hunc novum in Esaiam concinnaui. Quem non
mediocriter vellem, ut manu diurna atque nocturna versares: ut venas tanti prophætæ semel
atque iterum effodiens, thesaurum diuinæ sapientiæ tibi compares, quo qui vsi sunt, participes
facti sunt diuinæ amicitiae.



PROLOGVS PRIOR IN ESAIAM

PROPHETIA

T A M.



CONSULTE ME FACTVRVM DV
xi, si ante dilucidationes istas, (quas molior) præmitte-
rem quædam, quæ viam ad illas parent: & ornent: &
ad obscura Esaia sensa referenda, aditum patefaciant,
ne rudes & asymboli in illius nos (manibus quod aiunt
illotis) sacra vaticinia, manum admoueamus. Primum
igitur quanta sit libri huius Esaia dignitas, quanta au-
thoris sit nobilitas, quanta deniq; sit styli venustas, ser-
monisq; splendor, expedire opportunum est. Atqui di-
gnitatem vatis huius, quam in tradendis propheticis

Dignitas
Esaia.com-
mendatur.

mysterijs obseruat, nullus est, ita priscorum, vt recentiorum authorum, qui suspenso (vt
ita dixerim) animo non miretur: siquidem de Christo Domino, & de Ecclesia catholi-
ca, multo plura oracula edidit, quàm reliqui prophetæ, vt Augustinus est autor de ciuit.
Dei. lib. 18. c. 29. neq; solum istud Esaia commendat, sed & multo plura alia, si libren-
tur æqua lance, libri huius laudibus attestantur. Etenim Dominus Iesus in patriam suam
se se conferens, in synagogaq; Nazarethicam ingressus, à ministro synagoga hunc
Esaia codicem accipiens, reuoluensque locum Esaia, offendit. c. 61. spiritus Domini su-
per me (inquit) propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus, misit me. Et alia quæ
Lucas refert. c. 4. ex quibus verbis, veluti prothemate concionis à Domino acceptis, sub-
dit, hodie completa est scriptura hæc in auribus vestris: & omnes dabant illi testimo-
nium, & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore eius. Quod si iusta vt di-
ximus, læce hæc pendimus, non è medijs triuijs est istud, quod versamus ex Luca (quod
cū dignitate prophetæ huius plurimū facit, producto videlicet a domino in medium E-
saia vaticinio,) illud ab ipsomet dilucidari & interpretari: euangelizandi; se met ipsum
apud Iudæos initium accepisse, & quod mireris vehementius, Iudæis Domini Euange-
lio applaudētib; & suffragantibus. Ferebant enim illi testimoniū verum, esse testātes,
Dominum Iesum, quem vaticinium Esaia prædixerat: mirabanturq; in verbis gratiæ,
quæ procedebant de ore eius, quia gratissima visa est illis Domini in Esaia interpreta-
tio: id quod Iudæis in vsu fuisse rarò legimus, Domini nanq; verba & gesta magnifica
nunquam non vitiabant, tantum ab est vt mirarentur, & testarentur. Ioannes quoq; Ba-
ptista Domini præcursor nihil ita solidum improbæ sciscitationis ab Hierosolymitis illi
obiectæ elidendæ, vt Esaia testimonium existimauit. Petentibus enim illis a Ioanne, tu
quis es? Oraculo Esaia se obmuniuit continuo, respondens, ego vox clamantis in deser-
to, parate viam Domini. Esaia. 40. quibus verbis se non esse Christum, sed Christi in de-
serto præconem professus est, sedeniq; non esse Dominum, sed Domini ministrum, (vt
vox clamans clamantis est ministra), Esaia verbo edoctus esse fatetur neq; Ioannes so-
lus, quin etiam & Paulus & Barnabas Iudæis Iesu Christi euangelium contemnentibus
Esaia prophetiam obijciunt. Vobis quidem, aiunt, primū oportebat prædicare verbum
Dei, sed quoniā repellitis illud, conuertimur ad gentes: sic enim nobis præcepit Domi-

Prologus prior

nus, posui te in lucem gentium, ut sis in salutem usque ad extremum terrarum, actorum. 13. quæ verba vocationem gentium futuram clara luce præmonstrabant, proptereaque illa in medium congefferunt Apostoli, ut petulantiam Iudæorum simulque & contumaciā in repugnando Euangelio eliderent. Præter hæc quoque eunuchus ille & Aethiops Candaces, cui Aethiopissæ reginæ gazæ erant concredita sedens super currum, vnum ex omnibus prophetis Esaia legendū selegit, locūque illū cū versasset Esaia: sed tāquā ouis ad occisionem ductus est, sedenti & legenti Philippus accessit, putas (ait) eunuchus, intelligis quæ legis? Et Philippo eunuchus, quomodo possum intelligere, si non aliquis ostenderit mihi, referauitque philippus eunuchus locū hunc scripturæ, de Christi morte pro totius orbis salute esse audiendum, subindeque eunuchus euangelio fidem dedit, factique regenerationis lauacri fonte perfusus à Philippo est, iterque cœptum in Domino gaudens prosequabatur, quæ omnia, si ad perpendiculum expendis, in magnos Esaia prouehunt honores, siue quod Dominus Esaia codicem manibus beatissimis suis contrectauerit, siue quod lineas Esaia legerit, siue quod illum sua dilucidatione donauerit, siue quod sub hæc præcursor eius inuidam callide vafreque concinnatam aduersus Christi gloriam Iudæorum interrogationem verbo Esaia vtens deluserit, siue quod Paulus Christianæ fidei celeberrimus præco, & euangelicæ libertatis à Iudaica seruitute præcipuus assertor, simulque & Barnabas Esaia oraculo exposito Iudæorum infidelitatem pronunciarent, & gentibus ad euangelicam fidem capiendam calcaria adijcerent, siue quod Aethiops veluti Aethiopis primitiæ primitiā fidem Esaia loco admonitus suscepit, siue (ut semel dixerim) quod Hieronymo testante ad Algasia. q. 18. Esaias non nunquā, lex appellatur in scripturis, ut. 1. ad Corinthi. 14. in lege quid scriptum est: ait quoniam in alijs linguis & labijs alijs loquar populo huic, & nec sic exaudient me. Qui locus Esaia. 8. extat, & germana est Esaia hæc appellatio, etenim legis latoris Christi, euangelicique instituti mysteria nullus ita clare prosequitur ut Esaias.

Hæc de dignitate perstrinxisse sufficiat. Verum de claritate & nobilitate generis huius prophetæ nihil habemus, quod certa fide tradamus, præter quàm quod ipsemet in exordio sui vaticinii se filiū Amos esse asseruit, quæ Amos non illū esse Tecuitē vatē, quem Dominus ex pastore gregario in prophetiæ sublimitatem prouexit, Sanctorum doctorum est consensus. Rursumque D. Hieronymus in initio cōmentariorum in Amos prophetam, Esaia patrem Amos prophetam negat esse, ut & Augustinus. 18. de ciuit. Dei. Cæterum facile ex latina pronūtiatione huius nominis, Amos, quiuis fallitur, nominibus Hebraicis inconsultis, quæ si consuluntur, nulla prorsus est ambiguitas inter Amos Esaia patrem, & Amos vatē: est enim discrimen in initialibus & finalibus characteribus, quod, qui calluerit idioma Hebraicum, facile perspiciet. Hoc igitur discrimen cū latina dialectus non seruet, facilis est hallucinatio in nomine, Amos: & offendiculū promptū est. etiam si Hieronymus hunc patrem Esaia etiam prophetam fuisse asserat, cuius tamen placito Augustinus. 18. de ciuitate Dei. c. 27. refragatur. Credidit enim patrē Esaia non prophetā extitisse. Verum si Hieronymum aduertis, commentario in Sophoniā prophetam, Hieronymum & Augustinum facile conciliabis. Eo nanque loco maiores cuiuslibet prophetæ. Id est patres, auos, abauos ex dogmate Hebraico vates pronunciat appellandos esse. Id quod intellectum velis, non quod maiores prophetarū lumine prophetico illuxerint: sed quia sobolē propheticā nacti sunt, & à sobole nomē sibi prophetiū maiores vsurpabant. De patre verò Esaia, Amos, annalia Hebraica, Amasia regis Iuda (cuius. 4. reg. c. 14. mentio fit), fratrē extitisse, referunt. Id quod si veritate constat, Esaia regis Amasia ex patre consobrinū, aut ne potē ex fratre esse, prompte colligendū est. Atque continuò Esaia ad Domini Iesu profapiā pertinere affirmandum est. Etenim

Amasias

Summa laudum Esaia.

Profapia Esaia.

August. & Hiero. cōciliantur.

Amasias Rex à Dauide rege genus & originem ducit. Atqui certam de hac re fidem ex diuinis literis haurire non possumus. Quapropter vt istis fides nostra cogatur, vrgere nemo poterit. Cæterum si hæc in ambiguo laborare quispiam contenderit, contendat, vt velit, mihi tamen persuasum nunquam non erit Eſaiam si non regio genere, certè clario atque nobili illustrem fuisse. Vt Hieronymus Paulæ & Eustocho scribens nobilem esse virum Eſaiam disertum, & vrbane eloquentiæ, nec in eloquio habuisse quicquam rusticitatis admixtum, nec eum tam Prophetam dicendum, quàm Euangelistam abundè testatur. Nec velim vt anxius soliceris, quid genus Prophetæ differimus? generis namque rationem sancti Apostoli & Euangelistæ nullam habuerunt, nec parentum, vnde originem traxerunt, vt Eſaias & alij Prophetæ in principio suorum vaticiniorum scribere in vsu habent. Sed si quæstio hæc quempiam conturbat, planè dixerim Prophetas ex euentissimos in refendis parentibus suis extitisse. Etenim Prophetis ex munere hoc incumbere, parentum suorum memoriam Iudæorum posteritati relinquere, alioqui si id factitatum non fuisset, Prophetarum apud Hebræos successores fides eleuaretur. Et enim delapsis annorum cursibus, nisi memoriæ proditum esset Prophetarum genus ab eisdem Prophetis, iuniores Hebræi de Prophetarum genere dubium vertissent, quo quisque Prophetarum parente natus esset, nec defuissent, qui illos non ex Hebræis, sed ex gentibus ortos fuisse contenderent. Vnde & prophetica fides tota periclitabatur & labefactabatur. Quapropter necessarium erat in confesso esse apud Hebræos, Prophetas suos Hebræos esse, originemq; natalium suorum indubitatâ apud illos teneri, alioqui falsidicos atq; fallaces illos fuisse credidissent, nec maiorem fidem illis, quam gentium vatibus præstitissent. Hebræi nanque suum genus summi ducebant, gentesq; vt immundas & à Deo neglectas reiicientes. Euangelistæ autè & Apostoli nullam rationem proprii generis, habuerunt quia non Hebræis solum, imò gētibus vniuersis scripta sacra ferebant, gentes verò non à generis ductu sed ab Spiritu sancto fidē conceperunt. Quia ergo libri Apostolici non in Iudæa erant concludendi, neq; modius Palestinae sat erat vt Euangelicam lucem sub se coartaret, tradente Domino, nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, ideoq; in totū orbem Apostolica scripta fundenda erant, idcirco generis Apostoli non meminerūt. Et enim Iudaici generis apud gētes minimi constabat ratio. Hoc duntaxat illarum gentium mentes explebat, Apostolos & Euangelistas Spiritus sancti magisterio didicisse, quæ vniuerso orbi mandarunt scripta. Hebraicis verò hominibus, quibus summopere Hebraica arridebant, Prophetæ sui generis Hebraicam esse originem protestati sunt, in actis Apostolicis. 22. concitatas Iudæorum turbas Paulus, velloquens Hebraica lingua, sedatas habuit, alioqui non sedaturus. Vide quanti fecerint suum Hebraismum. Porro, si Paulus sui generis meminit Philippensibus scribens. c. 3. in Benjamin originem suam reducens, & alibi posteriore ad Corinth. c. 11. dicens, Hebræi sunt, & ego, Israelitæ sunt, & ego, semen Abraham sunt, & ego id quidem ex industria & cōsultò fecisse, certum est, vt tragedias Iudæorum in Paulum à Iudæis excitatas quasi in Hebraicarum institutionū, paternarumq; traditionū violatorem, temerarias esse calumnias ostenderet, suā originē ex Hebræis esse demonstrat, nec se eò illas non obseruandas tradere q̃ Hebræus natione non esset, sed q̃ euangelica autoritas, cuius minister erat illarū exercitiū non patiatur. Euangelijq; gloria ductus maiorum suorū stēmata, quæ aliquando venerabatur, iam nihili ducere, imò vt stercora (vt Christū lucri faceret) reputabat. Quod autè Prophetas audis genus suum retulisse, non de omnibus dictū puta, sed de maxima illorum parte sunt enim Prophetæ, qui maiores suos nō recensuerūt, vt Daniel, Abdias, Amos, Agæus &c. Horū tñ auorū originē annalia Hebræorū tradiderūt, vnde & Hieronymus Danielē ex Dauide genus traxisse refert.

Aduertēda
quæ.

Matth. 5.

71

Prologus prior

De diuinis
noi. ca. 1.

Ab diam verò ex Hebræorum decreto eum esse, qui sub rege Samariæ Achab & in pijs-
sima Iezabel paut centum Prophetas in Specu, in prologo ad Abdiam affirmat & deni-
q; aut ex natio solo, aut ex temporibus regum, sub quibus prophetauerunt, quæ ipsi in
suis libris ostendunt, aut si hæc tempora silent, ex proxime præcedentis Prophetæ sub
quibus scripsit regum temporibus, in dubitatam traditionem habuerunt Hebræi pro-
phetas suos sanguine Hebraico censer. ¶ Tertiò iam quod digessimus loco, absolu-
endum superest Esaiam Prophetis, ita maioribus vt minoribus claritate & venustate ver-
naculi sermonis anteferendum, & vt obiter dicam, maiores, qui maiora scripserunt volu-
mina, vt Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, minores verò, qui angustioribus codicibus
contenti sunt, qui duodecim sunt, post maiores in sacris Biblijs recensiti, vt Ose, Amos,
& cæteros appello, vt Augustinus autor est de ciuit. Dei lib. 19. ca. 29. aduertendum au-
tem Prophetas omnes enigmaticè scripsisse, prophetiamq; suam figurarum quibusdam
inuolucris tectam esse voluerunt. Quibus concinit quod Dionysius Areopagita tradi-
dit dicens, radium diuinæ claritatis hominibus lucere sacris quibusdam velaminibus ob-
tectum, per sacra velamina, subaudiens sacros typos atq; formas sensilium rerum, qui-
bus Deus in mentes Prophetarum irradiat, & veluti eas fœcundat, vt ea, quæ procul à sen-
sibus nostris sunt, proloquantur. Appellat autem hæc sacra velamina, quia diuinitus &
supra naturæ cursum præparandis mentibus propheticis vt lumine prophetico perfun-
dantur à Deo, concinnantur. Nec beatus Petrus huius rei oblitus est, quando quidem in
Epistola sua. 2. c. 1. de sermone prophetico verba faciens, habemus, inquit, firmiorē pro-
pheticum sermonem, cui benefacitis attendentes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso lo-
co: atq; sermonem propheticum lucernam vocat, in caliginoso lucentem loco, quippe
verba prophetica lux sunt, aut lucerna sunt, quæ omnem hominem in hunc venientem
mundum illustrat. At hæc lucerna in tenebris lucet, enigmatum enim est obumbrata
caligine, vt commodè cum Salomone Dominum dicamus in nebulosa caligine habita-
re. 3. Reg. 8. Et. 2. Paralipom. 6. montem caligine obductum Moses penetrat sermonem
cum Deo habiturus. Et quanquam peripateticus Aristotelis philosophico decreto ca-
ueat ne prophetia metaphoris adumbretur, aut figuris verborum obscuretur, prophetæ
verò non huic decreto obnoxij, imò ab hac lege physica liberi diuinam prophetiā ani-
gmaticis, typisq; multis adumbrarunt, cuius adumbrationis causa vna non est, imò plu-
res reperias. Primò quidem, si naturæ ordinem diligenti opera inspexeris, multa esse la-
tebris operta naturæ opera, etiam quæ ad manum nobis sunt, experieris. Amabò dic mi-
hi, quid nobis patentius plantis, arboribus, & animantibus? ecquis poterit in tam perspi-
cuis naturæ operibus secreta rimari, & rimata referare? cedo, vt crescit arbor? vt ad dex-
trum, ad sinistrum se se diffundit? vt in profundum terrarum se demergunt radices? vt
cælum versus arborum culmina se tollunt? vt alitur? per quas venas aut fibras humor
aquosus à tota arbore suggitur? vt eodem alimento pastæ arbores, idest humore aquo-
so, tam diuersos pariunt fructus? & colore & sapore, & substantiæ proprietate? vnde &
medicas facultates diuersas sortiuntur, quas quidem neq; Galenus nec Theophrastus,
nec Aristoteles ad liquidum assequi, (etiā magnis ex haustis sudoribus & laboribus) qui
uerūt. Et rursus, quid notius elemētis, terra & aqua, aëre, & igne? at quis vt terra mediū
mundi pendula teneat, tantoq; libramine appensa sit, vt in nullam partem à proprio lo-
co diuertat, quis inquam hoc perspicuum & in numerato habet? præter hæc de vastita-
te maris & loco, per quos meatus terræ interlabatur, & fluuijs & fontibus scaturiginem
præbeat, quis apertè nouit? cum de origine vnius duntaxat fluuij, (Nili inquam) tot
emerferint Philosophorum concertationes, si à montibus Lūnæ, si ab alijs niuosis mon-
tibus originem ducat, quæ hactenus non sunt sopitæ, vt neque de eius innundatione

per

per quam Aegyptus in aestate alluitur, certi apud philosophos reperias nihil. Sub hæc quid notius apibus, sed exquire, si libet ut sub duce veluti civiliter viuunt? ut ex roribus arborum & herbarum mella conficiunt? ut fauos ex floribus sibi condunt? ut ex lachrymis herbarum ceras? & id genus multa, quæ longum esset persequi. Quæ omnia Aristoteles complexus est. 5. de historia animalium, Et. 9. eiusdem. Et demum, metalla quæ omnibus sunt manifestissima, si illorum materiem & originem exquisieris, incertam vagamque mentem habebis. Quibusdam philosophis argentum viuum & sulphur illorum affirmantibus esse materiam, alijs verò succum terrenum & aquosum materiã esse, contendentibus. Vnde compertum nobis sit, quod sapiens ille dixit, cuncta esse difficillima ad inuestigandum. Si ergo in istis sensibilibus naturę operibus tanta est naturæ solertia sagacissimaque prudentia, ut in illis multa in secessibus penitissimis recondat, adeo ut mentes acerrimas philosophorum fugiant, & minima sunt, quæ illis patent, si ad illa conferantur, quæ non patent. Quidquod in vaticinijs sanctorum prophetarum, quę supra sensus hominum efferuntur, multa sint in abcessibus penetralibusque prophetis latentia mysteria, quę Spiritum sanctum postulant interpretem. Vt autem natura humanæ menti sua secreta celans minimè inuida est, neque liuore correpta illa sibi retinet: ita & Dei sapientia non ex inuidia, aut ex secretorum sacrorum avaritia sua mysteria abscondit. Audi ipsum sapientem loquentem, si mihi non credis, quam inquit sine fictione didici, & sine inuidia communico, & honestatem illius non abscondo. Sed non temerè obijciat aliquis, si communicatur sine inuidia Dei sapientia, si non absconditur eius venustas aut maiestas, ecquid est quod Prophetarum oracula asserimus obscura? at utique obscura sunt inertibus, & desidia torpentibus, & indignis quibus Dei mysteria manifestentur. Vt enim Philosophi olim laboribus immensis naturæ arcana inuestigare studuerunt, laborumq; suorum premium retulerunt multa naturæ secreta penetrantes, ita quoq; si perscrutanda nobis sunt & manifestanda diuina verba, nos vigiles & attentissimos oportet esse & ad ostium amici nostri Dei importunis pulsare precibus, & commodatos sui doni accipere panes, quibus vegetata mens nostra robustior euadat, ut sibi diuini sermonis paret intelligentiam. Præter hæc quoq; ex industria Spiritus sancti in scriptura multa obumbrantur, ut dignis referentur, & indignis sint abdita, ut Dominus Apostolis suis parabolas referabat, quas liuidis Phariseis recondebat. Vobis inquit datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autē omnia in parabolis fiunt. Quod si scripturæ peruiæ essent omnibus, neque digni diuini mysterij reportarent premia, neque indigni suæ indignitatis referrent pœnam. Atqui rationi est consentaneum secundum Domini præceptum, ne sanctum porrigamus canibus, nec Margaritæ diuinarum subtilitatum spargantur coram porcis. Adde quoque, si diuinæ scripturæ ultro & citra laborem sensum expositum haberent, vili eas duceremus, vltro neque (ut prouerbum monuit) merces putent: & quæ facile parantur, facile contemnuntur. AEquum igitur est, ut non omnia scripturarum omnibus pateant mysteria, ne ab infidelibus contemptui habeantur. Sub hæc præter ænigmata aliud est, quod in scripturis letorem caligine offundit, subito interloquendum mutare personas: iam enim sub patris persona, iam sub filij, iam regum, iam populi, iam gentium personas gerunt Prophetæ, quæ obseruanda attentè sunt, ut quid velint Prophetæ attingamus. Porro autem non solum in prophetis oraculis propter typorum inuolucra obscuritas est diffusa, quin etiã in Euangelicis & epistolicis literis citra typorum umbras in ipso literæ cõtextu magna sæpè iacet difficultas: & nisi Ecclesiæ intercessisset autoritas, ambiguitate quorundã locorū premeremur, de quibus alibi. De Paulinis verò epistolis Petrus sic tradidit, in quibus, ait, sunt quædam difficulta intellectu, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas

Prologus prior

Obserua
hæc cōtra
Neotericos
hæreti.

scripturas ad suam ipsorum perditionem. 2. Petri. c. ultimo. ¶ Fuere tamen hæretici, & sunt modo à quibus grandis in mari scripturarum exorta est tempestas: qui ex Diámetro cum veritate à me hætenus tradita iunctis, (quod aiunt) vmbonibus, pugnant, nihil enim in scripturis esse obscurum vniuersa esse perspicua, impudenti fronte asserunt. Et enim David præceptum domini esse lucidum testatur, Ioannesq; Euangelista. 1. catholica Epistola. c. 2. & non necesse habetis, ait, vt aliquis doceat vos, sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus, & verum est & non est mēdacium, quæ quidem & alia sunt quæ ad persuadendum suum delirium congerunt: illa quantum arbitror ad inuidiam Ecclesiæ catholicæ, & vt sacris Concilijs & doctoribus calumniam prætexant, commenti sunt. Etenim eò sic isti blaterant, vt conciliorum autoritatem superfluam esse, sanctorumq; expositiones superuacaneas obgannientes, Spiritus sancti vnctionem, qua se falso putant imbutos, illis satis esse vt de omnibus erudiantur. Atqui si in scripturis patent omnia, vnde de iustificatione impij, de peccato originali, de sacramentis, de Papæ potestate, & de sexcentis alijs articulis immortales pugna inter catholicos & hæreticos hoc seculo subortæ sunt? num quia catholici rudes sunt in penetrandis scripturis? aut quod verum est, quia hæretici maleuoli & inuidi catholicis acquiescere recusant, recalcitrantes vt pulli iumentorum aduersum matrem eorum catholicam Ecclesiam, vt olim Plato aduersus discipulum suum Aristotelem quem ad vigesimum vsq; tertium annum in academica schola instituerat, cōquerebatur? & summę stoliditatis symbolum est vnctionem sancti spiritus sibi hæreticos arrogare: quasi verò, quod Dominus dixit Ioann. 14. Spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret omnia quæcunq; dixerò vobis, pro hæreticis dicta sint, & non pro catholicis, qui ad Ecclesiam vniuersalem pertinent eiusq; capiti Romano Pontifici adhærent. Vel hæretici dicant, cur Spiritus sancti doctrinam sibi vendicant? & catholicos Doctores illa orbant? imò contrà Spiritus sanctus, qui est spiritus vnitatis & pacis, hæreticos destituit quippe qui pacem Ecclesiæ conturbant, vnitatem Ecclesiæ cum capite suo Romano Pontifice, (qui Christi vices in terris agit) dissoluunt. Quòd si verba Ioannis catholico sensu donentur, non is est, quem hæretici reddunt nihil opus videlicet esse doctorum expositione sacris intelligendis literis, alioqui idiotæ & homunculi de media plebe, qui in proterendis glebis camporum totam suam operam collocarunt, nihil necesse est à doctioribus erudiri, quod satis cæcurit, qui non videt absurdum esse, cum & ipsi sua impia dogmata suos discipulos docent, & Hierarchia Ecclesiastica vniuersa periret, si in doctrina inferiores à superioribus non essent instituendi, quando quidem autore Dionysio in angelica cælestiq; hierarchia supremi beatissimiq; spiritus minores Angelos purgant, illuminant, atq; perficiunt. Quidquod Ecclesiastica Hierarchia supremos habeat quoq; doctores, qui mediocres instituunt purgando, illuminando & perficiendo, & mediocres infimis hoc iterum impendant? Labia nanq; sacerdotis custodiēt scientiā, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituū est Malach. 2. & quod sequitur, mirè hæreticis cōgruit, vos autē recessistis de via, & scandalizastis multos in lege, viam nanq; regiam sanctorum spernunt hæretici, & peruerentes legē Dei quotidie secum multos ad tartara deuoluunt, est autē geminus sensus Apostolici verbi, (vnctio docebit vos de omnibus) Ecclesiam Catholicam hanc vnctionem habere, idest, Spiritus sancti assistentiam, quæ illam dirigit in credendis & agendis, neque sibi est necesse mendicatò à Philosophis aut Poetis, etiam præstantissimis, doctrinam petere, qua gubernetur & instituatur, sed ipsa sibi sufficiens est vt obscura quæq; scripturarum referet, sanctaq; dogmata suis instillet, & non sicut Saul & Ochozias reges Hebræi, quorū alter de bello, alter de salute consulturi, ille Phitonisam adiit, hic ad Beelzebub Deum acha-

Vide declarationē nostrā de Angelica natura. 3.

Aduerte Ioā. locum difficile expositum. 1. Reg. 18. 4. Regū. 1.

non neglecto vero Deo legatos misit, id quod hæreticis mos est. Etenim in credendis
 & agendis non verum vicarium Iesu Christi Romanum Episcopum requirunt &
 consulunt, sed ad figmenta & propriæ elationis idola confugiunt: quem morem ut pes-
 simum Ecclesia catholica à se propellit, sed in dubijs præcipuis tota ad primum Eccle-
 siæ verticem, ad primates, procuresque Ecclesiæ se confert. Habet nanque Ecclesia ca-
 tholica alta mente repositum quod in natalibus suis, sub Apostolis ipsis quosdam fuis-
 se, qui discedentes à Iudæa docebant fratres, quia nisi circumcidamini secundum mo-
 rem Moysi, non potestis saluari, quorum dissensio non minimam excitauit seditionem A.ctor. 15.
 in Ecclesia Dei, cui sedandæ Paulus & Barnabas & quidam alij ad Apostolos & presby-
 teros in Hierusalem legatos miserunt, coactaq; Apostolica synodo de veritate creden-
 da & agenda decretum statuerunt in hæc verba. Visum est Spiritui sancto & nobis ni-
 hil ultra imponere vobis oneris quàm hæc necessaria, ut abstineatis vos ab immolatis
 simulachrorum & sanguine, & suffocato, & fornicatione. Quanquam Ambrosius in
 Paulum ad Galat. c. 2. adulteratam putat hanc scripturam à Græcis, triaq; solum putat
 prohibita cautq; esse hoc decreto, simulachra, fornicationem, & sanguinem, suffoca-
 tum autem additum esse. Id quod Irenæus censuisse videtur, non enim legit, suffoca-
 tum, contra hære. libr. 3. c. 12. vides ne, ut ad primarios Ecclesiæ dilucidandis dubijs &
 mitigandis quæstionibus de fide & moribus nos conferre oportet? non ad hæreticos,
 aut Philosophos, extrariosque sapientes. Quod si illorum munus est Ecclesiam Dei do-
 cere, necesse est penes illos vñctionem sancti spiritus esse, quæ eos tanto muneri obeun-
 do pares faciat. Vellem ab istis nugacibus hæreticis sciscitari, num in diuo Petro vñctio
 hæc Spiritus sancti erat, & longe maior, quam ipsi in seipsis esse nugantur? si non pror-
 sus infaniunt, igitur fatebuntur: ut Petrus de baptizandis gentibus hæsitabat quousq; lin-
 teo cælitus demisso illas baptizandas esse admoneretur. A.ctorum. 10. & Paulus durissi-
 ma obiurgatione illum corripuit, ne gentes cogeret Iudaizare ad Galat. 2. liberaq; voce
 Petrum obiurgat, dicens, si tu cum Iudæus sis, gentiliter viuis, non Iudaicè: quomodo
 gentes cogis Iudaizare? Nec solum factiones hæreticorum excitatæ sunt, & excitantur
 contra catholicos, ut diximus, quin etiam inter catholicos ipsos disceptationes olim ex-
 titere, de spiritus paraclæti à patre & filio processione, Græcis doctoribus illam neganti-
 bus, catholicis asserentibus. Quod si loci scripturæ omnes aperti essent, (ut hæretici in-
 faniunt) nihil esset vnde vel catholici inter se aliquando dissentirent, vel hæretici con-
 tentiosi essent aduersus Ecclesiam Dei. Si perspicuè traderet scriptura patrem & filium
 homouision esse, & verbis istis proferret compescuisset Arrius venenatam linguam. Si
 Spiritum sanctum clarè tradidisset (verbo hoc) æqualem esse patri & filio, siluissent Ma-
 cedonius & Eumonius. Itidemque hoc eodem sermone, Spiritus sanctus à patre & fi-
 lio procedit si pronunciaffet, Græci Latinis non restitissent. Non ergo aperta sunt om-
 nia, sed conciliorum & sanctorum Doctorum dilucidatione indigent. Quæ igitur ma-
 lum ratio, ut lucida prædicent hæretici, quæ obscuritate non modica oppacata sunt? ver-
 tet forsitan in dubium quispiam, an non consultius vtiliusq; cum Ecclesia Dei ageretur,
 si vniuersa hæc & alia planissimè in scriptura traderentur? ut vel sic tantis turbinibus &
 procellis hæreticorū Ecclesia Dei non infestaretur? at verò ab ipsa veritate huius dubij
 veritatem petamus, seruator nanq; noster Christus multa inquit Apostolis suis habeo
 vobis dicere, sed non potestis portare modò: & Paulus Apostolus. 1. ad Corinth. 3. tan- Ioan. 16.
 quam paruulis in Christo lac vobis dedi, & ad Hebræos. 5. facti estis quibus lacte opus
 fit, non solido cibo. Apostoli ergo & discipuli Domini, catholiciq; viri alij sensim à Do-
 mino ad intelligenda Dei mysteria, quæ captum ipsorum superabant, promouendi
 erant, neque simul omnia illis erant proferenda. Erant enim tanquam paruuli, qui
 solidio-

Prologus prior

Ioan. 10.

solidioribus alimentis onerandi non erant: nec discipuli à magistris omnia docenda de repente arripiunt, sed paulatim in scientiarum principijs illos instituunt, indeq; vt à notioribus ad minus nota procedunt: neque pictores prima aggressione imagines illustrant, proprijsque coloribus distinguunt, nisi prius carbonibus adumbrent, & venturæ imagini veluti sedem parent. Quare consultissimè summa Dei sapientia Christus plura docendo insinuabat, quæ non penitus, & ad liquidum exprimebat, ne rudes minimè quæ disertis auditores magis ad impietatem, quàm ad Christi cultum proficerent. Apud Ioannem obstipis capite Pharisæis Mosaicæq; religionis fastu tumētibus, Dominus dixit, ante quàm Abraham fieret, ego sum: at illi tulerunt lapides, vt iacerent in eum. Rursum, nisi manducaueritis, ait, carnem meam, & biberitis meum sanguinem, non habebitis vitam in vobis Ioannis. 6. continuò lites Iudæorum exoriuntur, litigabant ergo Iudæi, inquit, ad inuicem dicentes, quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? & demum multi audientes ex discipulis eius dixerunt, durus est hic sermo, ecquis poterit eum audire? quo sermone offensi, multi discipulorum eius abierunt retrò, & iam non cum illo ambulant. Quòd si ex insinuata diuinitate Domini lapides tulerunt, vt iacerent, quid si diuinitatem suam aperto sermone, sine periphrasi profiteretur? si verbo manducandi carnem Domini offenduntur discipuli, & à proprio magistro deciscunt, quid si dixisset carnem suam sub exiguo panis inuolucro continendam, porrigendamque, panisq; substantia sublata seu desinente sub speciebus superstitibus solum verum Christum, non panem, venerandum? nonnè & maioribus noxis succumberent? Quapropter ipsam humanam naturam Deus agit vt nouit ipse agendam, infirmis nanque pupis lux splendidissima officit, quæ sanis proficit, ita Euangelica lux splendidissima cum sit, infirmis mentibus non tota exponenda erat, sed paulatim istæ iuuandæ, vt tantum splendorē concipere queât. Quare Dominus non apertissimo sermone maxima quæque mysteria fidei propallabat, sed Spiritum sanctum pollicetur Doctorem & suggestorem Christianæ & Euangelicæ doctrinæ quo quidem doctore non indiguisset Ecclesia si veritatis magister ad liquidum vniuersa expressisset. Istis quoque accedat quod Hieronymus dixit libro. 5. commen. in Esaïam capit. 19. moris est ait, scripturarum obscuris manifesta subnectere, & quod prius sub ænigmate dixerint, aperta voce proferre. Id quod etiam si prophetis germanum sit & amicū, Esaïæ præsertim, Prophetæ tamen omnes post tropicas loquutiones proprias miscent, vt ad intellectum spiritualem intentio sobria cum quodam vtili ac salubri labore perueniat. Vt Augustinus autor est de ciuita. Dei. 20. libr. capit. 21. at idem in cæteris sacris scripturis, (quæ non ænigmaticæ sunt,) intellectum volo. Nanq; quæ in Euangelicis literis non liquidò referantur, Apostolicarum literarum collatione prompta fiunt. Multa igitur, (vt semel dicamus) ex scripturarum caligine commoda Ecclesiæ catholicæ accedunt, & quod hæretica contumacia confunditur, & fidelium diligentia & obedientia ornatur: & quòd scripturæ dignitas & autoritas non vilescit, & quòd Spiritus sancti vnctio & magisteriū nobis donatur, & q̄ deniq; pro indefessis laboribus, quibus catholici in scrutandis scripturis afficiuntur æterna vita donantur. Nam qui me elucidant, diuina sapientia ait, vitam æternam habebunt. Superest igitur vt cum D. Hieronymo lib. 7. com. ad Esaïam. c. 18. hanc hæresim proijciamus.

Obscuritas
scrip. com-
moda.

Ecclesi. 24.

Exstitit & aliud plusquam Lernæum monstrum, quorundam, qui vitio dabant Prophetis illos fatidicos aut arreptitios esse, quorum temerariam impudentiam Paulus. 1. ad Corinth. 14. hisce verbis refellit, spiritus prophetarum prophetis subiecti sunt: nam Græca germanaq; lectio, sic legit, non spiritum in singulari, sed spiritus in plurali numero. Non enim hoc ibi agit, Spiritum sanctum subiectum esse Prophetis, tamen si
in libro

in libro Iosue Deum obedire voci hominis tradatur: sed quod agit hoc est, Prophetas Iosue. 10.
 non esse phanaticos, qui furibundo spiritu dementes sua proferunt somnia, at prophe-
 tæ Dei non furibundo (qui eos cogat) spiritu, sed spiritu tranquillo illos agente ducun-
 tur. Qui sensus Pauli sermoni est accommodatissimus, vt ipse contextus consideranti
 præferebat. Etenim id temporis in Ecclesia Dei plures ad prophetandum conueniebāt,
 qui promiscuè loquentes oracula diuina perturbabant: vnde Paulus commodis Eccle-
 siæ illius prospiciens, si alij inquit, reuelatum fuerit sedenti, prior taceat, potestis enim
 omnes per singulos prophetare vt omnes discant, & omnes exhortentur, id est, vt Dei
 Ecclesiæ frugifera sit vestra interpretatio diuini sermonis (sæpè enim Paulus Pro-
 phetiam interpretationem diuini verbi vocat) ergo singulatum operæpretium est in-
 terpretari, ne alter interpres alteri obstaculo sit, vt auditores quid interpretentur pla-
 nè discant. Subdit adhæc, huius moniti causam, spiritus enim Prophetarum prophetis
 subditi sunt: tacitam hoc sermone obiectionem diluens. Fortassis nanque propheta-
 rum illorum quispiam Paulo occineret, se ordinem Apostolicum seruare non posse,
 quippe spiritu Dei actum moras in prophetando aliorum sustinere non posse. Idcirco
 adiecit, quæ sæpè retulimus, spiritus prophetarū pphetis subiectos esse, quasi diceret,
 lumen propheticum, quod vos illustrat, non vos agit cogendo, sed mouendo ducit, vt
 inuicem præstolemini. At verò dicet aliquis, si spiritus prophetici, siue prophetica do-
 na in prophetarum sunt facultate & arbitrio, Paulo dudum monente, cur prophetis
 prophetare non semper, cum volunt, paratum est? Etenim Elisæus Israelitico regi &
 Iosaphath regi Iudææ responsum exhibere volens super pugna Moabitica lumine pro-
 phetico desertus psaltem accersiri iubet, vt harmonicis cōcentibus illectus de pugna,
 euentu ve eius venturo oraculum regibus ederet, vt historia libr. 4. Regum capitul. 3.
 te docebit. Præter hæc. 4. Regum. 4. Sunamitem mulierem profundo mœrore ob ne-
 cem filij obrutam & ad pedes Elisæi prouolutam, tanti mœoris causam ignorās, dixit
 famulo suo illam à pedibus prophetæ excutere contendēti, Dimitte eam, quia in ama-
 ritudine est, & Dominus celauit à me. Orbari ergo prophetas nonnunquam spiritu
 prophetico, per hæc & alia, quæ istis annectenda non censui, patet satis, id quod & con-
 clamant theologorum scholæ lumen propheticum, non habitum in cordibus prophe-
 tarum fixum, quo vti possent, quando vellent, sed tantam ad tempus concedi prophe-
 tis secundum temporis & humanæ necessitatis congruentiam. Quare & auferitur, &
 confertur pro Dei donantis beneplacito. At vero si obseruas dono prophetico sponte
 prophetas vti, cæterum non illo lumine semper potiri, vtrunque conciliabis. Monstri-
 fica igitur hæc hæreticorum dogmata reiecimus, quæ claritatē & venustatē sermonis
 Esaia, interceperunt. Etenim operæpretium erat hostes prophetarum primū ē me-
 dio tollere, quò liberior & securior calamus procederet. Iam ergo prophetas omnes
 obscuros esse, ita Esaia vt cæteros, professi sumus. At verò in enarrandis Domini my-
 sterijs, siue conceptionis, siue natalium, nullus copiosius nec lucidius rem hanc absol-
 uit vt Esaia, qui veluti ex professo Domini mysteria omnia, Ecclesiæq; gentium ve-
 vocationem, Apostolicamq; prædicationem tanta claritate prosequitur, vt rem ipsam
 oculis obiectare videatur. Venustatem verò, styliq; splendorem interpretes, quem
 vernacula lingua Esaia seruauit, in alienum idioma transferre nequiverunt, vt
 autor est Hieronymus: & opportunè satis & concinne, vt qui
 claritate generis fulgebat, & sermonis no-
 bilitate potiretur.

*Pauline. locum. P. Pauli Apostoli.
 1. Corin. 14. explicat.*

*Spiritus
 propheti-
 cus vt sub
 iectus est
 prophetis.*



PROLOGVS POSTERIOR IN E S A I A M P R O-

P H E T A M.



VIA PROPHE TICVS E S A I A E

liber à visione initium sibi cepit, & visiones & reuelationes in frequenti sunt scripturarum vsu, neque illas differenti minimi res est negotij, aut quæ paucis absolui lineis possit, ideo quæ inter dilucidandū Esaiam, de visionibus & reuelationibus diserturus eram, huc vocare decreui: ne Prophetæ commentarium harum rerum disputationis pondere premeremus. Et vt seruata differendi metodo prompta sit horum declaratio, visio & reuelatio secernuntur, vt Theophilactus in commentario ad posteriorem Pauli Epistolam ad Corinth.

Gen. 16. *Exod. 3.* *Hiere. 1.* c. 12. scitè adnotauit, cuius verba sunt: Reuelatio maius quippiam est quàm visio, hæc enim videre dat, reuelatio verò altius quiddam quam videtur, denudat. Itaq; visio ad ea tantum referenda est: quæ oculis Prophetarum aut imaginationi speculanda offeruntur, vt rubi ardētis visio, quā Moses in deserto vidit, aut clibanus succēsa, quā Abrahā inspexit, & hoc genus innumera reperire licet, quibus diuinæ cōfertifsimæ sunt literæ. Atqui visiones sine reuelatiōe peractas in scripturis legimus. Balthasar enim Chaldeus imperator digitos, quasi manus hominis scribētis cōtra candelabrū in superficie parietis aulae regiae vidit. Quæ scriptura sic habebat. Mane thecel phares Daniel. 7. Attamē Balthasar assequi non potuit, quid scriptura veller: reuelationis tamē Daniel compos, scripturæ signaculū imperatori retexit. Daniel igitur, qui scripturæ, Deo reuelante, sensum calluit, propheta verè dicēdus est, vt Moses, qui spectaculum terrificū, quod visu cernebat, spiritus afflatu mēte cōplexus est. In spectaculo enim populi seruitute Aegyptiaca laborātis typū esse intellexit, vt enim rubus ardebat & nō cōburebatur, sic populus, qui durissimè à Pharaone, veluti igneis ardoribus diuexabatur, laboribus tamen illis consumēdus non erat, sed per ducē Mosē à molestissima & vetusta seruitute, libertate erat donādus. Itidēq; & Hieremias in olla succēsa denudatū captiuitatis Babylonicae mysteriū intellexit. Ita demū & ceteri omnes, qui vero nomine prophetico censentur, vt qui haecenus denarrati sunt, visionibus reuelationes iūxere. Visio autē, quæ reuelationis solatio orbatur, Prophetā non cōstituit. Vnde Pseudoprophetarum vaticinia visiones rarò vocat scriptura, quas plerūq; veridicis prophetis tribuit. Et si in Michāa, Et confundetur qui videt visiones, & confundentur diuini, legamus. c. 3. verū vt prædixi, rarenter istud in scripturis fertur. De Pythonissa quoq; muliere vidisse Deos ascendentes de terra primus Regum. ca. 28. tradidit. Quæ eò Pythonissa dicitur, quia Pythij Apollinis oracula (vt quidā ferūt) vêtre reddebat. Quanquā de huiusmodi visione nō modica sit cōcertatio, si opera diaboli elaborata fuerit, an diuino miraculo donata. Etenim cū Pythonissa illa dæmonis industria respōsa exhiberet, arduū multis videtur, per illā verā Samuelis formā spectādā Sauli oblatā esse: & D. Augu. satis hæsitabūdus hoc versat dubiū. 2. li. ad Simplicianū. q. 3. ludicatoriāq; & præstigiosam visionē illā fuisse

sibi ma-

fibi magis allubefcere præſert, & ſi in quæſtionibus veteris teſtamenti. quæſt. 27. auda-
cius deceptorium nugatoriumve ſpectaculum illud Samuelis aſſeuerat. At in libro de
cura pro mortuis agenda. ca. 15. hoc ruruſum ſaxum voluens verum fuiſſe ſpectaculum
& non vmbratile tradidiſſe videtur ſibi citans Eccleſiaſticum. cap. 46. & poſt hoc dor-
miuit, (& eſt ſermo de Samuele) & notum fecit regi (ſubaudi Sauli) & oſtendit illi finem
vitæ ſuæ. Cuius libri, ſi canonica, inquit, eſt autoritas, verum eſſe Samuelem non hæſi-
tat: cuius libri fides à canone ſacrorum librorum ab Hebræis expungitur. Quæ ratione
nonnulli inter ſacros libros non numerant. Cæterum Auguſtinus in numero canoni-
corum referendum ſatis in ibi ſubindicat. Cuius veſtigia complexus. D. Thomas pri-
ma parte. quæſtione. 89. articulo. 8. veram fuiſſe Saulis viſionem, & non fallacem,
nec imponentem Sauli aſſeuerat, adiiciens tamen, ſi liber Eccleſiaſticus de canone eſt,
quod ſi à canone ſemouendus ſit, deluſoriam & vmbratilem viſionem fuiſſe. Sub hæc
tamen. 2. 2. quæſtione. 174. artic. 5. problematicus eſt Thomas & ſatis fluctuabundus, ni-
hil certo ſtatuens, & tanquam problema hoc dubium mittit. Ego verò, ſi meam conſu-
lere ſententiam quis volat incertam quoque habuiſſem, vaguſque in decernendo fuiſ-
ſem, niſi Eccleſiaſtici libri autoritas me compelleret, quæ vt non vmbram Samuelis,
ſed verum Samuelem viſionem illam edidiſſe, me excitat vt credam. Siquidem liber il-
le laudi vertit Samueli quod Sauli apparuerit, exitumque & finem eius nunciauerit. At
obſecro, quæ laus Sanctorum eſt, ſi diabolus illorum laruam formans hominibus appa-
reat? Arbitror Eccleſiaſticus Samuelem virum Sanctiſſimum non hac proſequeretur
laude, quod Sathanas vmbra Samuelis ſibi afficta Sauli imponeret: quanquam non me-
lateat Angelum Sathanæ in Angelum lucis transformari. Cæterum hoc laudi Sancto-
rum non eſt dandum. Addas quoque capitis indicati verba poſtrema. Et exaltauit vocẽ
eius de terra in prophetia delere impietatem gentis. Quæ quodque de Samuelis enco-
mijs tradidit ſcriptura, cuius vox exaltata fuit in prophetia, quippe inſignis fuit Samuel
prophetiæ munere. Prophetauit enim tempore quo rara erat Hebræis prophetia, hoc
enim ſignificat liber regum. 1. cap. 3. & ſermo Domini erat pretioſus in diebus illis, non
erat viſio manifeſta. Quam tamen manifeſtam viſionem Samuel adeptus eſt, ideoque
vocem eius exaltauit de terra in prophetia, quia ſuo ſeculo clariſſimus extitit & quia
Sauli, quem vnxit in regem, & Hebræorum populo, cuius de creando rege annuit vo-
tis, mala futura clara voce pronunciauit. Quod ſi perſeueraueritis, inquit, in malitia, &
vos & rex veſter pariter peribitis. 1. Regum. 12. Ideo adiecit Eccleſiaſticus, delere im-
pietatem gentis. Quare qui pendulam ſententiam tenebat de huiuſmodi viſione, ſi ve-
ra an præſtigioſa, quia apud illum Eccleſiaſtici libri laborabat autoritas. Iam quippe
cum ex ſacris alijs concilijs, tum ex poſtremo Tridentino ſolida eſt & canonica Eccle-
ſiaſtici libri autoritas: ſuper eſt vt non ſit pendula mens, ſed certò ſibi perſuaſum ha-
beat, verum Samuelis ſpectaculum extitiſſe. Nec nos verba à Samuele deprompta,
quæ Sauli fecit, conturbent craſtina die ait tu et filij tui eritis mecum, quorum ſenſus hic
reddendus eſt, eritis mecum, nō in ſinu Abraham id eſt, patrum lymbo, qui me iam exce-
pit, & vos excipiet, ſed eritis mecum, id eſt vita deſuncti: in ſeculum deſunctorum demi-
grandum vobis erit, ſub quo ſeculo Samuel quoque agebat. Ruruſum quod expoſtulat
Samuel cum Saule, cur me inquietati? Non ita habendum eſt, vt Pythoniſſæ magicæ
induſtriæ aut Saulis diligentia Samuelem inquietauerint. Anima nanque Samuelis, vt
Sanctorum animæ aliæ in pace dormiebat & requieſcebat, neque Dæmonis, aut cuiuſ-
vis alterius ſtudium aut maleſicia otium Sanctorum perturbare valent. At verò ideo
Samuel fractam quietem ſuam conqueritur, tranſlatio ſermone vtens, ij enim qui ſibi
vacant, ſi negotijs alienis implicentur, ſe inquietari fatentur, & dolent. Samuelis igitur

Eccleſiaſti-
ci locus dif-
ficilis diſſe-
ratur.

*Scilicet
in 28. De pythoniſſa*

1. Regum 12.

1. Regum 12.

Prologus posterior

anima, quæ sibi soli & Deo vacabat, ad negotia regni ab altero seculo in nostrum orbem Saulis importuna diligentia reuocata, se inquietatam queritur, etiam si magica ars, imò vniuersa inferorum machina animæ Samuelis reuocandæ impar est, quare diuino miraculo tribuenda est reuocatio hæc. Diuinæ quoque dispensationis est ex malis nostris bona reddere, & per iniquorum industriam mirabilia præstare, vt hoc loco cerne-
re facile est, qui Saulis Pythonissæ sacrilegam consultationem & Pythonissæ fallacem artem in miraculum grande (quæ est eius potentia) permutauit. Hæc, quæ diximus, si in summam redegeris, visionibus impios bonis nonnunquam potitos esse, quin & reuelationibus in magica hac sæmina aduertere. Quæ & vidit Samuelis formam, & verum esse Samuelem intellexit. Neque conspectum Samuelis obiectum verum intellexisset, nisi Deo reuelante. Quanquam fieri poterat, vt Saul viuens fœminæ notus extitisset. Quod si ignotus, reuelante spiritu indigebat, neque est cur hoc miremur, cum in Numeris. ca. 24. Balaam impius visionem omnipotentis intuitus est, qui cadit & sic aperiuntur oculi eius. Qui nec solum visionem de futura orbis per Christi aduentum beatitudine promissa, sed afflatu diuini spiritus visionis intelligentiam adeptus est. Nec propterea quia semel aut iterum diuinas visiones atque reuelationes impij isti consequuti sunt, in numerum sanctorum prophetarum & veridicorum, (vnica nanque hirundo auctore. Aristotele non facit ver) asciscendi sunt. Hoc enim vt primum aiebamus, rarò contingens est. In sanctis verò prophetis visiones & reuelationes nunquam dissociantur quando munera prophetalia obeunt, nonnunquam enim vtroque destituuntur, illosque sic destitutos, prophetandi functionem exercuisse fallaciter legimus. Cuius rei Gregorius super Ezechielem homil. 1. memor, ait, prophetæ dum consuluntur, ex magno vsu prophetandi ex suo spiritu proferunt, & hæc se dicere ex prophetiæ spiritu suspicantur. Et enim Natam propheta spiritu prophetico se falsò credidit eruditum & Dauidi regi ædificandam domum Domini, iubet, quasi spiritu Domini. Ait enim, omne quod est in corde tuo, vade, & fac, quia Dominus tecum est. Quæ verba sua retractans diuino numine admonitus ab ædificando Templo regem prohibuit. 2. Regum. capitul. 12. priora igitur verba Natam prophetæ neque visiones aut reuelationes diuinæ fuere. Quare neque prophetica, vt posteriora. Quamobrem apud Hebræos olim prophetarum, sacerdotum solertia delectus erat, vt Hieronymus tradit com. in Esaïam. capitul. 3. Extitisse enim olim apud Iudæos, ait, sacerdotes qui haberent delectum inter veros prophetas qui spiritu Dei afflati, quique de proprio loquebantur spiritu, & calculis suis veros probarent, & cæteros reiicerent. Id quod vtinam hoc nostro æuo similiter contingeret, vt declamatorum diuini verbi delectus esset. Etenim plerique suggestum conscendunt vt plebes quæ nesciunt, doceant, qui neque discipuli veritatis, sunt neque in bonis literis ætatem suam contriuerunt, vt ergo veraces magistri erunt? Qui lenocinio verborum potius, quam sensus soliditate, aut diuinorum verborum intelligentia plebeculis se mirandos ostentant. Proh, rem dolendam, cerdonum est delectus, & non magistrorum Ecclesiæ, quorum nonnulli grammaticam artem vix callentes, sensu carnis suæ inflantur, & obstrepera voce non diuina eloquia, sed cerebri sui propria figmenta plusquam cicadarum vociferationibus fidelium aures diuexant. Probandi igitur sunt, quibus fidelium magisterium conceditur, vt sacra admonuerant concilia. Sed missa ist hæc faciamus, & in priora regrediamur. Veros scilicet prophetas quæ vident, intelligere fatendum est, falsos verò quæ vident non intelligere vt plurimum. Neque poenitebit ex philosophorum archiuis repetere nonnulla, quæ in hanc rem faciunt. Themistius enim lucidissimus philosophus, quem indicat Arabs ille, Aristotelis interpres. 12. metaphysicorum Prophetas, ait à Deo quidem motos oracula futurorum concinere, at illo-

Sacerdotes
prophetas
discernunt.

Prædicato-
delectus ha-
bendus.

rum intelligentia deſtitui, remque raram eſſe, quando oraculorum ſuorum intelligentia donantur. Theophrastus quoque auguria omnia, ominaque quæ vates gentium ominabantur aut augurabantur à Deo illis infundi itidem fatetur, & per hoc genus, auguria, Deum homines de cauendis malis aut perfequendis bonis admonere voluit. Ariſtoteles verò libro de diuinatione per ſomnia. capit. 1. diuinationes non à Deo afflatas eſſe hinc colligit, nanque ſi Deus illas hominibus afflaſſet, vtique probis & dignis, id quod experimentum contrà perſuadet: etenim improbis hæc ſæpe donantur, quanquam præſagia futurorū homines habere Ariſtoteles libro de memor. Et reminis, reſtatur. Quo loco certitudine quorundam præſagiorum & præſenſionum, quas quidam de futuris habent, ſi à Deo, inquit, non inſpirantur huiusmodi certæ præſenſiones, ſe nescire quo autore inſpirentur, coactus eſt conſiteri. Quòd verò quidam melancholici huiusmodi præſenſionibus afficiantur vehementius & animo linquantur, eò ſic contingere credit, quò melancholici moribus proprijs deſtituti, id eſt præſentium non agitati curis, capaces ſunt qui futurorum motibus pulſentur idcirco viſionibus venturorum & diuinationibus gaudent, vnde & limphatici aut phanatici appellantur. Sed proſecto re hac prudenter expenſa, ſi Ariſtoteles præſenſionum certarum futurorum contingentium cauſam phyſicam nescit, qui alioqui cauſarum phyſicarum perſcrutator eſt acerrimus, illarum Deum eſſe autorem philoſophum mecum fateri oportet. Neque vegetum eſt Ariſtotelis argumentum, ſi Deus præſenſionum eſſet autor, indigni non potirentur eis, quia vt prædiximus, Deus per iniquos & indignos munera ſua diſpenſat: nec præſenſio illa futurorum Dei conciliat amicitiam, quæ inter gratias gratis datas à theologis numeratur. At ſi præſenſio aut diuinatione futurorum contingentium à Deo non inſpiratur, ſpiritum erroris habet autorem, vt Paulus. 1. ad Timot. cap. 2. in nouiſſimis (ait) temporibus quidam diſcedent à fide attendentes ſpiritibus erroris. Et quia cœpimus philoſophos in medium adducere, audiendus quoque Plato eſt, qui in Timæo inter vates & prophetas hoc diſcriminis eſſe ſtatuit: illi quidē ſunt qui præſagia vêturorum indicant, hi verò qui præſagia prædicta, ſiue per ſomnia ſiue per omina & id genus alia intelligere & interpretari valent. Et à re noſtra non eſt abhorrens Plato: prædiximus enim fir-

Vates & propheta quo differunt.

rum eſſe apud theologos, illos verè & propriè prophetas eſſe dicendos, qui viſionum habent reuelationem viſa denudantem. Vnde Paulus Apoſtolus poſteriore ad Corin. capitul. 12. hæc duo teſtatur ſibi acceſſiſſe. Veniam inquit ad viſiones & reuelationes Domini, vt nemo crederet Paulo oſtenſa & viſa intellecta ab eo non eſſe: & Danielis capitul. 1. dedit Danieli Deus intelligentiam omnium viſionum atque ſomniorum. Dixi autem propriè, quia etiam quidam Cretenſis poeta, quem Paulus notat ad Titum capitul. 1. qui fuit Epimenides, ab eodem Paulo proprius propheta Cretenſium vocatur, eo ſolo nomine, quod Cretenſium acutè notaffet culpas: ideoque non temerè adiecit proprium Cretenſium eſſe prophetam. Simili quoque ratione Sybillæ, quas in oculis habuit antiquitas, prophetiſſæ nuncupantur, non quia claruerunt lumine prophetico vt Hebræi, ſed quia non nihil propheticum præ ſe ferebant. De quibus longiuſcule Auguſtinus libr. 21. de ciuit. Dei & Iſido. 8. etymolo. & plerique alij mentionem fecerunt. Et ex idiomate AEolico nomen Sybillæ conſtat. Quod conſilium Dei ſonat, à

Sybilla.

ſius, & bullin, ſius, enim deos, & bullin, conſilium AEoles vocitant. Delirium Auicēnæ per hæc quæ diximus, coniectare quis poterit, dixit etenim prophetias omnes non Deum habere autorem, ſed phyſicas cauſas: id quod iam non ſolum ex theologico decreto, quod prophetiam afflatui ſpiritus ſancti tribuit, vt dudum ex Daniele citabatur, verum etiam ex Ariſtotele, Theophrasto, Themiftio idem collegimus. Vt enim habet cauſam phyſicam, quod tranſcendit omnem naturam? de futuris videlicet contin-

Prologus posterior

gentibus, de arcanis humanæ mentis certa oracula reddere & intelligere. Sicut Epimenides philosophus quoque reijciendus est, qui futurorum nullam esse prophetiam asseruit, ut Aristoteles. 3. Rhetoricorum. capitul. 17. scripsit: ab usu tamen vocabulo, præfensiones quasdam prophetias naturales appellare Theologica veritas non refragatur. Multa enim per quietem vident homines futurorum pronostica, quæ vigilantes experimento discunt, siue ex cælorum influxu, qui disponit imaginatiuam virtutem, phantasmataque mouet, aut bellorum aut pacis, aliorumque id genus innumera: quæ excitante cœli aspectu multa in illis phantasmatibus aspici præsentia & futura & præterita: vnde & futurorum per somnia fit pronosticatio. Nonnunquam vero à Deo ipso somnia parantur, ut in Pharaone & Nabuchdonosore, quæ tamen naturalia in somnia non erant.

Porro autem ut periodo sermonem donemus, eæ reuelationes atque visiones summæ authoritatis censendæ sunt esse, quas diuina scriptura ut sacrosanctas commemorat, quales sunt prophetarum & sanctorum Apostolorum. Apostolis enim etiam præclarissimæ visiones fuerunt, & longè sublimiores reuelationes, quàm Moysi & prophetis, in omnibus enim primitias spiritus sancti acceperunt, ad Romanos. 8. Paulus enim rapitur in tertium cœlum & audit arcana Dei, quæ non licet homini loqui, Ioannes in Patmo insula exulat, & librum Apocalypseos, id est reuelationis, scripsit, cuius tot sunt sacramenta, quot verba: Stephanus videt apertum cœlum & Iesum stantem à Dextris virtutis Dei: discipuli in itinere quo pergunt in Emaus, Dominum sub peregrini forma conspiciunt, ut & Magdalena sub hortulani specie, & alia multa, quæ prolixum esset in hunc locum conuehere, quæ longe præstant antiquis illis prophetarum visionibus.

Præter hæc autem aduertere oportebit. Quasdam quoque esse in ecclesia Dei visiones atque reuelationes, quæ quanquam in gradum canonicum, earum de quibus dudum aiebamus, non sint conferendæ, at gradum suum authoritatis habent, ut sunt visiones atque reuelationes doctorum sacrorum, aliorumque Sanctorum, qui integritate vitæ & miraculis fulserunt. Multa siquidem reuelata fuisse sanctis noui testamenti historiæ Ecclesiasticæ testantur, multaque ab illis cœlitus visa, quæ propterea ut canonica & indubitata fidei non venerantur, quia in sacris Biblijs conscripta non sunt. Verùm horum, illa solum ut certæ fidei recipienda quæ ecclesiastico decreto, aut probatione summi Pontificis probantur. Cætera verò aut non probanda, aut nostri arbitrij erit, nostræve optionis aut suscipere aut reijcere. Neque si Ecclesia Dei quosdam illustres sanctitate viros in albo Sanctorum conscripsit, consequium est quòd omnes illorum reuelationes aut visiones probatas habeat. Etenim non quia conscripti sunt in hoc albo omnia Sanctorum opera & verba quæ quidem tantisperdum vixerunt in canonem Sanctorum verborum redigit: quippe in Sanctorum canonizatione non omnium horum ratio habetur, sed miraculorum & operum quæ vitæ integritati & Sanctitati illorum attestantur. Cætera verò quæ à re ista non stant, aut quæ huic negotio non attinent, missa facit. Reuelatio igitur huius vel illius, aut visio, quanquam vitam Sanctorum exornent, & illustrent, sanctimonix verò testimonia necessaria non sunt. Quippe hæc, ut & propheticum donum hominibus maculata vitæ legimus in Euangelio concedi, qui & in finali iudicio, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo virtutes fecimus multas? Supremo iudici dicent. Puritatis igitur vitæ prior ratio habenda est, posterior verò miraculorum, quæ duo si iungantur, orthodoxæ fidei intemerati cultores ut referantur in album Sanctorum, sat sunt. Cætera alia si ad sint, conducunt, si absint, non nocent. Ut ea sunt quæ diximus

Matth. 7.

diximus de viſionibus, atque reuelationibus. Et quis inficias ibit doctōribus ſacris ita primarijs, vt protelarijs, diuinorum oraculorum multa cœlitus myſteria fuiſſe denudata? Non tamen ſubinde, vt ſingulorum Sanctorum ſententijs fidem habeamus, fides noſtra cogenda eſt. Multa enim inuicem controuertunt ſancti doctores, quæ controuerſa ſimul eſſe vera non poſſunt, ſed neceſſario ab vno ſtabit veritas: vnde & alterius ſententia de falſitate erit arguenda. Spaciare ſi liber, in libris Sanctorum, & videbis quam latè patent illorum controuerſiæ, & tui laboris leuandi gratia aſſuere illarum nonnullas, huic loco non pigebit. Hieronymus ad Oceanum, (cuius verba Gracianus congeſcit in decretorum volumine. 26. diſtinction. capitulo. nullus). Virum decernit qui duxit (ante quam myſtica ſacri fontis aqua tingeretur) vxorem, ſi aliam poſt regenerationis lauacrum duxerit, digamum non eſſe, ſubindeque à ſacerdotio (poſteriore coniuge vita functa) non eſſe repellendum. Auguſtinus verò loco eodem. capitul. acutius & Ambroſius eadem diſtinction. capitul. finali Hieronymi placito non acquieuerunt, imò neque Eccleſiæ doctores poſteriores Hieronymo conſentiunt, niſi vnus aut alter, vt Ioannes maior, qui. 4. libr. ſenten. Hieronymo atteſtatur. Rurſum Hieronymus in comm. ad Pauli epiſtolam ad Titum, angelicas militias ſpiritumue cœlicorum agmina longis eternitatibus orbis viſibilis creationem præceſſiſſe fateri videtur, vt etiam Damascenus lib. 2. de fide. c. 3. & Baſili. in homilia quadam ad Hexameron teſtatur. Id quod Gregorij Naziāzeni & diui Ambroſij placitis cōſentiēs eſt. At Eccleſiæ decreto in capitul. firmiter de ſumma Trinitate & fide Catholica viſibilia omnia & inuiſibilia Deo conditore ſimul condita eſſe, decernitur: id quod Magiſter ſentent. 2. ſent. diſtinction. 2. prius tradiderat. Præter hæc idem Hieronymus comm. ad Naum, ſi videtur, inquit, cruentus Deus quòd genus humanum diluuiò, ſodomitis igne, & Aegyptios mari, Iſraelitas in eremo perdidit, ſcitote pro peccatis temporaliter puniſſe, ne in æternum puniret: quia non iudicabit Deus bis idipſum. Et in quæſtionibus Hebraicis, quæ. Ad Genefin idem tradit & in commen. ad capit. 18. Matthæi ſapit idem. Quibus locis ſatis, (vt videtur) quos Deus hic ſupplicio corporali torquet, ab æterno aſſerturum oſtendit. Cui ſententię Eccleſia Dei refragatur, nec hoc in dubium reuocat pleròſque & in vita temporalis, & flammis quoque eternis puniendos vt de Antiocho. 2. Machab. capitul. 9. ſcriptura teſtatur. Et illum quidem miſerabili obitu & impœnitenti corde, vitam clauſiſſe inſinuans, vnde & pœnas æternas luere eundem credendum eſt. Is ipſe Hieronymus in libro quæſtionum Hebraicarum vitio dat aſſerentibus Iob genus traxiſſe ab Abraham per Eſau, credidit enim Eſau à Nacor fratre Abraham lineam natalium ſuorum rectam duxiſſe. Chryſoſtomus verò homilia. 2. de patientia Iob credidit quintum fuiſſe ab Abraham, per Eſau. Origenes verò non quintum, ſed quartum ab Abraham, Arabemque patria, ſummoque loco natum orientalem & Idu-mæum fuiſſe fatetur. Rurſum Hieronymus Petrum à Paulo reprehenum ad Galat. 2. apologia ſua defendit: Auguſtinus verò culpatur, vt & Ambroſius in commen. eiufdem loci. Sub hæc quoque Auguſtinus lib. 12. ſuper Gen. capitul. 35. non leuem excitauit quæſtionem, ſi ante diem Iudicij animæ diuinæ viſionis beatitudine fruatur. Quam ſcripſit difficillimam eſſe, & putat animas ante diem Iudicij diuinam eſſentiam non viſuras donec reſumptis corporibus, ad reſumenda corpora ceſſet affectus, qui in cauſa extat vt beatitudo retardetur: & in Enchiridio animas in abditiſ quibuſdam receptaculis ante diem finalem collocat. Quem locum rapſodus decretorum. 23. quæſtion. 2. ca. tempus. collegit, & quæſtion. 3. ad Vlctium, & libr. 2. de quæſt. Euangeliorum difficile ducit animas ante poſtremum orbis diem beari: & in libro de cura pro mortuis agenda capitul. 3. idem ſapit. Cuius placitis hærens Bernandus. 3. ſermone de feſto omnium

Canoniza-
tio San.S. doct. Cō-
trouer.Lege decla-
mationem
noſt. de An-
gelica natu-
ra tomo. 32

Quis Iob.

Anima ante
iudicium
ob ſb. ſon
dennit iudic-
dennit iudic-
t. omop

Prologus posterior

Sanctorum eandem sententiam cum Augustino sentire insinuat. Quibus tamen fidem non exhibet Ecclesia, nec verba hæc fidem Ecclesiæ fecerunt, quæ credit animas, corporum simulatque peccatorum sarcinulis depositis prorsusque iam repurgatas ad sedes æthereas volare: beatorumque spirituum beatitudine perfrui, id quod decretum Leonis Papæ probat. 23. q. c. qui egerit. Quo loco Ecclesiasticum de hac re dogma scriptum est, id est spiritus humanos ab omni sæculæta sordium emaculatos cœlestibus sedibus (depositis corporis exuvijs), potiri. Et Extrauagans quædam Benedicti. 11. quæ incipit, benedictus Deus, eandem decisionem habet. Et re vera scripturarum loca quædam aliter intelligi nequeunt: quale illud est ad Ephes. 4. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Quippe Christus scandens tribunal dexteræ patris, animas Sanctorum patrum longo æuo in lympo detentas (soluta pretio sui sanguinis humanæ naturæ debito) in cœlestem patriam captiuitate fracta, atque soluta, deuexit. Sunt & alia pleraque multa, quæ hanc veritatem in scriptura docent, à quibus modo super sedendum est. Atqui his accedat omnibus quod sub lite agitur inter Gregoriū & Augustinum. Augustinus etenim libro de cura pro mortuis gerenda. cap. 13. animas defunctorum fidelium in pace iam quiescentes nostris interesse, nostraque curare, ad nos descendere diffinitur. Etenim si animæ illæ nostra curassent atque scirēt, cur inquit, anima Monicæ, (que Augustini erat mater), Augustinum aliquando mœstum consolatura non veniebat? Vnde animas à corporibus seiunctas à nostris alienas esse negocijs, insinuare aut sentire videtur.

Gregorius verò. 12. moralium animas beatas humana, quæ apud nos aguntur, non latere, quippe quæ intra Dei claritatem sunt, fatetur. Ad hæc Hieronymus de perpetua virginitate codices Græcos biblicos latinis prætulit, quia fons riuulo purior est: cū quo sapit Augustinus. in. c. veterum. distin. 9. At Ambrosius comm. ad epistolam ad Rom. Latinos puriores & castigationes quàm Græci sint, putat. Sub hæc. 3. de Genesi ad litteram. c. 10. & 3. de Trinitate Augustinus angelos corporeos tradidit, reclamante theologorum scholasticorum caterua, quæ à corporis commercio illos liberat. Et. 12. super Genesim ad litteram idem ipse. c. 29. litteram texit de numero cœlorum. Et Chrysostomus. 4. Homil. super Genesim non esse tutum, insinuat, plures tribus esse cœlos asserere. Et demum, quis poterit ex vastissimo Sanctorum Doctorum campo vniuersa quæ hoc genus sunt, referre? Sed hæc à me indicata sunt, vt palàm sit, non omnia quæ Sanctissimi quique doctores scripserunt vt à Deo reuelata & edocta suscipienda & probanda esse, nisi calculus summi Pontificis accedat, cuius est hæc probare, illa verò rejicere, vt olim Gelasius. 15. d. c. Sancta Romana Ecclesia, fecit: aut quæ vsus & cōsuetudo vniuersalis Ecclesiæ, vt à deo illis inspirata, veneratur. Vēditantur præter hæc reuelationes & visiones in Ecclesia Dei quas sceminis & viris religiosis accidisse circū fertur. Quæ quidē omnes si hæresim, si superstitionē, nouumq; Christianæ fidei cultū, vanitatem reue sapiāt, aut redoleant, simulatq; efferūt, repudiandæ sunt: nec reuelationes sed diabolicas delusiones eas esse ducere oportet. Sūt verò aliæ pietatem citra admistionem alicuius impietatis pollicētes, quæ etiā in Ecclesia Dei iactantur, vt qui animas defunctorū fidelium asserit se per quietem aut in vigilia vidisse sacra suffragia Ecclesiæ petentes. In quibus quilibet sui iuris esto, nam neque est cur illas reprobemus, aut probemus. Sed ais, quid ergo, si non reprobandæ sunt, animæ ergo defunctorū in nostra aliquando se conferunt, orbem nostrum reuisuræ? Quod si animabus quæ lustrantur purgatorio igne tribuendum hoc putas, de animabus beatis quid nī? Et de animabus Gehennæ incendijs detentis cur non? Atqui si diuina consulimus, animas Sanctorum patrum ad nostra remeare nonnunquam legimus, vt anima Mosi Domini transformationi astiuit & ante

Reuelationes non autenticæ.

I lege declarationem nostram de domini transformatione. como. 3.

& ante hanc anima Samuelis, ab inferis locis reuocatur ad nostra, cuius superior facta mentio est: animam rursus Oniæ pontificis, Hieremiæ quoque prophete Machabæo Iudæ Hebræorū inclyto duci apparuisse, secundus liber Machabæorū testatur, ut illū de victoria belli animatū redderēt, quas omnes animas id temporis sinus Abraham sub suo cōplexu continebat. De animabus vero beatis, quod in nostra commigrent Ecclesiastica scripta tradiderunt, imò & prophana, ut Augustinus de beato foelice, confessore tradidit, & de Geruasio & Protasio in libro de cura pro mortuis gerenda. c. 16. & D. Gregorius in libris dialogorum multa de hac re commemorat. Tu volue prophanas & Ecclesiasticas historias, si vacat, & innumera huius rei exempla suppetent. Neque hoc operosum est ut credatur, siquidem & angelici spiritus, qui semper vident faciem patris ad tempus ætherea destituunt loca, alumnis suis consulturi. Et Hesiodus ille peruectus poeta cecinit dicens homines pios à carnis ergastulo eductos dæmones sanctos terrestresque ritè appellandos, quia nostrorum negotiorum curam gerebant, nobisque prouidebant. Quo nomine Plato Hesiodum in. 10. Reipublicæ commendat, ut Theodorus in libro de curandis græcanicis affectionibus indicat. Cæterum aduertendum est quod animæ beatæ aut quæcunque aliæ nostra si aliquando petant, illud quidem ordo naturalis non poscit, ut animæ semel exutæ à viuientium consuetudine & commercio ad eadē regrediantur, quæ iam deposuerunt. Est autem Diuinæ dispensationis operatio si quæ à cœlis in terras descendunt, aut si quæ ex purgatorijs ignibus huc se conferant, aut si quæ ad inferna loca descenderunt. Hæc omnia, si contingant, præter naturæ ordinem & secundum Dei dispensationem contingunt. Quanquam crediderim animas illas infelices miserrimasque ad nostra accedere rarissimum esse. Quod si quæ apparitiones in vulgi ore circumferantur, illas sanè non ab animabus, sed à Dæmone illarum persona sibi afficta proficisci: etiam si Cartusiani monachi de anima cuiusdam damnata referant suam damnationem inter funerales honores protulisse, fides historiæ apud illos esto, quia fortassis corpus in feretro iacens diuino miraculo suam damnationem, non anima indicauit. Spiritus autem maligni qui tetrīs inferni obditi carceribus sunt si nonnunquam nostra hæc versant, rarissimum erit, diuinæque dispensationis, quantum arbitror, quippe qui tartareis sedibus addicti sunt. Et ad exercendum homines, aerei, idest, qui auras nostras versant, plusquam satis sunt. Quapropter recte D. Tho. 1. p. q. 89. artic. 8. huiusmodi commigrationem miraculo dedit. Quapropter in huiusmodi reuelationibus & visionibus non est tuta credulitas, cum lateat nos à quo spiritu huiusmodi proficiscantur, si diuinæ sit dispensationis, an diabolicæ imposturæ: quæ sub nomine animæ piæ, quæ decessit, ut preces & suffragia pro anima impia ex torquet, ut vel sic sacramentis ecclesiasticis & precibus insidietur. Propterea consulte facturus erit qui pietate motus propter huiusmodi apparitionem, quam piam credit & non fallacem, ecclesiastica subsidia curat leuandæ animæ gratia, illa sub censura exercere, ut si animæ, pro qua leuanda offeruntur, non profuerint, sint alijs iuuamento, quæ illa opera ecclesiæ egent. Quanquam ergo vulgus insipiens defunctos dixerit sub vestibus pullis, siue inter atroces flammās vidisse, indeque defunctos illos putare inferni loca tenere, ij tamen qui sapiunt nihil istis apparitionibus exanimandi sunt, quominus pro illis ecclesiæ curentur suffragia. Diabolicum nanque sæpe est figmentum, ut qui viui tolerabantur ab ecclesia à morte infames & odiosi reddatur. Hæc generatim de visionibus & reuelationibus & apparitionibus abunde sit dixisse. Ad particularia autem descendendo. D. Augustinus libro contra Adimantum hæreticum, & lib. 12. de Genesi ad literam tria esse visionum genera demonstrat, aliam quidem corporalem, qua sensus externi gaudent, aliam spirituales, quæ est imaginatricis virtutis functio, postremam mentalem, quæ mentis est

Cap. 15.

Marth. 17.

Animæ defuncto.

Prologus posterior in Eſaiam Prophetam.

Aug. locus
expenditur

opus, quæ omnium visionum princeps est. Reor autem nihil me læſurum Auguſtinum ſi primam & cæteras ſingulas in binas diduxero. Corporalis nanque viſio alia naturæ eſt, vt cœlum videre, & elementa conſpicere, cæteraque naturæ opera, alia verò eſt diuina opera procurata, vt rubi viſio Moſaici, aut Abrahæ clibani, & id genus innumera. Similiter & imaginatrix facultas quaſdam habet ſibi germanas viſiones, quas propria illius natura parit, alias verò quas Deus illi immittit. De mentali quoq; idem eſto Iudicium, quandam eſſe natiuam, aliam verò ſuper naturæ vires. Primam harum viſionum Auguſtinus loco præindicato cœlum primum vocat, alteram verò cœlum ſecundum, poſtremam autem cœlum tertium, vt vel ſic Pauli raptum in tertium cœlum intelligat poſtérieure ad Corinth. c. 12. Quippe Paulus in eo raptu ad Dei inaccessibilis puriſſimam contemplationem pacatiſſimam & lætiſſimam acceſſit. De qua re. c. 6. huius latius diſferemus. Et quanquam indiscriminatim has tres viſiones tres cœlos dixerit eſſe, nõ de naturalibus viſionibus intellectum volo, ſed de transcendentibus naturæ opem interpreteris oportet. Ridiculum enim eſſet, ſi brutorum viſio aut imaginatio primum & alterum cœlum quis appellaret, aut quia intelligimus phyſica, medica, aut theologica iã locatos nos in tertio cœlo eſſe putemus. Quòd ſi quis contenderit, abuſiua eſt huiusmodi verbi contentio. Hæ igitur viſiones cœlica nomenclatura exornandæ ſunt, quæ planè ſublimes & humanas vires vincen-
tes ſunt, qualis apud Eſaiam extat viſio. c. 6. qualis & Apo-
ſtolorum transformati Domini, qualis &
Stephani videntis (cœlis apertis)
Chriſtum Dominũ, &

cætera innu-
mera.

DILUCIDATIO NUM ET DECLAMATIO-

tionum tropo. in Esai. Prophetam.

TOMVS PRIMVS.

Dilucidatio in primum caput Esaiæ.



Isio Esaiæ Prophetæ.^a Visio
nis vocē lōgē aliter scripta
sacra sibi vendicāt quā Phi
losophorū schola: etenim
hæc visionē, non rē visam,
fed actionem videndi, idest perquā res ob
iecta videtur, no

VISIO Esaiæ^a

minat vt. 2. de anima tex. 140. Arist. docuit, illa verò visio
nē rē visam vocitāt, vt Democritus voca
bat visionē, dicēs esse apparentiā, seu appa
ritionē rei, vt illi vitio vertens Aristoteles
meminit libro defensu & sensili. Cæterū
à culpa vacat, q̃ scriptura in vsu habet, &
hui⁹ vocis significatio, quē scripturę est fa
miliaris, in vulgatū quoq; loquendi vsu
cessit. Hoc enim sepē in ore versamus præ
clarā nos visionem habere, quādo res visa
nobis obiecta visibus nostris arridens est.
D. Augustinus tres gradus prophetiæ, si
ue propheticæ visionis de genesi ad lite
rā. lib. 12. c. 9. esse testatur. Primū quando
in spiritu corporaliū rerū imagines expri
mūtur. Alterū verò quādo mens citra has
quas diximus, sensificas imagines interna
visione gaudet. Postremū quādo imagini
bus istis in spiritu expressis mentis intelli
gentia accedit. Et ne sollicitent te Augusti
ni verba per spiritū hoc subaudi locovim,
quam Philosophi phantasiā aut imagi
natiuam vocant. Vfus nanq; est Apostoli
ca phrasi. 1. ad Corinth. 14. Orabo (ait) spi
ritu, orabo & mente, illos vocās orare spi
ritu, qui preces in imaginaria vi obuer
santes Deo fundūt, quarū sensum non te
nent, vt qui latini idiomatis ignari sunt, la
tino sermone Deum precantur, quos qui
dem, quid aut quale precentur, latere est
necessariū. Iam ergo in promptu est quod
D. Augustinus dixit primū gradum visio

nis propheticæ esse quando in vi imaginā
di simulacra sensiliū imprimuntur: vt Pha
rao, qui boues macie confectas & squalli
das per quietem vidit. Aut quādo sola est
mentis visio citra simulachrorū seu phan
tasmatum vsu: quo genere prophetādi
Samuel, Moses, atq; Dauid potiti sunt. Po
stremus gradus vtraq; hæc consequitur,
quem Daniel & Ioseph assequuti sunt, Danie. 1.
Genes. 41.
qui somnia illa regia, statuæ inquam pro
cerrimę, & spicarū & boum, regibus denu
dauerūt. At vnū est, quod me nō modicū
moratur in sermone D. Augustini præha
bito: quid causę extitit, q̃ optimū gradum
visionem intelligentiā cōplectentem esse
dixerit (visionem dico imaginariā,) siqui
dem diuersum ratio colligit: nudā, & purā
mentis intelligentiā, idest, eā quē circa spe
ctra, formas ve sensiles nō negociatur, sed
sola sibi sufficit, huiusmodi primas habere
propheticas partes: siquidem tota pura ni
tet citra sensibiliū phātasmatū mixtionē.
Et quanquā tres gradus recensiti humanā
superent naturā, at iste gradus ordini natu
ræ præfertur. Nā mēs humana hoc habet
natiū in intelligēdo, phātasmata specula
ri, citra quorū opē intellectualem habere
visionē abstractarū mentiū à corpore fun
ctio est. Quapropter mirū in modū natu
ræ opus, gradus secundus prophetiæ præ
tergreditur. Idcirco & omnibus alijs ante
ferendus est, quem regius Psaltes Dauid.
2. Reg. 23. non obscure se consequutum
fuisse insinuat. Spiritus (inquit,) Domini
loquutus est per me & sermo eius per lin
guam meam, & paucis interiectis, sicut
lux auroræ manē oriente sole rutilat absq;
nubibus: quasi dixisset, sermo Dei & spi
ritus eius mihi vt lux auroræ manē ruti
lans oriente sole absque nubibus afful

B 5 serunt.

Dilucida. & decla. in Esai. Prophetam. ¶

ferunt. Lux quidem clara, pura, diuina mihi illuxit, lux matutina diuinæ claritatis, quæ tota hilarescit, sine nubibus, idest ænigmatibus, sine in volucris sine velamentis sensilium formarum me instruxit, me illustrauit, vt arcanorum diuinorum compos fierem. Vtergo purior & micantior est lux solis, quæ visibus humanis sine nubium obnubilatione micat atque resplendet, ita propemodum & prophetia quæ iugo phantasmarum non ligatur, dignior est. Quam ob rem gradum medium propheticum dignitate præcipuum dixerim. Censuerim igitur Augustinum intellexisse esse potiorum gradum postremum (vt tamen more scholastico loquamur,) extensiuè, non intensiuè, quippe gradus postremus comprehendit gradum primum & gradum medium, quia visionem imaginariam & intellectualem visionem complectitur, sed gradus medius non ad hæc duo se dilatat, visione intellectuali contentus. Propterea Augustinus hac ratione fretus dixit illum præstantiorem: ceterum quod ille medius eminentior in se ipso esset, non diffiteretur. Hæc Augustini interpretatio quàm sit illi germana, si locum legeris, satis aduerteris. Quærèdum autem superest, quotus horum graduum Esaiæ tribuendus sit: & quidem gradus ille postremus Esaiæ impartiedus est. Quippe & visionem imaginariam cum intellectualem intelligentia copulauit, vt eiusdem caput. 6. nos docebit, ceteri quoque Prophetæ hoc itidè gradu familiariter potiti sunt, quam gradu medio, etiam si nonnūquam gradu medio illos fruitos esse, si quis dixerit, inconcinuus sermo non erit. Prædiximus enim Esaiam clara & lucida voce vicem gerentem Euangelistæ mysteria Domini proloqui. Daniel quoque Domini aduentum non ænigmatica, sed clara expressit voce. c. 9. vbi de hebdomadibus sermo est. Septuaginta inquit, hebdomades abbreviatæ sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, vt cōsummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum

& deleatur iniquitas, & reliqua quæ sequuntur. Idemque si reliquos attentiusculè obseruaueris Prophetas reperiās, vt in Michæa. 5. & tu Bethlehem Ephrata paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel, & in Zacharia c. 9. Ecce rex tuus venit iustus & saluator, ipse pauper, ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ. Verum quia huiusmodi gradus non tam illis in consuetudine, quàm tertius, ideo tertium illis impartimur: Apostoli verò, vt Petrus, vtrumque quoque habuit. Etenim Matthæi. 16. purissimum obtinuit, dixit enim, tu es Christus filius Dei viui, cui Dominus, beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. Quibus verbis reuelationem hanc Petro à Patre luminum innuit concessam mundissimam esse ab omni cōmercio sensibilibus rerum. Iam verò cum linteū de cœlo lapsum promiscuè animantium genere confertum Petro demonstratum est, Acto. 10: quo cœlitus admoneretur gētes à Domini corpore mystico non esse abijciendas, postremum Prophetiæ gradum sortitus est. In quo gradu liber Apocalypseos sapius versatur. Paulus verò Apostolus cum cœlum tertium conscenderit, quis gradū mundissimum & eminentissimū prophetiæ illi negabit? vt & Moysi, qui loquebatur facie ad faciem cum Deo, & vt amicus cum amico verba facit. Quāquam si Moyses & Paulus diuinam essentiam claro cernēbant intuitu, visio illa non inter propheticas, imò ante omnes propheticas visiones habenda est. Beatitudo enim omnem gradū Prophetiæ sibi subdit, quare & beati, Prophetæ non sunt, alioqui vidētes quæ prophetæ viderūt & longè plura. Lumen nanque Propheticum mobile est, vt iam tradidimus in prologo posteriori: at lumen gloriæ immobile & æternum est. Quidquod prophetæ, quæ vidēt, illa vt longè à se sita, alienaque à mentis propriæ natura, & veluti medicato à lumine prophetico accepta prospectant? Lumen nanque propheticum

Aug. expo.

De hebdomadibus lege ad ca. 7. infra versus finem decla.

2. Ad Corinth. 13.

Lumen gloriæ & lumen prophetiæ.

ricum iam accedens est, iam recedens. At qui quæ beati illi spiritus in lumine gloriæ prospiciunt, non tanquā longè ab illis sita, sed tanquā sibi proxima & præsentissima per diuinam essentiam beatis mētibus in timè illapsam, vicēq; speciei intelligibilis gerentē vident. Et quanquam aliquando quædam sunt, quæ non vidēt quæ in orbe nostro geruntur, non enim necessarium est vt quilibet beatorum vniuersa, quæ humana sunt, quæq; beatitudini suæ pertinentia non sunt, conspiciat. At verò si vniquam illa vidēdi opportunitas emerferit, lumen gloriæ, quo imbuitur, ad omnia se dilatat, vt illius opera quæ cernit, cernat, & quæ non cernit, cernere possit. Itaq; à mente beata vniuersa prospicere non est alienum, sed promptum illi est Deo illā excitante ad videnda quæ non viderat, & lumen suū porrigēte: vt is, qui in meridiana luce constitutus est, si non videt lapidem, quem ad pedes habet, quippe qui non aduertit, ad manū habet videre, si aduerterit, aut si excitetur vt aduertat. Huic q; rei Paulus. 1. ad Corinth. 13. attestatur de statu beatitudinis verba faciens. Tunc inquit erit Deus omnia in omnibus, quippe beati in Dei claravisione omnibus gaudent bonis, omnesq; creaturas possident, quia creaturarū Dominus semetipsum in ius beatorū cōcedit, gratisq; iusteq; largitur, vt omnibus numeris beati sint. Quare rectè puto me dixisse, quæ beatæ mētes in diuina essentia rerum creatarū prospectant, non tanquā longè ab illis iacētia, sed veluti in semetipsis sita cernunt. Nec mihi obieceris, protritum illud Gregorij. Quid non vident, qui vidētem omnia vident? Vnde & quidam vniuersorum videndorum à visione sanctorum beata excipiunt nihil. Sed satis est pro Gregorio absoluendo, si beatos dixerimus quātum est ex natura luminis gloriæ paratā visionem habere omniū. Quauis lumen hoc beatis non vniuersa ex natura sua demonstrat. At verò si quidpiam nouè illis Deo largiente ostenderetur non nouo lumine

gloriæ essent imbuendi. Quòd si quædam eos latent, latent vtiq; quia illorum scientia pro tēpore illis est impertinens. Quòd si pertinens fuerit, reuelante Deo, non noua visione, neq; nouo lumine accedentibus, sed per priora quæ habent discent: ita quoq; & ante hæc in prologo diximus angelos inferiores de sibi latentibus à superioribus erudiri. Occinat iam aliquis, Christus Propheta in veteri pagina promittitur, & in noua legitur Deutero. 18. Ioā. 6. & sæpè alibi, qui tamen etiam in carne viuens mortali beatus erat. At re vera scriptura quoq; & ipsum omnibus prophetis anteferendum demonstrat. Esaias enim patrem illum prædixit futurum venturi seculi, idest Christianæ Ecclesiæ, principemq; pacis, quæ Epitheta aliorum Prophetarum non sunt insignia Esaiæ. 9. Et in interrogationes illæ Pharisaicæ, quas à Ioanne absolui Pharisei exquisierunt, Christū (si eas scruteris) cunctis Prophetis præminentiore facile insinuant. Prima namq; interrogatio, tu qui es? an Ioānes, Christus esset petebat, & Ioannes interrogantium mentem, callens, confessus est, & nō negauit, se non esse Christum. Quare secundo loco magnum in medium proferētes Prophetam Eliam, aiunt, Elias es tu? quia vitæ cultus asperitate Eliam Ioannes referebat. Tandem in duabus interrogationibus passi repulsam, quæ Phariseis videbātur probabiliores, postremò Prophetas es tu? adiiciunt, quasi dixerint, si sublimes illos viros, & Christum & Eliam te esse inficiaris, in numero inferiorum forsitan te recensebis. Obseruasne vt Christum Eliæ & cæteris Prophetis prætulerunt? Vt autem scripturæ sermonem sua donemus veritate Christum Prophetam vocantem, in Christo duo librandi sunt, tantisperdum apud Iudæos agebat, & quòd beatus erat, & quòd viator erat: quā beatus, neutiquam dixerim Prophetam, vt monstratum est: quā viator verò, si Prophetam dixeris, scripturæ sermonem explebis. Nam qua

Dilucida. & decla. in Esai. Prophetam.

Vt Christus
Propheta.

quā viator, quā viatorum, (excepta culpa) germana sibi erant, quantum ad corporalia subaudi vt sunt fames sitis & cetera: nam quantum ad animam fides & spes quā viatorum sunt, ignorantia itidem & alia hoc genus Christo non cōgruebant. Quinimo & perfectiones omnes viatorū eminentissimē comprehendebat. Est autem prophetiæ donum viatorum egregia perfectio: quapropter neq; hoc auferendum à Christo est. Veruntamen longe lateq; eminentius in Christo prophetiam fuisse perspicuum est, quā in vniuersis Prophetis. Etenim in alijs prophetia non semper prophetis prompta erat, neq; semper illis aderat, atqui Christo Domino propheticum lumen nunquam defuit, ad manumq; habebat propheticū vsum. Lumen nanq; propheticum non erat mobile, siue accedens & recedens vt in ceteris. Queret aliquis, quid vocem in Christo vt viatore propheticum lumen? Etenim lumen gloriæ, quo anima Christi, simulatq; condita perfusa fuit, nō est lumen propheticum. At vt rem hanc illustrem totam, in Christo est scientia diuina, ipse nanq; est Dei sapientia, quia Deus est: atqui hæc lumen propheticum nō est. Etenim sapientia hæc attingit à fine vsq; ad finem, & disponit omnia suauiter. Hæc intimē præfens vniuersis cum sit, omniaq; verbo virtutis suæ portans nihil à se longe habet, vt Paulus Apostolus in gestis Apostolicis. 16. cap. quanuis inquit. Non longe sit ab vno quoq; nostrum, in ipso enim viuimus, & mouemur, & sumus: vnde neq; prophetica est hæc sapientia, sed prophetas creans atq; illuminans. Præter hanc quoq; est in anima Iesu Christi beata scientia, quæ in omnia quæ diuina mens, (quam scientiā, scholastici vocant) visionis, se se dilatat atq; diffundit, id est, in præterita, præsentia, & futura vniuersa. Hæc itidem nō est prophetica sciētia, vt iam superioribus lineis commōstratū est: habet præterea & scientiam infusam, quæ vt viatori illi à Deo patre elargita est, vt primo homini & Salo-

moni id genus infusio concessa est. Hæc autem scientia itidē amplissima est, in omnia se vertens & omnem humanā cognitionem superās, quāquā cū scientia beata neutiquā cōferenda, vt D. Tho. 1. 2. q. 1. arti. 1. tradidit. Etenim scientia Christi beata in omnia quæ diuina essentia in prospectu habet, se diffundit, quanquā nō omnia quæ diuinæ potentiæ subsunt scientiæ beatæ Christi patēt: id quod scholastica phrasid scientiā simplicis intelligentiæ appellat, vt aduertere in D. Tho. 3. p. q. 10. ar. 2. quilibet poterit. Igitur animæ Iesu Christi indita scientia, habitualis est censenda, id quod beatæ scientiæ negatur, vt. 3. p. q. 11. arti. 5. Thomas tradidit. Quia ergo habituum vsus nōstri est arbitrij, quia illis vtimur cū collibitū nobis fuerit, si nihil illorū vsui oppediat, qualia sunt somnus & morbus, & id genus: propterea hac pro suo arbitratu scientia vtebatur Christus. Non enim illius vsus erat necessarius, vt beatæ scientiæ, quæ necessario in actu suo Deū videndi versatur, aut vt syncerius dixerim, ipsa beata scientia actus est æternus atq; stabilis, beatissimos spiritus beans. Infusam autē scientiā Christi, quā dudū eō dicebamus amplissimā, quò per eā Christo cuncta, quæ humanis mētibus Angelicis spiritus constant aut constabunt, Christo in propatulo sunt. Nec solum vniuersales notiones, quin & particularium, quæ sub temporum lapsibus abineunte seculo ad extremum vsq; diem mundus complectitur Christo vt viatori erant aperta. Quidquid quoq; Prophetæ cōplexi sunt, aut quidquid per reuelationem alicui constitit, Christi quoq; infusæ scientiæ constabat, siue interna hominis sint, siue externa: quæ omnia alibi fusius sunt tractanda: de quibus interim consule D. Thomam. 3. p. q. 11. ar. 1. & q. 12. arti. 1. Quo loco ab hac infusa scientia diuinā essentiā exceptā voluit, siquidem per illam hæc non videtur. Et in. 3. distin. 14. futura contingentia humanasq; cogitationes sub huius scientiæ iure & amplitudine nō contineri tradidit.

Quod

Christi multiplex scientia.

Quod iam indicauimus ex eodem autore veracius esse credo, quàm hoc, quod modo aiebat. Hanc ergo infusam scientiã lumen propheticum appellandum mihi videor, quãdo eã Dominus ad penetrãda quã naturã cur

sum superant, vt filij Amos^a, quã sunt mentis cogitatus, futuraq; vidit super Iudã & Hierusalem^b, contingetia & id genus, referebat. Neq; tamen hoc insigniebatur duntaxat honore scientia hæc infusa Domini, neq; prophetis duntaxat coarctabatur angustijs, quippe vt diximus, plarãq; alia sub suo complexu retinebat. Per hæc iam

(ni fallor) tibi patere arbitror quã veraci appellatione diuina eloquia Christum Dominum Prophetam appellent, quãq; germanè à me dictum sit cunctis præfisse Prophetis ex scripturã indicatis iam testimonijs. Quod si hæc, quã de hac re tradidimus, mentem tuam non explent, accipe tibi. 2. 2. D. Thomã & lege quãstionẽ. 174. articulo. 5. & fortassis expleberis.

¶ *Filij Amos.*^a Prologus noster iam te docuit quis iste Amos fuerit. ¶ *Quam vidit super Hierusalem & Iudam.*^b Septuaginta interpretes & Theodotio contra Iudẽam & Hierusalem legunt. Atqui Iudã totam Iudaicam ditionem & amplitudinẽ, idest terram vniuersam Iudæorum, præferebat. Iudas verò non duodecim tribus, quã totam terram incolebant, sed duas duntaxat, & tribum regiam Iuda, & appendicem suam Benjamin, significat, vt autor est Hieronymus. Atqui cum Esaias in hoc libro ex professo & præcipuo instituto in has duas dudum indicatas tribus dirigat verba sua, aptior D. Hieronymi translatio videtur. Verum quia interim mista, vt diximus, etiam de alijs tribubus habet Esaias oracula, non inepta septuaginta & Theodotionis lectio cõfenda est, imò explicatior, quantum ad præpositionem, super, quã hoc loco perinde significat atq; contra, etiam si in scriptura ambi-

gua vox est: iam enim fauorem, iam verò vindictam notat. Tenebræ inquit Esaias operient terram & caligo populos: super te autem orietur Dominus. c. 60. Hoc autem loco, & alijs non rarò iram Domini notat, huius rei tot sunt ostensiones, quot annectere oportet nihil. Est autem obseruandum in prophetis sermonibus per Iudam, Hierusalem, domum Dauid, domum Iacob, aut Benjamin, vt plurimum duas subaudiendas, quas diximus, tribus: per Samariam autem, Ephraim, Ioseph, Betauen, Bethel, Hyezael, Israel decem apostatas tribus, quas tyrannus ille Hieroboam ad se deduxit subnotandæ sunt. Nõ nunquam verò per Israel, & Iacob vniuersæ tribus sub indicantur. Cuius rei paradigma ipsa lectio prophetica affatim demonstrat: & Hieronymus autor est in prologo in Oseã. Superuacua hæsitatio est, si visio hæc per quietẽ, an per vigiliã Esaiæ contigerit, etenim quis hoc assequetur? Siue dormienti igitur, siue vigilianti visio ad fuerit, prophetica visio est. Nec rursum multifaciendum admodum est quod alij in dubium vertunt, cur Euangelistæ non ita euãgelia sacra, vt Prophetæ, exordiantur, vt dixerint, visio Matthæi, aut visio Marci. Etenim Euangelistæ non propheticum, sed historicum morem gerunt, vt & Moses Pentateuchon nõ coepit à visione, sed in principio creauit Deus cœlum & terram, orsus est. Quippe qui mundanę generationis historiã tenebat. Theophilatum volue commen. ad Matthæum capitulo. 1. Hierosolymia autem ciuitas Salem quondam appellata, metropolis fuit Iudææ, cui quondã Melchisedech rex pacis præfuit, quam Sen filiũ Noẽ cõstruxisse historici ferunt post quem Iebusæus filius Chanaam illam incoluit, & à Iebus & Salem, nomen clatura noua à rege Dauid est insignita, quasi dixeris Iebusalem, quam inclytus filius eius Salomon diuitijs opimis, & innumeris exornauit, temploque in ea constructo celeberrimo toto orbe reddidit clarissimã, & nomine altero,

Scripturæ
phrasıs.

Hierosoly.
ma vnde.

Quid velit
prep. super,
in scrip.

Dilucida. & decla. in Esai. Prophetam. . 1.

altero, Hierosolymā appellauit, quasi Iherusalymoniā, quā à Babylonijs subuersam Zorobabel reedificando restituit, & Romanus exercitus demū funditus deleuit: quam postea Aelius Adrianus Romanus Imperator repa-
 rauit AElia; in diebus Ozia, in proprij nomi-
 nis monumentū Ioathā, Achaz, nominauit. Hæc sat sit dixisse. ¶ *In diebus Ozia Ioathan, Achaz, & Ezechia Regum Iuda.* Quatuor regū Esaias tēpora notat, sub quibus sua oracula edidit, etiā si in vltiora quoq; tēpora suā prophetiā produxisse, idest in Manassē vsq; filium Ezechia chronographia Hebræorū refert, vt Hieronymus in epistola ad Damasum Papā meminit, glossa astipulāti: atqui sub eodē Manassē vatē hūc violentū diem clausisse postremū. A Manassē nanq; serra sectū fuisse tradit: prætextu obtēto Esaiam calūniati sunt q; verba blasphema in Deū iactasset, quippe. c. 6. se deū vidisse fatetur. Quare & Manassēs putās se obsequiū præstare Deo, volēs, (vt ipse falsō credidit) diuinis vlcisci iniurias Esaiam de medio subtulit. Qui verò cedrū arborem, Esaiam à violenta manu Manassæ fugientem in penetralibus suis condidisse credunt, me nō refragante, in suo sensu abundant. Quod si Esaias tempora Manassæ regis attigit, utiq; Propheta noster in multam prouectus est ætatem, & plenus dierum sub Manassē gloriosum retulit sua morte trophæum. Etenim vt autor est Hieronymus commen. ad. 30. huius caput, ab Esaiæ vaticinio vsq; ad Hieremiam fluxerunt anni. 150. & Hieremias. 13. anno Iosia Prophetæ Hieremias. c. 1. igitur Esaias cœpit Prophetare anno Ozia. 31. vnde restant Ozia. 21. Ioathan. 16. Ezechias regnat. 29. annis, Manassēs. 55. Iosias verò. 13. & Achaz. 16. Qui omnes constituunt, si rationem subduxeris. 150. Esaias ergo, qui cœpit sua oracula populis Prophetare. 31. anno Ozia, & produxit æuum suum vsque ad regnum Manassæ, vnde compu-

tatis duntaxat annis Esaiæ à. 31. regis Ozia, quando Esaias prophetici muneris cœpit functionem vsque ad finem Ezechia sunt anni. 92. & latet nos quotum annum agens propheticum egit munus. Et

& Ezechia regum Iuda.^a

quanquā, (quod minimum videtur,) illi tribuatur, vt agens de-

cimum suæ vitæ annum Prophetare cœpisset, iam sub Manassē agebat annum nagesimum secundū. Addas annos quos egit sub Manassē, quos ignoramus, & fidem mihi dabis longæuum satis occubuisse Esaiam sub Manassē, à quo interfectum fuisse perhibetur, vt prædiximus ex Hieronymo & Augustino. 18. de ciuitat. Dei. Istorum autem quatuor regum, sub quibus Esaias suam duxit Prophetiam, habes annalia quarto regum. 15. 16. & 17. & 18. & sunt ea, quæ iam dudum tibi præscripsimus. Atqui fuerunt synchronisei coætanei, Esaias, Amos, Osæas, Michæas, Ioel, & Ionas, vt patet ex eorum dem testimonijs, & enim sub eisdem regibus prophetasse testantur. Michæas autē Oziam non nominat, sed reliquos tres, Ioatham, & Achaz, & Ezechiam. Ioel verò & Ionas sua tempora tacet, vt Augustinus. 18. De ciui. ca. 27. commemora. At chronica coætaneos illos cum reliquis, quos retulimus, testantur. Vt Eusebius libro de tēporibus Azarias inquit, qui idem est Ozias, sub quo Amos, Esaias, & Ionas Prophetarāt, cum quibus quoq; facit Hieronymus in prologo ad Amos Prophetam. Et si Amos dixerit, paulo ante Esaiam suū cæpisse vaticinium, Augustino tamen loco nunc præindicato illos simul prophetali munere fulsisse tradidit: quanquam non collisioni inter hos doctores dandum est. Quippe si paulo ante Esaiam prophetat Amos, modicum exiguū ve discriminē pro nullo est ducendum. Eusebius Oziam narrat sub Auentino Romano rege regnasse anno. 32. regni eiusdem. Est autem Ozias hic idem qui & Azarias. 4. nanq; regum capite

Actas Esaiæ.

alio loco
 quodammodo
 quidam

Que tempo
ra profana
attigit Esai.

capite. 15. Binomius scribitur. Eutropius Oziam sub Proca Romano Rege Iudaei regni gubernacula tenuisse credit. Et Diuus Augustinus. 18. De ciuita. capi. 27. & Auentini & Procae mentionem fecit. Horum autem quatuor regum, quibus Esaias coexistit, tenduntur dies vsque ad Romulum vrbs Romae conditorem, vel ad regni vsque primordia successoris Romuli, qui fuit Numa Pompilius, sub Ozia Sybilla sexta clauit, Regum Macedonum oritur, regnum Assyriorum in Maedos transfertur, quod stetit per annos. 355. sub Ioatham Olimpias à Græcis apud Eli dem ciuitatem instituitur, sub Achaz regnum Romanorum oritur: sub Ezechia Romulus senatum constituit & annū sub quo Numa Pompilius regno Romano potitur. Itaque Esaias eo seculo floruit, quādo Assyriorum regnum extinctum est, & Romanorum regnum initia regni in Romulo iecit. Neque solum Esaias clauit seculo hoc, quin etiam & Osæas, Ioël, Amos, Abdias, Ionas, Michæas, Prophetæ clauirunt, ut prædiximus, & Honorius suffragatur in libro de imagine mundi. Et obseruandum attentè nobis est, nō temerè Prophetas hos prælibatis temporibus veluti prophetiæ fontes erupisse. Ut quemadmodū Abraham æuo regno Assyrio initia capiente expressa de Christo à Deopatre pollicitatio præstita est, in semine tuo (videlicet,) benedicentur omnes gentes: ita quoque regnō Assyrio collapsō & romano florentissimo succedente Prophetæ iam præscripti de Domino quoque Iesu aperta itidē oracula promerent, ut vel sic cunctis regnis (quæ per orbem latè patēt,) promissum Christum Abraham & à Prophetis decātātū vniuersorum Dominum futurum insinuarent, prophetiasque suas in codices coegerunt, ut vniuersus orbis naturæ humanæ morbum & antidotū legeret. Consulendus est tibi Augustinus loco proximè indicato. Esaias porrò nondū decē tribubus reductis incaptiuitatem (Hieronymo autore in præfatione eiusdem) propheta-

Mysterium
obserua.

uit. Decem namque tribus à Teglati Phaasar, primò sub Ioatham filio Oziæ bello sunt imperitæ. 4. Regū. 15. illasque bello captas trāstulisse in Assyrios regnante Phascē in Israel filio Romeliæ, commemorat cuius regni anno secūdo regnauit Ioathā hic, cuius Esaias meminit. Proindeque scriptura sub Ioatham Israelem captū à rege Assyrio subindicat. Hieronymus verò in cō. ad Esaiā. c. 10. duas tribus & semissem à Teglati phalassar, Zabulon, scilicet, Neptalim, & mediā tribū manassæ captas credidit. Quanquā non sub Ioatham, sed sub Achaz abductas duxerit. In cuius sententiam & alij eunt. Sub Achaz autem Salmanassar bellicas incursiones in Samariam exercuit, (quæ regni decem tribuum metropolis vigeat) illasque armorum violentia, ut penderet sibi annua tributa coegit. Quare neque temerè tribus superstitēs decem suæ captiuitatis tunc miseriam cœpisse existimabitur. Quod si Eusebio in hac re danda fides est: Salmanassar hic ipse est, qui Senacherib, qui per Rapfacē ducem sub Ezechia & Esaiā Hierosolymā in Assyriam redigere ditionem impudentissimè & plusquam tyrānicè, temerè tamē conatus est. Sub Salmanassar igitur trāslatae sunt tribus Israel in Assyrios Maedosque. 4. Reg. 18. post. 250. annos quibus regni gloria reges in Israel clauerant, Eusebio autore. Israelitico igitur regno (propter læsæ maiestatis diuinæ atrox & immane idololatriæ crimen, à quo etiā monentibus Prophetis, discere noluerūt) euerso, regnū Iuda stabat, cuius ruinā & lapsum, quia sub eiusdē criminis pondere iacebat, Esaias prædicit futurū. 4. enim reg. ca. 17. sceleribus Israeliticis recēsit de Iuda ait. Sed neque ipse Iuda custodiuit mādātā Dei sui, verumtamen ambulauit in erroribus Israel, quos operatus fuerat. Ut ergo Apostolis distributæ sunt nationes, quibus euāgelia denūciaret, sic & Prophetis distributæ sunt tribus, Esaias duarū prouintiā cepit: Osæas, Amos, Michæas, &c. Aliarū tribuum. Ruinā autem regni Iuda lōgē ante Esaias

At Eusebius
fallitur in
chronico ut
infra patet.

Esaias pramōstrauit, ab Ozia nanq; ad captiuitatē vsq; Babylonicā anni. 223. ferē fluxere si annaliū regaliū regū Iuda rationē subduxeris. 4. lib. Regum à ca. 15. in finem vsq;. Etenim ab Ozia vsq; in Ezechia delabuntur anni. 113. Ozias nāq; regnat annis. 52. Ioatham. 16. totidem Achaz, Ezechias huius filius. 29. Quos si conferras, in summam, redigūt in annos. 113. Sub hęc Manassēs Ezechia filius regnat. 55. Amon huius filius. 2. huius filius. 31. Ioachin. 11. Sedechias. 11. qui sunt collecti omnes anni. 110. à principio regni Manassae vsque ad templi excidium Salomonis. Igitur ab exordio regni Ozia vsque ad captiuitatem anni sunt. 223. ferē. Iam verō missa hęc facientes ex prafatis omnibus, dubium hoc fortassis quempiam tentabit. Cur inquam Esaias primus obijcitur legendus inter Prophetas ita maiores vt minores, quando vt prädiximus Osee prior ipso munere hoc fungebatur? At absoluemus, haud dubium, hanc, quā proponimus hæsitationem si obserues diu Pauli Epistolas, quæ non eundem sequatū sunt ordinem in dispositiōe quam habent in sacris Biblijs, & quam in dictando tenuit Paulus. Quandoquidem epistola ad Romanos nō prior scripta est, etiam si prior legatur, vt docet Chrysostomus in commen. in epistolam ad Romanos. c. 1. quo loco epistolas ad Corinthios tempore præcessisse epistolam ad Romanos docet: itidem & epistolam ad Galatas. Verum, quia alijs epistolis, quas Paulus conscripsit ea quæ est ad Romanos, dignitate anteferenda est idcirco prima locatur. Instar horum de prophetico Esaię libro, qui cæteris Prophetarum libris præponitur diiudicare par erit: etenim & si non primus omnium prophetauerit prophetiæ excellentia antestat. Quapropter & in Hierosolymam Iudæorum metropolim & ad tribum Iuda regiam sanē, & tribuum dignissimam, ex qua Dominus secundum carnem genealogiam deduxit, Propheta destinatur. ¶ *Audite cœli.* Quod primo

dixerat Esaias, visionem se habuisse erat: at quæ, aut qualis hæc visio extiterit, non expressit nisi. c. 6. hñc autem non quid viderit, prosequitur, sed potius quid interna audierit aure. Subdit enim, audite cœli, au-

Audite cœli,^a & auribus percipe

rib⁹ percipe terra. Et Hieronymus in commē. in primum. caput Esaię ita adnotat, morem hunc esse prophetis: quinimō Paulus Apostolus posteriore ad Corinthios. c. 12. Veniam (inquit) ad visiones & reuelationes. At visiones has non denarrat, quid viderit, sed quæ audiuerit, verbis istis. Audiui (inquit) arcana verba, quæ non licet homini loqui. Et 1. Regum. c. 3. Samuel habuit secum Dominum loquentem, & tamen loquelam diuinam visionem vocat scriptura. Metuebat, (tradit) indicare visionem Heli. Per hæc loca tanquam indice quodā alia non pauca colliges. Quamobrem, vt huiusmodi scripturæ morem assequaris, pendendū tibi erit, visum & auditum, cæterosq; exteriores sensus & loco & functionibus & sensorijs diuersos esse: at mens ipsa suos quoq; habet sensus, externos nomine & similitudine referētes, at non diuersos naturæ, sed nomine. Ipsa nanq; mens vt intelligibilia penetrat, visus est, vt instruitur & eruditur, auditus est, vt quæ intelligit, sapientia sibi redduntur, gustus est: vt admonet Psalmi locus, gustate & videte, quoniam suavis est Dominus. Vt autem discernit à falsis vera, bona à malis, tactus est: quippe tactus discretiūs sensus est. Vt aut sibi cōsulit de futuris bonis assequendis atq; malis vitādis olfactus est: olfactus nāq; odore inuestigat, quæ prosequatur, quæ ve fugiat, vt venatici canes tibi sunt exemplo. At verò de visu mentis & auditu crebrior mentio est in scriptura quam de reliquis. Visus enim & auditus sensus sunt disciplina, nā per visum de arcanis naturæ multa inuestigauerunt, & tandem assequuti sunt Philosophi autore Aristotele. 1. metaphis. ca. 2. Idcirco & sensus inuentionis rite appellatur,

Aduerter •
dus mos est
scripturæ.

Sensus mentales.

tur, vt & auditus disciplinæ. Per illum enim mens magistrorum doctrinam ad se rapit atq; transfert, libro de sensu & sensibili. c. 1. testis est huius rei Aristoteles. Quæ de causa non sine latenti mysterio Paulus postquam dixerat, veniam ad visiones & reuelationes, subdit de mam, audiui arcana verba, vt non solum se vidisse magna lia Dei, sed & penetrasse & intellexisse sub indicaret. Hoc enim sibi volebat, quâdo se audiuisse aiebat: est enim auditus, vt diximus, instructorius sensus. Propter eandem causam, & Esaias ea, quibus à domino erat instructus, denarrat visionis qualitatem suppressens. Et in libro numerorum. c. 24. Balaam vt se instructum à Deo in visione sibi præstita fuisse nos doceret, dixit homo cuius est obturatus oculus auditor sermonum Dei, qui visionem omnipotentis &c. Duo quidem coniunxit, & audiuisse sermones Dei, & vidisse visiones, & quare sic hæc duo sociauerit, ex sermone dudum habito perspicuum tibi erit. Iam prophetâ audiamus, audite cœli. Hieronymus in Ioel. cap. 1. diuersa, & audire & auribus percipere, esse tradidit. Nam hoc mentis est munus, illud vero sensus: bruta nanque audiunt, sed aure non percipiunt, quouis idiomate verba proferantur. Moses quoq; Deut. 32. duo itidem hæc copulauit audite cœli, inquit, auribus percipe terra, verba oris mei, & in Genesis. 4. Lamech cum vxoribus suis verba faciens eandem phrasim verborum habet, & in Ioel. c. 1. & de mum scripturæ mos est, & Dominus quoq; apud Matthæum. c. 13. Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neq; intelligunt. Quid est audiendo non audire? quia pharisei sonantem Domini vocem auribus mentis excipiebant, intelligentiamque illius mente respuebant: visuque carnis miracula Domini magnifica intuentes, mente vilipendebant, istud est audiendo non audire, & videndo non videre: id quod & Esaias futurum prædixit. c. 6. Excæca, inquit, cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos

eius claudes: id est, excæcabis, aggrauabis, & claudes. Ex Hebræorū nanque dialecto sæpè admonuimus imperatiua vicem gerere indicatiuorū: vt Origenes homilia. 1. in Cantica canticorum, & Augustinus in Psalmū. 78. tradiderunt. Atqui de sensibus exterioribus, quos apertos scribæ, & Pharisæi tenebāt, prophetica hæc nō sunt habenda. Audite cœli. Chrysostomus homilia. 3. de poenitentia apta huic loco quæstionē mouet. Cur Moses primū, Esaias postea, verborū suorū irracionales creaturas, neglectis rationalibus, in testes vocent. Cœlū nanq; & terra de visis aut auditis ferre testimonium nō possunt: hoc enim rationaliū munus est. Atqui quæstionē soluens eò dixit prophetis in vsu esse tropū istū, quod animaduertamus scelera & hominū facinora, quæ in Deum & homines admittunt, illos peioris conditionis reddere, quàm sint animantia bruta. Propterea exclamat Esaias & testes sibi vocat & cœlos & terrā: quasi apertius hæc verba funderet. Vos in uoco cœlos, testem te facio ò terra, non vos homines cito, nō vos in testes adduco, ea nanq; est vestra cōtumacia in Dei præcepta, in vatesq; Dei ea est vestra petulantia, vt indigni qui citemini in testes verborū diuinorū sitis. Quorsum nāq; in vestras plusquam plūbo oppilatas aures verba sacra ego infundam? nō enim sanctū est dandū canibus, nec margaritæ diuini sermonis coram porcis spargendæ sunt. Quo igitur tandem me vertam? Si vobis, quibus hæc instillada sunt verba, cor adest lumini Dei non acquiescens, sed in insipientia sua obscuratū, vt ad lucem meridianam palpetis, & præ caligine oculorū mentis vestre magis cæcutiatis? Tendam utiq; sermonem meū ad puras incontaminatasq; creaturas Dei, qualia sunt, cœlū & terra: hæc aduersus vestram conturnaciam mihi accersointestes, quippe quæ incorrupta sunt, & diuinis imperijs nūquam nō acquiescūt. ¶ In libro quoq; sapientiæ legimus verba quædam, quæ huius loci intelligentiam nō minimè adiuuant. Accipiet (ait) armaturā ze-

Scrip. dialectus.

Quæ. notanda

Locus Pauli exponitur

Locus ex li. Nu. explicatur.

Scrip. phrasim.

lus illius, id est, Dei, & armabit creaturā ad
vltionem inimicorū, induet pro thorace
iustitiā, & accipiet pro galea iudiciū certū:
& paucis interiectis, Et pugnabit cum illo
(inquit) orbis terrarū cōtra insensatos. Hac
igitur de causa recte Esaias cœlū & elemē
ta in testes adducit, tanquam hæc pugnatu
ra sint contrā impios, quos hic vocat insen
satos, quæ pugna sumetur ab orbe in patro
ciniū diuini iudicij. ¶ Sed quæret aliquis,
ecquid patrociniū isto eget Deus? Qui iu
stus est, & iustitiam dilexit, qui iudicat ter
ram in æquitate, nunquid qui omnipotens
est, eget orbe vt secum pugnet aduersum
insensatos? Sub hæc quoq;, num cœli ani
mati sunt? Num terra viuens est? Num sen
su & mente prædita, vt vocētur à prophe
ta vt auditura verba Dei? Fortassis, quia
hæc lectorem mouebunt, & ab intelligen
tia huius sacri loci & aliorū aliquantulū re
trahetur, oportebit hæc. excutere, prius
quam in vltiora nos referamus, & à po
strema dubitatione inceteras soluēdas mi
hi gradus faciēdus est. ¶ Fuerunt igitur in
ter philosophos olim confertissimæ pug
næ de cœlorū animatione. Platonici con
tendentibus animatos esse & intellectuā
les. Quin etiam & princeps Peripatetico
rum quantū sermo eius præsefert. 2. lib. de
cœlo. cō. 13. nō abhorret à Platónico pla
cito, ait enim cœlum animatum esse, ideò
quia in eo est principiū motus, & dextrū,
& sinistrum, quæ solū in animantibus pro
priè reperiuntur. D. verò Basilus homi. 3.
Hexameron, itidemq;. D. Ambrosius &
aliorum sanctorum nōnulli inanimæ cœ
los credunt: aduersus quos vrget non infir
ma ratio. Et enim secundum proloquium
peripateticū: viuentia præstant non vi
uentibus, vt & August. 1. 1. de ciuit. Dei. c.
16. satis docuit. Et ante hos diuinæ literæ
tradiderunt Sapientiæ. c. 15. quo loco, cū
sermo de idolis habetur, miserrimā idolo
latriæ conditionem carpens libri author,
hoc subdit. Melior nāque est ipse ijs, quos
colit, quia ipse quidem vixit, cū esset mor
talis, illi autem nunquam. Iam verò, si cœ-

lum non viuit, quiuis vermiculus, quæuis
musca cœlorum machinæ vt præponatur
in perfectione oportebit: id quod à verita
te procul distans, quilibet esse diiudicabit.
Etenim cœlum vi sua & influentia mirabi
li vniuersa hæc sublunaria generat, adeò,
vt. Ari. 2. lib. de physica auscultatione con
fidenter pronunciauit solem & hominem
generare hominem: id quod intellectum
velis de corpore, non de anima rationali,
quæ vnus Dei opus est, non cœlorū. Nec
Platonis & Aristotelis de hac re placitum
prorsus vacat ambiguo. Age enim, si cœli
animati sunt, illa vtique anima nec vegeta
lis est, nec sensifica, quandoquidem nec al
teratur cœlum, nec augetur, neque alitur,
nec alias istarum animarum functiones il
lis Aristotelis concedit. Erit igitur anima
intellectiua, quæ cœlum mouit: hæc au
tem anima necessariò aliam subit speciem
ab anima nostra rationali longe diuersam.
Nostra nanque principium est vegetandi
& sentiendi: id quod cū natura animæ
cœlestis haud dubium pugnat. Quapropter
si cœlum hac anima donatum est, ea ra
tione duntaxat affirmare quispiam pote
rit, quia principium est mouendi cœli. At
verò intelligentia separata hoc cœlo præ
stare poterit, vt ipsius intelligentiæ vi cœ
lum moueatur. Quorsum igitur anima e
rit præditum cœlum, si intelligentia sat est
largiendo motui, quæ quidem intelligētia
nō est anima orbis, sed illi adhistēs? Quod
si replicaueris adhuc, eò necessariam ani
mam intellectiuam, quò cœlum intelligat
inanis est replicatio hæc, actio nanque in
telligendi illius animæ non eget corpore
cœlesti, neque alio quouis corpore, quan
doquidem per species à corporibus recep
tas non intelliget, si ipsam concederemus.
Vtrinque ergo premunt argumēta. Et for
tè tibi iam videbitur, auribus (quod aiunt)
tenere lupum. De hac re scripsi plura in cō
mentarijs nostris ad libros Aristotelis de
anima, in quos auidum lectorem remitto,
inibi apertè quid senserim, diiudicabit. In
præsentia verò, ne viduatam citra solutio
nem

De calorū
animatiōe.

non tam
animatiōe

non tam
animatiōe

non tam
animatiōe

nem disputationem hanc deferam, ego in eam sententiam eo, quæ cœlos inanimés prorsus affirmat. Sûnt tamen, & si inanimés influentiam habentes viuificam, vt anima lia spontina, vt vermes, lumbrici, quæ à cœlo generâtur, satis indicant: vt semen, quod tamen si inanime actu est, habet tamen latentem vitalem vim: id quod cœlum, vt instrumentum Dei in hæc inferiora operat. Quid igitur mirû si largitur vitam & motum viuētibz? cûm illam largiatur, non quia viuît, sed quatenus instrumentum est summe & diuine vitæ, qui Deus est. Instrumenta nanq; ad potiores actiones, quàm pro natura sua. Ab artificibus promouentur, vt penicillus, qui ad pulcherrimâ elaborandam imaginem, à pictore mouente prouehitur, quod ex natura sua non habebat. Et hoc ipsum in vniuersis instrumentis reperies. Nec me fugit dilutionem hanc dubij magis sapere theologiam, quàm philosophiam: at ob eam causam huic loco puto accommodatiorem.

Iam verò si hæc ita sunt, vt præscriptimus, quid est quod ait Esaias: audite cœli &c? Aduertendum igitur diuina scripta tropis oratorijs vbique scatere, vt Hieronymus in Oseæ. c. 10. & Augustinus. 3. de doctrina christiana. c. 29. Est autem in hoc scripturæ loco tropus, cui nomen est apud Rhetoricos, prosopopeia, per quem fingimus personam esse, quæ nō est: vt qui mortuos introducit loquentes aut audientes: itidem qui inanimata donat sensibus: vt. 3. regum. c. 13. dixit Propheta quidam prophano altari in Bethel constructo. Altare altare hæc dicit Dominus, & genesis. 4. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me, & illud, reuelabunt cœli iniquitatem eius, & terra consurget aduersus eum Iob. 20. Huius quoque generis est quod ait Esaias, audite cœli, auribus percipe terra, non q̃ in cœlis sit auditus, aut in terra sit intellectus sed vt insinuet quanta sit dicendorum magnitudo, cœlum & terram sibi inuocat, iubeatque vt audiant verba à se mox proferenda. Quo tropo & Moses vsus est in ver-

bis iam prædictis Deuteronomij. 32. Nec putet aliquis per cœlum & terram duotantum esse subaudienda, imò per hæc duo vniuersa alia intelliguntur, quæ sub cœlo & terra continentur. Quod si istud tibi non arriserit, alterius quoque interpretationis dabitur optio: per cœlos, angelicos spiritus, qui cœlos replent, subaudiamus oportet. Itaque per synecdochem in continente cœlo cōtētos angelos accipiamus itidemque per terram, homines contentos. In hæc igitur exclamat propheta, quasi dicat. O vos angeli ætheræi, qui Deo omnipotenti iugè ministerium præstatis, vultuique diuino semper astatis, audite quæ Israelitarum scelera sum de prompturus, deq; eorū perfidia in Deum vestrum, qui non veriti sunt, gloriam incorruptibilis Dei mutare in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, quadrupedū, & serpentum. Vos quoque audite mortales, & expendite Israelitarum in Deum suum ingratitudinem: qui tot muneribus à Deo affecti, tot beneficijs oppignorati, in deserto nanque pane cœlesti illos aluit, mari rubro illis cedente prius, in terram manantem lac & mēl transmisit, vnius Dei creatoris omnium notitia per legem potiti, ipsum vnum Deum sacra ipsius prophanantes dereliquerūt, & ad exécratas idolorum aras se conuertentes. Et pulchre rem hanc Esaias exaggerauit, instarque eorum se gessit, qui doloribus vehementibus anxij in cœlum clamitant, totumque orbem ad se pro consolatione cōuocāt. Ita Esaias hoc egit loco. Anxius enim admodū quod Iudæi & Hierosolymitæ cæteræq; tribus, de quibus, vt prædiximus in hoc vate commissa sunt oracula, anxius, inquam, quod gentes istæ Hebrææ tantum & tam nefandū crimen læsæ maiestatis in Deum admitterent, veluti pro consolatione voluit totum orbem commouere, & veluti excitare, dicens. Audite cœli, auribus percipe terra.

¶ Diuus Hieronymus in glossa admonuit per cœlos, inquit, non multitudinem cœ-

lorum esse intelligendā, quippe Hebræis, hæc vox (Samain) quanquam pluralis numeri sit, non plura, sed vnum significat, id est cœlū, sicut Athenæ, & Thebæ. Porro Diuus Chrysostomus homilia. 4. super genesim. Et Diuus

Basilii. 2. libr. Hexameron: & D. Ambr. homilia. 2. tres cœlos

arbitratur esse, moti Pauli verbo. 2. ad Corinth. ca. 12. raptus est in tertium cœlum.

Quin & D. Damascenus lib. 2. de fide orthodoxa. c. 7. eiusdem placiti est cum commemoratis auctoribus. Verum non est, q̄ torqueat nos isthæc hæsitatio, quandoquidem Paulinus sermo non nos cogit vt de cœlis istis visibilibus intelligendus veniat: quandoquidem Augustino autore. 12. super genesim in inuisibiles cœlos referendus est Pauli sermo, cuius rei fufius supra meminimus. Quapropter si decem cœlos esse fateamur, septem planetis distributos, octauum imaginibus cœli concessum, nonum, quod est primum mouens, decimū, quod est habitatio sanctorū, nihil incommodi fidei Catholicæ accidet, quandoquidem nostratum Theologorū & Philosophorū vnanimis est confessio, paucis quibusdam repugnantibus ex Astrologorum & Philosophorū familia. Sed hac disputatione chartas has onerare nō libet, alibi em̄ fortassis erit cōmodior quam loco huic.

¶ *Quoniam Dominus loquutus est.* a) Subaudi, mihi loquutus est, vt loquar populo rebeli & ingratisimo. Iustum quidem est (quasi dicat) vt cœli & terra audiant verba mea etenim non sunt mea, sed Dei inspirantis, & in me primum loquentis. Verbis igitur diuinis audiendis vniuersus orbis se succingat & paret, vt attentissimis audiat auribus quæ vniuersorum Dominus loquitur. An non dignum est vt verba, faciente Domino, famuli audiant? Quid igitur loquatur audiamus. *Filios enutriui & exaltaui ipsi autem spreuerunt me.* b) Verba hæc non solum de tribu Iuda, sed de vniuerso

populo Israelitico iure habēda sunt, aduersum quos dignissimā proponit Esaias querimoniam Dei personam agens. Filios (inquit) enutriui &c. Triapræ se ferunt hæc verba, quæ punctim sunt digerenda, alterū est, q̄ dominus nutriui, & exaltaui: ipsi autē spreuerunt me^b.

Hebræos nutrit, alterum q̄ in honores primarios eos euexit: postremū ingratitudinem, q̄ hæc contempserint diuina munera, illis obtrudit.

Atqui cū Deus cuncta, quæ alimento egent, nutriat, vniuersa nanq; viuientia alentem Deum spectant, & ipse dat illis escam in tempore opportuno, vt Psalmus Dauidicus testatur, quid est q̄ in specialem prærogatiuā Hebraici populi locus iste filios enutriti dicat. Quasi verò Hebræos duntaxat enutrit Dominus, qui etiā dat escā coruis & pullis eorum inuocantibus eum.

De alio ergo nutrimento locum istū interpretari cogimur, quò populus ille singulari dono fuerit nutritus. Et vtiq; citra ambagem diuinæ literæ singularem quandam alimoniam, quæ pauit Hebræos in deserto, indicant. Pluit nanq; Dominus de cœlo Iudæis vasta deserti squallidaque loca incolentibus māna, vt cecinit Regius Psalmes. Panem de cœlo præstitisti eis, omne delectamentum in se habentem, vt & in libro diuinæ sapientiæ, additur, & omnis saporis suauitatem. En tibi nutrimentum planē diuinum & singulare, quo populus ille incredulus quadraginta annis pascus est: a quo quidem cæteræ omnes gentes abstinerunt, imò neque delibauerunt. Probè igitur Iudæis impropere huic tantæ alimonie ingratitudinem. Sed pensitandum quoque est, non enim solum dicit, enutriui, sed honorifico sermone Iudæos prosequēs, filios, inquit, enutriui. Et quidē cū deus sit pater vniuersorū testāte Iob in hæc verba 18. c. Quis est pluuiæ pater? vel q̄s genuit stillas roris? id qđ poetas gentiū nō latuit. Deū em̄ patrem deorū & hominū vocāt: tentandū idcirco nobis cur signāter filios

Iudæos

Calorū numerus.

Psalm. 144.

Psalm. 104.

Psalm. 77.

Iudæos Esaias vocat; neq; hic locus solum modo Iudæos filiationis honore insignit, sed plerumque in scripturis Sacris hoc eodem afficiuntur honore. Exodi enim. 4. Dominus populum Hebræum vocat primogenitum suum, vt ad apicem filiorum eos deducat. Primogenitura enim, est, velut totius filiationis vertex & sublimitas; quapropter vel oscitatibus pateat hoc est necesse. Non ea ratione diuina scriptura Iudæos appellat filios, qua creaturæ vniuersæ filiorum aut filiationis subeunt nomenclaturam, Paulo docente, à quo (inquit) est omnis paternitas in cœlo & in terra ad Ephes. 3. sed alia multò eminentiori eos vocat filios, nempe adoptionis: eos namq; sibi Dominus adoptauit, vt particularem illius populi gereret curā: itidemq; illos in viam æternæ salutis dirigeret. Et de mum erga illos tam singulariter se gessit Dominus, quàm singulariter se gerit pater quilibet in liberos suos, siue alendo, siue administrando, siue defendendo, siue curando. Et ne in omnia discurrendum nobis sit, nullus est pater, qui ita prouidē curam filiorū administret, vt Dominus Hebræorum res administrabat.

¶ Et in cumulum beneficiorum, addit, & exaltaui, vt quò cumulatione patuerint diuina erga illos beneficia, eò grauior cōstet illorum eorundem ingratitudo. Exaltauit autem Dominus plebem Hebraicam, eligens illam ex cunctis nationibus, quæ sub cœlo sunt in charissimum sibi populum, omniumq; gentium sibi familiarissimum Exo. 19. Eritis mihi, inquit, in peculium de cunctis populis, mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta &c. Quæ si penetraueris verba, quanta fuerit illius populi à Deo cōcessa dignitatis sublimitas, facile patebit. Sensus nanque hic est verborum horum. Cuncta (ait dominus) mea sunt, iure creationis mihi subduntur, tamen singulari dono vos Iudæos ex cunctis seligo, vt singulari prærogatiua mei, & appellemini & sitis. Quare ex omni creatura, quæ est velu-

ti hæreditas mea in selectū peculī vos de legi, vt insignibus gratijs vos prosequar. Vnde & in regiam dignitatem vos prouexi, ad sacerdotales honores vos promoui, ab immunditijs idolorum abstraxi, ad fidei integritatem vnus Dei sanctaq; præcepta obseruanda deduxi. An non vides munerum diuinorum magnitudinem? quamq; deflenda sit illorum conclamata cæcitas, qui hæc oculis carnis videntes, corde non percipiebant, vt grati essent domino Deo, à quo tantæ beneuolentiæ officia procedebant? Nec solum ingrati, sed rebelles incredibili contumacia diuino lumini extiterunt. Quam quidem rebellionem Diuus Stephanus exactissimè Actu. 7. prosequitur. Quare non est q̃ immoremur, quando quidem ipse ab origine in calcem illam deduxit, & vnico verbo rem totam absoluit (dicens) dura ceruice, & incircumscisis cordibus & auribus vos semper spiritui sancto reſtitistis, sicut & patres vestri. *Ipsi autem spreuerunt me.* 1. Reg. cap. 2. ait Dominus. Quicumq; honorificauerit me, honorificabo eum, qui autem contemnunt me erant ignobiles. Et est sermo in eo capite contra liberos Heli pontificis, qui facinoribus suis retrahebāt alios à sacrificiō deo. Air em̃ cur calce abiicistis victimas meas? Itaq; contemptus Dei præcipuus est diuinum cultum, diuinisq; honores lædere. Sub hæc quoq; ij contemnere dicuntur, qui abiectō Dei timore, diuini mādati violatores sunt. Iustè ergò Esaias Iudæos spretores vocat, cū violantes mandata, rēm Dei cultum proijcientes à verò Deo discesserunt. Quòd si scholasticam loquelā hic à me inferendam optas: contemptus est diuinæ legis transgressio eò q̃ volūtas diuinæ legis frānis agi renuit: itaque nō omnis qui crimē admittit, contēnit Deū. Multi enim peccant, dolentes se peccare; qui desiderant diuinis habenis duci, imò & cogi. Verum infirmitate carnis præpediti de diuina tamen misericordia confisi à culpa liberandos se ad peccata admittenda effrānant. Tu lege D. Tho. 2. 2. q. 186.

Quid sit peccare ex contemptu.

Locus San.
Thomæ ex
penditur.

art. 9. ad. 3. & in. 4. sent. dist. 9. art. 3. in peccato tradentem veniali è genere maiorem aliquando esse contemptum quam in peccato mortali è genere. Nec praterireunda est particula è genere. Etenim si peccates expendis, contemnit magis qui cognouit bos possessorem suum & asinus præsepe domini sui, Israel autem me non cognouit. Collatione brutorum pudore suffundere Iudeos Esaias nititur, bouem & asinum in medium profert: nec temere hæc infert. Sunt enim hæc duo bruta nihil sagacitatis & astutiae præ se ferentia, ut alia quæ astu & sagacitate pollent, ut vulpes celebratam habent in diuinis literis calliditatem suam. Vnde Dominus hac ratione Herodem vulpem vocat. Dicite (inquit) vulpi illi. Et de serpente legimus in Genesios historia. Et erat serpens callidior cunctis animantibus terræ. Et admonitio Euangelica id ipsum contestatur. Estote (inquit) prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Demum in multis animantibus mirabiles, ingeniosasque vasrities legimus, quas tibi suppeditabit Aristotelis & Aelianus animalium historia. Verum astuta & ingeniosa animalia non proposuit, sed stolidissimis animalibus Iudeos contulit, ut vel inde quod stolidi sint, qui in Deum impii sunt colligas, qui stolidiores sunt stolidissimis etiam animantibus. Bos nanque & asinus si non ingenio & astutia gaudet, certe fidelitate in dominos suos ornatur. Etenim bos cognouit possessorem suum, quem sequitur ducem, ut & alij greges suos ductores. Et asinus præsepe domini sui recognoscit: qua quidem fidelitate in Deum impii orbantur, quare & stolidiores sunt boue &

asino. Tanta enim est beneficiorum vis ut ad bruta animantia illorum gratitudo porrigatur, & (quæ est calamitas nostræ mortalitatis) in hominibus rationalibus vis hæc hebetetur, ut non solum ingrati simus beneficijs, quæ Deus in nos collocat, verum etiam & conculcatores & contemptores simus: nec tantum similes facti simus iumentis insipientibus, verum etiam longe peiores illis, Dominum nostrum & vniuersorum obliuiscetes, salubresque leges illius in tergum mandantes: id quod Propheta notat subiungendo verba hæc, Israel autem me non cognouit. Id quod explicat satis beatus Augustinus in libr. de bono disciplinæ. c. 6. Eum demum ait cognoscere dominum suum, qui suæ conditionis officium nouit. Vnde Iudei non cognouerunt Dominum, quia propriæ professionis officium erat, diuinis vestigijs in hære iudicia, præcepta, caeremonias, Dei leges diligentissime obseruare: quæ non præstiterunt, imo ad vanitates & insanias falsas delapsi sunt. Porro diuus Hieremias. c. 8. Iudaicum supercilium aduersus Deum, proposito volucrum exemplo, repulit in hæc verba. Cognouit miluus in cælo tempus suum, turtur & hirundo & ciconia tempus aduentus sui, Israel autem non cognouit iudicium Domini. Aues nanque istæ præsentunt tempora sibi accommoda, distinguuntque inter vernum & hybernum tempus. Ciconia nanque hyeme latet. 8. de historia. c. 16. turtures latent itidem hyeme: quæ apud nos manent, in locis apicis se excipiunt. 8. de historia. c. 12. Miluus imminetibus solstitijs latibula sibi querit: sub solstitijs nanque morbo pedum laborat (quæ podagram vocant) spectatque solis declinationem, ut morbum deuitet ut Alber. Magnus tradit de histo. ani. li. 23. Propheta ergo Hieremias instar Esaiæ prudentiam istarum auium & aliarum, quas poterat referre, ut

Animalium
mira solertia.

re, ut

Matth. 13.
Gen. 3.

Matth. 10.

re, vt sūt halcyonēs, quæ temporū sunt ob-
seruātissimæ quæ vere nō coeunt, sed hye-
me circa brumā, cuius dies dicunt septem
ante brumā, & septem à bruma, quibus ni-
dulantur. 5. de histor. c. 8. quas tamen Pro-
pheta silētio p̄f-
fit, quippe quæ Væ genti pecca-
rarissimæ visu trici, populo gra-
sunt. Sed vulga-
tas aues exposuit, vt Esaias vulgatissima
bruta ad retundendum Iudæorum elatissi-
mum fastum proposuit. Videor tamen mi-
hi aues has in exemplū suæ inuectiue intu-
lisse, vt si sapientes se esse gloriānt & non
stolidos, eosq; pigebat imitari bouē &
asinum, vt bruta iumenta certē nō pigeat
illos id sapere, quod prudentes aues sapiūt,
discernere tempora, quando ad nrā venire
cōmodum est. Id quod in Hebræis id tem-
poris Hieremias desiderabat, vt cognosce-
rent iam iam aduentantē captiuitatē Baby-
lonicam, vt vel sic Deo se intime cōmitte-
rent, vt acerbissimā calamitatem ab illis di-
uerteret. D. August. in oratione aduersum
Iudæos & Paganos locū Esaiæ (quem ver-
samus) in mysticam retulit intelligentiā, si
bi citans locū alium Abacuch. 3. in medio
animalium cognosceris, per hæc animalia
bouem & asinū intelligens, in medio quo-
rum natus est Dñs noster Iesus Christus.
At verò lectio nrā non ita legit, sed in me-
dio annorū notum facies. Quare nullum
erit operæpretiū in hac mystica intelligen-
tia impendio immorari. Legat, qui volet
Augustinū loco indicato. Oportet autem
vt locum Esaiæ explicatius enodemus, ex-
promendū nanq; est, quid est quod ait, Is-
rael autem me non cognouit. Prædiximus
em̄ Esaiam in Iudam & Hierusalem sagit-
tas Prophetæ iacturum. Vt ergo memi-
nit Israel, in quo decem tribus significant?
Sed obiectiuncula hæc diluitur: nonnunq̃
em̄ per Israelem decem tribus, nonnunq̃
vniuersa terra Iudæorū, nonnunquam duæ
tribus intelliguntur, quarum altera præci-
pua & vexillaria erat inter tribus vniuer-
sas, altera verò huius primæ appēdix, vt tri-

bus Benjamin. Dicamus ergo Esaiam, & si
pro constituto habeat in tribum Iudæ &
Hierusalem dirigere sermonem, obiter ta-
men & ceteras tribus tangit: omnes siqui-
dem Israelitæ erant Iacob Patriarchæ pro-
genies. Quod
ui iniquitate, se-
mini nequam, fi-
verò ait, non co-
gnouit, obser-
ues oportet: in
arcanis nanq; diuinisq; literis non ad theo-
ricen, id est contemplationem mentis, sed
ad praxim, id est actionē operis verba co-
gnosco, scio, &c. & eorum priuatiua refe-
renda sunt: quale est illud in Esaiā. Abrahā
nesciuit nos, & Israel ignorauit nos. Nun-
quid Abraham & Israel, id est, Iacob Pa-
triarcha nesciebant, saltem in genere im-
mensam ab illis propagatam Iudæorum so-
bolem? non arbitror. Quid ergo est q̃ con-
queruntur apud Esaiam? Abraham nesci-
uit nos, & Israel non cognouit nos, nempe
quia in præssuris, quibus premebantur Iu-
dæi ab Abraham & Israele patribus præ-
sentaneo remedio illis præsto non erant.
Propterea dixerūt Abraham nesciuit nos
&c. musis quoq; Euangelicis hoc itidem
familiare est. Amen (inquit) dico vobis q̃
nescio vos. Quæ verba Dñs dicturus est ijs
qui iactabunt se se ostenta & prodigia fe-
cisse in nomine Dñi: quos tamen finaliter
à se abiget Dñs, quia operarij fuerunt ini-
quitate, istamq; reiectionem scriptura vo-
cat nescientiam. Et Paulus Apostolus lo-
quens de ijs quos tandem ad æthereas se-
des transfuehet Dñs, inquit. Nouit Domi-
nus qui sint eius. 2. ad Timoth. 2. Vnde &
sermo Prophetæ Israel me non cognouit
interpretandus est, id est populus Israeliti-
cus mea instituta violauit: meum cultum
neglexit: à me Deo vero in deos falsos de-
sciuit. ¶ Væ genti peccatrici, populo graui ini-
quitate. Quatuor illius populi Epitheta
notatur ab Esaiā Propheta, & gentem pec-
catricem, & grauem iniquitate, semen ne-
quam, filios sceleratos illos vocans. Scruta-
ndum tamen nobis erit quid velit Esaias
per hæc quatuor, quæ dudum adnotauit,

Phras. scri-
pturæ.

Esa. 63.

Matth. 23.

Cap. 7.

Lucæ. 3.

Lucæ. 11.

Matth. 23.
Locus Mat
thæ. diluci-
datur.

& quidem gentem peccatricem vocat, populum illum propter peccati consuetudinem: peccata nanque peccatis aggregabant. Vnde & Diuus Lucas beatam Magdalenam peccatricem mulierem nominat. Erat, inquit, in ciuitate mulier peccatrix, vt peccatorum multitudinem & assiduitatem in muliere notaret. Quod verò semen nequam subinde adiciat, eò addidisse putat, quò parentum peccata filijs impropere, atque inde subindiceret filios peccatis abundare, imò exundare plusquam parentes, quorum exempla imitantes in peccando maiora incrementa fecere. Exod. 34. scripsit Moses quò reddis iniquitatem patrum filijs ac nepotibus in tertiam & quartam progeniem: & Ioannes Baptista Iudæos vocat genimina viperarum, quò nomine parentum venenum, idest peccatum, in filios transfusum esse, submonstrat: & Dominus in Euangelio hoc identidem subindicat. Generatio (ait) praua & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, prauum populum illum nominans propter ingratitudinem, quam ab initio in Deum gessit populus ille, & gesturus erat in Christum Dominum, adulteram verò, quia & si Iudæi qui tempora Domini attigerunt de huiusmodi adulterio non arguantur, at illorum maiores nunquam non in diuinis literis arguuntur. Est autem adulterium huiusmodi mysticum, non carnale, etiam si huius similitudinem gerat. Vt enim mulier ea est adultera, quæ neglecto maritali thoro alium virum super inducit, connubij fœdera violans: sic quoque anima quæ Dei cultum spernit, falsorumque Deorum cultum superstitiosum inducit, adultera est. Iura nanque naturalia, quæ vnius Dei cultum præscribunt, frangit atque dissipat, alioqui infrangibilia & inuiolabilia. Et alibi Dominus. Vos (inquit) implete mensuram patrum vestrorum, quæ verba, quanquam per imperatium modum efferantur, non tamen ita sunt intelli-

genda, vt Dominus Iudæis mandet paternum exemplum in peccando sectari. Veruntamen in verbis hæc sub voce imperandi modum indicandi subintelligit. Id quod Hebraica phrasis sibi familiarissimum habet, implete, videlicet, pro implebitis mensuram patrum vestrorum. Patres nanque Iudæorum Prophetas occiderunt, & sapientes & scribas: filij verò dominum Prophetarum crucis patibulo affixerunt, quò nefandissimo crimine cumulum, qui de erat iniquitati adiecerunt. Nec enim æstare amplius potest humana iniquitas aut exundare vehementius, quam tunc exundauit in verbum. Dei videlicet caro factum manus violentas & funestas iniicere. Propterea ait, implete mensuram, subaudi peccatorum mensuram. Matth. 23. Adnotare tamen te oportebit hoc vocabulum, semē, in diuinis scripturis generationem indicare, vt semen Abrahamæ progeniem, posteritatem veno-

Quid semē in scrip. vel. singulari

stimoniam sacra scripta suppeditant. Inimicitias (inquit) ponam inter semen tuum & semen illius Genesios. 3. idest inter filios Satanæ & mulieris filios. Sed super sedendum est ab horum enumeratione, quippe quæ passim reperies. Semen tamen in singulari effertur pluralem numerum comprehendens, vt semen pro seminibus secundum eum typum, quē grammaticifyllepsin vocant, qui frequens est in scripturis. Vnde Paulus Apostolus ad Galatas 4. discutiens veterem sacramq; locum Genesios. 12. Abrahamæ (inquit) dictæ sunt promissiones & semini eius, singularem numerum in semine expendit, non ait seminibus, sed semini tuo, qui est Christus.

¶ Grauem populum iniquitate. Rursum, quod scripsit Esaias ca. 6. huius lucem afferre huic loco non temerè crediderim. Exceca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claudet, ne fortè videat oculis suis, & auribus audiant. &c. Quæ citat dominus verba Matthæ. 13. sensu verborum retento, coriuce tamen verborum nihil

Quid semē in scrip. vel. singulari

Syllepsis scrip. trop.

nihil variato. Auditū (ait) audietis & non intelligetis, & videntes videbitis & non videbitis. In crassatum est enim cor populi huius, & auribus grauititer audierūt. Quā obrem grauatū esse populum iniquitate, perinde est, ac si dicat, grauatū esse infidelitate. Id quod Dominus dudum verbo expressit, auribus grauititer audierunt. Fides nanq; Autore Paulo ad Rom. c. 10. ex auditu est, auditus autem per verbum Dei. Quando ergo audis Esaiam clāmantem populum grauem iniquitate, mēneris eundem audire: excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, quod de auribus internis recolo me supra adnotasse. Quia ergo Hebræi molestissimè propheticas olim admonitiones & euangelicas postea audiebant, & ad fidem verā difficillimè existerunt, propterea graues iniquitate censentur, hominem enim graue ad motū dicimus qui aut præ nimia crassitudine aut, præ nimio morbo de loco in locum se transferre nequit. Iudæi quoque vt ad fidem veram corda sua transmitterent, grauiissimi erant, quippe qui delicias amātes seculi, & honorum temporalium crassitudinem affectantes, auaritiæ morbo correpti fidem non amabāt. Quæ omnia Dominus sermone præhabito, in crassatum (inquit) eorum est cor facile indicat, vt nō crassitudinem corporis, sed animi, quam diximus, intellectam velit. Etenim simulatq; humanum cor terrenis facibus infigitur, ad cœlestia desideria grauiissimū redditur quod erigatur. Nec elementum solum terræ grauiissimum est, sed amor eius, vt eandem legem grauitatis subeat oportet: id quod Lucæ. 16. promptū est aduertere. Domino enim docente Iudæos fieri non posse vt Deo & Mamonz inferuiant, id est Deo & delitijs, terrenisq; substantijs inhient, non potestis (inquit) seruire Deo & Mamonz, subdit Lucas: audiebant autem omnia hæc Pharisei, & deridebant eum, quia auari erant. Vides ne vt amor terrenorum, si cor humanum infundat, ad diuina omnino grauescit &

piget. Nec mireris, si per iniquitatem locis istis citatis infidelitatem antonomatice intelligam. Apud Ioannem enim legis. Si non venissem & loquutus eis non fuissē, peccatum non haberent. Quid est quod ait, peccatum non haberent? Siquidem etiam non adueniente Domino peccatis reuerissimi erant. At per peccatum, infidelitatem Dominus intelligit: quæ quidem illis non improperebatur quod Christum Domini non recipiebant, si Dominus & opere & verbo non se verum Christum esse testaretur. Ioannis. 15. ¶ Postremo quod ait: filijs sceleratis, obstinationem cordisq; duritiem, ostendere Iudæis voluit Esaias, id quod sepe diuina scriptura illis impingit Matthæi. 19. Quoniā Moses ad duritiam cordis vestri (ait) permisit vobis dimittere vxores vestras, ab initio autem non fuit sic. Quin & Apostolos suos atque discipulos eadem respergit nota. O duri (inquit) & tardi corde ad credendum, aliaque id genus testimonia ad manum sunt volenti ea exquirere. Est autem obstinatiōis hoc scelus calamitosum satis quod ad æternam perniciem humanum genus trahit. Vnde Paulus Apostolus secundum autem duritiem tuam (inquit) & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in diem iræ & reuelationis iusti iudicij Dei & reliqua. Græca lectio loco huius, impœnitens cor legit *μετανοώντων*, id est impœnitibile. Aduerte vt Paulus hæc duo iungat duritiem cordis & impœnitentiam, quæ peccatum est in Spiritum sanctum, si finalis sit. Inter quatuor ergo absurda Epytheta quæ Propheta narrat, postremum obtinet locum q̄ filios sceleratos Iudæos nominat. Nec inconsulte factū puta, imò cōsultissimè: quia omniū grauiissimū est obstinatā & procul à resipiscētia (quā Græci metanzā vocitant) mentē gerere. Cōsuetudo enim peccati, mētis infidelitas, iniquorū patrū amare culpas, graua sanè sunt: at ab istis qui resipuerit, prorsus liberabitur. At qui impœnitens gestat cor, à leuioribus lōgē istis nō expiabitur,

Lucæ. 14.

Ad Rom. 2.

Peccatū in Spiritū sanctum.

Vide decla-
mati. de pœ-
ni. infra.

tantum abest, vt à piaculis grauioribus expietur, minora nanque piacula & maiora conclamata sunt, si pœnitudo non adsit. Pœnitentia etenim beneuolentiam in nos Dei conciliat, diuinam iram mitigat, Deicle-
mentiam nobis lijs sceleratis. De propiorem fa-
cit: quorū diuer- relinquerunt, do-
sa impœniten- minum, blasphe-
tia mortalibus mauerunt San-
præstat. ¶ Vere- ctum Israel, a
liquerunt Domi-
num, blasphemauerunt sanctum Israel. a) Hieremias capit. 5. quæ obscuriori sermone ab Esaiâ produntur clarioribus ipse inculcat. Præuaricatione enim (inquit) præuaricata est in me domus Israel & domus Iuda negauerunt Dominum & dixerunt, non est ipse, nec veniet super nos malum: gladium & famem non timebimus. Idem & Hieremias capitul. 7. & nō audierunt (inquit) nec inclinauerunt aurem suam, sed abierunt in voluptatibus & in prauitate cordis sui mali, factique sunt retrorsum, & non in ante, à die, quæ egressi sunt patres eorum de AEgypto vsque ad diem hanc. Quod ergo Esaias dixit, dereliquerunt Dominum, Hieremias interpretatur negauerunt Dominum, & dixerunt, non est ipse, vt contra Christum Dominum Euangelicæ musæ Petrum fecisse denarrant: iuramento enim firmavit Christum se non nouisse. Quamquam Petrus Christū negauit multo secius, quàm Iudæi negauerunt Dominum. Ille enim timore correptus, isti verò non timore, sed ex prauitate cordis Dominum negauerunt dicentes: non est ipse. Negaauerunt autem Dominum, & dereliquerunt Iudæi quando in deserto Aaron compulsi improbis infestationibus vitulum conflatilem illis præstitit. Exod. 32. Hæc fuit prima, quam legimus, solennis populi Iudaici Domini Dei sui abnegatio. Dixerunt ergò vitulo opere fusorio conflato, isti sunt Dij tui Israel, qui te eduxerunt de

terra AEgypti. Aduerte vt dereliquerunt Dominum & blasphemauerunt sanctum Israel: gloriam incorruptibilis Dei transtulerunt in gloriam vitulorum, qui gramina pascunt super terram. Nec abnegāt solum, sed blasphemant. Confectarium nanque est, vt qui Diuinam maiestatem derelinquendo lædunt, illique preponunt vitulum, aliaque longè deteriora: vt fœda quoque alia læsione verborum diuinam claritatem obscurant, atque deturpent. Vnde aiunt, isti sunt Dij tui Israel, sed prohi miseros & infœlicissimos, vnde isti sunt vestri dij ô Israel? vnde isti te eduxerunt de durissima seruitute AEgypti? num vituli plagis percusserunt AEgyptios? num pauerunt te pane cœlesti in deserto? num per solitudines vastissimas & inuias per columnam nubis interdiu, noctuque per igneam columnam te duxerunt? nunquid à vitulis diuisum est in diuisiones aquarum Rubrum Mare, submersis Pharaone & satelitibus suis ab immensis aquarum gurgitibus? nunquid in terram inclytam fertilissimam lacte & melle refertissimam te introducere? & alia innumera, quæ prolixum esset referre, munera, quæ in te collocauit dominus Deus, siccine retalianda sunt diuina beneficia? Si te affligeret ô Israel supplicijs de te sumptis: si te torqueret vehementer, tuis succensere debuisses culpis, & suppliciorum tuorum Deum laudare autorem oportuisset, quid quod non te affligit supplicijs, sed mulcet beneficijs? non te torquet cruciatibus, sed muneribus consolatur? ecquid non vereris verbis, iniurijs, & longè fœdissimis sanctum Israel blasphemare? Iure ergo optimo in hos inuehitur Esaias dicens, dereliquerunt Dominum & sanctum Israel. &c. Post hanc autem abnegationem legimus & alteram in. 3. libro Regum. 12. publicam atque solennem sub Roboam nepote Dauid sub quo Ieroboam, qui abegit decem tribus Israeliticis à veri Dei cultu, & excogitato consilio fecit duos vitulos aureos, & dixit

Negatio Petri.

dixiteis; ecce dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti. Inter has fuerunt & aliae diuini cultus abnegationes, quas liber iudicum & historia sacra regum Iuda & Hierusalem, exposuit quia tamen non fuerunt solennes, veluti professiones contra diuinitatem, illarum mentionem sub silentio transibo. Post secula verò Esaiæ. i. Machabæorum. i. sub Antiocho rege rursum desciuerunt Iudæi à patrijs institutis dereliquentes Deum, & Sanctum Israel vituperantes; sed hæc commemorasse ad intelligentiam loci huius satis esse puto.

Nanque de nouissima & nefandissima negatione, qua Iudæi Christum Deum verum & hominem abnegauerunt & blasphemauerunt, multa verba infumere, superuacaneum est: notior quippe est in Euangelicis codicibus, quam quæ egeat ulteriori explicatione: imò toti orbi notissima est. Nullus est angulus, qui hoc nesciat, & quod pessimum est, in abnegatione Domini nostri Iesu Christi ita obcaluisse Iudæos, ut tot temporum curriculis in ea perfidia, propositique tenacitate ad hæc usq; tempora nostra ita persistunt de relinquendo Dominum & blasphemando Christum sanctum eius, ut patres illorum perstiterunt, & in diem usq; finalem persistent. Tunc enim conuerterentur ad vesperam & famem patientur ut canes: subaudi diuini verbi audissimi erunt. Porro autem, quia de blasphemia Iudæorum Esaias sermonem obtulit, non abre erit, paucula, & ea perfunctorie huic loco annectere, ne quis verbis prioribus meis non ad æquilibrium perpensis, mihi imponat, quod imponendum non est. Prædiximus etenim confectarium esse ut is qui Diuinam maiestatem neglecto illius cultu, lædit opere, lædat & verbo Deum maledictijs afficiens. Vnde fortassis aliquis colliget mutuam esse inter hæc conuersionem: infidelis est, igitur blasphemus, blasphemus est, igitur infidelis, cum hæc duo hanc conuersionem non exigant. Est

enim blasphemus, aliquando qui non est infidelis; & infidelis poterit vocalem blasphemiam non propalare. Quanquam difficile & operosum puro infidelem sibi à conuictijs diuinorum temperare. Quippe & si hæreticum mentalem reperias in hæresi mentali inuolutum quod habet conuictum diuinorum mentale: & hac retenta hæresi aliquandiu persistet linguæ parcens, nihil pugnans cum ordine naturæ est. Verum sic parcens linguæ moras temporis ducere non est in humanis moribus. Hæresis nanque Paulo monente, ut cancer serpit, serpit inquam à corde in os, ab ore in auditum transfertur, quem si sibi beneuolum nata fuerit, auditores vastabit, & comminuet. Sunt ergo blasphemii quidam qui prorsus diuinitati aduersantur, ut erat ille insipiens, qui aiebat in corde suo, non est Deus: id quod intellige, non est deus scilicet vnus, nam rarissimus exitit, qui Deum vnum aut plures esse non protesta retur. Fuit Lucianus, qui ob hoc, *ἄθεος*, id est in deus cognominabatur quia diuinitatem planè negabat, & indeitatem, (ut sic loquar) nimis impudenter affirmabat. Alij verò blasphemii sunt, non quia diuinitatem esse negent, sed propria diuinitatis negant. Fuere namq; Philosophi quidam, qui prouidentiam Dei, quæ creaturis omnibus sapientissimè prouidet, non concesserunt. Id quod & principi Philosophorum Aristoteli & suo Arabi dilucidatori vitio obuertitur. Qui & si nonnulla, quæ Dei prouidentiam spirant, quæ supra retulimus, scripta reliquerint: at quædam alia eal sunt resperfa hæsitazione, ut lectorem ne certam ex verbis hauriat fidem, morabuntur. Hi ergo qui Deum improuidum impudenter faciunt, blasphemii sunt. Cæterum non eum gradum iniquitatis confectunt, quem primi, quippe Diuinitatem confitentur. Postremi vero blasphemii sunt, qui fide non læsa, quam corde conceperunt, & ore profitentur, ex animi perturbata concitatione diuinitatis sunt cōuictatores, aut negantes quæ propria Dei sunt, ut bonitatem,

2. Ad Timoth. 2.

1. Gradus blasphem.

Psalm. 119.

2. Gradus blasphem.

Postre. gradus.

Aduerte hæc de blasphemiam & hæresi.

sapientiam, & id genus attributa, aut in Deum inferentes quæ à Diuinitate prorsus aliena sunt, vt qui corpulentum eum constituunt, membrisque virilibus distentum, aut id genus alia, quæ pudet dicere. Idemque iudicium esto de **abalienati sunt** conuitijs Diuorum & Diuarum, quanquam non tanto pondere iniquitatis premantur, vt superiores, qui deposita fronte, diuinitatis gloriam maculare intendunt. Primi duo gradus infidelitatis sunt consequij, nanque vnius diuinitatis fide exploia, necessarium est, vt diuinitatis conuitia emergant. Idem, qui diuinitatem concedit esse, satis blasphemus est & infidelis, si ex professo propria Dei neget. At verò qui in tertio digesti sunt gradu, quia neque ex confesso nec ex professo, sed agitata mente furore, aut ebrietate oppressa, aut iniurijs læsa, Deo conuiuantur, blasphemii quidē sunt, infideles autē non sunt. Quapropter Esaias duo iungit, dereliquerunt Dominum, quod infidelitatis, Iudaicæ argumentum est, adiecit & blasphemauerunt sanctum Israel, vt infidelitatis & blasphemix eos redargueret. Nec me late! omnem blasphemiam ad infidelitatis genus esse reducendam, vt & confessio fidei ad fidem pertinet ita blasphemia, quæ cum confessione fidei pugnat, infidelitatem concernit, vt doctē Diuus Thom. 2. 2. quæstion. 13. articul. 3. docuit. Cæterum quando huiusmodi diuinorum conuitium non est ex interna corruptione fidei, blasphemum infidelem non nominamus, siquidem delicta ex intentione pensanda sunt. ¶ *Abalienati sunt retrorsum.* Hieremias capitulo. 2. impropere Iudæis idolorum cultum, dicebant enim ligno, pater meus es tu, & lapidi, tu me genuisti, verterunt (inquit) ad me tergum & non faciem, & capitu. 7. consentanea istis alia scribit verba, Factique sunt retrorsum, & non in antē à die qua sunt egressi. &c. Quem locum supra

indicauius. Id ergo quod Esaias ait, abalienati sunt retrorsum idem est quod Hieremias Iudæis vitio vertit, idolorum cultum significans: cultor enim synceræ & veræ religionis factus est in antē, at qui corruptam religionem cultūque diuinū non syncerum sectatur, abalienatus est retrorsum. Vertunt terga sua ad Dominum & non faciem, translatitius est hic sermo: & enim motus naturalis animalis est, ad anteriora progredi, non ad posteriora retrocedere, cum enim retrocessio aut retrogradatio est, præter naturam motus est. Vnde & planetæ cœlestes cum ad anteriora pergunt, foelicem statum, cum verò retrogradæ sunt ad posteriora recedentes infœlicem protendunt. Inslar huius motus animalis Prophetæ istū modum excogitarunt loquendi abalienatos esse Iudæos retrorsum tergaq; vertisse Domino, & factos esse retrorsum & nō in antē, vt locustæ quæ motum habent retrocessiuum, de quibus Sapientia meminit capitul. 16. de infidelibus mentionem faciens, illos (ait) locustarum & muscarum occiderunt morsus, & non est inuenta sanitas animæ illorum, quia digni erant ab huiusmodi exterminari. Locustæ igitur vtrices fuere infidelitatis gentium quæ populo Dei quominus ingrederetur fruituro diuinæ pollicitationis obliterunt, sed quare hoc locustis tribuimus, vt infidelitatis typum gerant? Vtique quia retrorsum mouentur, vt infideles, qui sectas falsidicas amant. Nonne Euangelica lectio hæc admonet? Petro nanque dicenti, absit à te Domine, è vestigio respondit Dominus, vade post me satana, quia non sapis quæ Dei sunt. Quid est, non sapis quæ Dei sunt? Dei nanque erat quod Seruator noster dudum dixerat, q̄ oportebat eum ire Hierosolimam, vbi filius hominis tradendus erat principibus sacerdotum. &c. A quibus multa passurus, & occidendus erat Matthæi. 16. & 2. 1. Hæc motus

motus rectus erant, quia Diuinæ voluntati consona erant, quibus Petrus carnali affectione in Dominum delibutus obstaculo esse cupiebat: quem Dominus ut aduersarium Diuinæ voluntatis repulit, dicens, vade post me Satana quia scandalum mihi es, & non scis quæ Dei sunt. Retrogrado igitur incessu petrus incedebat à recta via Domini in tergum declinans, idcirco Dominus, ait vade post me satana. &c. Et satellitibus Iudæorum qui in hortum capturi Dominum procellerant, Dominus ait, quem queritis? respondentibus illis, Iesum Nazarenum, & Iesu dicente, Ego sum, illi abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Neque vacat à mysterio quod retrorsum abierint & ceciderint. Significabat enim & ministros pontificum & Sacerdotum, simul atque pontifices ipsos atque sacerdotes abiisse retrorsum, in terramque cecidisse, quia verum Messiam obcæcatis oculis mentis non viderunt nec intellexerunt, sed ut hostem suum cruci affixerunt. Peccatorum igitur est abire retrorsum, sanctorum verò anteriori motu ingredi, rectoque cursu ad anteriora progredi: & quæ retrorsum sunt obliuisci, ad ea verò quæ sunt priora se extendere, brauium supernæ vocationis, quæ est vita æterna, per gratiam Dei & sanguinem Iesu Christi omnibus modis persequi. At peccatores non item hoc brauium vocationis supernæ ab agonothea Christo propositum currentibus in huius vitæ stadio fide illud contemplantibus, persequuntur, sed quotidie retrorsum abeunt ab instituto à Christo premio in dies abalienantur vehementius. Crimina enim criminibus agglomerantes, longius multo à vita æterna distant. Etenim qui retrorsum abeunt ab scopo verbi gratia instituto, necessum est ut & scopo terga vertant, & quò longius properant, longius ab scopo absint: ita propemodum & peccatores & Deo propter impudentiam terga vertunt, & in

dies in alia & alia lapsantes crimina à Deo longius distant. (*Abalienati sunt retrorsum.*) Rectè dixit abalienatos. Etenim quod habet homo peculium proprium, si alteri diuendat aut distrahat, abalienatum à se habet, quia in alterius, cui diuentum est, peculij dominium translatum est. Nos quoque cum possessio dei simus, si in Satanæ potestatem per culpam transimus, (qui enim peccatum facit, peccati seruus est,) abalienatos esse à Deo, quis inficiabitur? Simili quoque ratione & Iudæi, quos ex omnibus gentibus in hæreditatem sibi propriam selegerat Deus, simulatque in cultum falsorum Deorum se ingesserunt, abalienati sunt à proprio & legitimo possessore Deo: abalienantur igitur peccatores & derelinquunt Dominum, iustamque apud Hieremiam capitul. 2. aduersum hos obtendit Deus querimoniam. Obstupescite (ait) coeli super hoc, & portæ eius desolamini vehementer, dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. Considera exequentissimè, verba huius Prophetæ, non enim audite coeli (inquit) ut Esaias aiebat, sed quid? Obstupescite: quasi dicat. Attentos vos facio coelos, non ut mihi aures præstetis solum: verba enim quæ dicturus sum non auditu contenta sunt, sed simul cum auditu stuporem obnixè à vobis contendunt. Nec hoc satis, sed vestrarum quoque portarum desolationem & euersionem, ne fortassis verbis meis aditum cœlestem obdant, quo minus in vestras aures se ingerant. Quod si desiderio tenemini audiendi verba, accipite. Duo mala fecit Iudaicus populus, eaq; stupenda & horrenda nimis, alterum quidem est, Deum optimum & maximum fontem vniuersorum bonorum viuētium aquarum perennem laticem, (ab eo nanq; & motus & vita & esse viuētium omnium & creaturarum proficiscitur, ab illo veritas & lux, sapien-

Ioan. 8.

usque 2

Explicatur
Hieremi. lo-
cus.

Ioan. 18.

Ad Philip-
sec. 3.Error Arianus
Christi in de-
ditur. Arianus
notum est
Arianus

Dilucida. & decla. in Esai. Prophetam. 1

tia omnis quæ vera est profectum habent Iacobi. 1.) Deum igitur, idest lucem, veritatem, sapientiam & demum omnium bonorum aceruum dereliquerunt, & in tenebras plusquam Cimmerias, in vanitates peccatorum infrugiferas, in ignorantias errorum defissimas, & denique incongeriem omnium malorum prolapsi sunt. Et neque hoc vno gravissimo malo contenti, ad cisternas dissipatas se deferunt: quæ cum foraminosæ sint rimisque dehiscences aquas, quas à fontibus vel cælo excipiunt facile foris mandant. Sunt autem cisternæ istæ dissipatæ creaturæ, quas Deus bonus bonas condidit: at factæ sunt in muscipulam insipientum. Nam peccatores & impij illis abutentes ita in amore creaturarum inescantur, ut dereliquentes Deum, per uicaci amore in illis figantur. Sed utique dissipatæ sunt cisternæ istæ: existis enim libare aquas datur (gustulus enim creatorum bonorum homini ad tempus conceditur) at verò, quia ad momentum euascent, sitim humanæ mentis extinguere non possunt. Humana nanque mens non eo creata est, ut ex cisternulis istis foraminosis & rimulosis hauriat ad satietatem suæ sitis aquas: quantumlibet enim aquarum hauriat, sitim suam non sedabit, si aquas haurit à cisternis, quæ citò ex hauriuntur. Vniuersa enim hæc, quæ cernimus bona. D. Iacobus vaporibus ad modicum parenti rectè cōtulit. Quare & scitè exclamat stupefite cœli super hoc, & portæ eius desolamini vehementer. Tam audacia enim hæc duo sunt facinora & tam atrocía, ut stupor humanus sit non satis, ut illa dignè & pro meritis expauescat, nisi vester stupor, vestraque desolatio illi accesserint. Propero igitur cursu, missis cisternis fluidis ad fontem perennem Deum festinate, inde à fonte, inexhauribili hoc haurite aquas viuentes, ex quo omniū bonorum creatorum appetē-

tia, (quæ ut sitis quædam est,) prorsus sedabitur. Nam, qui ex hoc æterno aquarum viuentium latice aquas sibi colligit, non sitiet in æternum Ioann. 4. ¶ *Super quo percutiam vos vltra addentes præuaricationem præuaricationem?* a) Verbis superioribus demonstravit abunde Esaias Iudaica delicta, hinc iam demonstraturus venit non impunè ea perpetravisse Iudæos: at sine fructu percussos à Domino fuisse, id quod verba hæc ostendunt. Ait enim, super quo percutiam vos vltra, ac si dixisset apertius, supplicijs vos affeci vestris flagitijs id poscentibus: at non eo correctiores euasistis, sed longè peiores, addentes præuaricationem, idest peccata peccatis, ut filū filo annectentes. Cōclamatus est iā vester morbus atque desperatus, siquidem medicamentis opportunis languori vestro fortissimo adhibitis, languor vester non lentescit, sed in crudescit vehementius. At dicet aliquis. Quid ergo, defunt Domino medicamenta longe potentiora, quam quæ adhibuit Iudæis sanandis? Turbatur enim mens christicola hæc audiens cum se onustam criminibus aduertit: iam diu morbis & aduersis alijs casibus correptam, sed minimè castigatā, tremit cum hæc verba adaures suas transmittit, in quo vos vltra percutiā addentes præuaricationem? Hinc enim suspicabitur fortasse aliquis desperandum sibi esse de peccatorum suorum venia, quando quidem neque plagis percussus emendatior euadit. Nec defuerunt olim qui calculo suo suspitionem hanc auxerunt, dixerunt nanque Armachanus & dogmatis eiusdē assertores numerum certum esse peccatorum, intra quem, si peccator consistit, veniam sibi à Deo impetrabilem esse: at verò si præscriptum à Deo numerum transfiliunt, non esse quod sperent veniam: multaque sibi congerunt testimonia, falso tamen intellecta, de quibus tamen in progressu

Sapient. 14.

quodlibet
ol. impetabit

Error Armachani li. de quæ. Armentorum eliditur.

gressu mentio fiet: hoc etenim transcur-
sim libamus duntaxat. Sed quantum e-
go operior dogma hoc blasphemum &
impium est: & vt verbis grauissimæ il-
lius vtar foeminae Iudith. capit. 8. non est
iste sermo qui misericordiam prouocet,
sed potius qui iram excitet, & furorem
accendat. Posuistis vos tempus misera-
tionis Domini, & in arbitrium vestrum
terminum constituistis ei. Non potuit pe-
nicillo horum prauum dogma exactius
delineari, quam verba hæc delineant. Isti
enim terminum Diuinæ misericordiae, di-
uinarumque miserationum limitem suo
placito præscribunt, & quæ intermina est
Dei misericordia, terminabilem consti-
tuunt, vt intra terminos quosdam flecta-
tur & parcat, extra illos nec flectetur nec

reddet. Sanguis enim hic, si noster accē-
serit consensus, resipiscētiā peccato-
rum excitabit, excitatā charitate viui-
ficabit, viuificatā, si inertes & desides
non fuerimus, firmā, stabilemque fa-
ciēt. Et demum si in finem sic perstiterit,
vitæ æternæ Laureā coronabit. Hoc præ-
stat nobis pater per sanguinem filij sui ad
ostensionem iustitiæ suæ, puniuit nanque
in filio (tradens illum morti,) seruorum
debitum: vnde & ostendit iustitiā suā
in filio, vt filius propiciationem suā de-
monstraret in seruo: sed de his impen-
dio siue plus satis diximus, siquidem ali-
bi commodior erit disputatio. Dicamus
igitur pro curandis peccatorum nostro-
rum morbis, etiam si illos singas grauif-
simos & innumerabiles, antidotos etiam
efficacissimos Deo non deesse, nullum-
que peccatum irremissibile esse, si ad di-
uinā clementiam illud referas: tamen si
relata in arbitrij nostri obdurationem
irremissibilia sunt peccata, vt Dominus
olim aiebat cum sermo esset de diuiti-
bus, quibus in regnum vitæ impossibilis
docetur à Domino ingressus. Apud ho-
mines (inquit dominus) hoc impossibile
est, sed non apud Deum. Itaque apud
Deum nullius peccati impossibilis est ve-
nia, at quantum est ex natura arbitrij no-
stri, nullum peccatum venia dignum est,
siquidem facultas liberi arbitrij nostri pla-
care Deum pœnitentia nequit, nisi præ-
stò adsint & fides catholica & sanguis Ie-
su Christi & cætera quæ iustificando ho-
mini Concilium Tridentin. Sessio. 6.
capitul. 7. commemorat necessaria: quæ
omnia charismata Dei sunt. Fides enim
non est ex nobis, sed donum Dei ad Ephe-
si. 2. itidemque sanguis Domini non est
ex nobis, sed ex Christo Iesu, qui in pa-
ribulo crucis illum fudit ad emundandā
conscientiam nostrā ab operibus mor-
tuis, ad seruiendū Deo viuēti ad Hebræ. 9.
Rectè ergo theologi tradiderūt vnū esse
peccatum irremissibile, impœnitentiam,
videlicet finalem, quando homo obstina-

tus in

Ioannes &
Paulus ex-
ponuntur.

parcet, Ioanne reclamāte, Filioli (inquit)
mei hæc scribo vobis vt non peccetis.
1. Ioann. 2. quod si peccauerit aliquis, ad-
uocatum habemus apud patrem Iesum
Christum iustum, & ipse est propiciatio
pro peccatis nostris. Quid ergo, aliquan-
do est propiciatio, & non semper pro-
piciatio? semper iustus, & non semper
propiciatio? imò semper iustus, & sem-
per propiciator. Illum enim proposuit
Deus propiciatorem per fidem in sangui-
ne ipsius ad ostensionem iustitiæ suæ ad
Roman. 3. Paulus propiciatorem vocat
Iesum Christum. Ioannes vero non in
concreto, vt Paulus, propiciatorem, sed
propiciationem sublimius loquens Chri-
stum nominauit, quasi dicat, Totus est cle-
mentia, totus miseratio, totus misericor-
dia, nihil in eo est, quod à misericordia va-
cet. Si hac clementia non fruimur, si hac
propiciatione non potimur, nobis succen-
seatur, qui non paramus viam Domini.
Adest ipse ad ostium, & pulsat, si repul-
sam patitur, nostri arbitrij vitium est. Hæc
ergo propiciationem conciliabimus per
fidem nostrā & per sanguinem suum:
si per hanc fidem resipiscimus à culpis,
sanguinis Iesu Christi meritum resipi-
scientiam nostrā placidam Deo patri

tus in culpa diem clausit extremum. Etenim si poenitentiam nō habuerimus, omnes simul peribimus. Lucā. 13. Atqui poenitere (quanquam diuini doni sit) est quoque arbitrij nostri, quod & vocantem Deum audire, aut aure surda praterire poterit. Iam verò dicet aliquis, cum omnes peccatores excitare ad resipiscentiam valeat Deus, cur non excitat? Cui quæstioni cum D. Augustin. satius erit respondere, quam multis literis cartas implere. Augustinus nanque in homilia quadam super Ioannem versans illa verba Domini, nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eum, cur istum trahat (inquit) & istum non trahat? Nolli scrutari, si non vis errare, si non traheris, ora vt traharis. Augustianis igitur verbis inhærens, si à me quæsieris, cur petrum excitauit Dominus ad poenitentiam Iuda neglecto? cur Magdalenam peccatricem ad fletus & lachrymas incitat, aliasque peccatrices id temporis ad compunctionem non prouocauit? cur Paulum Tharsensem spirantem minas in gregem Domini in via qua proficiscebatur in Damascum ab equo cui in fidebat, deturbauit, & in terram deiecit inibi; tumidum fastum eius, quo turgēbat, in sanctos Dei deposuit & lupum rapacem in ouiculam suam transfudit? aliosque Paulo similes in professione pharisaica in suis supercilijs diem obire dereliquit? scrutare hæc, si liber: & scrutari non libeat. Imò cum Paulo clama, ò altitudo diuitiarū, scientiæ & sapientiæ Dei quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & in inuestigabiles viæ eius: quia cuius vult miseretur, & quem vult, indurat ad Roma. 9. Neque de iniustitia Dei iudicium volentis hoc & illud nolentis carpere possumus, etenim si nullius hominis miseretur, iustè faceret. Indigni nanque (vt diximus) poenientiæ dono omnes homines sumus, quia ab exordio nostro filij iræ nati sumus: & nec dum à ventre matris nostræ in hanc lucem emerimus, imo intra repagula materna contenti cum domino

Deo infecti primitiua culpa inimicitias gessimus. Quapropter inimiciæ naturæ istæ vindictam diuinam proritant aduersum nos: tātum abest vt clementiam Dei mulceant erga nos. Et agē, quis tanta demencia agetur, vt diuinum culpet iudicium, quod Angelos, qui nō seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, idest ætherea loca, in quibus eos Deus veluti plantauerat æternis vinculis sub caligine referuauit, vt Iudas inquit in sua Epistola catholica? Nemo est qui hoc criminetur, quod de spiritibus tam sublimibus, quos in sibi familiares creauerat Deus, propter illorum elationem æternas sumat poenas. Quod si Domino animo fuisset illos ad poenitudinem flectere, quis obstitisset? at non flectet æterno. Itidemque si erga mortales eandem iudicij seueritatem obseruaret, de iniustitia nullus esset qui eum redarguere valeret. Eius nanq; voluntas immaculatissima lex est, cui omnis creatura necessariò obnoxia est. Quod ergo quosdā ad se non trahat, æquitas est Diuini iudicij, at vero quod alios trahat largitas est Diuinæ munificentiae. Ij enim qui non trahuntur, in culpa sunt vt non trahantur, qui verò trahuntur, nihil meriti ferunt vnde trahantur: vt rectè dixeris, cui vult miseretur, & quem vult indurat: id quod Paulus Apostolus ad Roma. 9. ob oculos exponit exemplo de figulo inducto. Vt enim figulus ex eadem massa luti aliud vas facit in honorem, aliud vero in contumeliā: ita Deus ex massa humana, idest ex semine humano, aut ex terra limosa naturam humanam condidit. Hæc autem in primitiuo protoplasto, idest Adā, vitiatata tota est atque labefactata: quod vitium cum translatum sit in homines omnes, vniuersa humana natura labe infecta nascitur. Quapropter quod ex hac massa vitiosa quosdam homines seligat Deus in vasa honorifica illorum tergens peccata, vt vita illos donet æterna, alios verò in suis sordibus sordescere, vasaq; contumeliosa

Hæc de prædestinatione obserua.

Lege declarationem nostr. de conceptione virginis.

liosa & ad vitam æternam inepta esse si-
nat, nihil iniurium in homines exercet
Deus: siquidem quos supplicijs æternis
torquebit, obstinatio illorū exegit, quos
verò premijs coronabit æternis, ex gratia
sua, cooperante

electorum suo- **Omne caput lan-**
rum diligētia ar- **guidum, & om-**
bitrijq; volunta- **ne cor mœrens.**
te, præstabit. Sed

ais, quid est qđ **A planta pedis**
sacra Euangelia **vsq, ad verticem**
clamant. Om- **non est in eo fa-**
nes homines ad

vineam Dei colēdam vocatos ad cœnāq;
diuinam gustandam admonitos, id est, ad
fidem & charitatem & premia regni asse-
quenda internis Dei tactibus externaque
prædicatione omnes homines incitari? &
hoc sanē verum est. Vocantur vtique inci-
tantur, monentur omnes vt Euāgelio cre-
dāt, at ea est arbitrij nostri audax libertas,
vt vniuersa hæc audire renuat, Deoq; mo-
nenti non aquiescat. Neque tamen impo-
tens Deus est, qui etiam contumacissimū
hominem omni contumacia deposita, vt
sibi pareat, pertrahere non possit, vt de
Paulo dudum diximus: at qui vniuersa po-
test, non vniuersa vult. Cur igitur hunc
vult, & illum non vult? hunc elegit æter-
nò, illum vero reiecit? vt in priorem quæ-
stionem reflectamus sermonem, dixerim
non scrutemur exactius vt non erremus,
imò potius in reliqua pergamus. ¶ *Omne*

caput languidum, & omne cor mœrens. A
planta pedis vsque ad verticem non est in eo
sanitas &c.^a) Huius loci non simplex, imò
bifida est interpretatio. Glossa etenim ad

primores Iudæorum, id est, ad principes,
& reges & magistratus populi languorē
capitis retulit: qui sunt veluti capita popu-
lorum: regiminis nanq; & moderationis
momenta sub illorum censuris & arbitra-
tu decurrunt. Per mœrens autem cor fa-
cerdotum atque pontificum, sub meta-
phora iniquitatem sub intelligendam vo-
luit. Itaque caput languere, cor mœre-

re, plagas & vulnera tumescere, non aliud
præ se ferunt, quàm principes illius popu-
li, sacerdotesq; & pōtiffices in peccatis ob-
duruisse, & propheticis sermonib⁹ admo-
nitos, & aduersis à Deo oppressos nihil à

peccatis resipuis- **nitās^a. vulnus &**
liuor, & plaga tu
mens: nō est cir-
cum ligata, nec
curata medica-
mine, neq; fota

se. Hæc, qua vti-
tur Esaias meta-
phora, frequen-
tior est in scri-
pturis, quàm hic
sit inculcanda,
quæ Paulo Apo-
stolo satis fami-
liaris est. i. nanque ad Corinth. cap. 12. &
ad Roma. 12. & alibi. Sicut enim corpus
vnum est, & membra habet multa, omnia
autem membra non eundem actum ha-
bent: ita multi vnū corpus sumus in Chri-
sto, singuli, autem alter alterius membra.
Per quæ satis indicat Ecclesiam Iesu Chri-
sti corpori naturali similem esse, in qua
quidam capitis administrant munera, vt
primates, alij verò pedum, vt istis plebes
subiectæ. Idemque censendum est de ty-
pica illa Ecclesia, quæ olim erat synago-
ga. Vtergo Propheta noster quod dixe-
rat ante verba hæc (addentes præuarica-
tionem) perspicuum faceret, adiecit, id
quod excutimus modò, omne caput (in-
quit) languidum, quasi dixisset in longum
peccatorū funem trahitis: nec solum pro-
miscua plebs, quin & principes vestri pec-
catis & inquinamentis varijs scædi estis:
nec curam adhibetis, vt hæc inquinamen-
ta à vestris cordibus depellatis: sed fronte
per fricta, id est, impœnitente corde, vo-
bis diuinam vindictam thesaurizatis. Et
quod calamitosius est, & fletibus dignius
quòd ij qui capitum gloriantur honore, à
quibus in cætera membra sanctorum mo-
rum defluxus, sanctæque disciplinæ spe-
rabatur descensus, in diuersum rem ver-
tant, vt non synceri mores, non sanctæ
disciplinæ, non candida virtutis exempla,
sed maculata omnia ab illis in subditas de-
riuentur plebes. Quanta autem sit mem-

D brorum

Hæc fusius
in. 1. lib.
nostro sent.
distin. 40.
& 41.

Prælatorū
parenthesis.

Ezechielis
locus expo
nitur.

brorum iactura ex capitis morbo, Diuina scriptura in Ezechiele. c. 13. perspicue docet. Verba nanque faciens de falsidicis vatibus, quanta noxa affecerint populum illum eo quod deceperint (ait) populum meum, dicentes, pax, & non est pax, & ipse (subaudi, populus Hebraicus) ædificabat parietem, illi autem liniebant luto absque paleis, & reliqua. Quorum verborum sensus est, plebes ad peccata prosequenda animari principum permissione: etenim blandè conuictibus principibus populi ad facinora excitantur. Hoc est quod ait, populus ædificabat parietem, id est, sceleribus se immergebant profundis, ipsi verò liniebant luto, id est, conuiebat illorum sceleribus blandis excusationibus defendentes aut amore aut munere in populum principes affecti. Quare & capitis meminit Esaias & cordis, quæ sunt præcipua animalis membra (est enim caput animalium functionum principium, ut cor vitalium origo), ut vel hinc Esaias populi Iudaici crimina in principes reflectat, nihilque demum id temporis à crimine immune extitisse, ut in verbis subdendis demonstrat: à planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas. Aliter præter hæc hunc locum dilucidare placet, ut per caput languidum, & cor mœrens, non translatitiè illa habeamus, sed sermonis obtenta proprietate corpora Iudæorum vniuersa à Deo esse percussa, id est, aduersis calamitatibus oppressa, quasi diceret: vos omnes ò Iudæi cladibus multis opprimet Deus externis languoribus, & internis mæstitijs & mœroribus, ut tandem sic afflicti diuina venerari vobis in mentem veniret. At & si maiores & minores sic affecti estis, ut nullus sit, qui non mœreat, qui non doleat aduersa mala, quibus premitur, nullus etiam est qui resipiscat. Secundum quem sensum & quæ subiunguntur, accipiunt intelligentiam, à planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas, id est, nihil est integrum in vobis: omnia sunt perturbata: diuino flagello in vos

irruente fusdeque confusa: vulnus & liuor & plaga tumens non est circum ligata, id est, vulnera vestra adhuc madent: adhuc pus stillant, adhuc tument, id est, vetera cum sint mala vestra adhuc in eodè morbo persistunt. Illa negligitis, medicamina non applicatis: fascijs vulnera non ligatis, nec fouetis oleo, aut alijs remedijs subuenitis. Quæ omnia verba in vnum spectant scopum, ita lapideo Iudæos illos fuisse corde, ut etiam pœnis captiuitatis, famis, fitis obruti non melius nec rectius sapuerint, sed in iniquitatibus suis diem postremum clauserunt. Septuaginta verò interpretes sic extulerunt locum istum, omne caput in laborem, & omne cor in tristitiam, à pedibus vsque ad caput non est in eo sanitas, vulnus, liuor, plaga tumens non est malagma imponere. Vbi per caput & cor singulorum capita & singulorum corda miserijs affecta esse subintelligebant: familiare enim diximus in singulari plurale intelligi. Demum inter hunc posteriorem sensum quem huic loco interpretando adiecimus, & priorem adiectum hoc discriminis est ut lucidior tibi sit expositio: quippè hic de malis corporalibus intellectum vult Esaiæ locum. Sub Esaiā nā que decem tribuum familiæ in captiuitatem exiliumque perpetuum bello superata à Salmanassar in ciuitates Mædorum abactæ sunt. 4. reg. 18. cuius captiuitatis exilijque nulla extitit medela: neque. n. oleo diuinæ misericordiæ sota fuit, neque prophetarum solatijs, aut minis aut medicationibus medicata. Quæ quidem medela à Domino illis in promptu erat, si ipsi mutare mentem in melius voluissent, salubribusque monitis prophetarum Oseæ & Esaiæ & aliorum id temporis extantium cessissent. Quod si ab eis ita præstitum fuisset, relaxasset vtiq; Dominus captiuitatem, quam Prophetæ nomine Dei minitabantur: quod fuisset tantorum malorum suorum sanitas, & suæ libertatis pristina restitutio. At verò quia infracto

Pro. 23.

cis

cis iniustitiæ, ideo irremediabilia mala
messuerunt, & virga diuinæ iræ à patrio
solo in regiões alienigenas eradicati sunt.
Oferuandum enim est ne quis hæreat in
hac interpretatione has voces, liuor, vul-
nus, plaga, non
semper in diui-
nis literis mala
spiritualia por-
tendere, imò nō
nunquam cor-
poris aduersa

sub vocibus istis intelligenda proponun-
tur: quale est illud Prou. 20. liuor vulneris
absterget mala, & plagæ in secretioribus
ventris, idest, quod Gregorius docuit, ma-
la quæ nos premunt, ad Deum ire com-
pellunt. Alius verò sensus de criminibus
& sceleribus populi illius Esaïam intelle-
ctum voluit, quæ nec circum ligata &c:
quia ex decreto obfirmato animi in illis
persistere in votis erat Hebraico populo.

¶ *Terra vestra deserta: ciuitates vestre suc-
cense igni &c.* Quatuor ventura mala ver-
ba ista Hebræis protendunt, & terræ pro-
priæ desertionem, ignisque succensionem,
substantiæ & facultatum deuorationem,
& desolationem ab hostibus manibus.
Quæ vniuersa liber. 4. Reg. capi. vltim. &
2. paralipom. c. postremo, & D. Hierem.
c. 39. quanta quàmque atrocia fuerint ma-
la lectorem docebunt. Siquidem & deserta
fuit terra adeò vt vinitoribus & armen-
tarijs, vilibusque alijs & miserabilibus per-
sonis solummodo coleretur. Tépli verò
Salomonici succensio in captiuitate pri-
ma, quæ fuit decem tribuum, non legitur
nec exitit. Deuoratio autem facultatum
& diuitiarum prompta est, quia quos cap-
tiuos duxit Salmanassar, proprijs Spolia-
uit facultatibus & substantijs. Desolatio
autem terræ, nulla maior excogitari po-
test q̃ illius terræ calamitas, quæ erat ple-
na filijs Abrahæ & quæ erat illis à Domi-
no in hæreditatem concessa, q̃ à genti-
bus ignotis atque barbaris, vt Assyrijs, Ba-
bylonijs, cunctis explosis indigenis cole-

retur. In altera vero captiuitate, quæ à Na-
buchodonosor illata est Iudæis, quæ longè
fuit calamitosior & infœlicior prima
(nam ab hac vsque in seculi exitum orbat
sunt & orbabuntur regno Iudæi) in hac

igitur vniuersa
hæc, quæ Esaïas
prædixit, exactè
absoluta sunt.
Reddita etenim
terra est deserta

ab incolis suis,
redactaque in solitudinem, templum sub
Tito & Vespasiano imperatoribus suc-
censum, deuorata omnia, & regni digni-
tas, Sedechia rege capto, liberis regijs vita
functis, facultates Iudæorum à militibus
Romanis dissipatæ tandem re vera terra
desolata, quia omnia illius pulcherrima
cum templo periere. Itaque prophetica
hæc verba ad vtranque captiuitatem re-
duci possunt. Etenim in prima captiuita-
te, etiam si celeberrimum templum illud
à flammis hostilibus, vt in postrema legi-
tur, non fuerit læsum, at quis à militaribus,
trucibusque copijs Salmanassar pleræq;
easque præclaras decem tribuum vrbes
ab ignibus non esse succensas credet? Cæ-
terum, si de altera captiuitate mentio fiat,
verba Esaïæ, quæ præteriti sunt temporis,
vt deserta, succensæ, in tempus futurum
deducenda sunt: idest, deferentur, succen-
dentur, alieni deuorant, idest deuorabunt.

Etenim Esaïas grandi temporum inter ca-
pedine Babylonicam captiuitatem ante-
cessit: & mos iste loquendi est scripturæ
sacræ libris amicissimus, præterita pro fu-
turis collocare, vt Augustinus tradidit de
sermone Domini in monte libr. 1. & Epi-
stola. 80. In cuius rei fidem varia colligit
testimonia, quale illud est Psalm. 2. Quare
fremuerunt gentes, & populi meditati
sunt inania? quod in nece domini tunc
temporis complendum erat, narratur ta-
men à Propheta vt completum. Et Apo-
stolus dixit ad Rom. 10. nunquid non au-
dierunt? In omnem terram exiuit sonus

Scrip. tsop

eorum, id quod futurum erat, sub figura præteriti temporis dixit, quod nondum factum atque completum erat. Sub Paulo enim non dum peruagatum fuerat Euangelium in orbem totum, & .i. ad Timotheum. 3. de

Christo Domino (ait) manifestatum esse in carne, prædictum esse in gen-

Locus Pauli differitur.

tibus, creditum esse in mundo. At Christo in carne mortali viuentem, nondum eius fides in totum orbem transuolauerat: sed quod certa fide complendum erat, completum iam esse non dedignatur Paulus affirmare. Christus verò egregia nomenclatura à Paulo insignitur, illum vocans magnum pietatis sacramentum. Secreta namque & facerrima est carnis cum verbo Dei hypostatica unio: in ea est totius pietatis Dei erga nos, & nostræ charitatis erga Deum sacrosancta scaturigo: quippe non ex operibus nostris, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis spiritus sancti, quem effudit in nos abunde, ad Titum. 3. Itaque Esaias hunc sequutus propheticum morem sub verbis præteriti temporis futura indicat, hic & post hæc sæpissimè.

¶ At non me fugit, controuersum satis esse, si verba huius capituli & aliorum quorundam sequentium de prima, an postrema captiuitate sint audienda & intelligenda. Siquidem Nicolaus ad posteriorem captiuitatem sermonem hunc propheticum deduxit: & D. Hieron. in comm. huius. cap. de romana captiuitate alio modo censuit Esaiam intelligendum ab hoc cap. vsque in sextum, quæ captiuitas illata fuit Iudæis post Domini mortem, a Tito & Vespasiano. S. Thom. in comm. & gloss. interli. dubiam trahunt sententiam, siue ambiguam ducunt expositionem, promiscue enim iam de hac, iam de illa captiuitate loquuntur. Quid verò de hac re ger-

manius textui prophetico duxerim esse, quæ subiungam, indicabunt. ¶ Et derelin-

Zachar. 9.

quetur filia Sion, sicut vmbraculum in vinea. a) Hierosolyma ciuitas filia Sion nuncupatur in scripturis sanctis, & Zacharias prophe-

ta itidem appellat Hierusalem filiam Sion in hæc verba. E-xulta satis filia Sion, iubila filia

Hierusalem. Ecce rex tuus &c. Etenim in monte Sion erat templum Salomonis collocatum: vnde Hierosolymitæ cæteræque Iudaicæ gentes legem Domini & disciplinam desumebant. Rursumque Sion arx Hierusalem & Dauid ciuitas erat. 1. Paralipom. cap. 11. Proindeque Hierusalem filia Sion merito appellatur: vmbracula autem & tuguria in vineis & cucumerarijs eò eliguntur, quò custodiendis fructibus custodes in eis excubent, atque decussis fructibus solitaria atque deserta manent. Erant autem cucumeraria frequentissima in Palestina: quippe quæ cum vehementer calida regio sit, cucumerum satione lætatur: per cucumeres autem pepones & melones & id genus olera, quæ refrigerandi vim habent intelligimus. Hebræi locum hunc intelligunt quando copiæ militares Senacherib vrbes Iuda succenderunt & deuastarunt, excepta Hierosolyma, quæ precibus Ezechiae regis & vaticinio Esaiæ intacta perstitit. 4. Reg. 18. Igitur alijs vrbus læsis Hierosolyma illæsa mansit, vt vmbraculum in vinea, & vt tugurium in cucumerario, id est solitaria & veluti ab alijs ciuitatibus deserta. Verum hæc verba maiorem præferunt hostilem deuastationem, quam quæ proximè ab Hebræis exponebatur. Vmbracula namque & tuguria, quibus præficiuntur custodes fructuum, fructibus collectis vacua manent: at ex Senacherib illa bellica impulsione Hierosolyma non fuit vacuata ciuibus, quandoquidem nec impetita ab hostibus: vt ergo mās sit Hierosolyma vt vmbraculum aut tugurium?

rium? Nisi velis abusuuum legere sermonem. Propterea & aliter ad Babylonicam captiuitatem, quæ oppressura erat Hierosolymitas locus iste deducitur. Chaldei namque & Babylonij Hierosolymam bello superantes ira demoliti sunt urbem, ut omnes ciues & regem inde transtulerint in Babyloniā vsque, vinitoribus & agricolis inibi dimissis. Vnde & rectè ciuitas illa metropolitana Iudææ destituta templo, rege, primatibus, nobilibus, cæterisque ciuibz desolata mansit, ut vmbraculum in vinea aut tugurium in cucumerario, quorum nulla vtilitas fructibus collectis. Quod si ad mysticum intellectum hæc torquere libet, utique Iudeos vmbraculis & tuguriolis vacuis non ineptè conferet aliquis: illi enim quid amant, nisi vmbras? Quid nisi tuguriola vacua? Etenim lex illa vmbrata erat Paulo attestante. Lex (inquit) futurorum vmbram habes ad Hebræos. 10. & ad Coloss. 2. loquens de cæremoniis & institutis Hebraicis, quæ sunt inquit, vmbrata futurorum, & ad Hebræos. 8. hæc itidē exemplaria & vmbras cælestium vocat. Rursum, cum vmbras has literarumque sine spiritu viuificante amplexentur Iudæi hætenus, non temerè diximus vmbraculavacua & tuguriola inania amare, siquidē sacrificia illa & libamina cæremoniarum ritus spiritualem sanctificationem non donabant, Sed emundationem carnis ex illis sibi conciliabant ad Hebræos. 9. Ideoque Apostolus huiusmodi omnia elementa mundi infirma & egena vocat ad Galatas. 4. Sed ea est Iudeorum cæcitas, ut hæc vmbracula hæcque tuguriola ecclesiasticis sacramentis (quæ sunt plena luce & virtute sanctificatoria) præferant & ad literam confugiunt spiritu neglecto. ¶ *Et sicut ciuitas quæ vastatur.*^a idest, ut ciuitas deuastata non frequentatur neque incolis nec aduenis, ita Hierosolyma à deuastatione solitaria manet. Has, quas demonstrat hic Esaia Hebrai-

cæ gentis calamitates, multò ante Moses spiritu sancto dictante præiudit. Leuitici. 26. Abominabitur vos anima mea in tantum, ut vrbes vestras redigam in solitudinem, & deserta faciam sanctuaria vestra, & paulo post: di-

nus exercituū reliquisset nobis semē,^b quasi Sodomam, & paulo post: dispergam terram vestram, eritque terra vestra deserta, & ciuitates vestre dirutæ: tunc placebunt terræ sabbata sua, idest requiescet Hierosolyma ab omnibus cæremoniis & sacrificijs, & ab omni usu moderandæ rei publicæ. Hoc enim est quod sabbatizabit terra, redacta in captiuitatem populo: quæ captiuitas Babylonicam esse, insinuare videtur. Tunc enim vniuersa Iudæorum terra sabbata erit propter solitudinem & hostilem desertionem. Et in Deuterono. c. 28. adducet, (ait dominus) super te gentem de longinquo, & extremis finibus terræ in similitudinem aquilæ volantis cum impetu, cuius linguam intelligere non possis, gentem procacissimam. Quæ verba non nihil præferunt, de captiuitate Romana sub audienda esse. Romani enim imperij aquilæ sunt vexillaria insignia: linguaque Romana cum Hebraica nihil habet symboli, ideoque ab Hebræis eo tempore inintelligibilis planè erat, situsque Romanæ urbis longissimis terrarum spatijs à Iudea distabat. Sed siue de hac Romana, siue de quauis alia intelligantur, reffert nihil: ea præiudisse in spiritu Mosem, sufficit, collegisse. Sunt qui expendant locum istum mysticè, Iudeorum gentem quotidie deuastari, in dies enim obstinata mens ad impietatem proficit vehementius: sed in huiusmodi mysticis ludendi, ut volueris, copia est.

¶ *Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen* &c.^b Hieremias. c. 5. cum Esaia concinit ascendite muros eius (ait) & dissipate, verumtamen consummationem nolite facere: idest Chaldæi ascendent muros vestros & dissipabunt eos, sed non vsque ad consummationem siue consumptionem

Egregia allegoria.

Scripturæ-
mos.

nem absolutam fiet : in imperatiuo enim modo indicarium sensum ex Hebraica phrasi esse supra adnotauimus, vt in verbis Domini, quæ proditori dixit, quod facis fac citius, facile obseruatur : idest facies citius. Nō enim

Dominus Iussit ma fuissimus, & Iudæ proditiō q̄si Gomorrha nem suam. In similes essemus. Esaiā & Hieremia

aliorū prophetarū morem aduerter qui post truces minas horrendosque terrores, quæ in populū Hebraicū alias ue gētes fulmināt, solatia interserūt, vt his locis dudū indicatis perspiciet, qui volet. Esaias em̄ post clades atq; calamitates, quas hactenus audiuius ab eo prædictas, solatia miscet modo, dicēs nisi reliquisset nobis Dñs semē, quasi dicat non omnino rediget populū suū in nihilū. Paulus Apostolus ad Rom. c. 9. hoc testimonio utitur, aliud agēs quā Esaias modo agit: aliud sanē agit, secūdū literæ exteriorē corticē. Ceterū secūdū veritatē, & literæ medullā quod Esaias prophetico excussit eloquio, Paulus Apostolico expresit sermone: meminit enim vt gētes vocatę sunt ad euāgelio Iesu Christi obediēdū. Populus autē Hebraicus, cui germana debuisset hæc obediētia esse, illam repulit: quare & gētes in locum eorum suffectę sunt, vt Dñs prædixerat: venient multi ab oriente & occidente, & recumbent cum Deo Abraham

Acto. 13.

& Deo Iacob, filij autem regni eiicientur foras. Et Paulus in actis Apostolicis, vobis quidem oportebat (inquit) primum loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicastis, conuertimur ad gentes: & identidem hoc inculcatur in diuinis scripturis. Veruntamen & si maxima Iudaici populi pars à Domino Iesu desciiuit, at Apostoli & alij, quorum nō magna id temporis habebatur ratio euangelio Iesu Christi cesserunt. Quod si isti etiā spiritui sancto restitissent, conclamatum esset de Iudæa vniuersa, fideique euangelicæ locus in ea planē desideraretur, quia v-

niuersa infidelis extitisset, vt olim Sodomæ & Gomorræ nullus indigenarum à vicio nefando immunis fuit. Propterea & omnes flammis vlticibus de cœlo missis deusti fuere. Proinde Paulus dixit, nisi reliquisset nobis semen, ad hoc referens, nisi Apostoli & alij pauci ē Iudæorum numero, qui erant tanquam reliquiæ illius populi, susciperent euangelium, planē omnes propter infidelitatem æternò perirent. At verò ad literam Esaias captiuitatem Babylo nicam consolatur, quasi dicat, etiam si redigendi eritis ò Hebræi in captiuitatem hac tamen vester mœror spe mulcendus erit, quod tandem à captiuitate eripiemi ni, & ad cultum & templum pristinum restitue mini. Hoc sibi vult, nisi reliquisset Dominus exercituum nobis semen, idest, nisi ex deuastatis familijs Iudæorum innumeris pauculos sibi ex dispersione seruaturus esset Babylonix, populus Hebraicus instar esset Sodomæ & Gomorre, quorum vniuersalis euersio reparationem hactenus nō habet. Si ad reconditiorem sensum hæc verba reducantur, per semen, Christum subaudiamus, autore Paulo ad Galatas. 3. non (dicit) in seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, & semini tuo, quod est Christus. Deus ergo quia æternò instituerat ex Hebraica progeniē carnem sumere, propterea inter medias grauissimasque Iudæorum calamitates semper seruabit sibi reliquias Iudæorum, vn de ipse originē secūdū carnē erat ducturus. Itaq; semini hoc beatissimo acceptum erat ferendū, nō meritis Hebraicis tribuēdū, quod princeps Chaldæus reliquias adseruaret, vt per Hieremiam Dominus infferat: verū tamen cōsummationem nolite facere. Rursum quoq; semen verbum Dei significat, autore Domino Matth. 13. Hoc igitur semen ecclesiā Dei corroborat: hoc ne fluctibus tentationum cum mundo inuoluamur, præseruat: hoc deliciarum visibilium cōtemptum parit: hoc in cœlestia mentes nostras erigit: & demū hoc semine sublato vniuersa penitus euerte-

euerteretur ecclesia Iesu Christi, & sicut Sodoma & Gomorra fuisset. Quod verò Dominum exercituum vocat perspicuum tibi erit, exercitum quendam esse angelorum, alium verò hominum, quibus omnib⁹ vnus præsidet Deus, cuius solius regnum & potestas est.

Audite verbū domini principes Sodomorū^a, per

¶ Audite verbum domini principes Sodomorum.^a Captat attentionem Propheta ad alia noua addenda, ad quæ prior, quam captauerat attentio, non refertur. Audite (inquit) principes Sodomorum, principes populi Iudaici, & magnates. Qui id temporis res publicas gerebant Sodomæos vocat, plebem illorum dicto audientes Gomorrhæam. Non quidem propter naturam, quia Iudæi neque erant Sodomitæ nec Gomorritæ: sed quia moribus pessimis tam principes quàm populus Iudaicus referebant Sodomæos & Gomorrhæos tales eos appellat Esaias. Est enim solenne in libris sacris ex similitudine nomina trahere rerum, vt Dominus Iesus agnus, leo, pastor, vitis, & id genus innumera vocitatur. Et Dominus increpans Iudæos quod genus Abraham iactabant, dicentes, Filij Abraham sumus, hoc tanto patre indignos eos esse ostendit (dum ait) vos ex patre diabolo estis, non quod genuerit diabolus Iudæos, vt Lactantius somniauit. Cuius somnij fortassis habuit Tertulianum in autorem, qui cum in Genesi vidisset scriptum filios Dei adamasse filias hominū, credidit angelos cœlestes exarxisse terrestrium foeminarum amore, deceptus sanè sermonis figura. Dicuntur enim & filij Satanæ & filij Dei imitatione operum, non propaginis natura, vt Baptista à Malachia domino exponente angelus vocatur. Ecce ego (inquit) mitto angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam Malach. c. 3. Et Ioannem Baptistam Dominus Eliam vocat dicens, & si vultis recipere, ipse est Elias, propterea

quæ venit Ioannes præparare viam Domini in spiritu & virtute Eliæ. Etenim vt hic nihil regiā expauescebat potestatem sed liberè & audacter in Achaz regem Iuda & Ochoziā regē Israel inuehebatur: ira & ille Herodē regē nihil formidans reprehensoria verba in eum iecit. Non licet tibi (inquit) habere vxorem fratris tui. Itaque per spiritum & virtutē Eliæ non miracula Eliæ intelligamus. Vt locum alium. 4. Reg. 2. vbi Elisæus ab Elia in cœlum iam iam scansuro postulans, obsecro (ait) vt in me fiat duplex spiritus tuus: id quod vt cepimus dicere, de multiplicatione miraculorū Hebræi intelligendum putant. Quippe Elisæus duplo plura miracula edidit quàm Elias. At. D. Ioannes nullū signū fecit, propterea non de miraculis, cōmendatur sed de zelo Diuini cultus & honoris, de libertate in dicendo & carpendo Pharisaicos mores, vt sermo ille demonstrat, quem ad Pharisaeos ceterosq; Iudæos habuit, dicens genimina viperarū, quis vobis monstrabit fugere à ventora ira? Ob hoc iure appellatur Elias, & hoc genus in scripturis sunt sexcenta alia, quæ ex ipsa lectione sacra patebunt. Quidā quoq; dicuntur in scriptura filij Gehennæ, alij filij mortis, vt Saul Dauidem vocat filiū mortis, non quia mors quēquam genuit aut infernus: sed quia in ferno addicti sunt aut morti. Sophoniam prophetā leges, qui temporibus Iosia regis Iuda, pphetavit. c. 3. & videbis eū principū Iudæorū facinora describere, & quæ hic Esaias sub symbolo verborū loquitur, ille clara voce insonuit dicens, principes eius in mediō eius quasi leones rugientes: iudices eius lupi vespere nō relinquebāt in manē: prophetæ eius vāsanī: viri infideles sacerdotes eius polluerūt sanctū, iniuste egerūt cōtra legem. Quibus verbis tyrānidem principū, auaritiā iudicū, vanitatem prophetarū, ac mendaciū vaticiniorū, (nō enim de veris prophetis hic agit) sacerdo

Matth. 11.

Lege declarationem nostram de Ascensione dom. 3. to. Ioan. 10.

Ioann. 8.

Lactantius & Tertullianus excutiuntur. Gen. 6.

tū in diuinis celebrādis fraudē, plebis infidelitatē, & demū iniustos eos oēs esse Sophonias lucidē tradit. Vnde & faciliē intel liges quid velit Esaias cū principes vocat Sodomāos & plebem Iudaicā Gomorraā. Sed fortas-

sis occinet mihi aliquis, cur vocat principes illos & plebes Sodomitas? Quādoquidem Sodomitas & Gomorritas de peccato nefando dūtaxat cul pat scriptura Genes. 19. At verò de hmōi peccato nō animaduertūtur principes, aut Iudæorū populi: nec hoc in illos regeritur crimē, ob quod captiuitati erāt tradendi, sed solū ob ea, quæ Sophonias dudū denar raut. Quin & Esaias hoc ipso capite quod typicē dixerat, satis ppē finē aperit. Quo modò (inquit) facta est meretrix ciuitas fide lis? Et paucis interiectis, principes tui in fideles, aut inobediētes, socij furū &c. Idē q; sapit Hierem. c. 5. eadē peccata Iudæis obtrudēs, quæ Esaias & Sophonias. In quo rum criminū numero eos neq; catamyctos aut cynædos, quos Sodomitas vocāt, esse recensent. Digna igitur quæstio est, cur vo cant principes Sodomorū & populus Gomorra qui crimine nefario nō legunt con taminati. Cæterum qui expenderit mecū quanta sit vitij Sodomitici immanitas & turpitudine, aduerterit quoq; neminē in tā peccati pfunditatē præcipitiō dari, nisi sensim ex alijs minoribus turpitudinibus in tā vastā turpitudinē prolabaī. Etem sapiens admonet, peccator, cū in profundū pctorū venerit, cōtemnit. Quapropter So domæi & qui Pentapolim illā succensam incolebāt, nō solū crimine illo cōtra natu rā irretiti erāt, quin & alijs innumeris illos innodatos fuisse, credibile est, lōgaq; serie seculorū peccata grādia duxisse, omni spe castigatiōis sublata: quare vt contumaces Deo suorum criminum exoluisse pœnas. Quā ob rē etsi in alijs defuisset similitudo

Iudæorū ad Sodomāos & Gomorraos, in hac tñ causā similitudo staret, qd isti atq; illi vt impœnitētes pœnas dederunt: quid qd & in alijs, etsi exceperis crimē nefandū Iudæi mores Sodomæorū retulerūt? ¶ Quo

tū, & adipē pin guiū, & sangui nem vitulorum & agnorum & hircorum nolui.

mihi multitudinē victimarū vestra rū, dicit Dñs. Di uina eloquia Iudæorū tumidū superciliū, quod ppter genus Abrahæ, vnde ori

ginē trahebāt, nō semel, sed frequētissimē reprimūt. Vnde Hier. c. 7. nolite (inquit) cōfidere in verbis mēdaciū dicentes, tēplū Dñi, tēplū dñi, templū dñi est, idest, ne sit vana vřa cogitatio, quæ vos eō ducit, quò arbitremini Babylonicā captiuitatē vobis impēdentē ob cultū exteriorē cēremonia rū & tēplū Salomonis, quod venerationi maximæ vobis est, euasuros. Et Ioā. Bapti sta, nolite (inqt) dicere, patrē habemus Abrahā: potēs em Deus est ex istis lapidibus suscitare filios Abrahæ, idest, nolite ducere in gñre Abrahæ & lege Mosi collocatā esse mētis sanctificationē. Gentes em quæ sunt instar lapidū, quas vos vt pollutas nihi li ducitis, citra hæc, Chři tñ grā ita sctifica bunt, vt sint filij Abrahæ. Et dñs apud Lucā. 11. vę vobis (inqt) Pharisei, qd decimatis mentā, & rutā, & omne olus, & pteritis iu diciū & charitatē Dei, & præmiserat ante hæc Dñs. Nūc vos Pharisei qd de foris est calicis & catini, mundatis, qd aut intus est vestrū, plenū est rapina, & iniquitate. Ex qui bus satis liquet, morem inolitū fuisse Hebræis & Prophetarū seculo ad Dñi vsq; tē pora, phaleras sctitatis externæ turbis ostē tare, sed sanctitatis internæ vacuās habere mētes: id quod cū mentiū sit grauissima noxa externis operibus fidere, internis sanctificationibus neglectis, ideo prophetæ prius, deinde Dñs de hmōi vana cōfidiētia populū Iudaicum animaduerrere diligētī studio curarūt: & verba hæc Esaię, quæ ver samus, in hūc eūdē scopū tendūt. Attamē

ab hoc

Aduerte
hæc de Sa-
crificijs.

Genesi. 15.

ab hoc loco inaliū exponēdū, trāsilire nō licet. Primū em̄ discutere oportet qd̄ est qd̄ dñs per vatē suū Esaiā tāto vilipēdio vīctimas, alioqui lege diuina stabilitas, repudiatur, simul atq; & cetera alia illis cōnexa? qñquidē prima inēute mūdi etate Abel pastor ouīū ex opimis gregis, quē pascebat, deo gratas vīctimas obtulit. Nō & Dñs respexit Abel & munera ei⁹. Ge. 4. post quē quoq; Noe ille patriarcha erecto altari de cūctis pecudibus & volucris Deo ex sacrificio oblato litauit. Gene. 7. Abrahā itidē, qd̄ Deo placuit, (& est reputatū illi in iustitiā) ex diuino instituto vaccas, & capras deo sacrificauit. Moses legislator lōgo sermonis ductu in Leuitico & Exodo sacrificiorū libaminūq; ritū Deo inspirate instituit. Gētes quoq; à sacrificijs tanq̄ deo gratis nō abhorruerunt. Etem̄ vt Porphyrius est autor ex Theophrasto, vt & Theodorit⁹ lib. 7. de sacrificijs refert, vetustus extitit apud gentes mos scēnū in altū missum accēdere in Dei sacrificiū, vt interim tēperaret à pecudibus, & gregib⁹ ouīū, & alijs hm̄i. Quod genus sacrificij ex armētis & volucris dānat Porphyrius. Inq̄t em̄ illadeo ingrata esse, qā neq; nidore carniū, nec cruoris effusione placat. Ceterū Porphyrius ob eā causam iustē dānabilis est, qā quæ Deū legimus animalīū sacrificia accepta habuisse, ille cōtra Deū negligere fatetur. Et ante Porphyriū Zeno Citicus tēpla erigi Deo, vt inibi sacrificiorū ritus Deo placādo celebraretur, superfluū esse putauit: id qd̄ & noster locus innuere videtur. Imò & Hierem. c. 8. hoc ipsum non solum: holocausta (inquit) addite vīctimis vestris, & comedite carnes, quia non sum loquutus patribus vestris, & nō præcepi eis in die qua eduxi eos de Aegypto. In die nāq; illo nihil de holocaustomatibus aut vīctimis loquutus est Dñs, quanq̄ postea per Mosē præcepit, etiā si neq; in die egressiōis, nec postea ex primaria intentione Deus hm̄i sacrificia mādauit, vt in posterū sermo noster aperiet. Aduertēdū ergo hæc oīa, quæ Mosaica instituta Deo in

spirite populo illi typicoprecepta sunt eōdē pcepta, qd̄ Hebraicus popul⁹, vt Theodorit⁹ est autor li. 7. indicato, apud Aegyptios multa peregit secula, lōgāq; cū illis traxere Iudæi cōsuetudinē: qui Aegyptij pecudes, & armēta, gregariaq; alia aialia ad talpas vsq; p̄ Dijs colebāt. Ne igit̄ malo exēplo Aegyptiorū ducerētur, mactāda iussit esse aialia Iudæis, quæ in Deorū numero ab Aegyptijs cōputabātur. Et sanē vt persuasum fuisset Iudæis, nihil aialibus illis adesse numinis, satis erat aialia illa Iudaico patere gladio. Istis adde qui perfectiorē intelligētīā nacti erāt apud Iudæos prōptū habuisse, sacrificia illa, sola si exacerent, inutilia esse si scdm̄ occidentē literā, & non scdm̄ viuificantē Spiritū obseruaretur. Vnde perfecti viri utroq; modo illa seruabāt & obseruāda præcipiebāt, vt Hierony. est autor in cōmētario ad Gala. c. 4. Id qd̄ Paulus Apostolus se satis ita intellexisse ostēdit, cū Galatis scribēs hm̄i sacrificia legisq; iudicia & cērimonias vocat infirma, & egena elementa, infirma sanē, quia spiritū hoīs à culpis emū dare nō poterāt, egena verò, quia cū oīa Christū promitterēt à longē & protestaretur, egebant Christo impleturo. Promissio enim quælibet ipsa impletionē opus habet, elementa aut̄ non temerē dixit: etenim elementū idē est qd̄ principiū autore Arist. 5. Metaph. Illa igitur quæ lex illa Hebraica cōtinebat, erāt velut initia, quæ Iudæos instituebāt vt susciperēt Dei veritatē, quæ Ch̄s est. Quare & legē pædagogū vocat Paul⁹ ad Gala. 3. in hæc verba: itaq; lex pædagogus noster fuit in Ch̄o vt ex fide iustificemur. Vt em̄ gladiatores, anteq̄ in publicū gladiatorīā artē spectandā ab oībus exponāt, in vmbra meditātur, quæ in luce exequuturi sunt: sic quoq; & dñs Iudæos antequām lux & veritas, quæ Ch̄s est, in orbē coruscaret, vt fides illi à Iudæis præberet, in vmbra legis illos voluit meditari. Rectē igit̄ Paulus legē vocat pædagogū Hebræorū, & scribēs Roma. c. 3. sibi semper cōsentiens, inquit, arbitramur hominē iustifica-

Paulus dilucidatur.

Pulchra collatio.

ri per fidem sine operibus legis, id est, sacrificia legis & alia legitima, quæ iam retulimus, si à fide Iesu Christi dissociata vnuquam fuerunt, hominē coram Deo nō iustificabant. At verò fides ab operibus illis disiuncta si per dilectionem operetur, iustificat. Nec solū legitima Mosaica à fide se iuncta, quin & cætera alia opera moralia, vt iustitia moralis, temperantia, fortitudo, & id genus, si à fidei contubernio illa semoueris, planē non iustificant. Sine fide enim impossibile est Deo placere ad Hebræos. 11. Nec solum hæc opera, quæ in vsu frequenti sunt apud homines, id est opera misericordiæ, iustitiæ temperantiæ, & quæ his similia sunt, nihil Deo grata sunt, si fidem demas: quinimò & opera heroica, & quæ vires humanas transgredi videntur, vt corpus ignibus tradere, vt res publica à grandi malo sit illæsa, aut distribuere in cibos pauperum omnes facultates, quas quis possidet, aut alia, quæ heroū sunt operantur omnium rerum scire causas, vt Plato & Arist. aliq; clarissimi Philosophi nouerūt, & diuina quadā eloquentia illas denarrare, vt videatur linguam potius esse Angelicam, quàm humanam, hæc vt & cætera alia, quæ diximus sine fidei præsidio egena atque infirma sunt: mentem quidē ornare possunt, at mentem iustificare nequeunt. Et demū quàm infirma fuerint sacrificia illa Ezechiel ostendit. c. 20. Ego dedi eis præcepta non bona, & iudicia, in quibus non viuunt, id est, in obseruatione illorum ad literam non iustificabatur, iustus namq; ex fide uiuit, non sola, sed adiecta charitate. Neq; in apparente collusione huius Prophetæ offendiculū capitis huius pariat lectio: dixerat enim primò: dedi eis præcepta mea, & iudicia mea ostēdi eis, quæ faciens homo uiuet in eis: sub hæc verò dicit q̄ in præceptis Dei & iudicijs nō viuunt. Porro locus hic postremus (qui prior est) de præceptis primæ tabulæ subintelligendus est, quorū primū est vt vnum Deum diligamus super omnia ex toto mentis affectu: quod qui præstiterit,

in huiusmodi Dei charitate uiuet, nā hoc præcepto obseruato, cætera quoq; obseruabuntur vt oportet, quippe quæ ab illo pendent. Quod autem de præceptis huiusmodi locus intelligatur, si præcedentia obserues, in propatulo tibi erit. Ait enim eieci eos de terra AEgypti, & eduxi eos in desertū, subinde annectitur: & dedi eis præcepta. &c. At verò prima, quæ Hebræis deserta loca incolentibus fuere præcepta primæ & secundæ tabulæ erāt, quæ Decalogus sunt: nam mense tertio egres- sionis Israel de terra AEgypti in die hac venerunt in solitudinem Sinai Exod. 19. in cuius solitudinis monte Dominus præcepta decalogi Mosi tradidit, quæ. ca. 20. obseruāda populo contulit, post quæ cætera iudicialia, & cæremonialia, adiecta sunt. In Leuitico aut ex professio lōgo sermone ritum sacrificandi animalia Deo instituit: id quod in Exodo excepto agni paschalis ritu, nisi obiter non præstiterat. Ea igitur præcepta, quæ cultum Dei in huiusmodi animalium immolatione, & alijs veteribus cæremonijs collocari videtur, Ezechiel vocat præcepta non bona: quia in scripturis sanctis, vt apud Aristo. 5. meta. bonū, quod est perfectū sæpē indicat: unde illud, nemo bonus nisi Deus, id est nemo perfectus. Præcepta igitur nō bona imperfecta subaudias esse, non mala: quippe quæ diuina erant. Decalogi verò præcepta & amorē creatoris super omnia & proximi, vt tui ipsius, amplexatur, ideoq; perfecta sunt, in primisque populo exhibita. D. Aug. in quæstionibus ad librū iudicū, Ite pte enarrās inhumanū sacrificiū. Iudi. 11. inquit: Tamen si Deus inuisibilis & cultus ille Mosaicus sacrificiorū qui Deo impen- debatur, visibilis erat, cæterū, quia in cultu illo visibili obediētia animi inuisibilis demonstrabatur, vt in voce audibili cōceptus inaudibilis latēs in aures audientis transfertur, ea propter illa sacrificia ad tempus iussa fuerūt Iudæis, tum vt obediētia diuinorū iussorum exercerēt, tum etiā quia Dominū Iesum cum corporaliter præsen-

Quæ vis sacrificiorū.

Ezechiel ex-
ponitur.

tem

tem non haberent in figuris saltē & umbris legis protestando tacitē venerarentur. Voluit autē multis sacrificijs onerare populum, tum vt sancto laboris studio de tenti cultibus idolorū non vacarent, tum etiam vt summi,

quod tunc venturū erat, sacrificij corpōris & sanguinis Iesu Christi, quod in cruce patri obla-

tum vetera erat abrogaturū, dignitatem & infinitā virtutem vnumquodq; pro sua portione adumbraret: vt diuersarum linguarum voces vnum eūdemq; conceptū significāt: vt ait D. Aug. lib. 10. de ciu. Dei. 19. & 20. & lib. 19. contra Faustum. ca. 9. & 10. Hinc iam palam est, quid velit Psaltes ille regius in Psalm. 50. Si voluisses (inquit) sacrificium dedissem, vtq; holocaustis non delectaberis. Etenim cū in comperto Dauidi fuisset hostias pro peccato sancitas esse in Leuitico, quid est, quod ait

David dilucidatur.

vtq; holocaustis nō delectaberis? Sciebat quidē sacrificia illa, & si quādam pro peccato remittendo instituta fuissent, sat tamen nō erāt vt remitterent, nisi resipiscētia interior peccati peccatrici volūtati pręstō esset. Etenim cū peccatū consensu malo arbitrij nostri cōcipiatur, nouā vitā a peccato liberā nemo inchoare pōt, nisi veteris pœniteat. Quapropter oblatio illa exterior sacrificij impotens erat ad mutandā mentem in melius, nisi pœnitentis voluntatis bonus accessisset cōsensus. Vnde Leuit. 5. cum pro periurio remittendo offerendā de gregibus agnam, siue caprā scriptura pręscripsisset, vt infirmitatem oblationis ostēderet, pręmisit. Agat pœnitentiam pro peccato, & offerat de gregibus agnam siue caprā, & subdit. Orabitq; pro ea sacerdos & pro peccato eius: orationis vero pro peccatis meminit. capit. 4. & alijs. At si sola oblatio suffecisset, cur oratiōis & pœnitentię meminisset? Oblationes igitur huiusmodi & sacrificia mādabā-

tur pro peccatis idest pro satisfactiōe pœnæ, cui obnoxia erant peccata, pœnitētia verò interior mētem repurgabat à culpis. Dauid igitur Spiritu sancto edoctus vim sacrificiorū & holocaustorū pro abluēda

b⁹ vestris^a: vt ambularetis in atrijs meis? ne offeratis vltra sacrificiū

peccatorū maculā infirmā aut nullā esse aduersus, dixit: Vtiq; holocaustis nō delectaberis.

Aut fortē ideo etiā verba extulit hæc, quia etiā si principibus iussu fuerit p peccatis hircū offerre Leuit. 4. obseruabat Dauid p peccato illo si ex ignorantia proficisceretur hircō iri satisfactū, iuxta Dñi iussione, at peccata Dauidis nō ex ignorantia processerunt, quia sciēs, & volēs, homicidio adulteriū iūxit. Iam ergo per hæc Esaiæ locus perspicuus redditur. Quō mihi multitudinē victimarū vestrarū, & quæ cōtinuò subiūguntur, iā nō facessunt nobis negotiū. Rectē em̄ tenebat Esaias huiusmodi sacrificia à dño instituta esse, veluti voces quasdam verbū æternæ diuinæq; mētis in carne venturū lōgē ante proclamātes: tenebat quoq; obedientiā populi in huiusmodi sacrificijs offerendis ad Deū exerceri: deniq; prōptū illi erat cultū idolorū (in quē plebs Iudæica propensa erat) obliterari hoc genere sacrificij. Verū aduertens quoq; turgentē fastiū, inanemq; cōfidentiā in sacrificiorū ratione Iudæos collocasse, proptereaq; legis grauiora, quæ sunt iudiciū & charitas. Lucæ. 11. pręteriri, ideo omnia refellere Esaias verbis pręmissis conatur, pariterq; insinuat hæc legitima Mosaica ad tempus concessa ad exercitium populo Hebræo, tandem vero sub Christo dño antiquanda & cassanda: quippē exercitatio corporalis ad modicū utilis est, pietas ad omnia valet. 1. ad Timoth. 4. ¶ Cum veniretis ante cōspectum meum quis quæsiuit hæc de manibus vestris?^a) Ait aliquis: Quid ergo, nō quæsiuit Dominus hæc de manibus Iudæorum? imò dubio procul quæsiuit, si quidem

dem præcepit. Cur ergo, inquit, quis quæ-
fuit hæc de manibus vestris? Attēte obser-
uare oportet, & in memoriam reducere,
quod paulò ante prædiximus cū colli-
sionē in Ezechiele elidere cōtēdebamus,
quo loco dice-
bamus. Cū pri-
mū Hebræos ab
AEgyptiaca ser-
uitute educeret
dñs sermonem
non habuit de
holocaustis, aut
sacrificijs, sed
quæ primū
in populi aures
Moses instilla-
uit verba, de-
calogi extitere.
Quod si in ipsa
egressione agni
paschalis immolandi iussio fuit Exod. 12.
id quidem vt memorialis esset solennitas
tanti exitus perpetuo futura agni celebrā-
di ritu, potius quā sacrificij gratia à Do-
mino iussum est. Hoc ergo est quod E-
saïas verbis istis admonere voluit: Quis
quæsiuit hæc de manibus vestris cum ve-
neritis ante conspectum meum? Alia le-
ctio non futurum, vt hæc, sed præteritum
habet: Veniretis: cui lectioni consonat
quod dudum dicebamus. Quando enim
egressi sunt de AEgypto venerunt verē
ante conspectum Domini, quia à consue-
tudinē AEgyptiorum & à tyrannide ab-
straxerat eos Deus, vt in libertate animi
& corporis cultum vni Deo impendere
quiuisent. Qua ratione, & iusta quidē in-
sinuat in die egressione venisse ante con-
spectum Dei Iudæos, atque tunc nihil de
sacrificijs Deum de manibus Hebræorum
quæsiuisse, vt & Hieremias capit. 7. Quia
non sum loquutus (ait) cum patribus ve-
stris, & non præcepi eis, in die qua eduxi
eos de terra AEgypti de verbo holocau-
stomatū & victimarum: sed hoc verbū
præcepi eis, dicens: Audite vocem meam,

frustra, incēsum
abominatio est
mihi. Neomeniā
& sabbatum, &
festiuitates alias
nō feram: iniqui
sunt cœtus vři:
calendas vestras,
& solēnitates ve-
stras odiuit aīa
mea, facta sunt

& ero vobis Deus, & vos eritis mihi po-
pulus. Possumus autem & hæc verba aliò
referre, vt sensus sit, nūquam ex primaria
Dei intentione illa sacrificia iussa esse po-
pulo Hebraico, sed in gratiam idololatriæ
vitandæ. Intel-
lexit nanq; Do-
minus populi
ad idola prom-
ptitudinem, cer-
nensq; si sibi sa-
crificia non fie-
rent, idolis esse
præstanda, ma-
lens sibi celebra-
ri quā idolis,
illa sibi celebra-
da instituit: hoc
est quod ait quis
quæsiuit. &c?
Adhunc prope
modum libellus repudij fuit Hebræis con-
cessus, & vsuræ cum extraneis, non quia
hæc bona erant, sed maioris mali vitan-
di gratia. Ne vxores infestas habentes
Iudæi eas occiderent, maluit Dominus
repudium quā homicidium, idcirco
Matthæ. 19. Ad duritiem (inquit) cordis
vestri dedit vobis Moses libellū repudij:
& ne vsuris & trucibus exactionibus suos
contribules grauarent Iudæi in externos &
alienigenas vsurarias exactiones permisit
Dominus. Aut postremò, si futuri ver-
bi lectio amplectitur, sacrificia offerenda
animo impuro nult Deus, qui dona ini-
micorum non probat. Esaias igitur non
hæc dixit, vt sacrificijs conuicietur, sed
vt illa puro animo offerenda iubeat (alio-
qui ingrata futura esse Deo. Etenim cum
Deus spiritus sit, veri adoratores adora-
bunt patrem in Spiritu & veritate Ioan. 4.
Quo loco Dominus noster Iesus Chri-
stus ruinam sacrificiorum iam iam im-
minere facile insinuat: Venit (inquit) hora
quando neq; in monte hoc nec Hieroso-
lymis adorabitis patrem. Huic sensui suf-
fragatur quod Esaias hæc commemorans
adiecit

mihi molesta, la-
borauī sustinēs.
Et cū extenderi-
tis man⁹ vestras,
auertam oculos
meos à vobis: &
cum multiplica-
ueritis orationē,
non exaudiā ma-
nus eī vřæ san-
guine plenæ sūt.

modum libellus repudij fuit Hebræis con-
cessus, & vsuræ cum extraneis, non quia
hæc bona erant, sed maioris mali vitan-
di gratia. Ne vxores infestas habentes
Iudæi eas occiderent, maluit Dominus
repudium quā homicidium, idcirco
Matthæ. 19. Ad duritiem (inquit) cordis
vestri dedit vobis Moses libellū repudij:
& ne vsuris & trucibus exactionibus suos
contribules grauarent Iudæi in externos &
alienigenas vsurarias exactiones permisit
Dominus. Aut postremò, si futuri ver-
bi lectio amplectitur, sacrificia offerenda
animo impuro nult Deus, qui dona ini-
micorum non probat. Esaias igitur non
hæc dixit, vt sacrificijs conuicietur, sed
vt illa puro animo offerenda iubeat (alio-
qui ingrata futura esse Deo. Etenim cum
Deus spiritus sit, veri adoratores adora-
bunt patrem in Spiritu & veritate Ioan. 4.
Quo loco Dominus noster Iesus Chri-
stus ruinam sacrificiorum iam iam im-
minere facile insinuat: Venit (inquit) hora
quando neq; in monte hoc nec Hieroso-
lymis adorabitis patrem. Huic sensui suf-
fragatur quod Esaias hæc commemorans
adiecit

adiecit

(adiecit) neomenias, & sabbata Iudeorum Deum odisse, & subdit: Iniqui sunt coetus vestri: animi iniquitatē Iudæis ad fuisse in diuinorum celebratione satis ostendens, qua inficiente, nihil Deo gratum est, vt diximus, ob eandem causam & orationē & preces à Iudæis ad Deum fufas, nō exaudiendas scribit, quia manus habebāt sanguine plenas: subaudi, rapina, auaritia, dolo erant cruenta opera Iudæorum: quia cruor hostiarum, etiam si manus exteriores perfudisset, laderet nihil. Et vt periodum compleamus, Dauid in Psal. 49. huic prophetæ concinus ait: Non in sacrificijs arguam te, holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper, non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos, quoniam meæ sunt omnes fere sylvarum, iumenta in montibus & boues: & paulo post. Immola (inquit) Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. Quo verborum contextu superbix Iudæicæ tumor in immolandis gregibus & armentis Deo retūditur: quia quæ ipsi Deo immolabant, Dei erāt, diuinæq; gratia hominibus ad vsum cōcessa. Præter hæc quoq; Deum non hæc præcepisse Dauid indicat q̃ huiusmodi immolationibus egeret, quippe qui in seipso & sibi sufficētissimus est, idēd ait. Si eiuriero, nō dicam tibi. Cuius sufficientiam profanæ literæ, nedum sacræ locupletissimē demonstrant. Plato nanq; in Phædonē sub persona Socratis, Deum (ait) nullius necessitatis, proprii vsus causa, orbem hūc ornatissimū cōposuisse, nec vt honores à Dæmonibus aut hominibus referat, quasi prouentū quendā pro rerū gubernatione deposcens: nullus ergo prouentus ex honore aut operibus nostris deo accedit ex Platonis decreto, igitur si poscit, ad commodum nostrū poscit. Deniq; Dauid sacrificia Deo grata

Platonotandus.

Lauamini, mundi estote, auferete malum cogitationum vestrarū ab oculis meis:

ad mysticam intelligentiam referens, ait hic & abbi. Sacrificium laudis honorificabit me, id est, laudes quibus diuinā maiestatem prosequimur, & vota quæ illi reddimus hæc sunt sacrificia Deo gratissima, id quod & Oseas itidem intellexit. Reddemus (ait) vitulos labiorum nostrorū. Itaq; vt iam prætulimus, etiā in populo illo Hebræorum Prophetæ & perfectiores viri spiritualia sacrificia corporalibus præferabant, vt & Samuel lōgē antē prædixerat. Melior est obedientia quā victima. 1. Reg. 15. & Dominus misericordiam velle se & non sacrificium Matthæ. 9. docuit: & Oseas. c. 6. sermonem complens, scientiam Dei prætulit holocaustis. Quod verò inquit in textu. Cū extenderitis manus vestras auertam oculos meos à vobis, aduerter vt rem habeas istā, Iudæos Deū precantes in altum porrigere manus vt te docebit Exodus. ca. 17. & D. Paulus. 1. ad Timoth. 2. ad hunc morem alludens, Volo (inquit) viros orare in omni loco leuantes puras manus sine ira & disceptatione. Fortassis hæc antiquitus irrepsit consuetudo leuadi in precando manus, vt spem impetradi & recipiendi quæ precabatur, eleuatione manuum profiterentur, nā ad ea quæ ex alto demittuntur, manus leuamus recepturi. ¶ *Lauamini mundi stote.* Lauacri inscripturis frequēs est vsus: multis namque in locis lotionis meminit ita vetus instrumentum, vt nouū. Vnde Ioan. c. 9. cæcū in natatoria syloa lauandis oculis Dominus misit, & 13. lauit seruator noster discipulorū pedes: & quod ipse discipulis præstitit illis faciendum iniungit, dicens: Si ego laui pedes vestros Dñs & magister & vos debetis alteri alterius lauare pedes: id quod nō de lotionē aut lauacro corporis, sed de lotionē & ablutionē animi intellectū voluit: est enim hoc munus Episcoporum, (qui Apostolis subrogantur) precibus, doctrinis & exēplis gregis sibi cōcrediti spiritus lauare maculas. In quem modum & Esaias modò proclamat: Lauamini, mundi stote. Et ne in dubium reuocares,

res, quæ nam lotio esset hæc, vt dubium repellat, Auferte malum (inquit, cogitatio num vestrarum, vt & Hieremias. c. 4. Laua (scripsit) à malitia cor tuum. Docuerat autem, aut innuerat Esaias, sacrificia Domini horrere, preces Iudeorum Dominum negligere, quia hæc impura erant in conspectu eius. Huius impuritatis antidotum verba hæc, quæ tractamus, offerunt, Lauamini, inquit, id est, si cordi vobis est opera cœlesti mercede digna exercere: si cordi est preces Deo dignas offerre, fieri aliter non potest, nisi lauetis corda vestra ab impuritate peccatorum, cogitationesq; vestras malas puras stillicidio lachrymarum vestrarum reddatis: abominatio enim sunt Domino cogitationes malæ Prouerb. 15. Hanc lotionem Dauid vehementer flagitabat, in hæc verba: Asperges me domine hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuē dealabor. Nihil enim ita mundat atq; renouat internum hominem vt resipiscencia ipsa atq; lachrymæ, quæ rigantes hominis vultum, mentem lauant à culpis, mentem impinguant, vt fructus proferat pœnitentiæ dignos, inimicitias Dei erga hominem extinguunt, neq; solum extinguunt, quin etiam & homo sic lotus noua amicitia Diuinæ fœderat, cum hominibusq; pacem, quâ tum in ipso est, conseruat: nullaq; est tanta peccati vetustas, vt hoc lauacro spiritus non repuerascat: vt olim Naamâ ille syrus in gurgite Iordanico lotus puerilem teneritudinem assequutus est. Hæc igitur lotio puritatis mentis summam habet, ab ea nanq; opera exteriora, ceu à fonte purissimo pura dimanant, Deoq; gratissima. Et vt hic teneritudinem carnis ex fluuij lauacro, ita & nos spiritus nostri renouatione ex lauacro pœnitentiæ assequimur, quam Paulus admonitiõe sua, Renouamini (inquit) spiritu mētis vestre, satis ostendit, Lauamini mundi stote. Libertatē arbitrij nostri, quā olim hæretici Manichæi & modò Lutherani proculcant, Esaias verbis istis satis illustrat. In facultate nanq; nostri arbitrij, si si

tum non esset, & lauare culpas & non lauare, mundari & non mundari, non esset cur Esaias tanta verborum repetitione diceret, lauamini, mundi stote, auferte malum cogitationū vestrarū. At huius tempestatis hæretici liberum arbitrium titulum & non veram libertatem habere delirant, dicunt enim liberum arbitrium solo nomine in homine esse liberum, re autē seruū peccati, cunctaq; opera quantlibet bona finxeris à libero arbitrio profecta mala esse & peccata. Ad tātumq; fastigium dementiæ sententiam suam prodixerunt, vt etiam si homo faciat quantū in se est, sic faciendo necessario peccet arbitrentur: petitisq; à diuinis literis in sui delirij suffragium testimonijs multa sibi congerunt, quibus apud deliros illis similes sapere videantur. Paulus etenim ad Rom. ca. 7. Si autem (inquit) quod nolo, illud facio, iam nō operor illud, sed quod habitat in me peccatum, & supra, non enim quod volo bonum, id ago, sed quod odi, malum facio, & rursum. Video aliā legē in membris meis repugnātem legi mentis meę captiuāntem me in lege peccati, quæ est in membris meis, ad Rom. 7. & 8. c. Vanitati subiecta est creatura nō volens, & Eccl. 7. Considera (inquit) in operibus Dei, q̄ nemo pōt corrigere, quem ipse despexerit. Despectos igitur necessario peccata admittere ex hoc loco colligūt. Cætera alia missa facio, quia ex horū locorū explicatione & alios sacros locos, qui hoc præferūt patebit, non suffragari imò refragari hæreticis cōmentis: q̄ cōsideranti promptū erit. Atqui vt nullū sit in sermone offendiculū, de homine illo primitiuo nunc nō est habenda ratio, nam de illius arbitrij libertate stulta esset cōtrouersia, qui creatus est ad imaginē & similitudinē dei. At si libertatis arbitrij orbaretur dote, nulla esset similitudo, aut imago diuinitatis humanę menti à Deo insculpta, nec esset cur dominiū in bestias & volatilia & pisces Genesi. 2. homini cōcederetur, si liberi arbitrij facultate nō gauderet. Eset nāq; vt iumē-

tum

Spiritus lotio.

Arbitrij libertas.

tum insipiens, ut ergo praesidentiam haberet in orbe? Quare fateamur est necesse cum Ecclesiastico. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit in manu consilij sui, adiecit mandata & praecepta sua, si volueris mandata seruari, conseruabunt te: cuius rei & 17. c. etiam meminit. Satis caetuet igitur qui in tanta luce veritatis in libertate arbitrij hominis primi offenderet. Alioqui, cur peccantem hominem primum multa mortis & exilij a paradiso & non solum illum prauaricatorem, sed posteritatem totam cum capite Deus simul affecit: nascimur enim filij irae, quia ab illo primo originem ducimus, qui iram Dei in se & in nos prouocauit: nascimur mortales, quia a mortali (ex vitio suo) propagamur. Mittamus igitur hominem primum in innocentia & sanctitate creatum, proferamus in medium hominem contaminatum, & in peccato natum, & peccatis obnoxium: propter hunc enim haereticorum est orta tempestas: hunc enim subditum peccatis quis non confitebitur? Et confessio theologica hoc idem testatur: hominem sub criminali culpa iacentem necesse est, & ad alia prolabi, ut Gregorius Homil. 3. in Ezechielem, peccatum (inquit) quod per poenitentiam non lauatur, suo pondere in alia trahere, necesse dixerim non simpliciter, sed ex hypothesi. Nam destitutus homo charitatis diuinæ praesidio, etiam si singula peccata declinare poterit, at vero collectim si peccata sumas in vnum vel alterum prolabetur: quia totam turbam peccatorum deuitare nequibit: ut caecus nemine ductante poterit hunc gressum vel illum recte firmare, at omnes gressus premere recte si longa maxime via est non poterit. Ut enim homo iam gratia Dei donatus veniales culpas singulas seu singularem euadere potest (quippe omnia peccata etiam venialia voluntaria sunt ex Aug. vulgato verbo) peccatum adeo voluntarium est quod si voluntarium non est, peccatum non est. Porro totum venialium agmen homo iusto declinare nequibit. Ita de eo qui

sub onere mortalis peccati iacet cenieto: alioqui cur gratia Dei subterfugiedis peccatis necessaria est? Quin imò etiam si culpa criminalis non premat, ut nec Apostolos premebat ab Spiritus sancti confirmatione, sed tamen se subditos peccatis esse falsi sunt, ut Paulus clamat: Infelix ego homo, quis me liberabit a corpore mortis huius, Romanis scribens. ca. 7. & Ioannes Paulo consentiens, si dixerimus (ait) quod peccatum non habemus, mendaces sumus, & veritas in nobis non est, & id genus varia in scripturis reperiatis, quae omnia non oculatum lectorē aut maleuolum hanc seruitutē, quam Lutherus & sui in Ecclesia Dei male inuexerunt, persuadebunt. At verò re oculatius inspecta, haec seruitus arbitrij nostri prorsus est eliminanda a catholico dogmate. Etenim qui voluntarie seruit peccato, numquid proprietate sermonis seruus dicendus est? non astitimo. Seruitus enim coactione ministerij praestandi domino significat. Seruus enim ille est & vocatur, qui sui iuris non est ut Aristoteles scripsit in politicis: qui velit, nolit, heri aut domini iussis obtemperare tenetur. Vnde & nullius mercedis propter seruitutē ius acquirit, nisi domini dono illam sibi conciliet, quia ut seruus est, seruitutis premiū non habet, ut famuli qui ministrant, ministerij sui premia a Dominis referunt, coacte enim non obsequuntur, sed voluntarie. Fac ergo peccatorem sub pondere quanto volueris peccatorum iacentem, num ille voluntarie, an coacte peccat? si coacte peccat, non peccat, quod enim inuitus facit, non facit, & peccatum ut peccatum sit, voluntarium esse est necesse. Alioqui ij qui ad summum virtutis verticem peruenere, quibus virtutis opera ex longa consuetudine veluti connaturalia iuste esse censebit aliquis, dicamus videlicet illos non mereri, quippe qui ex maxima virtutis propensione operantur, cum contra sit, quippe virtutis grandis inclinatio magis voluntarios reddit, ut maiora meritorum munera sibi conducant. Vnde & qui multis grauantur culpis, non propterea

necessario

. 8. nno 1
1. 10. 1. 2

1. Ioann. 1.

Expende ar
gumentum
cō. hære.

. 1. 10. 1. 2

. 1. 10. 1. 2
ob. 2. 10. 1. 2
ob. 3. 10. 1. 2
ob. 4. 10. 1. 2

neccessario peccant, imò magis volūtarie, quia libero arbitrio volenti peccati consuetudo calcaria adiicit vt vehementius velit: vt ergo serui sunt, si magis voluntarii sunt? Id quod Paulus Hebræis scribēs cap. 10. Voluntarie (inquit) peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia. Quod ergo D. Petrus omnis qui facit peccatum (dixit) seruus est peccati, non de seruitute coacta illud dixit, sed de seruitute spontanea, qua voluntarie nos peccatis cedimus. At, obijciat aliquis, postquam iacuerit homo sub onere peccati, leuare se non potest, nisi aliū de à diuina gratia opitulante leuetur, quanquam enim liberum sibi fuit peccare, & se occidere & maculare, viuificare tamen se, mundareq; non poterit, nisi diuino patrocinio fruatur. Vt Paulus ad Roma. 10. post declamatam in foelicitatem suam, & sui corporis & prauæ concupiscentiæ captiuitatem & seruitutem, gratiam Dei per Iesum Christum libertatem tantæ captiuitatis præstare posse solū fatetur: vt & Aug. de natu. & gra. c. 23. & sæpè alibi docuit vbi ergo arbitrij libertas? Aduertēdū ergo est huius rei gratia peccatoribus præstō esse & ad manum Dei auxiliū, quod liberi arbitrij repareret vires, & ad sanitatem diuinæ gratiæ, morbi, idest peccati deposito pōdere restituātur secūdum illud Apocaly. Ego sto ad ostiū, & pulso. Etenim si auxiliū generale creaturis omnibus, vt naturales obeāt functiones, idest, vt Sol interdiu illuminet, Lunaq; per noctem suæ claritatis radios orbi infundat, cæterisque cunctis, vt suis muneribus fungantur, conceditur quid ni ad munera gratiæ, qualis est resipiscencia à peccatis, & cætera alia, quæ hominem ad vitam parant æternam consequendam ad manū erit auxiliū Dei, quod speciale vocat? & meritò, quia non ad naturæ opera, sed gratiæ peragenda homini à Deo subministra tur. Quamobrem hæc vera erit pronūciatio, hominem peccatorem, quē supra finximus, posse à peccatis omnibus semeti-

psū extricare. Quia tametsi vires arbitrij tanto negotio explendo impares sint, sed quia Deo infirmitatē arbitrij adiuuante nostri, id præstare possumus, simpliciter peccatores posse fatēdum est. Etenim autore Aristotele, quæ per alios possumus, per nos ipsos posse fatemur: vt procurator meę litis, etiam si per me possit ad uersariam partem citare, & ad alia quæ litis sunt, cogere, se posse fatetur: id quod alioqui non posset, nisi per me potuisset. Nō ergo seruitus est in peccatore coacta ad peccata committenda vltiora, sed est seruitus quædam hypothetica: nam qui vult culpam non abijcere, sed retinere necessū est, & addere præuaricationem præuaricationi: at volenti peccatum respuere ad manum est diuinum medicamentum, quo morbi plagā depellat. Quæ omnia si subtiliter dispicias, in verbis Dñi collecta reperias. Neceesse est (ait) Dñs vt veniant scādala, vā autem homini illi per quem scandala veniunt. Quid ergo, si scādala sunt necessaria, vt auctori scandalorum, vā, futurum pronūciat Matthæi. 18? Vtiq; quia neceffitas hæc scandalorū non naturalis est neceffitas, (quæ est ignis aut aquæ aut cæterarum naturalium causarum) sed est neceffitas ex prauitate humani cordis emergens, qualis erat imperatorum beatos martyres trucidārium. Illos enim praua Idolorū religiones imbutos infidelitateq; mentis oculos obcæcatos habentes, necessarium erat catholicos viros ad necis tormenta adigere: verum possent errorem deponere, & claritatem Euangelicæ lucis aduertere, & ita ab opere nefario martyrij abstinuissent: proindeq; non abstinendo nefas admisserunt, vt rectè illis occinat alijsq; facinorū autoribus Euangelium: vā autem homini illi per quem scandala veniunt. Sancti verò, interim dum hīc apud nos agunt, se præni peccatis conqueruntur (vt de Apostolis iam diximus) cōqueruntur autē, quia latrunculi syriaci nunquam non libertatem sanctorum infestāt. Quanquam enim liberi sint

(per

Ioann. 8.
2. Pct. 2.

Capit. 3.

Lege decla.
ad ca. 6. de
excæcatio-
ne cordis.

4. Regū. 5.

per gratiā Iesu Christi à criminibus omnibus, non tamen ea libertate gaudet, quā filij Dei in cōlesti patria fruuntur, ad quā aspirant: at interim carnis tabernaculo nō deposito, necessarium est vt tabernaculi huius affectibus insultentur: vt olim Sanctus Iob à garrula vxore insultationem aduersus Deum patiebatur, cum illa aiebat, Benedic Deo, & morere. Hæc est illa peccati lex, cum qua Paulus exoptulat captiuitatem mentis suæ, non quod Pauli mens captiua esset absolutè. Nam is qui tertium conscenderat cœlum, qui Christum in se loquentem habebat, qui spiritu Sancto regebatur (putat enim spiritum Dei se habere) vt à peccato captiuus duceretur? Nam vbi spiritus Domini est, ibi & libertas. 2. ad Corint. 3. Sed sancti isti tantisper dum nobiscum vitam degebāt, instar eorum sunt, qui conduxerunt domos fumosas & perstillantes ex tectis suis aquarum stillicidia: ij enim fumi tædia & stillicidiorum molestiam, nisi domos fugerint, non vitant: & etiam si ignem extinxerint, fumus, qui molestat, superstes est: & etiam si tecta reparauerint, tanta sæpè est domus vetustas, vt obducto foramine vno, plura stillicidijs pateant. Sic sancti viri, etiam si peccatorum flāmas in lauacro baptismi, & pœnitentiæ lachrymarum fluuio extinxerint, at fumus (qui est peccati illecebra) illos infestare non cessat: & quāquam corporis idest veteris hominis, velut tecti quo nouus homo tegitur, ruinas reparare laborent, tamen peccatorum stillicidijs, id est carnis proritamentis allici est necesse. Est enim vêtus homo vt vetus domus quę lapsum quotidie minatur. Hoc est quod Paulus aiebat: Vanitati enim subiecta est creatura nō volēs: huiusmodi nāq; vanitas instar est stillicidij, quæ veteris hominis affectio est, idest prauæ insultatio concupiscentiæ, a qua procul abest noui hominis qui in sanctis est consensus. Propterea sancti beatorū libertatem summis modis exoptant: quippe illa libertas nec vestigiū seruitutis habet Paulo ad Galat. tradente,

illa autem quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater nostra: hoc est quod inculcat Romanis scribens. ca. 8. Nos ipsi primitias spiritus habētes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei, spectantes redemptionem corporis nostri, id est resurrectionem carnis nostræ, omni iugo mortis & peccati deposito. Fuit ergo libertas arbitrij in integro homine Adam prius quàm laberetur, est item arbitrij libertas in collapso iam homine, est deniq; in animabus beatis, quæ deo fruuntur. Libertas integri hominis foelix erat, sed secura non erat, labi enim poterat, & tandem labefactata fuit, & foelicitas in miseriam versa est: collapsi arbitrij libertas infœlix, quæ sub pondere peccati nata est, & cum peccatorum hostili turba quotidie dimicatura, vt ait Paul. Caro etenim cōcupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Spiritus eò pugnat quod se asserat à carnalibus contagionibus: caro contrā pugnat vt Spiritus cum carnalibus desiderijs inuoluatur. Hoc solum remedij hæc calamitas potitur quod gratia Dei adiuta maculam peccati absterget, & procliuatatem ad peccatum minuet, quanquam necessum sit eam semper veluti in præsidio esse, vt à carnis illecebris non inescetur. Beatorum vero libertas omnibus numeris beatitudinis gaudet, quia in Dei visione stabilita in bono sic firmata est, vt omni peccati seruitute, illiusq; appendicijs & vestigijs, idest motibus insultantibus carnis libera sit: ex beatitudinis nanq; dono peccare non potest. Iam verò hanc libertatem, quā mediam statuimus hominis collapsi, libet in duas diducere, est enim libertas collapsi hominis, quæ in ipso lapsu per seuerat, quā iam depinximus, altera verò eius, qui à lapsu leuatus Dei munere in gratiā, quam amiserat, est restitutus: quæ quidē quod ad vberiore frugem sanctorū operū euaserit, eò vegetior & potentior aduersus peccata reddetur. Vnde in sanctis Apostolis & discipulis Domini, in cæterisq; probatissimis viris libertas hæc vegetior

2. ad Cor.
13.
1. ad Cor. 7.

Ad Gala. 5.

Egregia col
latio.

Vet' homo.

tior atq; validior extitit quàm in cæteris iustis in tanta vitæ sublimitate nō degentibus. At leuicula quædam etiam in tā vegeto libertatis robore irrepebant, quæ illorū pacem inquietabant: vnde Pauli querimonia hinc processit, Non quod volo bonū ago, sed quod odi malum. Desiderabat enim sanctissimus Apostolus etiam sine leuiculis istis vitam transigere, idest nihil negligentia, nihil incōsiderationis, nec in agendis neq; incircumstantijs agendorum habere: hæc tamē quia inuitus patiebatur (vt homo) de se met ipso conquestus est, dicens: Non quod volo bonū ago, sed qđ odi malū: & in cœlestē illam libertatē sanctōrū inhians. 2. ad Corinth. c. 5. ait: Nam & in hoc ingemiscimus habitationem nostrā, quę de cœlo est, superindui cupiētes.

De arbitrij facultate qđ philosophi.

Superest iam, siquidem impendio lusimus in re ista theologico stylo quædā ex philosophorum placitis inuehere, vt ipsa philosophorū antiquitas nō nihil lucis catholicæ veritati, quā tradidimus conferat. Democritus & Epicurus libertatem arbitrij euerdebant, cuncta necessario fieri astringentes connexionemq; quandā necessariā esse causarū aiebant quam Imarmenini vocabant, & prepomenini, quibus parere omnia necesse apud illos erat: contra quos scripsit Enomanus, vt scripsit Theodoritus in libro de prouidētia, itidē Eusebius lib. 6. præparationis euangelicæ. ca. 6.

Lutherus ex ploditur.

En tibi quos imitatur Lutherus: isti enim perinde, seruā faciūt voluntatem hominis atq; ille, & quales magistri, talis & discipulus: nāq; fatui illi fuerūt, & hic dementissimus subluce euangelica delirās. Plato in legibus suis liberū est testatus arbitriū, atq; in hominis iacere potestate, rationis ductū sectari, aut affectuū suorū parere imperio: itidemq; Aristoteles id ipsum decreuit & in libro perihermenias de futuris cōtingētibus, quæ a libertate arbitrij pēdēt multa philosophatur, & rectē. Et deniq; qui cā didiorē & synceriorē adepti sunt philosophiā, idē decreuerūt, appetitū sensualē vt bestialē rationis fræno cōpesci posse, vt an

Plato 3 lib. arbi.

tiqua Dei scriptura testata est. Subte erit appetitus eius (inquit) & tu dominaberis illius Gene. 4. Iā ergo vt semel dicā diuina eloquia iustificationis negotiū totū ingratia Dei videtur referre, vt est locus ille indicatus iā. Nemo potest corrigere, quē ipse despexerit, & Cōuerte nos Domine & conuertemur, & Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eū, & Effundā super vos aquā mūdā, & mūdabimini ab iniquitatibus vestris, & Iustificati gratis per gratiā ipsius, & id genus. Iā verò tribuere videtur arbitrij nostri libertati, vt est illud: Cōuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, Agite pœnitentiā, appropinquauit em̄ regnū cœlorū, Reliquit hominē in manu cōsiliij sui, proposuit ante eū bonū & malū, lucē & tenebras, ad quodcūq; voluerit porriget manū suā, Si vis ad vitā ingredi serua mādata, Si vis esse perfectus, vade & vnde vniuersa quę habes, & da pauperibus. Qui loci quia ab hæreticis nō sunt librata collatione, idest æquilibrij cōsideratione expēsi, quidā ita gratiā Dei extulerūt, vt liberū arbitrium pessum iret, alij verò tantū liberi arbitrij vires prouexerunt, vt gratiā Dei vituperarent, vt Pelagius monachus. Ecclesia verò Iesu Christi inter medios hostes procedit mediam occupans viam, antidorum sibi temperans pro hominis iustificatione, cui celebrandæ & gratia Dei in primis necessaria est: hæc enim est quę hominē trahit, & vocat ad Deum. At nisi liberi arbitrij consensum & operā adieceris vocatio Dei non iustificat adultum hominē. Locus verò qui ex Ecclesiaste desumptus est: Nemo potest corrigere, quē ipse despexerit, tu interpreteris: Nemo potest corrigere hominē nolētē corrigi. Itaq; incorrigibilitas vitio dāda est arbitrio nostro tātis per dū nolumus, sed quia velle possumus, corrigi possumus. Et ea est Dei in peccatores munificētia, vt huiusmodi homines propositi culpati tenacissimos ita non nūquā emolliat, vt durissimo proposito effracto ad pedes Dñi prostrati cū Paulo clament, Domine quid me vis facere? Iuxta

Eccle. 7.
Ioan. 6.
Ezechi.
Cap. 36.
Ier. 31. & 3.
Ad Rom. 3.

Ezechi. 18.
Matth. 3.
& 10.

Matth. 19.

Acto. 9.

oraculum Ezechieli. c. 11. Et auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum, id est, molle & docile diuinis preceptis exequendis, adhuc propè modum & cætera loca, quæ præferunt quod iste, dilucidabis, ut tibi non sint offensus: quale illud Ioann. 12. Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaias excæcauit oculos eorum, non poterant tantisper. dum non lebant. ¶ *Quiescite agere peruerse, discite benefacere.* a) Duo sunt opera iustitiæ, in quibus veluti in cardinibus vniuersa vertitur iustitiæ integritas: alterum quidem est declinare à malo, alterum verò facere bonum. Quæ duo Propheta Esaias cõplexus gratia primi, dixit. Quiescite agere peruerse. Propter secundum autem, discite benefacere, quærite iudicium. Quale verò hoc sit futurum iudicium, nobis silentibus Propheta indicat. Subuenite (inquit) oppresso iudicate pupillum, defendite viduam: eas personas narrat quæ cum alioqui infirmæ sint & despectæ, iniurijs patent potentiorum: ut sunt ij, qui à principibus opprimuntur sunt ij qui orbatii sunt parentibus & tutoribus, qui causas eorum agant, sunt viduæ, quæ maritali umbra desertæ facile cõtemptui habentur, præsertim quæ pauperes sunt, & humanis subsidijs non sunt protectæ. Quorum Esaias memoriam refricans Subuenite ait oppresso, & quæ sequuntur. Istis namq; opitulari, quos humanus fastus negligit, Deo sapidum est sacrificium ab istis enim, ut miserabilibus personis secularis retributio non speratur, sed æterna. Id quod Dominus ostendit apud Matth. c. 5. Si enim diligitis (inquit) qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? Nonne ethnici hoc faciunt? Et apud Lucam. 14. Cum facis prandium (inquit) aut cœnam, noli vocare amicos tuos, nec fra-

tres tuos, neq; cognatos, nec vicinos, nec diuites ne forte te & inuicem reuoluant, & fiat tibi retributio: sed cum facis conuiuium voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuatur enim tibi in resurrectione iustorum. Per huiusmodi claudos, debiles, &c. oppressos subaudi, & pupillos, & viduas de quibus meminit Esaias, aliosq; qui terrenis subsidijs sunt destituti, quos ut protegendo, alendo, defendendo & Dominus Euangelico verbo pronunciat, & Esaias euangelio concinens, Subuenite oppresso (ait) iudicate pupillum, defendite viduam. Aduerte bat namq; Dominus & eius vates Esaias quantum sit nostræ superbiæ venenum. Quæ infirma namq; seculi sunt, calcamus & in tergum mittimus: oppressos opprimimus vehementius: pupillos grauamus iniurijs: viduas non beneficijs prosequimur, ut earundem leuemus miseriam & inopiam, imò fraudibus circūuenimus eas, neq; miserabiliū lachrymarū suarū miseremur: nec clamores flebiles clementi aure audimus. Vnde et necesse est à causis suis etiā iustissimis cadere, quia hominem non habent, qui illis sit patrocinio: & demum huiusmodi sunt, quas hodie mūdus persequitur: quare verissimè totius veritatis magister sub persona claudorū, cæcorum, debilia seculi intellexit. Hos ergo, quos mundus ostentat habet & neglectui, hos nobis dominus cõmendat, illorumq; curā nobis cõmittit: ut illis subuenientes, quod est conuiuium illis prestare humanæ retributionis spe destituti, præstantissimam cælestem (inquam) mercedem, firmissima spe retribuendam nobis teneamus. Hoc enim est catholicorum hominum officiū qui & futura premia atque supplicia credunt: at gentes, quæ Deum non habent, nisi temporalis lucri illectentur spe, ab officijs huius modi suspenduntur. Propterea

Psal. 36.
1. Pet. 3.

Dilucida. & decla. in Esai. Prophetam. 1

Cap. 6.

Dominus dixerat, Nam & ethnici hoc faciunt, id est diligentem diligere, & salutantem resalutare, aut benefico beneficiū aut humanitatis officium præstare. Extat quoq; Michææ prophetæ oraculum Esaię verbis concinens:

Indicabo tibi O Et venite & arguite me, dicit dominus:

homo quid sit bonum, & quid Dominus requirit à te, vtique facere iudicium & diligere misericordiā, & sollicitū ambulare cū Deo

Michæas ex Paulo exponitur.

tuo. Ante quę verba, instar Esaię Michęas sacrificia Mosaica Deo in sipida esse, infirmaq; & inutilia ad iustificationem, atq; ob hoc tandē reprobanda cum Paulo ad Hebræos. c. 7. insinuat: Quid dignū, (inquit) offeram Domino? curuabo genti Deo excelso, nunquid offeram ei holocausto marta & vitulos anniculos? Nunquid placari potest Dominus in milibus arietum, aut in multis milibus hircorū pinguiū? Nūquid dabo primogenitū meū pro scelere meo? Fructum ventris mei pro peccato animæ

Michæas ex Paulo exponitur.

meæ? Quasi dicat, non sunt potentia hæc ad delenda scelera mea, & subdit quę sunt Deo amica & placida. Indicabo tibi o homo (ait) quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te, facere iudicium & misericordiam. Est autē facere iudiciū, quod Paulus scripsit ad Rom. 13. Reddite ergo omnibus debita, cui tributū, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorē: cui honorem, honorem: nemini quicquā debeat nisi vt inuicem diligatis, qui enim diligit proximum, legem implebit. Iudicium enim est, quasi ius dicere. Qui ergo debitum soluit, primum quidem Deo cui debetur timor, amor, & honor, Dein proximo debita pro suo modulo pendit aut vectigal, aut tributum, & quę Paulus narrat, iudicium facit. Atqui hæc quę dixit Paulus, non omnia in præcepto sunt constituta, sed in consilijs (nec enim honorem exhibere proximo, aut amorem, aut subsidia temporalia, præstare semper iurē constringimur), si iure non vrgente igitur præsta-

Ad Rom. 13.

mus, misericordiam erga proximum exhibemus. Septuaginta interpretes loco huius, defendite viduam, legunt iustificate viduam, sermo diuersus, sensus idem est: defensio nanq; viduę est iustificatio. ¶ *Et Venite, & arguite me dicit dominus.* Septuaginta, Venite & disceptemus, translulerūt Hebraica lectio. Et disputemus, id est, si hæc mihi præstatis, quę monui de subuentione oppressi & iudicio pupilli &c. & cōquestus de vobis adhuc fuero, disceptate mecum & disputate cur à querelis nō cessauerim. Nostra vero lectio, venite & arguite me, ferē idem sapit, id est, si vobiscū expostulauero, reprehendite me. Iudæi non semel arguebant Dominum, ieiunauimus ait Esaias & non aspexisti, & in Ezechiele, patres nostri comederunt vñ acerbam & dentes nostri obstupefuerunt, & ab Aegypto educti deserta palantes loca nō semel exacerbauerunt Dominum, & ducē à Domino institutū Mosē & malorū suorum Deum obliuisci obloquebantur, bona autem opera (si quę habebant) Deū non curare blasphemabant. Huiusmodi ergo impias obmurmurationes, Iudæorū personam agens Abacuch. c. 1. Quare respicis (inquit) contemptores, & taces, conculcante impio iustiorē se, & facies homines quasi pisces maris, & quasi reptilia non habentia ducem? At attentissimē Domini dignatio in homines quantafit, pensanda est, qui cum culpæ omnis sit expers, populū illum ad iustitiam & misericordiam inuitat, quasi diceret, Si hæc opera, quę à vobis exigo, mihi exhibueritis, & ego certa & cumulatifima mercede non remunerauero, venite & obloquimini mihi: meum iudiciū carpite. Aduertis ne vt Deus hominibus se obligat ad premia, si homines desides nō fuerint ad merita? Atqui hæc diuina obligatio, ne fallaris, originē nō ducit ex meritis nostris, sed ex diuina largitate & munificentia, quę coronas statuit humanis meritis, quę ipse in nobis operatur: vnde & se constituit debitorem hominibus mercedis huius, vel vt

Cap. 58.

rectius

rectius dixerim ipse sibi debitor est. Quis enim Dominum vrgere poterat vt Abraham promitteret per semetipsum iurās, benedicere Abraham & semen eius multiplicare Gene. 22. & ad Hebræos. 6. interposuit iusiurandū,

vt per duas res immobiles (id est iuramētū & promissionem) quibus impossibile est mentiri

Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur ^a:

Deum, solatium habeamus. Nihil ergo vrgere poterat, sed ipsa sua pietas ipsum coegit vt hæc nobis dona largiretur, & ad illa donanda pro suo tempore, veluti se constringeret. ¶ *Si fuerint peccata vestra vt coccinū, quasi nix dealbabuntur.* ^a) Septuaginta secus legunt atq; nos, Si fuerint peccata vestra sicut rubeū quasi niuē de albabo, si autem fuerint sicut coccinum, velut lanā dealbabo. Coccini mentio est non rara in scripturis & coccinei, & cocci. In partu enim Phares & Zarā Gen. 38. obstetrix infantis proferētis manū in ipsa partus effusione ligauit manum coccino, & in purificatione leprosi vermiculū & hyssopū cedrū & coccū iūgit scriptura. Huiusmodi cocci quē Dioscorides coccō baphicū, quo nomine fruticē granū ferētē, granūq; ipsum, quo lanæ coccineo colore inficiuntur, appellat, meminit quoq; Plinius. lib. 9. ca. 41. Coccū, Galatiæ rubens granum, aut circa Emeritā Lusitanię in maxima laude est, & 24. lib. c. 4. Coccū ilicis vulneribus ex aceto imponitur, habetq; lentis magnitudinē & facillimē celerrimē ve in vermiculū se mutat, quod ideo scoleciū vocāt, atq; hoc genus vermiculare improbatur: ad quod genus vermiculare beatus Hieronymus respexit cū coccinum reddidit sæpē in scripturis vermiculum. Atqui controuersum est si hoc genus cocci, quod scoleciū diximus, sit ne quo tinguntur carmesini, quibusdā inficiantibus hoc genere cocci, sed tuberculo quodam rubro & excremētio in quibusdā plātis concreto carmesini

nos parari, alijs verò hoc genere parari in sententia est. Coccina autē aut vt Lamprius ait indumēta coccea, quæ scilicet cocci colorē imbiberāt, qualis in rosis emicat, plurimi fecit antiquitas, vel hoc argumen

& si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana, alba erunt.

to quod palludamentis imperatorijs dicata essent. Per hæc patet vocis, coccini, in scriptura intellectus, &

fortassis per vermiculum & coccinū idē subaudit, id est granū hoc tinctoriū, quod ilex arbor inficiēdis vestibus subministrat quanquam ex vermiculis sunt animalcula quædam valde rubentia. Sed ad sensum parandum huius loci nostra nihil interest, siue sic siue aliter vocem vermiculi intelligamus. Est enim, vt reddamus sensum ex aggeratio quædam ad Diuinæ clementiæ commendationem, si peccata nostra trucia & immania fuerint, si fecerimus iudicium & misericordiam in leuādo oppressos vt prædiximus illa donabuntur nobis. Per rubedinem enim coccini & vermiculi, crudelitas, immanitas, tyrannis scelestorum hominū, quorum pedes sunt veloces ad effundendum sanguinem, significatur quod genus peccatorum in populo illo frequens erat. Erant nanq; reges & principes & plerique alij immanes & truces, vt Saul, qui tyrannicē in Nobe sacerdotes Domini trucidauit: & de Manasse, quanta illius fuit truculenta rabies fundendi sanguinis innoxij. 4. Regum nō silet. c. 21. & scelera quæ huius generis sunt per sanguinem in scriptura nonnunquam notantur. Sanguis (ait) fratris tui clamat ad me, & Dauid in psalmo precatur, Libera me de sanguinibus, in altero quidem fratricidiū, in altero verò homicidium Vriæ insinuatur & itidem in alijs locis. Quam obrem non absurde Propheta per rubentia hæc, peccata quæ diximus, subsignificauit. At verò obijciat forsitan aliquis, ecquid vt à tantis facinoribus mudentur homines, opera

Palludamentum
ta Coccina.

Psal. 13.

1. Reg. 22

Gene. 4.
Ad Heb. 12.
Psal. 50.

Coccinum
quid.

Leui. 14

Aduersum
Hæreticos
nouellos,

bona iustitiæ & misericordiæ, quæ recen-
suit Esaias fat sunt? num sufficit mutare vi-
tam, nisi mutes & mentem? Istud est quod
Alstruxere Germani hæretici optimā pœ-
nitentiam esse nouam vitam, reclamante
Augustino, Nemo potest nouā inchoare
vitam, nisi veteris pœniteat. Igitur, si men-
tis mutatio in primis necessaria est, quam
Græci metanæam vocant, quid est q̃ pro-
pheta huius resipiscentiæ mentione sup-
pressa de leuandis iniurijs proximorū, de
præstāda illis misericordia cum Osea quē
indicauius solum meminit? Cæterū ob-
seruandū est in scripturis peccatū iā ipsam
voluntariam transgressionem significare
quæ culpa est, iam verò pœnam commē-
ritā vocari peccatum: vnde & ipsa quē in
expiationem præuaricationū offeruntur,
peccata nominat scriptura. Oseæ. 4. sacer-
dotes (ait) peccata populi mei comedent,
quippe oblationes pro peccatis in vsum sa-
cerdotū cedebant, & in posteriori ad Co-
rint. c. 5. Eum inquit Paulus, qui non noue-
rat peccatū, pro nobis peccatū fecit, quip-
pe Deus Christum Dominū hostiam pro
peccatis nostris suauissimā sibi fecit. Quo
loco Paulus phrasim Oseæ prophætæ se-
quutus est, & in Daniele legimus. c. 4. Pec-
cata tua eleemosynis redime, quasi aper-
tius dixisset commerita tibi supplicia, elee-
mosynis, veluti pretio Deo exhibito, redi-
me. Vnde & nostrates theologi huiusmo-
di opera vocant satisfactoria, quæ quidē a-
nimo in culpis perseuerante commeritas
pœnas nihil repurgare possunt, deposita
verò animi culpa, per pœnitentiam inter-
nam possunt. Quare & Esaiæ locus nō est
audiendus, quasi verò præfata opera, quæ
nouæ vitæ sunt, remittendis sceleribus suf-
ficient, sed illis remissis appendicia culpa-
rum supplicia per illa relaxabuntur, vt ho-
mo ex omni parte mundus à peccato eua-
dat. Vnde & ait quasi nix dealbabuntur, &
quasi lana alba erunt, idest, & fuliginem
culpæ vertet in candorem iustitiæ, & aspe-
ritudinem scelerum in lanæ molliem, id
est misericordiæ blandimenta conuertet.

Peccatū va-
ria signifi-
catia scrip.

Pœnitentia
ex Esaiæ.

Et ne quispiam duxerit, gratis me expo-
ne re, aduertat quæ priori loco Esaias pro-
tulit antequam hæc alia asseueret, ait enim
Lauamini, mundi stote, auferte malum co-
gitationum vestrarum. Vides ne vt demu-
tanda in melius mente sermonem fecit?
Vides vt pœnitentiæ (quæ sola est quæ sen-
tes malarum cogitationum à mentibus
nostris refecat) oblitus non est? In quē quo-
que sensum Dominicus sermo est habē-
dus: cum de inimicorum dilectione verba
fecisset Lucæ. 6. Dimittite, ait, & dimitte-
mini, idest iniuriam donate inimicis ve-
stris, & vestra in Deum iniuria donabitur
vobis. Hæc nanque verba non sunt sic red-
denda, vt aliquis sibi putet relaxandæ pro-
priæ culpæ, iniuriam illatam relaxasse, in-
ferenti, satis esse. Nam (vt prædiximus) il-
lud non est satis, sed vt Deo fiat satis pro
expiando pœnæ piaculo, hoc primum
esse dimittere offensam fratris euangeli-
ca lectio admonitum voluit. Nec me fu-
git quorundam calculis non esse mihi sub-
scribendum: sunt enim, qui dilectionem
inimicorum tanti pendunt, vt solam suffi-
cere remittendæ culpæ contendant. Ego
tamen illud pro confessio habeo, quod Lu-
cæ. 13. & sæpè alibi scriptura testatur, Nisi
pœnitentiam habueritis, omnes simul pe-
ribitis. Et quod sibi captant argumentum
de sanctis martyribus, de beata Maria
Magdalena de feruentissimo amore in
Deum, nihil me moratur. Etenim marty-
res, qui adeò feruido amore in Deum ra-
piebantur, vt iugula sua patefacerent ty-
rannico gladio, putas ne qui maximum
omnium, idest vitam propter Christum
odio habebant peccata non detestatos,
quod minus est? Peccata enim in vitæ tem-
poralis solatium admittuntur. Sed fac,
martyrem in crimine sibi complacere,
vtique dixerim tibi hunc in numero san-
ctorum martyrum nō referendum, etiam
si ea tormenta patiat, quæ ad libitum
finxeris, quia qui mentem coinquina-
tam habet peccati proposito, sanctus non
est: & cuius mentem flammæ dilania-
tiones

Locus lucæ
differitur &
sedulo cōsi-
derandus.

An martyri-
bus necessa-
ria sit pœni-
tentia.

tionem membrorum in meliorem animū non peccandi non permutarunt, obstinatus est. Quanquam in crudelitatis tantæ a gone videor mihi scrutationem peccatorū, quæ otio fruētibus est necessaria, sanctis martyribus

non esse imponendam: abūdē fecisse arbitror, si deposito animo peccandi ad martyrium rapti sunt. Nanq;

ipsa cruenta Iesu Christi confessio, si quæ defuerint poenitentiæ cōsummādæ supplēuit. Atqui Magdalenam lachrymis suffusam lego Lucæ. 7. quæ resipiscentiæ à peccato symbola sunt. Quod si Dominus dilectioni multæ remissionem peccatorum tribuit, rectē quidem: charitas enim progenitrix est poenitentiæ. Neq; lachrymas taccuit Dominus: cæpit (inquit) rigare pedes meos lachrymis. Et demum, si feruens est dilectio Dei, si à charitate proprio Marte conquisita est, culpam mortalem non absoluet, etenim cum charitate huiuscemodi mortiferum peccatum non pugnat. At si cœlica charitas est dono Dei nobis infusa, hæc simul atq; animā imbuerit, omnia crimina prorsus pellit: verum præuiam habet contritionem peccatorum, qua propter interna hæc poenitētia necessaria est. Sed de his alibi, quia perfunctoriē hæc tetigimus, vt in lectione Esaiæ nullus offēderetur. ¶ *Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis.* a) Liberi arbitrij nos quoq; hæc verba memores faciūt: id quod & Hieronymus hic meminit. Promissiones quas Deus pollicitus est populo illi in temporalibus muneribus sitæ erant, itidē q; & minæ malorum Deuter. 27. hæc quoque repetit, Si volueritis, inquit, bona terræ comedetis, aut bonis terræ fruemini. ¶ *Quod si nolueritis, & me ad iracundiā provocaueritis.* b) Gladium hostilem minatur non seruantibus legem Domini, gladius, ait, deuorabit vos, vt Babylonicus longo

post tēpore deuorauit, quod vero subdit, Quia os Domini loquutum est, id est certissimum credite futurum, quia non mendax homo, sed verax Deus futurum prædixit. Simili loquendi ferē typō in euange-

licis literis quando gesta Domini narrātur, subditur, Vt imple-retur, quod dictū est, per hūc, aut alium prophetam. In Ioā-

ne ita legimus, Non credebant in eum, vt sermo Esaiæ imple-retur, quem dixit, Domine quis credit auditui nostro? Et paucis lineis interceptis. Propterea (ait) non poterant credere quia iterum dixit Esaias. Ioannis. 12. id quod & apud alios Euangelistas passim offēdes. At obstreper aliquis nobis, quid ergo si os Domini loquutum est, & quod ipse loquitur, constantissimē & infallibiliter eueniet, quantus erit vsus nostri arbitrij, cuius facultas Diuinis decretis & sermonibus obstare potest nihil? Cur ergo isti Iudæi quibus loquitur Esaias ad obseruanda syncerē Dei præcepta, tam blandē tamque minaciter monentur? Si pœna diuino verbo imponenda certissimē imponetur: si gladium Domini deuorantem declinare nequeunt, quid suadentur declinare culpam? Qua propter nequis huiusmodi argutula captione capiatur, aduertendum erit, propheticum hunc sermonem & similes alios, qui calamitates venturas luentas culpatis hominibus pronuntiant, sub conditione latente reddendos esse, quasi dixerit, certissima vobis erit pœna, si obstinatus animus perseuerauerit. Spatiosus se pandebat campus (quanquam fatis senticosus) qui prædestinationis & reprobationis multa disputanda nobis fundebat, satius tamen duxi in commo-dio remittere locum, qui aptissimus nobis in progressu suppeditabitur.

Aduerte ad intellectum S. Scrip.

Libertū arbitrium.

Dilucida. & decla. in Esai. Prophetam. 1

¶ Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis plena iudicij? a) Altè nobis repetendus est locus iste. In Exodo legimus. 24. narrante Mose Hebraico populo legem domini respōdisse populū vna voce, omnia verba Domini, quæ loquutus es, faciemus. Acceptoq; sanguine Deo li-

baro vitulorum, missiq; in crateras fudit sanguinis partē super altare, partēq; resper sit in populū Moses, dicēs, Hic est sanguis fæderis, quod pepigit Dñs vobiscū super cunctis sermonibus suis. Policiti nanq; erant Hebræi se præstituros verba Domini futurosq; illi obediētes. In huius ergo obediētiæ symbolū populū sanguine tinxit, altare verò, quod diuinitatis erat signū itidem sanguine imbut, vt Deū exhibiturū illis bona, si pactum seruassent illæsum significaret. Est autē fidelitatis munus pacta seruare, siue sint amicitia pacta, siue seruitutis fædera: & demum in verbis & factis fidem seruemus. Contrā verò, infidelitatis est hæc prorsus violare, & seruanti fidem frangere fidem. Etenim fidelitatis nomen non semper à fide catholica (quæ vir tus theologica est) deriuatur: nonnūquam etenim fidelitas moralis virtus est, vt temperantia & iustitia. Quare populus ille vetustus literæ inseruiens fidem hanc (quam diximus Deo præstitam) non semel abiecit pacti & fæderis immemor, quod Domino pepigit. Quapropter & infidelis populus rectè nuncupatur: vt & Christicolæ in regeneratiuo fonte, summo Christo fidem item dederunt de seruanda euangelica fide, de abrenuntiando Satana & pompis eius: qui si aliam sectam profitentur, primam fidem irritam fecerunt, proindeque infideles sunt. Esaias igitur vitio dederat Iudeis ingratitudinem, conuitia, ad idola retrocessionem: nunc verò hanc inuectiuam exornando per antithesim amplificat verba efferens, Quo modo facta est meretrix ciuitas fidelis? Id quod perinde est ac si dixisset. O Hierosolyma, quæ anti-

quitate nominis, & stabilitate tuorum ciuium & opulētia iam pridem est q̃ gloriaris, celebritate templi, dignitate pontificia, Leuitico ministerio, sacrificiorum cultu, regio throno, gentium omniū frequentia in toto orbe es clarissima, ò Hierosolyma, quam Rex ille

olim Melchisedech & sacerdotis munere, & regiæ potestatis amplitudine & iustitiæ administratione, & pacis tranquillitate illustrauit, cuius quoq; David ille diuino instituto regia gubernacula tenens te ad maiorem gloriam prouexit, hostilibus victorijs atq; triumphis memoriam tuam atq; honores in exteris nationes dilatans, te quoq; ad diuinos cultus promptiorem reddidit, tibi donās in celebrationibus decus, ornans tēpora tua vsq; ad consummationem vitæ, vt incolę tui laudarent nomē sanctum Domini, & amplificarent manē Dei sanctitatem, cur in mentem tuam nō venit, te satam atq; progenitam à fidelissimis illis patriarchis Abraham, Isaac, & Iacob, qui vnus æternique numinis cultum syncerrimè obseruantes, eundē in te transfuderunt. Siccine? Hanc clarissimam gloriam tuam in meretriciam petulantia permutare dignum arbitraris? Quis furor ò Hierosolyma, quæ te dementia coepit? Vt instar impudentissimæ meretricis, quæ viro cuilibet ex nimia salacitate se subster nit, tu quoque in omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso, prosternereris? Quia neglecta Diuina veritate, post vanitatem idolorum ambulasti & vana facta es, & non dixisti, Vbi est Dominus, qui ascendere nos fecit de terra Egypti: qui tra duxit nos per desertum, per terram inhabitabilem & inuiam?

Quomodo facta es meretrix ciuitas fidelis? Ciuitatem quidē Hierosolymam, Sen filius Noe construxit, vir Deo placidus & gratus & Salem nuncupauit, sed & Iebuseus filius Chanaam inhabitauit, vnde à Iebus & Salem rex David nomen

tia in toto orbe
es clarissima, ò
Hierosolyma,
quam Rex ille

Eccle. 47.

Hierem. 2.

Lege Hono
rium de ima
gine mundi

ha. circula
antithesim
q. 122.2

Exclamatio
contra Iu
deos.

con-

conflavit Hierusalem, quasi, Iebusalem, quam Salomon filius eius opulētissimam auro, argento reddidit, & Hierosolymam quasi Hierusalomoniam, vt non nihil saperet Salomonis nomen, appellauit. Alij ethimō Hierusalem aliter deducunt. Huius tamen (vt ethimon mittamus) fidelitatē veterem in Deū refricat Esaia vt inde vehemētiore faciat causam suam in Iudæos, qui relicto fideli Dei cultu, fidei q; fronte deposita, frōtē sibi impudicā instar meretricū asciuerunt. Hic aut per meretriciā impudētiā, idolorū cultū publicū & in propatulo celebratū subaudi. Est enim fornicatio quēdā spiritualis vno vero Deo relicto, fallorū Deorū superstitionē profiteri: id quod Iudæi impudentes in Dñm admiserūt crimē, qua propter ciuitatē Hierosolymā meretricē vocat. Quanquā & de fornicationis & adulterij vitio non semel in diuinis literis à Prophetis arguuntur. Ceterū meretriciū hoc spirituale (præsertim hic) notatur ab Esaia. Quin etiā & Hieremias. c. 3. populo Hebræorū verba faciēs, Polluisti (ait) terrā in fornicationibus tuis, & in malitijs tuis: frons mulieris meretricis facta est tibi: noluisti erubescere: super omnem montem excelsum, & sub omni ligno frondoso, fornicata es ibi. At vero in tercepimus quædam verba Hieremias, vt breuius ageremus ex quibus palam est quod diximus. Quæ verba vt intelligas, aduertere oportet, Iudæos montium excelsa loca, frōdosasq; amœnitates, adorādis idolis selegisse: & istud est quod ait Hieremias, in mōtē excelsum. &c. Altero quoq; nomine Hierosolyma fidelis appellari potest, quippe ab illa doctrina, fidei q; magisteriū, legisq; ritus atq; cærimonias in cæteras oēs Iudaicas vrbes, ceu à fonte dima-

iustitia habitauit
in ea^a nūc autem
homicidæ. Argē
tum tuū versum
est in scoriam: ^b
vinum tuum mi
stum est aqua.

nabāt. Inibi nāq; erat pōtificia sedes collocata, vt & modo Romæ, quæ magistra fidei est, & mater Ecclesiarū: quia Petri sedes in ea, vt in culmine orbis locatur. Appellat aut eā nō solū fidelē sed plenā iudicij, quia Reges, qui olim illius gubernacula gerebāt sancti & iusti iudices præextiterūt. ¶ *Iustitia habitauit in ea.*^a) Subaudi olim. Porro. 4. liber Regū. ca. 21. quosdam reges Iuda, vt sanguinarios increpat. Et Dñs ex cōmiseratione illachrymans, Hierusalē (ait) quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te. Quoties volui cōgregare filios tuos: quemadmodū gallina. &c. Itaq; hic & alibi nō rarò scriptura Iudæos truces & sæuos fuisse insinuat. Et hoc est, qd̄ supra aiebamus, Prophetā hūc per rubedinē coccini & vermiculi notatū voluisse. ¶ *Argentum tuum versum in scoriā.*^b) Iniurios Iudæos fuisse in Deū Esaia satis prædixit: iā verò eos quoq; iniurios in proximos etiā modo ostēdit, in iudices & magistratus verba sua referēs, quos sub argēti, & vini vocibus adūbrarat dicens, Argentū tuū versum est in scoriā, vinū tuum mistū est aqua. Argētū enim & vinū, sunt præcipua in humana vita. Ideo primates siue optimates, vt reges, dūces, principes, iudices istis nominib⁹ subintelligit Prophetā, vt ipse met sui est interpret. Habuit ergo populus ille optimos iudices, optimosq; patriarchas, optimosq; reges, quorū laudes prosequitur Paulus scribēs Hebræis. c. 11. Sed paulatim populo illo labente defunctis patribus, praua successit inuentus, & argenti claritatē, & pretij valorē scoriæ ignominia & vilitate cōmutauerūt: & pro vini puritate & suauitate, qua maiores fruebantur, acido & limphato vino iuniores vsi sunt: id qd̄ iam ætate Esaia accidisse locus iste manifestat. Per argētū igitur & vinum primarij, quibus olim moderabatur Iudæa patres subintelligendi sunt, per scoriā aut & aquosum vinū, recētiore, qui in maiorū suffecti sunt locū, subaudire oportebit. Quorum, quia mores vitiatī & corruptissimi extiterunt, ad collationem scoriæ

Cū Esa. com
sentit 4. lib.
Reg.

Lucæ. 13.

Hierofo. di
gnitas.

E 5 & vini

Dilucida. & decla. in Esai. Prophetam. i.

Esaiæ phra
sis.

& vini vitii traxit eos Propheta. Multa hic ad tropologicum sensum à me essent torquenda, sed in appendicem huius cap. differam. ¶ *Principes tui.* a) Esaiæ mos est (vt diximus) quæ translatitia loquutione dixerat, proprio reddere sermone. ¶ *Diligunt munera sequuntur retributiones.* b) In Deuterono. 16. & in Prouerb. 15. & sæpè alibi diligētissimè scriptura iudices admo-

Sacerdotes
alendi exbo
nis fidelium
itidè & præ
dicatores.

net à muneribus abstinere, quia munera excæcant oculos sapientiū, & mutant verba iustorum. Conturbat domum suam Salomon inquit, Qui sectatur auaritiā, & qui odit munera uiuet. Sed quid est quod Dominus ait, Dignus est operarius mercede sua? & Paulus. 1. ad Corint. Epistola. c. 9. hoc sedulo prosequitur scilicet sacerdotibus & prædicatoribus Euangelij victū, & vestitum, deberi, ita ait, Dominus ordinauit ijs qui Euangelium anuntiant, de Euangelio viuere. Et ad Roma. 13. de primatibus & magistratibus reipublicæ, verba faciens de retributione illis debita sermonē intexuit, Reddite (inquit) omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal. Vt Dominus Matth. 12. prædixerat, Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. Et Demū vtrunq; instrumentum de retributione exhibēda magistratibus & sacerdotibus plenum est. Leuitis nanq; primitiæ, & decimæ & alia in vitæ subsidium Domini instituto debebantur. Porro Ioannes Baptista, quod habuit cum militibus, verbum, Contenti stote stipendijs vestris. Luc. 3. rē istā totam aperit. Milites nāq; ad iniurias rapinas, incendia, & id genus proclines sunt. Quare Ioānes de hac re illos admonuit, Neminē (ait) conculcatis neq; calūniā faciatis contrēti stote. &c. Ad eundē quoq; modum &

primates, vexillarijque populorum, quia abuti poterunt sua potestate, & potentes cū sint, infirmos & debiles instar rapidissimi gurgitis absorbere, iterū atq; iterū monentur à diuinis literis vt integrū

incorruptumq; seruēt iudiciū, quod iam amore iam muneribus vitiat. Non q̄ Dñi sermo illos sibi debitis vectigalibus, tributis, stipendijs, alijsq; tempora lib^o subsidijs pri-

uet, sed illos persuasos esse vult, vt contrēti stipendijs proprijs, muneribus non peruerant iudicium. Cuius quidem subuersio iuris diuini atq; humani læsio est, & pauperum, qui muneribus obsequi iudicibus nō possunt, iactura ingēs, quippe qui à causa sua cadūt, subindeq; à diuitibus opprimūtur. Cuius iacturæ iudices & potētes, si fuerint autores, tenētur: vt & testes, si nō pro veritate, sed pro mercede, qua conducti sunt, testimoniū tulerint, ad dānū refarciēdū cōstringuntur. Verbis diuersis septuaginta eundē sensum reddūt, argentum vestrū reprobū caupones tui miscent vinū aquæ, id est tabernarij non vinū purū, sed vapam, (vt ita dixerim) venditant. ¶ *Propter hoc ait Dñs Deus exercituum fortis Israel, Heu ego cōsolabor de hostibus meis.* c) Stupēda Diuinæ iræ exaggeratio: vt is qui non lætatur in perditione peccatorū, nec eorū mortē in desiderijs habet, sed potius vitā & cōuersionē, adeò incādescat, vt solatiū suū vindictā hostiū suorū esse asseueret. Idēq; in Ezechiele legimus. c. 5. Et gladiū euaginabo post eos, & cōplebo furorē meū, & requiescere faciā indignationē meā in eis, & consolabor. Humano more de Deo loquūtur vates istius id quod & Prophetis familiare est. Homo nanq; iniuria læsus iniuriæ vindictā appetit, nec aliam sibi petit aut amat cōsolationem, quā de hoste

Exaggeratio
stupenda di
uinæ iræ.

hoste suo vlscisci. Et si locus iste ad captiuitatem Babylonicam referatur, ipsa captiuitas diuina est consolatio, quanquam si verba pendimus, non est quod amat Dominus vlscisci de peccatoribus, imò illorū emendationem cupit vehementer testante Paulo, Deus vult homines oēs saluos fieri, & ad agnitionē veritatis venire. 1. ad Timoth. c. 2. Quanquā hęc voluntas non est efficax, quia si hęc pręstō esset hominib⁹, nullus vita æterna nō potiretur, sed est antecedēs volūtas, quę instigando hominē, opēq; ferēdo, auxilio suo hominis salutē procurat. Idcirco Paulus ait. Deus vult homines saluos fieri, ita sanē prędestinatos, vt reprobos, vocat ad regnū cōeleste, sed illos efficiaci vocatione, hos verò inefficaci, pręparatoria tamē. Dixerim inefficaci, quia effectū nō sortitur vt prior. Lōgē igitur maior Dñi est cōsolatio in resipiscētia peccatoris, quā in mulctāda peccatoris de peccato indolētia. Etenī gaudiū erit corā Angelis Dei supervno peccatore pœnitentiā agēte, quā super nouaginta nouē iustis, qui nō egēt pœnitētia Luc. 15. Atq; semel hoc atq; iterū repetit, vt gaudij repetitio magnitudini eius attestetur: & vt gaudiū hoc nos doceat lectio Euāgelica, parabolas quas dā induxit de ouicula, de prodigio, de dragma, quę oīa, cū inuenta, postquam perditā fuerunt, extitissent, gaudiū magnum inuentori conciliauerūt: Vt vel ex hoc erudiamur quanta sit Diuinę clementię procliuitas, vt perditī homines ad salutem æternam lucretur. Quippe gaudium ex pœnitētiā lucro iustis pręponitur, & vtcunq; dicatur, siue exaggerando gaudiū hoc, vt seruēs sit admonitio ad pœnitentiā, siue referatur ad pœnitentes, qui nō segniter, sed solertissimē & exequētissimē post lachrymas & fletus, pœnitētiāq; lamēta diuina mādāta colunt & obseruāt. (Quorū quidē pœnitentia placidior atq; sapidior Deo est, quā iustorū iners virtus) siue hoc siue alio modo verbū Euangelicum intelligendū est, mihi ad alia prope-ranti excutere nō vacat. Legō tamē apud

Paulus dilucidatur, at vberius in. 1. sententi. distin. 45. à me differitur.

Locus Lucę exponitur de filio prodigo.

Hieremiā in lamētationibus. c. 3. Non humiliavit ex corde suo, & abiecit filios hominū. Humiliare autē in scripturis est, punire, aut cōtumelijs seu supplicijs afficere, vt est illud. Bonū mihi quia humiliasti me, vt discā iustificationes tuas, & in humilitate nostra memor fuit nostri, id est, in abiectio-ne & afflictione hominis Deus miserādo succurrit. Nō ergo hoc in primis est cordi Deo vindictā sumere de peccatis nostris, id qđ interiectio dolētis, heu, haud dubiū dñm de cōsolatione vindictę dolere significat. Propriū nanq; illi est misereri & parcere, & miserationes eius super oīa opera eius, & vt Iacobus Apostolus tradidit, misericordia super exaltat iudiciū. c. 2. Atqui qđ misericordia super exaltet (sic em Aug. legit) iudiciū, perinde est ac si dixeris, misericordiā pręferri iudicio. Quanquā enim iustus est Dñs, tñ misericordias diligit, magisq; Deus amās est cōmendari de misericordia, quā de iudicio, etiā si & misericordia & iustitia in Deo æqualia sint. Quippē vna Diuina essentia sunt: sed vsum misericordię vehementius amat quā iustitiā, quāquam & vtraq; in numero, pōdere, & mēsurā vtatur, vt in misericordia aduertas iudicij libramē: & in iudicij libramine clemētię suauitatē dijudicare quiuis possit. Quare & laureādis sanctorum meritis largior & fusior est quā in torquendis impiorū sceleribus, id quod scholastica phrasi in scholasticorū circūfertur ore, sanctos cōlestis regni ciues premiari à Deo vltra cōdignū, impios verò cōlestis patrię exules puniri citra cōdignū. Quorū primū Paulus nō suppressit, imò clara voce expresit ad Roma. 8. Non sunt cōdignę (ait) passiones huius tēporis ad futurā gloriā, quę reuelabitur in nobis, & posteriore ad Cor. ca. 4. Id em (ait) qđ in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostrę: suprā modum in sublimitate æternū glorię pondus operatur. Quòd verò impij citra cōdignū pœnas luant, nō peruiū ita est, vt primū ex scriptura colligere: quanquā rimanti locū, quē versamus, & diligēter speculan-

Declamatio de Dei misericordia est cōsulenda quam habes infra.

ti for-

Dilucida.& decla.in Esai.Prophetam.

Deus vt pu
nit citra cō
dignum dis
seritur.

ti fortassis sublucebit ex eodē loco huius
rei veritas. Vt quid enim interiectionem
dolentis miscuit cum consolatione dicēs,
Heu, cōsolabor? nisi q̄ de ipsa vltice pœ-
na dolet, q̄ peccator se in eam pœnam vl-
trò adegerit, vt

& in Genesi. 6. **& vindicabor^a**
de inimicis meis.
Videns Domi-
nus q̄ multa ma-
litia hominum
esset in terra, &
cūcta cogitatio
cordis intēta es-

fer ad malum omni tēpore: pœnituit eum
q̄ hominem fecisset in terra, & prœcauēs
in futurum, & tactus dolore cordis intrin-
secus, Delebo (inquit) hominem, quē crea-
ui, à facie terræ. Vides ne vt de vindicta di-
luuij se profundo cordis dolore tangi, te-
statur? Sed cur doluit? Quia malitiā mul-
tam hominum videbat, quæ antidoto sa-
lutari pœnitentiæ medelam nō capiebat,
atqui dolere de aliena calamitate, miseri-
cordiæ est munus. Ergo in ipsa vindicta mi-
sericordiam miscet Deus, alioqui cur do-
leret? Sed ais, si misericordiam miscet, cur
calamitatem non leuat? cur pœnam non
laxat? quin æternis cruciatibus affligit. Sed
leuasset vtq; si qui carceribus æternis tru-
si sunt, corda sua emollirent, flecterentq;
ad resipiscētiā. Atqui cum æternò ge-
stent corda impœnitentia, æterno quoq;
vasa iræ erunt: nec aliud Diuinæ iustitiæ or-
do exigit, quam q̄ impœnitētia corda im-
pœnitēti pœna torqueātur. At verò cūm
de huiusmodi tortura, quæ consolatio est
Diuini iudicij, dolere dominum legamus,
& veiuti commisereri, quid superest, nisi
vt tanquam certū præscribamus citra con-
dignum ex Dei misericordia illos puniri?
Etenim si quando humanam naturam im-
mensis aquarum vorticibus inuoluit, pau-
cis superstitibus Noë & filijs dolet, itidē
de captiuitate Babylonica, de qua futu-
ram sibi consolationem insinuat esse (ait
enim heu consolabor de hostibus meis,
quæ tamen temporariæ calamitates fue-

Deus punit
citra condi-
gnum.

runt) quid putas de æterna illa & vndecun-
q; infœlicissima æternaq; clade, quam pec-
cator es patientur? profectò longè maior,
Deo (vt sic dixerim) dolor erit, quo tantæ
pœnæ nullus exitus speratur. Proptereaq;

purū scoriā tuā, **& auferā oē stā-**
nū tuū. Et resti-
tuā iudices tuos
vt fuerunt prius,

abijciamus à cordibus nostris, ne in tātā
malorum voraginem demersi diuinæ mi-
sericordiæ simus indigni. Vnde, vt scitē
adnotauit Augustinus in libro de vera &
falsa pœnitentia, simulatq; de peccatis vt
oportet, dolemus, citra omnem morā in
eodem momento peccatum Dominus re-
laxat, peccatorem in amicitiam suam, gra-
tiam infundendo, conciliat. Tanta est cle-
mentissima Dei affectio aut appetentia,
vt homo pœnas æternas euadat. ¶ *Et Vin-*
dicabor.^a Ex prædictis patet, quid velit, est
enim repetitio eius, quod dixerat, qui tro-
pus frequens est in scripturis. ¶ *Et conuer-*
tam manum meam ad te.^b Minacibus ver-
bis prioribus blandiora subijcit modo, in-
star prudentis medici, qui in antidoto au-
stera blandioribus temperat, & quæ acu-
torem & acriorem abster suam vim ha-
bent, mitioribus medicamentis infranat,
vt salubrem antidotum ægroto paret. Ver-
ba nanq; hæc priorum austeritatē & acri-
moniam mitigant: est enim consuetū Pro-
phetis, aduersis prospera miscere. Police-
tur ergo hoc sermone Dñs rēpublicā He-
bræam in pristinū candorē, primæuamq;
integritatē reparaturū. Quare & cōuersio
hæc Diuinæ nō minatrix est, sed mulcens:
excoquere itidē ad purū scoriā rei publi-
cæ, prospera pollicitatio est. In Malachia
legimus. c. 3. Ipse em̄ quasi ignis cōflans,
& quasi herba fullonū, & sedebit conflās,
& emūdās argētū, & purgabit filios Leui,
& colabit eos quasi aurū, & quasi argentū,
& erunt

& erunt Domino offerentes sacrificia in iu-
 stitia. Reuersis Iudæis de postliminio quā
 do Babylonicū iugum sub Cyro excusse-
 runt, legimus Esdram rem publicā illā mun-
 dasse. Duxerant enim Iudæi vxores alieni-
 genas cōtra legis præscripta, operaq; Es-
 dra illas miserunt. Legimus itidē in libro
 Machabæorū tēplū illud celeberrimū Sa-
 lomōnis ab hostilibus gētibus pollutū ef-
 se & cōtaminatū, Iudamq; filiū Matathiæ
 diuino feruore succēsū pollutiones tēpli
 purgasse, in pristinamq; mūditiē restituif-
 se. At longe maiora sunt, quæ hic policen-
 tur expurgamēta, etenim sub temporibus
 istis nō ad purum est excocta Hebraica il-
 lius plebis scoria. Tūc enim ad purū exco-
 quitur siue aurū, siue argētū, quando nihil
 fēcūlētæ substantiæ ab igneis ardoribus me-
 tallis istis hærere finitur, aut quibusuis al-
 ijs: id quod de republica illa, etiā sub prin-
 cipibus istis, verē affirmare nō possumus.
 Excoctio igitur hæc perinde est intelligē-
 da, atq; illæ Malachiæ, de quibus diximus,
 conflatio, purgatio, atq; colatio, auri, & ar-
 gēti, quæ ad tēpora dñi nostri Iesu Christi,
 referēda sunt: qui quasi ignis cōflans, est &
 quasi herba fullonū: cuius est absterforia
 & purificatoria vis. Vnde per Spiritū san-
 ctū vt Paulus ad Hebæos. i. meminit. Pur-
 gationē peccatorū Christus faciēs ad dex-
 terā maiestatis sedit in excelsis, & Iudæo-
 rū & gentiū peccata absterfit effundēs su-
 per illos aquā mundā, sicut per Prophetā,
 iam olim promiserat. Effundā (ait) super
 vos aquā mundā, & mundabimini ab om-
 nibus inquinamētis vestris. &c. Sacro em̃
 Spiritus sancti regenerationis lauacro a-
 deo purgamur & mundamur, & veluti ad
 purum excoquimur, quia neq; poenę neq;
 culpæ appendix vlla subsistit. Cuius mun-
 dationis & Ioannes Baptista meminit, cu-
 ius vtilabrū ait, in manu sua, & purgabit
 areā suā, id est Ecclesiam ē gentibus & Iu-
 dæis aggregatā, ad viuū refecatis vitijs, &
 ad plenū Spiritu sancto cōcesso mūdabit.
 Confertur aut Ecclesia Christi auro & ar-
 gēto, & bella sanē collatio est. In argento

nanq; quia clarissimi est tinnitus, claritatē
 Diuinæ sapiētiae, in auro vero propter iu-
 cundissimā eius refulgentiā, ignitosq; qui-
 bus micat radios, diuinā charitatē, quæ in
 Ecclesia Iesu Christi est, demonstrat sacra
 scriptura. Vnde & Apostoli & discipuli
 dñi in die Pētecostes hac claritate diuinæ
 sapiētiae, hoc fulgore igniti diuinæ charita-
 tis, sedentibus igneis linguis super singula
 capita illorū, abūdē referti fuere. Vt in fi-
 gura linguæ sapientia, in formā verō ignis
 illorū charitas nōtāda venirent. Sed ait ali-
 quis Apostolos & discipulos Dñi tantis
 per dū hīc virā degerūt, siue antequā illos
 Spiritus sancti plenitudo ditasset, siue post
 nō ad purū excoctos fuisse. Petrus em̃ à
 Dño carpitur, quia nō sapit quæ Dei sunt,
 & Apostolos vt ambiciosos, & contentio-
 sos, itidē redarguit Dñs inter vos (ait) non
 sic, sed qui maior est fiat sicut minor: pote-
 stis calicē bibere, quē ego bibiturus sum?
 Iacobo & Ioanni petentibus dexteram &
 sinistram regni, vt ambiciosum illorum fa-
 ctum retunderet Dñs obiecit in petitionis
 suæ respōsum. Et Apostolis quærentibus à
 Domino, cur nō potuimus eiicere illum,
 id est dæmonē, post primā reprehensio-
 nē (obiurgauerat nanq; eos primò dicens,
 generatio praua & peruersa quousq; ero
 vobiscum? vsq; quo patiar vos?) rursus
 illis respondit energumeno curando inua-
 lidos fuisse propter illorum incredulitatē.
 Quinimò & postquam paracletus illorū
 mētibus se donarat adhuc Petrum repre-
 hendit Paulus, quia eum viderat nō rectē
 ambulātē ad veritatē Euāgelij ad Gala. 2.
 Quod, si in vertice Apostolorū & Eccle-
 siæ totius, vnde obiurgatio illi iusta para-
 retur, extitit, quidquod & in alijs Aposto-
 lis? Et inter Paulum & Barnabam dissen-
 sio facta est, vt gesta enarrant Apostolica,
 & id genus alia: quæ congerere prōptum
 erat, si necessarium fuisset. Sed ea quæ su-
 pra diximus, cum de libero arbitrio age-
 batur (quo loco satis ostendimus nullum,
 etiam sanctissimum citra peccatorum
 maculam siue appendices, vitam ducere
 posse,

Matth. 10.
 Lucæ. 21.
 Mar. 8.
 Matth. 17.

Actorū. 15.

Paulus de-
claratur.

Dilucida. & decla. in Esai. Prophetam.

posse, huc si referantur,) prorsus idem col-
ligent. Quapropter quod hic Dominus
ait, Ad purum excoquam scoriā tuā,
non ita habendum est vt continuo ducamus
dum hic agitur, etiam sine leuiculis
seculi vitam transmittere posse. Etenim
quod Paulus inquit Ephesijs scribēs. ca. 5.
Vt exhiberet sibi gloriosā Ecclesiā non
habentem maculam aut rugā, aut aliquid
huiusmodi, sed vt sit sancta & immacula-
ta, non de Ecclesia hac militari, sed de Ec-
clesia illa, quæ iam veluti emeritæ militiæ
armis bellicis depositis in summa pace
Christo fruitur, ex Diui Augustini inter-
pretatione in libro retractationum subin-
telligere oportet. Tunc enim erit suis nu-
meris consummatissima filiorum Leui,
idest sanctorum Dei, purgatio & emun-
datio. Sanctos mystica intelligentia filios
Leui, opportuna appellatione vocare li-
cet: non quia ex stirpe Leuitica originem
fumant, sed quia ex Christo, qui est sacer-
dos in æternū secundum ordinem Mel-
chisedech, paterq; ab Esaia prædictus ven-
turi seculi, idest Christiani populi, non ex
terreno genere, sed ex cœlesti, filiationē
habent. Hos igitur omni prorsus peccati
absterfa macula, omni deterfa ruga, beati-
tudinis gaudere triumphis credimus, qui
in seculo hoc degentes, etiam si loti fuis-
sent à criminibus & culpis grauioribus, at
verò, quia cum immunda carne & immū-
do seculo contaminatoq; Satana bella si-
ne inducijs gerunt, necessum est ex con-
serta cum immundis pugna, non nihil in-
quinamenti ab hostibus inquinatis sibi cō-
trahere, vt victores nonnūquam ex victi
prostrati & interfecti sanguine hostis as-
perguntur. Id quod Dominus Ioann. 13.
Qui lotus est inquit nō indiget nisi vt
pedes lauet, sed est mundus totus dubio
procul insinuat. Et Ioan. 15. Omnē palmi-
tem qui fert fructū, purgabit eum, vt fru-
ctū plus afferat. Et qui sunt qui ferūt fru-
ctum? utiq; qui manent in dilectione Iesu
Christi qui omnes inūdi sunt, vt subiun-
cta à Domino verba facile indicant: Iam

vos mundi estis propter sermonem meū.
Quòd si mundi sunt, vt purgandi sunt vt
fructū plus afferant? Vtiq; & mūdi sunt,
& purgādi sunt: mūdi sanè à grauioribus
peccatis, purgādi verò à leuiculis quibus-
dā, sine quibus fluxa hæc vita non transi-
gitur: at in cœlesti patria omnis cessabit
purgatio. Quod verò purum hic vocat
Esaia, Hebraico idiomate vox Hebræa,
bor, vocat, quæ vox munditiæ significat.
Vnde & deriuatur, borith, cuius meminit
Hieremias. c. 2. Si laueris te nitro, & multi-
plicaueris tibi herbam borith, quæ herba
saponaria (vnde saponem conficiunt ab-
stergendis & purificandis vestibus) à no-
stris latinis appellatur, seu herba fullonū,
Græcis struthion est, vt Arabibus cōdifi,
quæ frondes lanosos producit, humique
spargitur. Quare & nonnulli ipsam vocē,
bor, saponem transtulerunt. De qua re le-
xicon Hebraicum consulendum est. Sen-
sus igitur verborū est, Ego purificabo om-
nem tuam immunditiem, & ita abstergā,
vt puritate niteas, quæ sordibus maculata
extiteras. Et quod symbolicè dixerat Pro-
pheta, excoquam ad purum scoriā tuā,
sine ænigmatis caligine verbis subiungen-
dis aperit, Et restitui iudices tuos, vt fue-
runt prius, & consiliarios tuos, vt fuerunt
antiquitus. Habuit sanè Iudaicus populus
iudices, quibus gerebatur vndecunq; mo-
ribus absolutos facile vincētes Radaman-
thum, & Minoem, quos delusa gentilitas
apud inferos integerrimè causas iudicare
credebat. Sed cū Mose in domo Dei fide-
lissimo, cum Iosue, qui Domini Iesu Chri-
sti typū gessit, cū Sansone, cum Iepte, cū
Barach, quorum encomia Paulus ad He-
bræos. 11. admodū celebrat, cū Samuele à
Domino petito & probatissimo iudice
neutiquā gentiū iudices conferendi sunt.
Post quorū secula gens Hebræa ex Aristo-
cratico regimine vel gubernaculo, quo
per iudices res publica illa moderabatur,
regia politia potita, habuit reges David,
Ezechia, & Iosiā, quos liber Ecclesia. 49.
magnis laudibus (vt parest) prouehit. Qui

Saponaria
herba. quæ
Borith, He-
bra.

Status Iu-
daicæ reip.
fuit varius.

Pulchra col-
latio.

non vt

nō vt nūmarij iudices muneribus declina-
bāt, quin ſyncerū ferebāt iudiciū. Atqui re-
gimine regio collapſo ſub Babylonica ca-
priuitate iudices reſpublica illa rurfum ha-
buit & Zorobabelē, & Ieſum filiū Iofede-
ch, & Neēmiā: & cōſiliarios tuos
quorū præclarif

Pſalm. 44. ſimas dotes dudū indicatū caput Eccleſia
ſtici expreſſit. At miſſis alijs, ne in lōgū ſer-
monē texamus, iſtis principibus atq; iudi-
cibus alij ſucceſſerunt prioribus oībus an-
teferēdi, quos Dñs Ieſus principes conſti-
tuit ſuper oēm terrā, quibus & ait. Vos qui

Matth. 25. reliquiſtis oīa, & ſequuti eſtis me, ſedebitis
& vos ſuper duodecim ſedes iudicantes
duodecim tribus Iſrael. Iſti ſunt filij noui
ex Hebræo genere progeniti, qui pro pa-
trib⁹ ſuis nati ſunt, quos *Pſalmus* cōmemo-
rat. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij. Por-
rò hæſitabis, vt Apoſtoli oībus iudicibus
& principibus enarratis præferātur? Atqui
mecū obſerua, hos nouiſſimos, Apoſtoli-
cosq; iudices, ſpūaliū arbitriū habere &
moderamē, clauēq; habere vt regna cœ-
lorū patefaciāt & claudāt: ligandi animos
cōſciētiæ ſue humanas legibus & decretis
ſuis, ſoluēdiq; peccata, facultatē à Dño Ie-
ſu cōceſſam habēt *Matth. 16.* Nec ſolū ſpi-
ritualia, quin etiā & corporalia, ſi neceſſi-
tas id exegerit, vt ſi inadminiſtranda repu-
blica principes terreni, etiā admoniti, iner-
tiſſimi fuerint & deſides, vnde & offendi-
cula rei publicæ parātur, Apoſtolica pote-
ſtas in ſocordiā & inertiā principū aduer-
tere poterit. Spiritualis nāq; homoiudicat
oīa, & ipſe à nemine iudicat. 1. ad Corint.
2. Apoſtolica nāq; poteſtas ſpiritualiſſima
cū ſit iudicat oīa & à nemine iudicatur.
Nec hoc ſolū modo, quin de Angelis iudi-
care vitæ Apoſtolicæ imitatoribus Paulus
tribuit. 1. Ad Cor. 6. Nescitis (inquit,) quo-
niā Angelos iudicabimus, quātò magis ſe-
cularia? Nec Angelos malos duntaxat, de
quibus ſermo erat Paulo, quin etiā & mun-
dū iudicādū à ſanctis inibi tradiť. Iudices
vero Hebraici & principes ſpiritualiū ar-
bitriū & iudiciū à Deo nacti nō ſunt, neq;

Spiritus ſancti pinguedine ſunt vegetati,
vt ſancti Apoſtoli in die Pētecoſtes, vt Ioā-
nes cōmemorat. Nō erat ſpiritus datus il-
lis q̃a Ieſus nondū erat glorificatus. Quod *Ioan. 7.*
verò de Ioanne Baptiſta cōſonē cū Eſaia

ſicut antiquitus.^a Angel⁹ Zacha-
riæ loquit, Ipſe

præcedet ante illū in ſpiritu & virtute Elię
vt conuertat corda patrū in filios, ideſt vt
reducatur cultū ſanctorū patrū in Iudæorū
poſteritatē, iſtud eſt quod Eſaias ait. Et re-
ſtituā iudices tuos vt fuerunt prius. Verbū
aut, reſtituā, longē minus præſert in præ-
textu ſermonis, quā intus recōdat. Apo-
ſtoli enim & diſcipuli dñi non ſolū æqua-
les extitere iudicibus prioribus, ſed illis lō-
gē præexcellētiore extitere, vt Paulus
Apoſtolus ad Rom. 8. c. liquidò dixit de ſe
& alijs Apoſtoliſ primitias ſpiritus habere.
Reſtitutio igitur nō ad equalitatē ſolū,
imò ad ſuperabūdantiā iudicū fuit. Etenim
Apoſtolorū & diſcipulorū Dñi, & vita &
prædicatio tāto fulſerūt nitore vt verē di-
xeris. Sicut argentū & aurū deſecatiſſima
omni ſtanni ſiue plūbi, (nam loco ſtanni
quidā plūbum legunt) miſtura, ideſt ſuper-
ſtitioſis, aut falſi dogmatis, aut vitiatæ vi-
tæ rubigine deterſa, vt clariſſima mūdi lu-
mina claruerunt. ¶ *Et cōſiliarios tuos.*^a)

Quos prædixerat iudices, hos cōſiliarios
nominat. Eteñ iudiciū rigidā expoſtulat
iuris obſeruantia, at cōſiliū blāda eſt agen-
dorū admonitio, cōſiliarius enim nō rigi-
dè imperat, ſed ſuauius monet. Eſt igitur
ſenſus, Eccleſiaſticos iudices, qui Apoſto-
licas vices in terris gerūt, & ſi iudices opor-
teat eſſe, iuraq; adminiſtrare, opportunū
tñ eſt eos nonnūquā eſſe ſubditorū cōſilia-
rios. Sæpiſſimè enim moribus humanis
cōponēdis plus impetrat cōſiliarij dulce-
do, quā rigidi iuris aſperitas, quā ſemper
in iure exequendo ſeruare noxium eſt, vt
& Ariſtoteles. 5. Ethic. meminit. Nec hoc
ſolū Eccleſiaſticū tribunal decēs eſt, quin
etiā, & ſecularibus iudicibus qui non ſine
cauſa gladiū portāt, ad Rom. 13. Obſeruā-
dū quoq; à ciuilibus legibus proclamatur.

¶ *Poſt*

*Eccleſiæ po-
teſtas terre-
næ præferē-
da.*

Dilucida. & decla. in Esai. Prophetam. 1

¶ Post hæc vocaberis ciuitas iusti vrbs fidelis. ^{a)} Zacharias. ca. 8. hæc eadem prædixit paululum forma verborum mutata. Hæc dicit Dominus exercituum ait, reuersus sum ad Sion, & habitabo in medio Hierusalem, & vocabitur Hierusalē ciuitas veritatis, & mons Domini exercituum, mons sanctifica-

tus. Notandum autem est, si horum verborum æquabilem sensum desideramus, nō temerē Esaiam, post hæc adiecisse prioribus, id est postquam iudices & consiliarij, quos iam expressimus, restituti fuerint Iudæorum populo, vocabitur Hierosolyma ciuitas iusti, & lasciuia meretricia deposita, vrbs fidelis. Quapropter ad Ecclesiam sponsam Iesu Christi verba hæc referenda sunt, quam summus princeps Christus Apostolique eius & successores administrant & moderantur. Etenim Hierosolyma illa literalis etiam si à Chaldæo incendio restituta fuerit, ab euersione Romana sub Imperatoribus Tito & Vespasiano reparatam non legimus, etiam si Imperatores illam reparare contēderūt, vt Iulianus apostata, conatibus tamē illius diuino miraculo, vt est autor Nicephorus delusus. Itidēq; res publica Iudaica à Christi morte adeò confractas habet vires, adeòq; collapsus est illius status, vt iam non sit dicenda res publica, sed publica seruitus, vt olim prædixit Osæ. ca. 3. Dies multos, inquit, se debunt filij Israel sine rege, sine principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine ephod, & sine theraphin. Quare nec de ciuitate illa terrena, neq; de Republica Iudaica, sed de Ecclesia Iesu Christi, qui scitē vult, interpretabitur locum hūc. Hæc est ciuitas iusti, imò iustitiæ, quia ciuitas est, quam sibi conquisiuit Christus, non corruptibilibus auro & argento, sed pretioso & inestimabili sanguine suo: ipse verò est iustus, iustitia, & iustificatio huius Ecclesiæ Paulo autore. i. ad Corinth.

ca. 14. Qui factus est, ait, nobis sapientia & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Vt quemadmodum scriptum est, Qui gloria tur, in domino gloriatur. Quasi dixisset, Christus Ecclesiæ suæ illustrans eam lumine fidei, donoq; sapiētiæ atq; intellectus, sapientia est: peccata Ecclesiæ condonās, iustitia est: pœnas commeritas pro peccatis relaxans, iustificatio est: animam suam tradēs pro Ecclesia sua redemptio est. Deniq; Ecclesiam suam ad thalamū cœlestē, vt sicut sponsa gaudeat in thalamo sponsi promouens, sanctificatio est. Sancti enim (quos Græci agyus vocant, qui à terrenis fœcibus sunt defæcatissimi), beati solum sunt: ideo illis iure sanctificatio hoc loco tribuenda est: quanquam alibi non hanc proprietatem obseruet. Tantis vero dotibus cū gloriatur Ecclesia, non vt proprias illas sibi arrogat, vt non in seipsa, sed potius in Domino gloriatur. Non q̄ meritis à Christo orbetur Ecclesia, sed q̄ in meritis nō sibi sed Domino gloriatur. Cuius gratia præuenta & efficaciter adiuta vberem fidei & charitatis & spei, cæterarumq; virtutum meritorum copiam assequitur. Hæc est ciuitas illa, quæ nō in campestribus Moab siue Moabitarum cōuallibus, sed supra mōtem sita est, id est in vero Christo solidissima fundamenta iacta habens vt Paulus. i. ad Corinth. 3. meminit dicens. Fundamentum autem aliud nemo potest ponere præter id quod positū est, quod est Christus Iesus. Hæc est ciuitas quæ non est abscondita, nec abscondi potest, vt olim synagoga abscondita & latens erat. Siquidem Evangelica lex in omnes patet, in omnes diffunditur, excipit neminem. Ite inquit & prædicate Euangelium vniuersæ creaturæ, non Iudæis solū, sed nationibus omnibus, quæ sub cœlo sunt. Proptereaq; Apostoli lux mundi, & non Iudææ appellantur Matthæ. 5. At Moisaica lex non adeò patebat: non in omnes gentes vires suas exercere poterat, sed solum in semē Abrahæ, id est in Hebraicum populū se se porrigebat. Evangelica verò lux in

Difficilis
Pauli locus
exponitur.

Ecclesia
quomodo
ciuitas christi.

Ecclesia
Christi ciuitas iusti & egregia de ea cōsidera.

lux in omnem orbē micat vt psalmus. 86. cecinit, Ecce alienigenæ, & tyri, & populus Aethiopum fuerunt illic, quia ecclesia Dei omnes nationes in se congregat: nulli regni cœlestis aditum obdit, sed omnibus reſerat. Atqui exordiū psalmi de fundatione huius amplissimæ & illustrissimæ ciuitatis denarrans ait, Fundamēta eius in mōtibz sanctis. Quippe etiam si diximus in Christo stabilitā & fundatam, itidē & Apostoli Iesu Christi & discipuli Dñi tāquā fundamenta hanc ciuitatem fulciunt & sustinent Apoca. 21. Et murus ciuitatis habens fundamēta duodecim & in ipsis duodecim nomina duodecim Apostolorum: multa quoq; de huius ciuitatis cōstructione diuinaq; fabricatione apud eūdem lege poteris. Hæc est ciuitas quæ a cœlo in orbem nostrū descēdit noua & ornata vt sponsa suo sponso dicanda sit. Noua sanē ciuitas, quæ non in vetustate occidentis li teræ, sed in nouitate viuificātis spiritus succrescens quotidie proficiscitur in beatam vitā, vt de Isaac Gene. 26. scriptura refert: Et ibat proficiens atq; succrescens donec magnus vehementer effectus est. Ornata autem est hæc ciuitas, quia sanguine Iesu Christi tota suffusa purpureum nitorem, auri & argenti fulgorē, omniūq; ornamentorū lenocinia superat: ornata rursus septem sacerrimis sacramentis, quæ velut clypei ex ea pendent, vt sint fortiorū, idest fideliorū, aduersus Satanam armatura. Huius ciuitatis typus erat parua illa ciuitas, in quā se excipiens incendium Pentapoleos fugiens Loth seruatus est, ne cum Sodomitis inuolueretur: ad hanc quoq; ciuitatem, quam descripsimus, omnis qui se exceperit, a conflagratione incendiij æterni, cum quo incendium Sodomæum neutiquam confertur, liberabitur. Atq; nō mireris obsecro q̃ hanc ciuitatem, quam dudū dixeram amplissimā, quasi pœniteat verbi, parua modò appellem. Nanq; hæc est illa parua ciuitas, cuius Ecclesiaste ratio habetur c. 9. Hanc, inquit, sub sole vidi sapientiā, & probaui maximā, ciuitas parua & pauci in

ea viri: venit contra eam rex magnus, & vallauit eam, & destruxit munitiones pergyrū, & perfectā est obsidio. Inuentus est in ea vir pauper & sapiens, & liberauit urbem per sapientiā suam. Digna verba hæc sunt, quæ dispiciantur diligentissimē. Et enim in tot tantisq; vanitatibus a Salomone sub sole visis, hanc sapientiam & maximam sub sole videre & probatam habere, magnū est, quod promittunt sacramentū. Quanquam Hebræi interpretes hanc parua ciuitatē hominem esse asseuerēt, qui agitatus, & importunis carnis affectibus infensus rationis moderatione se se ab illis asserit. Atqui quanquā istud sapientiæ sit munus, non tamen putauerim hanc esse maximam illam, quam probat Salomon. Quare & ad Christū & ecclesiam Hieronymo interpretante, consultius agemus, si retulerimus. Ecclesia igitur Dei ciuitas est hæc parua, quam granū sinapis, quod est minimū inter olera, euangelica autoritate protendit. Parua sanē Pauli testimonio: Videte ait. 1. ad Corin. 1. fratres vocationem vestram: quia nō multi potentes, nō multi nobiles, sed quæ stulta sunt huius mūdi eligit Deus, & ea quæ non sunt, vt fortia quæq; confundat. Hæc est illa, de qua in Canticis, Soror nostra paruula est, & vbera nōn habet, Salomon testatur. An non paruula est quæ piscatores, publicanos, infimæque notæ ex plebecula homines sibi cepit in sui ortus principia? Nec solum parua est ciuitas, sed pauci in ea ciues, multi em̃ sunt vocati, pauci verò electi, qui digni sunt huius parue exigue ve ciuitatis municipalibus priuilegijs gaudere. Etenim ecclesia Iesu Christi etiam si sub vexillaribus signis suis, quæ sunt sacramenta Dei, multos tegat reprobos, non illorum lætatur multitudinē: quos tandem in exitu seculi Ecclesiæ princeps Christus a ciuilitate huius mysticæ ciuitatis reiiciet eligens bonos in vasa sua, malos verò foras proijciens. Interim verò omnes & electos & reprobos, veluti in sagma pisces indiscriminatim fert. Hanc ecclesiam Dei impetit rex Ma-

Salomō explicatur.

Locus Luc. 13. & Mat. 13. ex Paulo explicatur.

Figura non spernenda.

Gene. 19.

Matth. 13.

Dilucida. & decla. in Efai. Prophetam. †

gnus, siue tyrannus infestissimus diabolus
machinamentis mira fraude excogitatis:
illam impetit: illam furibundus aggredi-
tur. Qui tanquam leo rugiens totam cir-
cuit & obsedit, rimulam queritās, inquam
se insinuans pe-
netrata vrbe ho
stilia sua arma
in ciues Christo

Sion in iudicio
redimetur: &

famulantes impendat. Hic tyrannus est fra-
trum nostrorum (vt Ioannes in Apocaly-
si inquit) calumniator, qui diabolus est &
Satanas. Hæc autem, quæ tyrānus hic stra-
tagemata excogitauit, in ciuitatem hanc
paruam vir pauper & sapiens, illi præsidēs
qui est Christus dissoluit. Qui cum diues
esset, p nobis egenus factus est. 2. ad Co-
rint. ca. 8. adeoq; egenus vt vulpes foueas
habeant, & aues cœli nidos, filius autem
hominis nō habet vbi reclinet caput suū.
Hic igitur est pauper vir & sapiēs, cuius sa-
pientiæ non est numerus, qui seruator est
huius ciuitatis, vt ex oraculo Zachariæ di-
dicimus. Tu autem in sanguine testamen-
ti eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat
aqua. Non armorum vi ecclesiam suam li-
berauit Christus aut tormentorum, aut ca-
tapultarum violentia hostem immanissi-
mum inuasorem suæ ecclesiæ prostrauit,
sed per sanguinem noui testamenti, quem
ipse fudit in crucis patibulo, non auarē qui-
dem, sed largi fluē ecclesiæ suæ in thesaurū
& armamentarium condonans, in thesau-
rum quidem, nam ex sanguine Christi
vitiōrum sordē expurgata, virtutibus cœ-
lestibus locupletatur, in armamentarium
autem, quia ex sanguine eodem arma si-
bi ecclesia capit, & vt se ab iniuria hostili
diaboli defendat, & vt Satanam sub pedi-
bus suis calcet & cōminuat. Paruula sanē
est, quippe quæ superbiam, fastum om-
nem fastidit, seculi pompam, prophanas
ambitiones, humani animi elationes à se
reiecit, humilia docet, pusilla amat, cum
Paulo clamans, Habentes alimenta & qui-
bus tegamur, ijs cōtenti sumus: pusilla rur-
sum quippe quæ prophanis impetita desi-

derijs à carnifq; contubernio fuscēdinem
& tentationum nigredinem sibi conciliat
vt & ipsa in Canticis conqueritur, Nolite
inquit, considerare quod fuscāsim, quia de
colorauit me sol. Filij matris meæ pugna-
uerūt cōtra me.

Canti. 1.

reducent eam Terrena nāq; de
in iusticia^a, sideria pugnant
contra ecclesiā:

porrō ecclesia secundum carnem, ex ter-
ra procedit. Iam verō si paruulam duxi-
mus ecclesiam Dei vocare, & maximam,
quæ maximo principe gaudet Christo,
cur non appellabimus? Quæ viribus di-
uinis pollet, aduersus quam portæ inferi
non præualebunt. Quæ tametsi per fidem
ambulans, modo peregrinatur à Domino
consummata tamen peregrinatione pacis
summæ beatitudine fruatur. Perspicuus i-
gitur relinquitur Efaiæ locus. Ecclesia nan-
que Dei, quia Christi est sponsa, ciuitas est
iusti, & quia eiusdem fidem profitetur, &
seruat, vrbs fidelis est. ¶ *Sion in iudicio redi-
metur.*^a) Septuaginta locum istum sic ver-
tunt. Cum enim iudicio saluabitur captiui-
tas eius, & cum eleemosyna. Vnde de re-
ductione captiuitatis Babylonicæ per Cy-
rum videtur locus intelligendus. Aduer-
tendum autem in Ezechiele & alijs scri-
pturæ locis per vocem, iudicij, vlticem
pœnam subaudiri, qua Deus peccatores
afficit: Et si quatuor inquit iudicia mea
pessima, gladium, & famem, bestias ma-
las immifero in Hierusalem, & Paulus A-
postolus, Iudicium sibi manducare & bi-
bere, indignē comedentem & biben-
tem corpus & sanguinem Domini. 1. ad
Corinth. 11. scripsit. Quia quod ad cumu-
lum gratiæ exhibetur violata sacramenti
susceptione sibi in cumulum vertit detri-
menti. Quia ergo castigatis impijs depost-
liminio captiuitatis reuersi, iugumque Ba-
bylonicæ seruitutis post longam vexatio-
nem excusserunt Iudæi. Idcirco dixit, Sio
in iudicio redimetur. Sion autem ipsam
metropolim, idest Hierosolymitanam vr-
bem significat: quia ex parte totum nomi-
natur.

2. ad cor. 5.

Ezech. 14.

Apoc. 12.

Lucæ. 9.

natur. Etenim Sion mons erat Hierosolymæ, templi Salomonici gloria fulgens. Et quod septuaginta dixerūt, in eleemosyna, id est misericordia legitimo reddēda sunt sensu. Quippè nō solū in iudicio redemit Hierusalem Do-

minus, vt diximus, quin etiam & in misericordia. Etenim precibus Danielis, aliorumq; prophetarū, qui solatio erant captiuis, aures suas Dominus inclinās captiuitatis ī fo-

licis neruos laxauit. Sunt qui referant locū hunc in Senacherib, contra Hierosolymā, incursionem, quam tamen precibus Ezechie regis & Esaie, aggressoribus in cinerē redactis, Dominus leuauit, percussis in castris Assyriorū octuaginta quinque millibus. 4. Reg. 19. Esaie. 37. Tunc igitur & iudicium tulit Dominus in inuasores Hierosolymæ, & misericordiam præstitit Hierosolymitis. Verū huic expositioni non quadrat, quod sequitur: Et reducent eam in iustitia. Etenim exercitus Assyrius, quē moderabatur Rapsaces, Hierosolymam non cepit captiuam: igitur non reducta fuit tunc à captiuitate. Quòd si locum hunc in anagogen reducere placet, promptū est. Dominus enim redemit humanam naturam à diabolo captiuam, in iudicio, iustitia, & misericordia, vt supra exposuimus.

¶ *Et conteret scelestos.* a) Patet quid velit: et enim siue sub incursione, cuius dudum mentio erat, siue sub Babylonica seruitute impij & scelesti sunt contriti. ¶ *Confundentur enim ab idolis.* b) Iustum equidem erat, vt Iudæi, qui neglecto vnus Dei cultu ad idola præcipites ferebantur, quæ illis non potuerunt in tanta captiuitatis miseria opem ferre, vt pudore suffunderētur quod Deos inualidos omnipotenti Deo prætulissent. ¶ *Et erubescetis.* c) Quia relicto cele-

berrimo templo, vbi vni Deo sacrificia erant celebranda, in hortos propria industria confectos idolis colendis declinabāt.

Hiere. 11.

¶ *Cum fueritis velut quercus defluentibus folijs.* d) Perinde est quod ait, ac si clarius dixisset,

Te Dominus sacrificauerunt: & erubescetis super hortis quos elegeratis cū fueritis velut quercus defluentibus folijs^d, & velut hortus absque aqua^e.

xisset, Te Dominus fecit oliuam pinguem, vberem, fructiferā, speciosam, quæ diuitijs multis atq; delicijs abundabas, oleoq; & dulcedine suæ misericordiæ tibi blandiebatur Dominus

Iam verò mutatur oliuæ speciositas & frugifera abundantia in quercum glandiferam, quæ porcis pascendis aptos profert fructus: ideoq; illis dicata est. Huius iā similitudinem geris, non glandiferæ quercus sed quercus, quæ defluentibus folijs, floribus & fructibus marcida est. Hanc in foelicem permutationem ab oliuæ dignitate in quercus marcidæ sterilitatem tu tibi commeruisti, quæ oleo Diuinæ lenitatis abutens Dei maiestatem læsisti. Quare iudicium hoc iustissimum subeas est necesse: vt sicut quercus deciduis folijs turpis est & nuda, sic quoque tu Hierosolyma proprijs ciuibus viduata, proprioq; rege atque principibus spoliata Babylonica violentia in captiuitatem reducta, turpis & foeda, sterilis & desolata relinquaris. Septuaginta legunt, terebinthus, & non quercus, sic enim verterunt, Erunt enim sicut terebinthus, quæ deposuit folia. Et quantum attinet ad sensus veritatem, hoc vel illo modo interpretari, refert nihil, quid enim velit Esaia, ex dictis patet. ¶ *Et velut hortus absque aqua.* e) Hortus irriguus viret, floret, fructificat, qui verò aquarum fluentis non aluitur, marcet, totusque tabescit. Hierosolyma ergo illiq; annexæ Iudeorū vrbes cū cœlestibus fluentis Diuinæ misericor-

diæ rigabantur, florebat, at verò vitio suo
coelestia fluëta siccatæ in Babylonica cla
de emarcuerunt. ¶ *Et erit fortitudo vestra
vt fauilla stupæ, & opus vestrum quasi scin
tilla.* Est autem fauilla stuparum pexarū
vilissimum reie

ctamentum. E-
rāt autem forti
tudo illius popu
li principes, pō
tiffices, legisque
doctores: isti in

captiuitate illa redacti sunt in puluerē, id
est in vilipendium. Et hoc, ait, erit fortitu
do vestra quasi fauilla, id est potentissimos
quosq; vestrum nauci facient Babyloni
cateræque gentes. Per opus vestrum, D.
Hieronymus idololatriam intellexit. Et
enim vt scintilla stuparum fauillas deures
in nihilū redigit, ita quoq; idololatria vni
uersa quæq; Iudæorū vastauit. Hinc aduer
te fortitudinem viresq; liberi arbitrij fauil
lę recte conferendas esse, etenim infirmę
& imbecilles sunt, opus autē earum pecca
ta sunt, quæ propria sunt opera nostri arbi

trij: Deo nanq; autore, nemo fit deterior.
Quæ quidem peccata vt scintillæ sunt deu
rentes arbitrij facultatem: quia quò magis
peccata augescunt, eò vires arbitrij magis
flaccescunt. ¶ *Et succendetur vtrunq; simul*

tillæ: & succēde-
tur vtrunque si
mul, & non erit
qui extinguat.^b

extinguat.^b) Per
uius est thorū sen
sus, quia tā Iudæi
quā idololatria
ipforū pessum i
tura erant: à qua
pessundatione nullus excepto Deo, libe
rare poterat. Hoc est qđ ait, Nemo est qui
extinguat. Soph. c. 1. Et erit fortitudo eo
rū, inqt in diruptionē, & domus eorū in d
fertū, & ædificabūt dom⁹ & nō habitabūt
plātabūt vineas & nō bibēt vinū earū: quæ
verba huic loco lucē afferūt. Mutare autē
fortitudinē iā in bonū iā in malū Diuinę li
terę vsurpāt: nōnūquā em mutare fortitu
dinē, est illā deponere, iā verò est illā resu
mere vt apud hūc pphetā: Mutabūt inqt
fortitudinē, assūmēt pēnas sicut aquilæ. E
saię. 40. & est sermo de sperātibus in Dño.

DE SENSIBVS TRO pologicis ad caput primum appendix.

*TROPOLÓGICA declamatio prima De gratitudine erga deum habenda, cuius
prothema est, Cognouit bos possessorem suum. Esaię. 1.*



DE SENSIBVS TRO
pologicis, quos morales i
dioma Latinū appellat, pau
cula huic capiti visum est an
nectere & veluti appēdere,
seriatimq; cæteris capitibus. Etem in sensi
bus huiusmodi quiuis ludet vt volet: ego
verò in eis ferēdis nō tā liberā habebō tro
pologiā, quā multis est in vsu, sed illis le
gibus circumscripam, quibus D. Hierony
mus in. caput primū Abachuc, circumscri
bendam docuit. Tropologia, inquit, libe

ra est, & ijs tantum legibus circumscrip
ta, vt pietatē sequatur: intelligētia sermonis
q; cōtextū nec in rebus mutuò inter se cō
trarijs violenta sit copulandis. Et in caput
primum Ionæ vitia interpretum, qui ad
nō cohærētia tropologiā aptāt, fusius lo
quitur, tradēs, non omnia quæ in historia
narrantur tropologicē interpretari posse,
vt qđ de Adā & Eua, ad Ephesi. 5. Paulus
disputauit: Propter hoc relinquet hō patrē
& matrē, & adhærebit vxori suæ: Quod in
Christū & Ecclesiā retulit. Siquis tropolo
gicē

gicè interpretetur Christum reliquisse Patrem, quando ipse, qui est verbum, caro factus est, & matrem, quia Hierusalem coelestem, quæ mater nostra est, difficilis esset tropologia, quia hæc duriusculè cohærent. Per tropologiam autem non solum morale sensum, ut à theologis nostris usurpatur, sed etiam allegoriam, aliosque mysticos sensus D. Hieronymus ijs & alijs locis intellexit. Sequar igitur eam tropologiam, quæ pietatem & cohærentiâ in sodales habet: neque in hac versanda lectoris stomachum ad fastidium usque prouocabo. Siquidem rem tropologicam indicare potius, quam multo sermone illam persequi, animus mihi est. Locus ergo ille in c. hoc, (cognouit bos possessorem suum) satis corrigendis & componendis fidei moribus vehemens est. Gratiitudinē enim pro muneribus immensis, quibus Deus omnes, maximèque fideles prosequitur, Deo exhibendam acerrimè admonet, hominesque Deo ingratos brutis stupidiores esse. Bruta namque pro suo penso & captu se beneficis grata exhibent, etiam possessorē recognoscendo, ut canes, qui caudis blandiuntur dominis suis, illorumque vestigia quoque se vertant, sectantur. Et elephas stabularij sui ita alimonie & curæ beneficia repedit, ut se illi multo familiarius agendum & versandum præstet. Et leo, animalium ferocissimus nutritium suum & veluti pedagogum sic amat, sic nouit, ut animi & virium ferocitatē vtcunque ad illum deponat. Et tamen homo, qui ad hoc natus est, ut quod creaturæ irrationales gestiunt & nequeunt diuina rependere munera, ipse vicem illarum agens suo nomine autorem vniuersorum corde, operibus, & sermone celebret & decantet, at versa vice ordinē naturæ peruerit & conturbat: & brutis gestientibus & insinuantibus diuina præconia (quia vniuersa opera domini Domino benedicunt & laudant) vniuersorum conditorem homines sæpè blasphemant. Tantum abest ut diuinam maiestatem cōmendēt! Quos decebat de omnibus à Deo acceptis gratiam suam habere, gratiamque proportionē

virium suarum referre. Etenim pro dignitate diuinorum munerum nulla gratiæ relatio par est. Ab omnibus istis referendis gratijs & habendis Deo immortali mortales abhorrent homines. Quinimo diuina præcepta de honorando Deo conturbant, de amando proximo nihili pendunt, plus sibi applaudere curantes, quam diuinis honoribus consulere, commodisque proximi prospicere. Et utinam hoc contenti, quotidie acerbissimis iniurijs, fraudibus, amarulentisque conuitijs deum & proximos non lacefferent. Satis de ingratitudine ista Dominus expostulat cum Hierosolyma Lucæ. 19. Etenim congratulantibus & ouantibus Hebræorum turbis Domino super asinam insidenti, vestimenta; prostermentibus ut à iumento Domini, discipulisque calcarentur, Pharisei inuidia tabescentes, Magister (inquiunt) increpa discipulos tuos. Quibus ille, Amen dico vobis, quia si hitacuerint, lapides clamabunt. Ut iam rectè dixeris, homines Deo ingratos, non solum bove & asino, cæterisque brutis, quæ sensu sunt prædita, quin etiâ & lapidibus omni prorsus sensu orbatis stupidiores esse. Atqui si tam nefandi sceleris exitum scire affectas, quid sequatur in Luca accipe. Et ut appropinquauit (ait) videns ciuitatē, fleuit & post modum subdens, Quia venient dies in te, & circūdabunt te inimici tui vallo, & circūdabunt te & coangustabunt te vndique, & ad terram prosterment te, & filios tuos, qui in te sunt. Quo sermone ciuitatē illam toto orbe illustrē, ingratisimā tamē Deo euertendā, deuastandā, succendendam, funditusque ad solum usque æquandam planē significat. Quod Titus & Vespasianus, veluti ultores Iudaicæ ingratitudinis in Deum & in Christum eius, exequutioni mandarunt. Pendis ne quod pergat ingratitudinis immane vitium? quod quidē homines maximè turbat atque offendit, nedum Deum. Nihil est, quod iniquiore animo ferant homines quam ingratos: & fontem diuinum perennemque vnde vniuersa bona in nos defluunt, ingratitudo veluti obturat, & de

Matth. 21.

Luc. 19.

Prothema-
tis repetitio

Animalia
bruta grata,
cuius rei ar-
gumēta mul-
ta leges apud
Plinium
& alios na-
turalis hist.
autores.

Dilucida. & decla. in Esai. Prophetam.

fluxum bonorū restringit. Etenim ingratu acceptis indignus est qui noua beneficia recipiat. Quo itidē maligni spiritus laborāt morbo cum principe suo Lucifero, hoc sibi venenū in cœlo hauserūt: qui cū ornatissimi & splēdidissimi, Deo cōditore ex nihilo in visibiliū omnium principes emerfissent, Deo cōditori gratias nō egerūt, sed sibi in impartitis muneribus gratulabūdi, vt ingrati, Deo vlciscente, cœlestia domicilia deseruerūt, & sub caligine vin-

culis æternis à Iudice supremo referuātur, vt Iudas Apostolus inquit. Timeamus q̄ propter, ne ingratitudinis exitiale, funestū q̄; malū nos inficiat, ne sint mores nostri vt illorū leprosorū Luc. 16. Qui à lepra in sanitatē à Dño restituti, tanti beneficiij immemores medico gratias nō egerūt: cū decē essent, nō est inuentus, qui verbo saltem antidotū repēderet, nisi vnus, qui Samaritanus erat. Cuius nos admoniti exēplo, gratos nos deo pręstare necessariū est

DE PRÆLATORVM MV nere secunda Tropologica decla- matio cuius prothema est.

*VVLNVS & liuor & plaga tumens non est circumligata,
neq; curata medicamine. Esai. 1.*



V C A S. c. 10. quendam, ab Hierusalē in Herico descendisse narrat in quē cū latrones incurrerent, eū vestibus proprijs nudauerūt, & plagis inflictis iacentem reliquerunt. Cuius non miserti sunt, nec sacerdotes nec leuitæ prætereuntes, Samaritano quodā excepto, qui iacentis, vulnerati, & spoliati vicem dolens vinum & oleum in medicamen infudit, alligatisq; & fotis vulneribus, proprio, quo vehebatur, iumento indedere fecit, & in hospitium deducens curā illius gessit. En tibi velut in paradiigmate prælatorum munus, quos mores huius Samaritani erga greges sibi concreditos candidissimē gerere oportet. Etenim delicta & errata Christiani gregis, ceu quædā vulnera, quidam liuores, quædam plagæ animæ sunt, quæ quò inuisibilia sunt, eò magis fontica sunt: & quò minus dolēt vehementius nocent. Quibus curandis pastoris animus, si non inuigilat atq; insudat quod Esaias inclamat, ingrege suo experietur, vulnus & liuor & plaga tumens nō est circumligata, nec curata medicamine, nec fota oleo. Vt enim corporis vulnera,

si illico medelæ beneficio non gaudent, sed destituta medicamine perseuerant, carcinomate putrescunt, & letalia euadūt, ita in vulneribus animæ, si solertem medicū non nanciscantur, id est si pastor gregis de curanda scabie, cæterisq; morbis negligat gregem in præcipitium vitiorum & peccatorum dari necesse est. Infundat ergo vinum & oleum, vinum austerum est, oleū verò sua mulcet blanditiæ. Etenim nec austeritate sunt omnia compescenda, nec blanditiæ omnia mulcenda sunt: sed ex his duobus episcopos tēperare oportet sui gregis medicamētū. Si enim omnibus parcunt, vitio est illis: si nemini, crudos habēt mores. Quid ergo, vt legitima censura Iudicij seruetur? Quæ publica sunt, & in suo foro probabilia, illa vt iudices persequantur, vt iudices incandescant, vt iudices de delictis pœnas sumant. Quæ verò diuini sunt iudicij, vt secreta, quæ apud homines improbabilia, quæ arbitris carēt, quæ testes desiderāt, hæc humanū tribunal non vsurpet: hæc igitur vt patres, nō vt iudices exactè curent: Reos de huiusmodi admonere sufficiat, punire non liceat. Ad huiusmodi occulta peruestiganda fama leui non ducatur,

Iudicij Part
nefis.

Notāda de-
cretalis, ad
temperanda
iudicia.

tur, quando ex officio & munere nō ad al-
terius querelā inuestigare tentant. In pro-
spectuq; habeāt decretalem illā piā & eru-
ditā. Qualiter & quādo extra de accusatio-
nibus. Sed prōh deū immortalē, quantis
fraudibus, quantis extorsionibus huiusmo-
di occulta à iudicibus inuestigātur, praefer-
tim si in reos incanduerint: tūc enim & de-
creta & decretales & omnia peruertūtur,
falsūq; interpretātur. Vnde & qui iustitiā
& æqualitatē ministrare debuissent, nō ad
pōdus & mensuram illā administrāt, imō
vt corradant sibi pecunias, & vt impleant
crumenas iura exhauriunt, & quod pessi-
mū est, culpas fingūt & exaggerant in san-
ctiores & meliores, quos habent sibi subie-
ctos. Quippē qui praelatis iudicibusve nō
abblādiūt nec suffragantur libidini eo-
rū. Scio autē plērosq; timoratos esse, qui
non pro libidine vindictæ, sed pro iudicij
veritate pro suo penso sententiā ferre sum-
moperē curant. Quare hæc dixerim, non
vt probis iudicibus detrahā, qui magnę ve-
nerationi à populis habēdi sunt: Nō enim
sine causa gladiū portant ad Romanos. 13
sed vt alios, qui nō ita se gerunt, ad verita-
tē euangelicā ambulare admoneā. Curan-
da ergo, fouēda, circū liganda, iā quidem
supplicij, iam verò fraternis correctiōni-
bus à pastoribus vulnera gregis sunt: vt
nos docuit Paulus, Qui spiritualiores estis
cōfortate pusillanimes. Episcopi enim sta-
tū habent spiritualiorē quā greges: qua-
re & illorū est populum Christianum vt
peccata deferant, animatum reddere, & vt
viam vitæ sectentur, confortare, nihil ope-
ris exhibere, quod pusillum gregem offen-

dat, ne percuciant populi conscientiam in
firmā, pro quo Christus mortuus est. Me-
minerint principē pastorū Christū illis in
primis tradidisse: Qui scandalizauerit vnū
de pusillis istis, qui in me credunt, expedit
ei vt suspendatur ad collū eius mola asina-
ria, & demergatur in profundū maris Mat-
th. 18. Erat autē suspēsiō hæc molæ asina-
riæ ad collū (vt hæc obiter dixerim) suppli-
cij genus apud Palestinos consuetū, auto-
re Hiero. com. ad hūc locū. Quod suppli-
cij genus subire salubrius demonstrat esse
Dñs quā pusillos fratres offendere, qui
cū ex capitibus pēdeāt, pastoribus videli-
cet, vt cādidi & synceris exēplis fouētur,
ita corruptis offendūtur. Vt ergo olim Eli
sæ⁹ puerū vita defunctū in lucidas vitæ au-
ras reuocaturus, illi se æquando incubuit,
vir puero, maior minori, alioqui nō excita-
turus: sic pastores & Ecclesiæ proceres, si
greges peccatis emortuos ad vitā spiritus
reparare studuerint, vt amēt greges Chri-
sti gratia in primis obseruādū illis est. Cha-
ritas etenim Christi maiores æquat mino-
ribus, pastores quibus, principes subditis:
imō, quod maximū est, deū hominē fecit.
Disce si libet, hæc, quā præstat charitas Dei
æqualitatē. Quis infirmatur, inquit Paulus
& ego nō infirmor, quis scādalizatur & e-
go nō vror. 2. ad Corint. 11. Aspicias ne vt
inferiorū mala sua esse duxit? Omnis deni-
q; superbix fastus, omnis elationis tumor
siue ex literis, siue ex opibus, siue ex digni-
tate, siue ex genere ortū habeāt, flaccescūt
omnia, infirmantur à charitate omnia in
bonūq; subditorum hæc sunt trāsferenda,
ne praelatorū mēs illis ornata insolescat.

Notādas ty-
pus facer.

TROPOLOGICA DECLAMATIO tertia, Aduersus hæreticos cuius prothema est.

ARGENTVM tuum versum est in scoriam, vinum tuum mistū est aqua. Esaiæ. 1.



IC LOCVS HÆRE-
ticis propriē aptandus est. Illi e-
nim argentum euangelicæ & A-

postolicæ doctrinæ verterunt in scorias
pauorum suorum dogmatum, & vinum
diuinæ charitatis, quod purum & putum

To. 1. F 4 est,

est, sua prauitate in dies pessimis doctrinis, libris editis, miscent frigidis figmentis suis. Hoc enim illis est studium, vera Dei eloquia interpretationibus ineptissimis, cum sua hæresi tamen facientibus, interpretari. Quapropter si in libris hæreticis argentum, id est, sermonis venustatem, styliq; vernantis facilitatem miramur, scoriâ huic argento inhærentem mendaciorum fallaciumq; doctrinarum aduersus catholicam & orthodoxam ecclesiam attentissima mente dispiciamus; summopereq; ne vinum hæreticum, quod codices ab illis conscripti propinant, obseruantiam euangelicam laxans, traditionem ecclesiasticâ eneruans, vertigine & ebrietate animum nostrum sic afficiat & trahat, vt relicto peruetusto Romanæ & catholicæ ecclesiæ in colendo Deo ritu, in nouas nos demus obseruantias, quas ecclesiastica disciplina non probat. Vegetior nanq; danda est fides concilijs sacris, sanctorum decretis, ecclesiasticis traditionibus, quàm Lutheris omnibus, Zuinglis, Buceris, & alijs id genus mōstris, quæ irreperunt in Christianum orbem. Aptabitur quoque locus hic diuini verbi declamatoribus, qui argētum diuini eloquij frigidissimis figmentis vertunt in scoriam. Non enim denarrant plebibus, quæ oportuisset ad componendos mores Christianæ ecclesiæ enarrare, quin ad fabulosa quædam & friuola satis machinamenta se conuertūt: & plusquàm Stentorea voce populo commenta sua vēditant. Isti sunt, de quibus Paulus posteriore ad Corinth. c. 4. in hæc verba meminit: Non ambulantes, in astutia nec adulterantes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis commendantes nosmet ipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo. Adulterant autem verbum Dei, qui argentum permiscent scorijs, qui vini euāgelici austeram suauitatem aquæ infusione prauis dogmatis permutant. Porro autē vinum vires bibentis auget, cordis mœrorem resoluit, ingenij hebetudinē discutit. In quem prope modum diuinus sermo

vires mētium fidelium collapsas restituit, aduersis animum deiectum erigit, mentisq; tenebras illustrat. Qui ergo non in syn-cera huius veritatis manifestatione, sed in proprij capitis inuentis, aut in putredine hæreseon verbum Dei miscent, isti sunt, qui verè adulterant verbum Dei. Et non solum isti adulterant quinetiam si hæresim verba non sapiant, si Christum tamen verè non prædicant & euangelia, veri prædicatores non sunt. Accommodabitur rursum quibusdam viris, qui incorruptam de gentes vitam inuitia se deiecerunt. Paulus nanq; Apostolus priore ad Corinthios. c. 3. Si quis (ait) superedificat super fundamētum hoc aurum, argentum, lapides pretiosos, lignum, fœnum, stipulam, vniuscuiusq; opus manifestum erit. Quem locū senticosum, (nec temerè) duxit Augustinus in quæstionibus Dulcitij. q. i. Quo loco per argentum, & aurum, viros integerrimæ vitæ, itidemq; per pretiosos lapides intellexit. Quippè qui coram Deo & ecclesiâ in pretio sunt. Per lignum autem, fœnum, & stipulas, quæ vt viliora, postremo loco commemorat Apostolus eos, qui non tanto vitæ splendore fulgent, vt primi, quippe qui vt homines humana patiūtur. Quapropter, qui à charitate, qua feruebāt qui ab exemplis sanctorum operum, quibus splendebant, iam tepent, iam frigent, iam ex Dei cultoribus perfectis, amatores seculi se præstant, argentum & aurum suū verterunt in scoriam, vinum diuinum turbulentis aquis, id est seculi affectibus turba uerunt. Et demum vt cum Threnis Hieremias. c. 4. absoluamus, Qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora. Quæ verba ad literæ corticem de abductis Hierosolymitis in captiuitatem Babylonicam intellecta esse velim, etenim caput hoc, vt & cœtera Threnorum hanc calamitatem lamentantur. Quo modo ait obscuratum est aurū, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum. Siquidem Chaldaei thesauros templi Salomonici rapuerunt,

Tropologus
cuscensus al
ter.

Locus Pau-
li, differit dī
scillimus.

Diuini ser-
monis effi-
cacia.

runt, templumque depopulauerunt, cuius lapides dispersi sunt per plateas: per sanctuarium enim, templum intellexit. Post modum subdit, qui vefcebantur voluptuosè interierunt in vijs, quia Iudæi quando in libertate degebant delicijs multis ciborum & vestium utebantur, quibus orbatu duriorē consuetudinē non ferētes in vijs interierunt. Et qui inter aula & tapetes rari pretij splendide agebant & fouebantur, captiuitatis miseria pressi inter stercore, idēst, vilissima commorari cogebantur. At verò tropologiæ nostræ, literæ sensus probè concinit. Etenim lamentandos illos censemus, qui à vita puriore ad impuriorem se coniecerūt. Apta est de illis Hieremiæ lamentatio. Quo modo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus. Etenim Dei charitatem & vitæ fulgorem criminibus affecti obscurauerunt, candoremque in corrupti operis, quem visibus fratrum offerebāt, in nigrorem fœdæ conuersationis mutauerunt. Et qui in delicijs spiritus verfabantur, ornamentisquē cœlestibus virtutum animas gerebant Angelis Dei etiā conspicuas pro seculi noxijs voluptatibus, quæ Paulus ad Philippenes. 3. sterco ra vocat, amiserunt. Quin & Ezechiel. capitulo. 16. huiusmodi lapsum ab statu prospero gratiæ in culpæ infoelicem miseriam graphicè & veluti penicillo depingit sub typo Hierosolymæ. Cui inter multa alia & hæc loquitur verba. Et ornata est auro & argento, & vestita est bysso & polymito, & multis coloribus, similam & mel & oleum comedisti, & decora facta es vehementer nimis, & sub hæc sequitur, Et habens fiduciam in fortitudine tua fornicata es in nomine tuo. Priora ergo verba tropologico sensui, vt & po-

Egregia tropologia.

Ezechielis aduertenda expositio tropologica.

steriora, satis conteniunt. Anima enim quæ Deo placida est & suavis, ornatur auro, & argento, non corruptibilibus, sed alijs longè præstantioribus: quia lumine fidei, charitatis incendio, pœnitentiæ plusquam byssino candore, multifido dono, quæ polymiticæ arti præstant, similam, quæ est panis purissimus, & mel & oleum comedit, quia pane cœlesti vescitur, & sanguine Iesu Christi potatur. Per quæ anima fidelis & carne Iesu Christi cibatur, & dulcedine, (quæ omne mel superat) diuinæ clementiæ reficitur. Et quia per synaxim hanc sacrosanctam non solum leuiora, idēst venialia, quin etiam & grauiorum committæ pœnæ laxantur, si ritè & dignè Domini sacramenta libemus, hac ratione oleo quoque diuinæ gratia fouemur. At qui ornamenta hæc, vitæ quæ alimenta à se per mortiferam culpam ablegat, audiat quod sequitur, Habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo. Omnis enim qui peccat, tropologicam quandam admittit fornicationem, quippe qui à vero sponso Christo discedit, & liberi sui arbitrij, facultate delusus tam varia Dei Charismata, quæ diximus, spernens proprii sensus affectus sequitur. Quamobrem & Diuus Paulus priore ad Corinth. capitu. 15. à nobis audiendus est semper, & quid inibi doceat, auido retinendum est corde. Itaque fratres mei dilecti stabiles stote & immobiles, abundantes in omni opere Domini semper scientes quod labor vester non est inanis in Domino.

F 5 D I L V.

DILUCIDATIO

IN CAPVT SECVN-

dum Esaiæ.



ERBV M quod vidit Esaias filius Amos.^a) Inepta forsitan alicui oratio hæc videbitur, quippe hæc duo non sibi cohærent, videre,

verbum, quippe verbum ad auditum, non ad visum refer-

tur. At aptissimam esse cohærentiam putare oportet. Et enim scriptura, verbum non solum pro audibilibus, siue quæ

Verbū quod vidit Esaias fili⁹ Amos^a super Iudā & Hierusalē. Eterit in nouissi-

voce proferuntur, sed etiam pro rebus ipsis, quæ oculis cerni possunt vsurpat. Domino enim recens nato pastores dixerunt inuicem, transeamus vsque in Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod factum est Lucæ. 2. Ecquid est videre verbum, nisi videre rem à Domino gestam? & huius phrasis sunt innumera in scriptura. Nec ab re non solum hæc, sed vniuersa à Deo condita diuinæ sapientiæ, potentiæ, & bonitatis sunt verba. Vniuersa enim suum testantur conditorem omniscium, omnipotentem, Maximumque denique & optimum esse. Nec aliud verba Davidis illa præferunt, Cœli enarrant gloriam Dei & opera manuum eius annuntiat firmamentum, dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam. Iugiter enim dies diei, & nox nocti cedens, hacque ordinatissima cessione orbem in suum exitum ducentes, quanta sit diuinæ æternæque sapientiæ in rebus omnibus disponendis profunditas atque diligentia, facile demon-

strant. Septuaginta interpretestroponentes, planius legunt, Verbum quod factum est ad Esaiam filium Amos, de Iudæa & Hierusalem, omnemque obscuritatem sermonis sua interpretatio-

ne excusserunt. Quanquam apud quos non Hebraica phrasis latet, nihil obscuritatis locus hic habet. Quidquod auctore Aristotele, visus (quæ est eius dignitatis excellen-

tia,) suum nomen etiam in alios sensus transfundit? Etenim quæ aure percipimus, videre dicimus, & quæ gustamus & tangimus, videre iidem: vt Psalmus denarrat, Gustate, & videte, quoniam suavis est Dominus. Vtique suauitas inuisibilis est, sed Psalmus videndam illam à nobis proposuit: rationem cuius rei tibi iam obtulimus. Aut tandem quia de visu mentis sermo est Prophetæ audiendus: visusque mentalis idem est qui auditus, vt supra commonuimus. Idcirco perinde est, verbum quod vidit, ac si diceret, verbum, quod audiuit. Quippe visus, per quem hoc verbum vidit, auditus est, per quem audiuit. ¶ *Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium.*^b) Septuaginta, non præparatus, sed manifestus mons Domini legunt, & domus Dei in summitatibus montium, diuidentes montem Domini & domum Domini. Michæas capitulo. 4. ferè iisdem verbis exponit huius montis sublimitatem, atque Esaias.

Esaïas. Vox hæc, nouissimus, non simplicem habet significationem. Iam enim ad tempus postremum refertur. 1. Petri. 2. capitul. Ante secula præcogniti, & in nouissimo hoc tempore manifestati. Et Paulus de se, sibiq; synchronis, in quos fines seculorū deuenere, ait priore ad Corinth. 10. Iam verò vilitatem & paruipensionem per, nouissimum, in scriptura significatur. Apud hunc Prophetam capit. 53. legimus de Christo facientem verba, & vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum despectum & nouissimum virorum, & 1. ad Corinth. capit. 4. Deus nos, inquit, Apostolos nouissimos ostendit, tanquam morte destinatos. In his & alijs huius notæ locis extrema despectio in nouissimo, significatur. At Prophetæ locus hic postremum significat tempus: nec per postremum tempus intelligas diem extremum iudicii, post quem alter nō speratur. Sed hoc loco vltima vel postrema mundi ætas, per nouissimos dies, vt Esaïas, aut nouissimum diem vt Michæas, sub audiri oportebit. Quæ itidem in Genesi. 49. habenda est: Congregamini ait Iacob, vt annunciem quæ ventura sunt vobis in nouissimis diebus. Quæ nouissima ætas plenitudo temporis à Paulo appellatur. Cum autem inquit, venit plenitudo temporis misit Deus filium suum factum ex muliere, factū sub lege, vt eos, qui sub lege erant, redimeret. In quem itidem modum & nouissimè destruendam inimicam mortem Paulus priore ad Corinth. capit. 15. tradidit. Quia in huius nouissimæ ætatis fine, quando venerit Dominus orbē iudicaturus, prorsus mortis imperia euertet. Immortales enim surgent sancti: quam quoque ipse à mortis somno euigilans in semetipso aboleuit, & obliuiscit. Et hoc eodem loco Paulus inquit, factus est primus homo Adam in animā viuentem, nouissimus Adam in spiritum viuificationem: nouoq; indito nomine, Christum nouissimum hominē vocat, vt duo capita humanæ naturæ esse insinuet, alte

rum quidem, quod fuit primus plastes Adam, infectionis, corruptionis, vniuersorumq; malorum naturæ humanæ principium, alterum verò, quod Christus est, vniuersalis reparationis naturæ humanæ collapsæ caput atq; principium. Infectio prior, reparatio nouissima, est post quam nulla alia speranda. Non enim aliud nomen sub coelo datum est hominibus, per quod possent suos reparare lapsus, restituere & solidare ruinas, præterquàm nomen Iesu Christi Domini nostri, vt gesta Apostolica testantur capite. 4. Quia ergo hominem veterem primus homo in posteritatem suam vitiatum nimis transfudit, cui neq; sacerdotium Mosaicum, nec Leuiticum ministerium vetustatis vitio succurrere poterant, lex nanq; Mosi & cæremonia ad perfectum neminem duxerunt, ideò Samaritanus ille Luca. 10. post longa temporum curricula nouissimus veniens, misericordia motus veteris huius hominis ipse homo factus nouissimus (quia culpæ vitio nusquam obnoxius) peccata substituit, quæ non detulit. Quæ omnia, si in vnum coaceruemus, locum quē agimus Esaïæ ad tempora Christianæ Ecclesiæ esse referendum vel cæcutiens iudicat. Quare & mons hic tantis encomijs ab Esaia & Michæa celebratus Christus Dominus est, qui eleuatus & sublimis mons est, vertex omnium montium, & in vertice omnium locatam sibi habens sedem. Hic mons est ille, de quo in Psalmo. 67. Mons, ait Dei, mons pinguis, mōs coagulatus, mons pinguis, vt quid suspicamini montes coagulatos? mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. Et enim Dñs habitabit in finē. Mōs pinguis in Dei sapiētia Christus est, quia in ipso sunt oēs thesauri sapientiae & scientiæ Dei reconditi: mons coagulatus in virtute, quia omnia portat in verbo virtutis suæ: Mons rursus pinguis, quia omnia quæ huic monti non hærent, macie conficiuntur. A monte enim hoc quicquid spiritus est in Ecclesia Dei, quicquid veritatis, quicquid

Quid nouissimū in scriptura.

Gen. 2. 1. quicquid sanctitatis & iustitiæ deriuatur. In hoc nanq; mōte omnis ædificatio constructa crescit in templum Domino dedicatum: qui extra montem hunc ædificat, ad gehennam ædificat, non ad vitam consequendam æternā. In mōte Moria Abraham primogenitum suum Deo immolare satagit: in monte Sinai legislatio celebratur: in mōte Sion templum gloriosum Deo dicatur. At mōs hic ipse sacrificium est pro peccatis mundi: ipse est legislatio, & legislator: ipse est sanctus sanctorū, cui omnia dicāda sunt, vt sancta sint. Vt quid, inquit, suspicamini montes coagulatos? Montes, quippe qui prominentes sunt, reges, patriarchas, prophetas in scriptura præferunt, quibus adde & philosophos. At in omnib; istis Christi desideratur pinguedo diuinæ sapientiæ, coagulatioq; diuinæ potentiæ, quæ ad se trahit omnia, vt coagulum partes lactis. Hæc inquam in sublimibus & proceribus istis desiderantur, imō longe diuersa ab istis in proceribus istis sunt, qualia ignorantia & infirmitas, quæ sunt totius naturæ humanæ labe. Quod si quid luminis istis affulsit, si quid diuinæ virtutis illis donatum est, ab hoc monte in eos deriuatur. Multi reges, Amē dico vobis, (hic ipse loquitur mōs) & Prophetæ desiderauerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt, audire quæ vos auditis, & non audierunt. Et Abraham apud Ioannem exultat huius montis diem videns. Nec solum mōs hic totius humanæ naturæ vertex est fastigiumq; tenens, verum etiam Angelorum quoq; beatorū (qui longè sublimiores sunt quàm vniuersa creatura) primipilus est. In quem (ait) desiderant Angeli prospicere, & qui primi huius supremi montis natalia orbi annunciarunt, Angeli fuere, vagientemq; infantem Iesum, pannisq; vilibus inuolutum, exiguoq; præsepj loculo iacentem militia cœlestis exercitus noui ortus exordia canoro celebrant iubilo, & Angelicis vocibus gloriam Deo in excelsis habitant, pacemq; hominibus terram colentibus

Lucæ. 2.

precantur. Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. In ipso nanque habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Quia veraciter diuinitas est in Christo: & demum ipse est caput super omnem Ecclesiam, & illi datum est nomen super omne nomen, vt in nomine lesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster Iesus Christus est in gloria Dei patris. Vides ne, quàm sibi consensiant, quàm sibi concinna sunt & vetera & noua? Aspicias ne duo Cherubini, qui in templo Salomonico in Sancto sanctorum erant, se mutuis & propiciatorium aspectibus cernentes, (quæ sunt instrumentum vetus, ac nouum,) Christum tam concinnè, tamque consentaneè loquuntur? Et quidem Esaias de terreno monte tam singularia præconia non celebrasset. Nullus enim mons in orbe ita cōspicius est, vt sit in vertice omnium montium in quem confluent omnes gentes, neque Olympus mons, quem radij solis (quæ est eius magnitudo) nec interdiu nec noctu destituunt, indeque traxit Olympi nomen: semper nanque totus lucet. Nec Armenici montes, super quibus arca Noetica stetit, etiam si sublimes & prominentes sint, cum hoc tamē monte, qui cœlestis est, non conferendi. Nec horum apud Esaiam habetur ratio, sed de monte vero, qui Christus est, cuius regnū atque Imperium vniuersa mundi imperia sibi subiugauit, vt Daniel ait capitul. 2. In diebus autem regnorum illorum suscitabit Deus cœli regnum, quod in æternum non dissipabitur, comminuet autem & consumet vniuersa regna hæc, ipsum autem stabit in æternum. Euangelio nanque Iesu Christi omnia cedunt, siue Chædæorum, siue Mædorum, siue Græcorum, siue Romanorum, quæ orbis huius primaria extitere Imperia, vt Psalmus Paulo interpretante de vniuersali siue cœcumenico Christi regno. Omnia subiecisti sub pedibus eius, testatur priore ad Corinth. 15.

Quod

Præparatio
quid in feri
ptura.

Quod verò ait, mons præparatus, siquidem præparatio in diuinis scripturis prædestinationem non rarò significat, quòd oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus ijs qui diligunt illum ex Esaia. 64. Paulus prima ad Corinth. capitul. 2. collegit. Et Matthæus. 25. Venite benedicti (ait) patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi, & hoc genus loci alij sunt, qui idem præferunt: quibus & alijs præparatio, seu paratio prædestinationis diuinæ notæ sunt. Deus enim simulatque ab æterno mundum constituturæ decreuit, humanumque genus de terra condere, quosdam selegit, qui diuinæ essent consortes naturæ, æthereasque sedes æterno possiderent. Hoc est, illis parare regnum à mundi constitutione: hoc est præparare, quæ sensum & humanam mentem fugiunt. Quid ergo, num intelligemus per præparatum montem Domini, in vertice montium, Christum à Deo patre prædestinatum fuisse, vt vniuersorum principatum obtineret? Paulus namq; ad Romanos capitul. 1. nihil ab hac re dissentit, imò planè fatetur, qui prædestinatus est filius Dei, in virtute secundum spiritum sanctificationis. Hinc concertationes immensæ inter scholasticos doctores an Christus sit prædestinatus, an non, emerferunt. Quanquam re vera lectio græca, oristhenidos, non ad hanc Christi nomēclaturam nos cogat vt illum nominemus prædestinatum. Etenim si dixerimus Christum declaratum esse filium Dei per virtutem miraculorum, per spiritum paracletum, quæ fudit super Apostolos postquam iuga cœlorum tenuerat, per resurrectionē à mortuis (quoniam morte depulsa, viuus regnat in æternum,) Pauli sermonem absoluius. Cæterum cur de hac re acerbæ extent dimicationes, non video. Nanque si principem Prophetarum & Dominum Prophetam vocare non erubescimus, nec scriptura erubuit, vt nos satis superiore sermone demonstrauius, quid mirum si

Christus vt
prædestina
tus: & obser
ua diligen
ter.

prædestinatum appellemus? Nam si Christo vt viatori Prophetæ nomen congruit, prædestinati quoq; appellationem vt homo non abhorrebit. Prædestinauit namque Deus, vt homo Christus esset Deus, & Deus esset homo Christus. Quòd si hæc non amas, Esaia alia incedentes via planum tibi reddemus. Mons præparatus Christus est, qui hæc dixit, Venite ad me omnes qui laboratis & egeni estis, & ego reficiam vos, tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiem in animabus vestris. Non enim venit vt iudicet, idest, dānet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum: venit enim vt vitam habeamus per ipsum, & abundantius habeamus. Omnes Christus ad se prouocat, ad se incitat nullo delectu gentis ad suam cœnam magnā & claudos & cæcos & debiles vt suam cœnam gustent hortatur & monet Luc. 14. Est autem cœna hæc magna Euangelicæ gratiæ annunciatio, quæ in nouissimis diebus, aut in nouissimo die, qui est, vt diximus, mundi extrema ætas, quæ à Christo nato in mundi finem vsq; porrigitur. Etenim in mundi iuuentute, quæ erat mundi tertia ætas typica, Mosaica illa lex lata est: at Christi gratia, iam orbe senescente, viribusque collapsis pronunciata est. Quinimò & hic mons præparatus est ab origine mundi. Quippe humanæ naturæ primis progenitoribus conditis huius montis Domini sacramēta fulsere. Nam verba illa, Adam, Hoc os de ossibus meis, & caro de carne mea Paulus Apostolus ad Ephesi. capitulo. 2. sacramentum hoc magnum in Christo & Ecclesia celebrari dicit: & per cæteras mundi ætates, quæ à primitiua origine deriuantur, si discurrere libet, huius montis, idest, Christi creberrima ratio habetur, Paulo docēte, omnia prioribus patribus in figura cōtigisse. Hæc autem, ait, omnia in figura contingebant illis, quæ scripta sunt ad correptionē nostram, in quos fines seculorum deueniunt. Hanc ætatem postremam mundi fines seculorum Paulus appellat, quia sequenti

1. ad Corin
th. ca. 10.

quenti ætati locus non erit. Quidam vero proprijs ingenij freti viribus quantum hæc ætas proroganda sit, scrutati sunt: ut Piccus Mirandulanus in conclusionibus suis per numeros, numerorum ve coniugationem, nos de huius ætatis more & fluent ad eum ra certos facere pollicitus est. At otiosa pollicitatio, vanumque est hoc scrutinium: Non enim nostrum est nosse tempora, vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate, Actorum. 1. Orbis autem periodus, quæ dies iudicij erit, ut & cætera retrò acta tempora & momenta penes regem seculorum Deum, diuinæque potestatis sunt. Quare de die illo nihil est quod nos angat sollicitatio, quem nemo nouit, cum & ipse filius, Dei sapientia, eundem se nescire profiteatur Marci. 13. Id quod non intellectum velis, Dominum Iesum huius diei scientiæ expertem & asymbolum esse, sed se nescire dixit, id quod Ecclesiam suam latere voluit, quasi dixerit. Nihil est quod Ecclesia vniuersa de huius diei scientia certa que cognitione anxia reddatur, quia neque per Prophetas priores, neque per Ecclesiæ lumina Apostolos & doctores, neque permemetipsum, qui omnia quæcunque audiui à patre nota feci Ecclesiæ meæ, mysterij huius profunditas edocbitur. Et sicut olim Paulo Ecclesiam Iesu Christi feroci impetu diuexanti, Christus de cælo magnifica & terribili voce intonuit, Saule, Saule (inquit) quid me persequeris? & qui in altissimis locarat iam refugium suum, cum Paulo de sua persecutione expostulat, quia suæ Ecclesiæ detrimenta, sua esse ducebat, ideoque se persequi fatebatur: ita propemodum se nescire Dominus, ait quod Ecclesiā suam nescire instituerat. Sic & Augustinus enarrans locum Psalmi secundi, Longe à salute mea verba delictorum meorum, verba hæc delictorum Ecclesiæ ait esse, non Christi, quid ergo est quod

illa vocat sua Christus? Quippè cum ipse caput sit Ecclesiæ, quæ est corpus mysticum eius, delicta corporis sua esse profert, quandoquidem illorum pœnas ipse exoluit. Quapropter nihil absurdum erit, si se nescire dixerit, quæ Ecclesiam Dominus latere voluit. Fusior de hac re sermo huic loco superfluous est, quare mittendus. Præparatus igitur mons Domini est, ut illò redeat, unde defluxit oratio, ab origine mundi, quia vmbri typorum, & voce Prophetarum mons hic Domini celebratus est. Et quanquam nihil offendiculi ascendentibus montem hunc obstaculo esse poterit, at accliuus est ascensus: non inepti nec desides ascendant montem hunc. Arcta nanque via est, quæ ad vitam ducit, quæ ad mortem verò decliuus: succingere nos oportet, si arduum montem hunc scandere nitimur. Multi nanque conscendere tentant, & labuntur, retroque cedunt: in quos Diuus Petrus. 2. Petri capitulo. 2. Melius erat illis (inquit) non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato. Et Regius Propheta huius montis sublimitatem & magnitudinem pinguedinem spiritus, donorumque cœlestium fertilitatem, virtutumque venturi seculi vberem prouentum affectans, Quis ait, ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? multa que subinde prosequitur, quæ ut huius montis à nobis pareretur ascensus, necessaria sunt. Innocens, ait, manibus, & mundo corde, qui non accepit in vanum animam suam. Verum hæc, quæ necessaria ille docuit, ea est montis huius qualitas, ut ab ipso monte nobis sint speranda, & innoxias habere manus, & mundum gestare cor, & reliqua, quæ Psalmus recēset. ¶ Et fluent ad eum omnes gentes. 2) Paulus. 1. ad Timotheum. 3. locum hunc suo verbo illustrat:

Accliuus ascensus in domini monte.

Psalm. 23.

Legē infra declamati. de finali iudicio.

Scrip. mos.

Actor. 9.

Dies iudicij ignotus.

frat:Magnum(ait)pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu apparuit Angelis: prædicatum est gentibus: creditum est in mundo: assumptum est in gloria. Singula verba, singula quoque comprehendunt sacramenta: quibus mons hic exornatur atque insignitur. Est enim Christi diuinitas in carne manifestata. Deum enim habere filium sibi consubstantialem, orbis nesciebat, sed ipse filius se præsentem dedit mundo in carne, idest, humana natura. Atque cum in Iordanis gurgite à Ioanne aqua tingitur Christus, cœlestis, paternaque vox de cœlo clamat dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Occultum re vera diuinæ pietatis suauissimum sacramentum Deum filium habere, qui carne sibi assumpta, proprioq; sanguine respersus, mundi peccata esset aboliturus. Atqui manifestum redditum est sub ipsa Christi natiuitate in progressuq; vitæ extitit. At iustificatum est in spiritu. Iudæis nanque Christum non esse Dei filium, neque verum Christum, quinimò impostorem, turbarum seductorem, diabolis familiarem, quorum virtute miracula ederet, blasphemum, voracem, atque bibulum, & id genus alia conuitia in illum conijcientibus, quem hoc genus conuiijs homines damabant, Spiritus sanctus iustificauit. Qui interna viscera Apostolorum sua spiritali infundens luce Christum Messiam in lege promissum esse docuit. Apparuit Angelis, sub natalibus, inquam, suis: cui & in deserto famelico cibaria ministrarunt. Prædicatum est gentibus, creditum est in mundo Christus se prædicat Iudæis, pauci illi præstant fidem: Apostoli illum prædicant gentibus, & orbis vniuersus credit. Et qui primum hanc prædicationem suscipere debuerat, primi reiecerunt, & cœnam (vt diximus) Domini gustare detrectarunt excusantes se boues emisisse, & cætera, quæ Lucas meminit capitul. 10. Quippe Iudæi terrenis

affectibus obruti spirituales Euangelij prædicationem neglexerunt: at gentes incircumscissæ, quæ peregrinabantur à testamento inito cum patribus Hebræorum, diuinæ & Euangelicæ gratiæ ciues sunt, atque Ecclesiæ Christianæ domestici. Vobis oportebat primum prædicare, aiebat Paulus, vt gesta Apostolica capitul. 13. denarrant, verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis vitæ æternæ, conuertimur ad gentes. De confluxu gentium in montem hunc, de defectione Iudæorum à monte hoc, Paulus ad Romanos. 11. ex professo habet sermonem. Quo loco defectionem Iudæorum diuitias, ait, esse mundi, in hæc verba: Quod si delictum illorum diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ gentium, quanto magis plenitudo eorum. Quorum hic sensus reddendus est: Iudæi à monte, qui est Christus, defecerunt, qui verò Christo adhaeserunt, ex Iudaica progenie, non proceres extiterunt, sed ex promiscua, minutulaque plebecula: at verò gentes subrogatæ non ex plebeculis solum, sed ex literatis ex diuitibus, ex potentibus, ex nobilibus in fidem Iesu Christi innumeræ fuerunt, illique colla subiugarunt. Nec hæc verba Apostoli ita habeas moneo, vt delictum & diminutionem Iudæorum, vt diuitiæ essent gentium, necessaria esse putes. Deus enim, Iudæorum & gentium Deus cum sit, Iudæorum delictum & diminutionem non amabat, gentes sibi conciliare per Apostolos studuit, Iudæos per semet ipsum. Has & illos in vnum nouum hominem, qui est Ecclesia Iesu Christi, transfundere sategit, Iudæis autem repugnantibus benedictionem venturi Christi promissam, in gentes transtulit. Neque sine grandi mysterio, vt vel sic Iudæi aduertentes cœlesti gratia gentes abundare, à qua ipsi exciderunt, incorruptæ inuidiæ sibi calcaria adijcerent, vt gentes in fide imitarentur, vnde eiusdem quoque gratiæ potiri cum gentibus possent.

¶ *Et ibunt*

Dilucida. & decla. in Esai. Prophetam. 2

¶ *Et ibunt populi multi, & dicent, venite.*^{a)}
Gentium vox hæc est, quæ ex graui somno Apostolica prædicatione excitatæ semetipsas incitant, vt montem domini cōscendant, vt inde à Christi lege, quæ agenda pro vita æterna assequenda, quæve vitanda instituantur. Venite ascēdamus. Vox hæc liberi est arbitrii nostri consentientis diuinæ gratiæ. Ascendere autem diligentiæ huma-

Et ibunt populi multi, & dicent, Venite,^a ascēdamus ad montem domini & ad domū Dei Iacob,^b & docebit nos

mini in mortales dignatio in exhausta diuinorum viscerum misericordia, vt hominem rudem, multisq; sibi nominibus instructum docere velit, & instruere vias rectosq; vitæ tramites salubribus præceptis, perfectisq; cōsilijs,

vias suas, & ambulabimus in semitis eius,^c quia de Sion exhibit lex, & verbum Domini de Hierusalem.^d

tanquam filium erudiat. Neque contentus magisterium hoc per suos Prophetas absolueret semetipsum in carne veniens doctorem vitæ præbuit, & cum

Psal. 13.

næ est, operis nostri est, præuenti tamen diuina opes: nisi prius incitasset Dominus, ad montem hunc veniret nemo, ascendere nullus. Omnes enim declinauerūt, nō est qui faciat bonum, non est ad vnū vsq;. Veniunt ergo, quia vocantur vt veniant, ascendunt quia iuuantur, vt ascendant. At qui parum est venire in montem ascensuros, si ascēdere piget. Eō em̄ venimus, nō vt montem spectemus, sed vt in illum conscendamus: ascensiones ponamus in corde. In hac valle lachrymarum oportet, à virtute in virtutem proficisci, vt tandem in monte hoc Deum Sion videamus. Sunt qui veniunt & non ascēdunt, qui fide, sed mortua pollent: sunt qui & veniunt & ascēdunt, qui fide & operibus vitam contendunt æternam. Verum hæc cū de tropologicis sensibus in appendice agetur, lucidiora euadent. ¶ *Et ad domū Dei Iacob.*^{b)}

Psal. 83.

Domus hæc Iacob Ecclesia orthodoxa est, cui præsidet Christus Luc. 2. Et regnabit in domo Iacob in æternū & regni eius non erit finis. Prudenter ergo in hanc Ecclesiam ascendimus, ipsa enim est columna & veritatis firmamentum. 1. ad Timotheū. 3. Magistra igitur veritatis cū sit, si ad salutem æterna mortales institui desiderant, in illam se cōferre curent solertissimi opus est. ¶ *Et docebit nos vias suas & ambulabimus in semitis eius.*^{c)} Magna Do-

sedisset in monte, aperiens os suum docebat eos, dicens, beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnū cœlorum Matthæi. 5. & Ioannis. 13. Vos vocatis me, magister, & benedicitis, sum etenim. Per vias, si collibuerit, præcepta subaudias, per semitas verò consilium. Semitæ enim operosiores sunt ambulantis quam viæ publicæ. ¶ *Quia de Sion exhibit lex, & verbum Domini de Hierusalem.*^{d)} Lex vmbatilis de Sinai monte exiuit, in quam descēdens Dominus, præuijs fulminibus, fulgoribus, atq; terroribus ferendam Iudæis legē Mo-

Exod. 20.

si tulit. At lex Euāgelica ab Hierosolymis cepit initium. Dominus enim Hierosolymis Euangelium docuit, & in templo Salomonico, quod in monte Sion Deo dictum erat, monita salutis Iudaicæ plebi de disse legimus. Christo verò in cœlum assumpto Apostoli, qui eius vices gesserunt in terris, in Hierusalem quoq; consistentes Spiritu sancto edocti Euangelium Domini promulgarunt. Et conuēscens (ait) præcepit eis ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem patris Actorum. 1. Et apud Lucam postremo capite. Vos autem sedete in ciuitate quoadusq; induamini virtute ex alto, per ciuitatem Hierosolymam intelligēs. Voluit namq; Dominus vt in ciuitate metropoli, totoq; orbe clarissima, & in die Pentecostes

recoſtes celeberrimo, inquem confluxerant nationes omnes, quæ ſub cœlo erant, vt geſta Apoſtolica narrant. c. 2. lex euangelica promulgaretur, vt in omnem orbẽ eius notitia ſpargeretur. ¶ *Et iudicabit gentes, & arguet populos multos, & conſtabunt gladios ſuos in vomeres & lanceas ſuas in falces.*^a) Duo, & illa nõ vulgaria, ſed inſignia munera euangelicæ legis locus hic admonet, &

Et iudicabit Gentes, & arguet populos multos: & conſtabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces^a:

& quod iudicabit gentes, & arguet eaſdem, & quod vniuerſa quæ mundus litigioſa habet, in pacem reſtituet. D. Ioannes. ca. 16. de ſpiritu paraclito verba faciẽs, Cum venerit ille (ait) arguet mundum de peccato & de iuſtitia & de iudicio, de peccato quidem, quia non crediderunt in me, de iuſtitia, quia ad patrem vado, de iudicio autem quia princeps huius mundi iam iudicatus eſt. En tibi vt lex euangelica arguet populos multos. Quod verò iudicabit gentes, in Ioanne legis. Neq; enim pater iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit filio Ioannis quinto. Etiam ſi difficillimus ſit locus Ioannis qui explicetur. Quid eſt arguere mundum de peccato & de iuſtitia & de iudicio? Tria enim de mundo arguenda proponit, alterum quidem peccatũ eſt, quod præſefert, dignum eſt vt arguatur: & cætera duo iuſtitia & iudicium non in prætextu ſermonis habent quod arguantur. Per peccatum autem, vt Dominus hoc loco dignatus eſt interpretari, infidelitatem antonomatiçè intelligimus. Tanta enim eſt infidelitatis lues, vt peccatorum ſit caput, proptereaq; ſub nomine peccati infidelitas ſubauditur. Per iuſtitia verò arguendum eſſe mundum tradit, non quia mundus iuſtitiam habet, ſed arguet mundum ſpiritus ſanctus, vt repugnantem veræ iuſtitia, quæ Chriſtus eſt: nam iuſtitiam no-

ſtram Chriſtum ſcriptura vocat priore ad Corinth. capitul. 1. Ideoque ſubdit, Quia ad patrem vado, quaſi dixerit, Inanis eſt mundi controuerſia: caſſæ ſunt lites, quas parant in euangelium meum, quod verè iuſtitia eſt, & hominum iuſtificatio. Nihil habent, quod in euangelij huius latorem iuſtè machinentur. Etenim ea eſt legis latoris puritas, ſanctitas, innocentia, vt qui dignus ſit ad patrem vadere. Alioqui ſi in iuſtam tuliffet legem, ad patrem non iuiſſet. Demonſtratus igitur eſt Chriſtus Dominus ab ſpiritu ſancto, non ſolum iuſtitiam pleniffimè coluiſſe, interim dum in carne viueret, verum etiam ipſa iuſtitia eſſe, quippe qui non ſolus homo ſed Deus eſt. Quapropter & mundus de hac iuſtitia, ideſt, propter hanc iuſtitiam, id eſt, quia magis dilexit tenebras quàm lucem, arguendus erit. De iudicio autem arguendus & reprehendendus quoq; mundus, quia per Domini crucem & mortem tyrannica Satanae violentia, qua orbem ſibi ſubiugauerat depulſa eſt, forasq; eiecta. Et cum Satanas vt fortis armatus custodiebat atrium ſuum, hominibus viam ſalutis impediens, in paceq; tyrannidem in homines exercebat, venit Chriſtus illo fortior illum ab atrio ſuo deturbans, arma illius confringens, ſpolia detrahens, fallacem pacem diſſoluens. Quare & homines Chriſti gratia à fraudulentis & præſtigijs Satanicis aſſerti, iugoque peccati duriffimo ſanguine Chriſti confracto, non habent, quod ſeruitutem peccati vetuſtam excuſent, ne noua gratia Chriſti perfruantur. Iam enim ſi animus fuerit, facultas ſuppetit, vt à ceruicibus ſuis vincula peccati excuciant. Quod ſi animus non adfuerit, digniſſimo iudicio damnandi veniunt: quia princeps mundi huius, qui occaſionem damni humano generi præſtitit, iam iudicatus eſt, id eſt damnatio eius demonſtrata eſt per Chriſtum, qui eum ſubiecit ſub illorum pedibus, quorum animus illum calcare fuerit. De iudicio ergo arguendus mundus,

To. I. G dus,

Locus Ioã.
obſcur⁹ explicat⁹, qui
tria diuini
euangelii
cig: ſpiritus
munia indi-
cat.

Luc. 11.

De quibus
culpatur ab
spi. San. mū
dus.

ad Rom. 7.

Ad Ephe. 2.

Quæ pax p
missa est a
prophetis
sub Christo
ventura.

est, persequamur: ut pacis autor Christus sit, ut munere suo pacem orbis obtinuerit. Etenim Apostolica vox idem sonat quod & prophetica sonuit. Ipse inquit est pax nostra, qui fecit utraque vnum, & medium parietem maceræ soluens inimicitias in carne sua legem mandatorum decretis euacuans, ut duos condat in semetipsum in vnum novum hominem faciens pacem. Et rursus, & veniens euangelizavit pacem, & vobis, qui longe fuistis, & pacem ijs qui propè ad Ephe. capi. 2. Et ipse Dominus iam iam a mundo profecturus in patrem veluti hæreditario iure pacem relinquit ab hominibus colendam & augendam. Pacem (ait) meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Non pacem temporaneam, quæ ad momentum afficit, qualem mundus exhibet, sed pacem veram largitur. Et varia sunt hoc genus testimonia, quæ pacem præstandam à Christo proclamant. Et cum gemina sit pax, & interior, & exterior, interior, quæ præcipua est, mentem serenat, turbulentas cogitationes & affectiones mitigat, exteriori vero bella tollit, humanas pugnas refecat. Proptereaque non ineptè quis scrutabitur cuius pacis prophetæ verba indicia sint. Nam si corticem sermonis aduerteris, Conflabunt gladios in vomeres, & lanceas infalces, exteriorem pacem præsestiunt. Et Theodoretus de huiusmodi pace intellectum hunc locum voluit. Quippe nato Domino, vniuersus orbis longa quadraginta annis potitus est pace, sub Augusti Romano imperio, Hieronymusque cum Theodoro conuenit. Cæterum pax hæc, quæ sub Augusto Cæsare orbi donata est, non tantum pendenda est quanti prophetica proclamatio pendit. Etenim breui collapsa est tempore. Et pax est, quam nonnunquam propter sibi commoda mundus exhibere solet, prophetica verò & euangelica pax est quæ exuperat omnem sensum, non quæ sensibus peruia est. Alio-

qui, si de pace mundana sermo haberetur, hanc populus Christianus ab exordio nascentis Ecclesiæ desiderauit, & in finem vsque quando bella maiora sub Antichristo ingruent, desiderabit vehementius. Quibus veluti antidoto Dominus præueniens Ecclesiæ suæ subuenit dicens, in hæc verba, Cum audieritis prælia & seditiones, nolite terreri. Matthæi. 24. Vole historias, & disces, quantis calamitatum pressuris diuexata extiterit Ecclesia à Romanis imperatoribus, sub quibus decem grauissimas persequutiones, sustinuit, sub Nerone, sub Domiciano, sub Traiano, sub Antonio Pio, sub Seuerò Pertinaci, sub Gallo & Volusiano, sub Valeriano, sub Aureliano, sub Diocletiano tandem. Qui omnes tyrannico impetu sanguine sanctorum martyrum fuso Ecclesiam Dei proculcare studuerunt, & diebus nostris nunquam non bellorum fama hæreticorum & paganorum in nostras aures volat. Quod si de mundana pace sermo esset, iuste dicet aliquis, ubi nam in tanta bellorum turbulentia pax hæc querenda est? Quare Pauli locus ad Ephe. f. Quæ dudum indicabam, quæ sit pax hæc, verè interpretatur. Est enim spiritus pax, quam nobis Christus suo sanguine conciliat. Peccatum enim inimicitias cum Deo gerit, cum sanctis angelis bella init, & cum hominibus itidem. Christus ergo in corpore suo has inimicitias euerrens homines, & angelos beatos in amicitias redigit, & quod maximum est, Deum optimum & maximum erga homines propitium reddidit. Ipse enim est propitiator pro peccatis nostris. Non grauior utique punctum. Pauli verba plura reddere, quæ prophetico huic loco satis conducunt. Christus igitur pax nostra est: in ipso nanque humanæ naturæ & Diuinæ fœdera pacis iacent. Si pacem cum Deo inire voles, ad pedes Christi de peccatis tuis resipiscere opus habes: si non præstiteris, aduersarium

De harum ordine persecutionum non est consensus Auto lege Orosii & diu Aug. 18. de ciuit. dei. c. 52.

Locus Pauli expo.

Pax prophetica a Christo obtinenda.

Deum habebis. Christus quoque vtraque fecit vnum, medium hunc parietem maceris soluens. Medium hunc parietem peccata gentium, & Iudaeorum, non absurde esse quis putabit. Mundi nanque peccata inimicitias cum Deo contraxerunt. Hunc parietem soluit, moriens in cruce pro delictis nostris, & à mortuis surgens propter iustificationem nostram. Aut medius hic paries, fortassis lex illa umbratilis erat, quæ gentes coherere Iudæis prohibebat. Quapropter illum inimicitiam, aut inimicitias vocat Paulus: cui congruit, quod sequitur, Legem mandatorum decretis euacuans. Lex etenim illa mandatorum appellatur à Paulo & rite. Etenim mandatis grauissimis onusta erat: vt Petrus concilio Apostolico præsidens (vt fert D. Hieronymus in epistola. 10. ad Augustinum) Nunc ergo ait quid tentatis Deum ponere iugum super ceruices discipulorum, quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus Actor. 15. Erat etenim mandatorum numerus, (Rabbi Salomone autore.) 365. Quia ergo mandatis & factis exterioribus tota scatebat æquo nomine & lex factorum, & lex mandatorum à Paulo appellatur. Hanc legem Dominus iam iam in cruce moriturus aboleuit, dicens, Consummatum est. Quod verò ait, decretis euacuans, aut quod decretis euangelicis euacuata est lex, aut per decreta, Moisaicas, veteresque constitutiones intelligit, in quibus mandata iacebant, vt subaudiamus legem mandatorum in decretis, subaudi consistentem, Christus euacuauit. In quem modum & alter Pauli locus ad Colossens. 2. itidem reddendus est. Delens inquit quod aduersus nos erat Chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio. Litera correctior non decreti, sed decretis legit: Id quod Hilarius. 1. de trinitate eodem sensu pro decretis in sententijs legit. Vterque hic Pauli locus idem habet. Nam quod Ephesijs scripsit,

legem mandatorum decretis euacuans, est id quod modo Colossensibus scribit, delens Chirographum decreti. Chirographum enim, quod schedula obligatoria est, legem veterem insinuat, quæ nimia obligatione ad facta multa premebat. Quod quidem Chirographum contrarium erat nobis, non sua qualitate (lex nanque sancta erat & mandatum sanctum quippe quæ diuina erant) at infirmitas, imbecillitasve operando vt contraria esset operantibus illam in causa extabari. Id quod Petrus dudum expresserat, iugum legem vocans, quod nec nos nec Patres nostri portare potuimus, Delcto igitur Chirographo hoc, dissoluto pariete huius maceris, legem euangelicam Christus tulit, cui non natio vna, aut gens vna addicta esset, quippe quæ in omnem orbem dilata est, vt qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus sit, qui vero non crediderit, damnationi obnoxius. Quapropter duos condidit, idest gentes & Iudæos in vnam nouam & Catholicam Ecclesiam conduxit, quæ neque in Ritibus illis typicis spem, vt Iudæi collocet, neque ad idolorum & superstitionum vanitatem vt gentes defluat, sed in nouitate fidei & Charitatis vitam peragat. Pacemque euangelizauit Christus Iudæis, qui propè erant. Illis nanque facta Christi promissio est, illis credita sunt eloquia Dei, ad Romanos. 3. & ad Romanos. 9. Illorum etiam adoptio est, filiorum & gloria, & testamentum & legis latio, & si Hieronymus ad Alagaziam questione. 9. non testamentum in singulari, sed testamenta legat. Etenim testamentum illud literæ, testamentum spiritus, quod euangelium est, veluti sub umbra lucem, sub cortice medullam, sub litera denique spiritum continebat. Hæc ergo de causa Iudæi propè erant, gentes verò longè: quippe quos neque lex præstita, nec promissio venturi Christi alliciebat. Per hæc (nisi fallor) satis propheta nostri sensus est erutus, pacem, quam

Pauli locus
ad Coloss.
gregie expé
ditur.

police-

pollicetur per Christum exhibendam, eam esse, quam Paulus prescripsit, quæ pax cordis est, quam suis fidelibus iugiter Christus donat, ut Psal. cecinit, Pax multa diligentibus legem tuam domine, & non erit eis scandalum. Et quan-

quam temporalis pax magni est diuini beneficii, pace namque minima cre-

scunt, citra quam maxima dilabuntur: at verò interni hominis pax maxime Diuini muneris est. Quam itidem Paulus, in exordio epistolæ precatur. Quam demum interrim dum humana mortalitas labitur, ad exactum assequi non possumus, bello intestino carnis & spiritus nos agente: etiam si arma hostilia forinsecus quiescant. At verò ergastulo carnis deposito, cum filiis Dei, Deo pacis frui donabitur. Nam æterna pace interna, externaque beati fruentur, ut illud, Iugiter in pace in idipsum dormiam & requiescam, plusquam iubilatorijs vocibus canant. ¶ *Non leua-*

bit gens contra gentem gladium, neque exercebuntur ultra ad prælium. ¶ Ridendum est hæreticorum insania, bella in Turcas non esse exercenda delirantium. Qui fortassis suum delirium ex hoc & alijs huiusmodi fouent locis. Quasi verò locus hic de pace, aut non de ineundo bello exteriori ageret, & non potius (ut diximus) de interna pace. Neque enim Esaiæ animus est, sic omnia pacem sub Christo fore, ut bella omnia consopienda & extinguenda prædixerit. Siquidem si bellum spiritus & carnis, (quod primarium est) lex Christi non penitus relaxat, neque sedat, ut Paulus Apostolus ad Romanos. 7. aperto sermone pronunciat, & ad Galatas penultimo: ecquid, si bella externa, quæ sæpe iustissima, & necessaria sunt, non tollat? Sunt namque bella hæc aduersum infideles, iam pro tuendo

religionis Christianæ cultu, iam pro bonorum temporalium defensione iuste gerenda. Vnde & iuste illi carpendi, qui sanctitatem sabbati proprias defendendo vitas sub Machabæis arbitrati sunt violare. Etenim si fideles manus victas infidelibus tradant, conelamatum esset de nobis. Quare ut Augustinus Bonifacio comiti scribens, ait, nihil vereendum est iusta bella aggredi, ut vitam tranquillam degamus. Ut enim sub pace, legum administratio populis Christianis necessaria est, ita ingruentibus bellis, hostibus que ferocientibus, arma quæ illorum immanitatem retundant, capienda sunt. Quod decreto Ioannis Baptistæ firmatur, qui milites à bello non repulit, sed contentos proprijs stipendijs debere esse docuit. Lucæ. 3. Et Paulus Apostolus, Pacem (ait) cum omnibus habete, quantum in vobis est. Morem Christianum nobis indicat, quem obseruare debeamus, omnibus pacem offerre, nihil præstare, vnde pax Christiana turbetur, sed pacis fœdera omnibus offerre, si volent. Quod si iustam pacem non receperint extranei, sed perstiterint legem Domini lædendo, iusto bello læsionem fugare necessarium est, vimque vi repellere, inculpato seruato moderamine, licebit. Hæc pacem multis verbis Dominus monuit. Qui irascitur (inquit) fratri suo, reus erit iudicio, Si quis te percusserit in maxilla vna, obuerte ei alteram, Si quis te angariauerit mille passus, vade cum illo & alia Duo mille, & alia innumera quæ hoc præferunt, euangelicæ literæ te docebunt. Quæ omnia summam perstricta illò tendunt, quò fideles non ex animo inimico & hostili bella gerant, sed quò se, suæque defendant, quando hostium violentia id exegerit. Qui autem truci corde, avara mente omnia turbantes, non religionis gratia, sed pecuniarum affectu, non ut se & sua defendant, sed ut alios & aliena offendant, pugnaces sunt, ij non Christiano more, sed instar

2. Mac. 6.

Lutherus ridetur negans bellandum cō Turcas.

Legitima esse bella.

3. m. 10. om. c. 10. 1. 10. 1. 10.

12
carnificum bella gerunt. Non ergo le-
uabit gens contra gentem gladium, ne-
que exercebuntur ultra ad praelium. Quia
Christianus populus (doctore Christo)
ad bella neminem prouocat, in bella non
se ingerit, sed

pacem inire cum
omnibus amat,
quantum saepe po-
testatis est. At si

prouocatur, si
lacebitur, si la-
ditur, si offendi-
tur, iure natu-
ra (quod & be-

stis commune est) suas propulsare iniu-
rias par est. Quae tanto sunt maiores, &
digniores, de quibus sumatur poena, quan-
to gens Christiana ceteris dignior est gen-
tibus.

*Domus Iacob venite, & ambule-
mus in lumine Dei nostri.* Iudei exci-
tantur ut fidem Iesu Christi suscipiant.

*Proiecasti enim populum tuum domum Iac-
ob: quia repleti sunt ut olim, & augures*

*habuerunt de Philisthim, & pueris alie-
nis adhæserunt.* Refrigit captiuitatem Ba-
bylonicam, quam & superius commina-

tus est, ideo ait, Proiecasti populum tuum
præteritum pro futuro, iuxta ritum scri-
pturae, id est proiecies. Verba hæc geni-

um sensum reddere possunt, aut de re-
pletione bonorum temporalium, aut de
repletione siue abundantia magicarum

artium. Si prior sensus eligatur, incen-
tium Iudeorum ad aggrauandas quo-
tidie culpas voluptuorum, & opum co-
piam esse ostendit. Ut Moses in Deute-

ron. præuidens quantum occasione ho-
rum erat populus ille sordibus inuoluen-
dus, Incrassatus (inquit) est dilectus & im-

pinguatus, & recalcitrauit & in Ezechie
le 16. Hæc fuit iniquitas sororis tuæ Go-
moræ, superbia, saturitas panis, & abun-

dantia. Id quod non solum in libris legi-
mus, sed in nobis ipsis periculum facere
quiuis poterit, quam diuitiarum facultas

voluptasque, denique ocium à legitimo

via æternæ tramite morales omnes sub-
ducat. Vnde neque multis verbis, nec al-
tè repetenda est hæc materia: id quod
suo malo multos experiri constat. Nec
ab re euangelica lectio impossibile in-

quit, esse diui-
tem intrare in
regnum coelorum. Etenim dif-
ficillime à didi-

ti sunt ut Olim,
& augures ha-
buerunt ut Phil-

isthim, & pueris
alienis adhæse-

re. Quod si
opibus pauperem affectum illas calcandi
& abiiciendi, habent quando Dei gloria
& utilitas proximi ad id obeundum vo-

cauerit, hoc potiri grandi munere non
tam est humanæ facultatis, quam diui-

næ gratiæ. Quare & Iacobus difficilli-
mum hoc aduertens esse, largique ne-
gotij ut absolueretur, (ait), Agite nunc di-

uites plorare in miserijs, quæ aduenient
vobis. At verò mihi videbitur germanio-

rem esse sensum secundum, ut sit sermo
de repletionem artium magicarum, quas
Dominus modis omnibus longè prohi-

bendo à populo illo fecit, in Deutero-
no. 18. Non inueniatur in te (dicens) qui
ariolos sciscitetur, & obseruet somnia, at-

que auguria. Et Propheta hic capit. 37.
rursum filios auguraticis Iudeos vocat,

ut à patribus in filios vitium esse dedu-
ctum ab antiquo demonstraret. Etenim

populus ille cum ad idolorum reueren-
tiam admodum procliuus esset, ad ca-
tera, quæ hanc venerationem consequuntur,

ut erant auguria & arioli, eadem
propensione tenebantur. Sensus hic iu-
uatur lectione Septuaginta: quæ sic ha-

bet. Repleta est ut ab initio regio eorum
augurijs: & ipse contextus idem præfer-
t. Nam opum exundantia Paulo in-

fra indicatur. Repleta est terra (inquit)
argento & auro. Quia ergo ut philisthim
seu Palæstini, qui erant vicini Iudaicis re-

gioni-

Orium & fa-
turitas mo-
ribus noxia,

in eorum
regem
de ubi
T. 10

10 amittit
alled

gionibus, ut pote qui idololatram erant, auguria & diuinationes captabant, propterea inquit, Repleti sunt ut olim, habuerunt augures ut Philistim. Hæc inseruit propheta, causam exhibiturus sermonis prioris,

Proiecisti populum tuum, quasi dixisset, eod proiecisse quod repleti sunt augurijs aut magis præstigijs.

¶ *Et pueris alienis adhaferunt.*

Per pueros alienos (ni fallor) alienigenas à vero Dei cultu in-

telligit, nam & septuaginta, non pueros, sed alienigenas verterunt, & sensus est qui prior, Iudæos in ritum gentium abiisse.

¶ *Repleta est terra argento & auro.*^b) Abundantiam fluxorum bonorum, quæ Iudæis, ut legis diuinæ contemptum haberent, occasio, extitit, hic locus insinuat.

¶ *Et non est finis thesaurorum eius.*^c) Hiperbolica est loquutio. ¶ *Et repleta est terra eius equis, & innumerabiles quadrigæ eius.*^d) Equus animal superbi animi, & ferox est. Quadrigæ autem ad suauioremeuectionem inuentæ sunt. Illos ergo de superuacaneis delicijs & diuitijs notat. Est autem in verbis posterioribus hiperbole, ut prioribus ut. 3. Regum. 10. de regina Sabba infinitum aurum Salomoni traditur conuexisse:

& tropica hæc loquutio vsitatissima est inscripturis. ¶ *Et repleta est terra eius idolis.*^e) Iudaica impudentia, meretriciæ quæ frontis audacia hîc notatur. Siquidem tantis à Deo affecti muneribus, Deum largitorem non veriti in prophanos Deos se se dederunt. Cuius sceleris ea est atrocitas, quanta humana ratio expedire non poterit: quod creatura præponatur creatori, & veneratio, latriæque

cultus, qui Deo verò exhibendus est, spiritibus impendatur pessimis, quos proiecit tanquam hostes suos, de summo cælorum vertice, & in tenebras exteriores demersit Deus. Cuius sceleris Paulus epistola ad Romanos. capitulo. 1. magnitudinem demonstrat, gentes quæ eod vitio nefando quod masculis pro feminis abutitur, quodque facinus contra a-

est terra eius idolis^d: opus manuû suarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorû. Et incuruauit se hō, & humiliat⁹ est vir: & ne ergo dimittas eis^e.

se, quod inditam naturæ vim, quæ ad cultum vnius veri Dei homines ducit, spreuerunt: Præter hæc quoque datos esse in reprobum sensum, idest, ut duro & obstinato corde, obcæcataque mente suis sceleribus (Deo finente) adhærent.

¶ *Et incuruauit se homo, & incuruatus est vir, ne ergo dimittas eis.*^f)

Annotauimus supra, ut Augustini ferebat sententia enarrans psalmum. 78. Prophetas non maleuolentiæ voto, sed prophetica denunciatione, mala ventura quibusdam pronuntiare. Ut Iob. 12. attenuetur fame robur eius, & inuadat costas illius. Et in psalmo effunde iram tuam &c. Non optantis est, sed prophetantis. In quem modum Esaias in præsentia loquitur, ne dimittas eis. Non imprecantis est malum Iudæis, sed quid commeruerint, quid ve sua efflagitent facinora prophetice denunciat, ne dimittas eis, idest non dimittes eis. Quæ dimissio non ad culpam referenda est. Homini nanque, si resipiscentia legitima veniam postulauerit, peccata eius à Deo donabuntur, ut scriptura nunquam non clamat. At verò Esaias spiritu dictante Iudæos impœnitentes futu-

lus epistola ad Romanos. capitulo. 1. magnitudinem demonstrat, gentes quæ eod vitio nefando quod masculis pro feminis abutitur, quodque facinus contra a-

ros, nouerat ideoq; longa captiuitate subi-
gendos, quod venturum malum prædi-
cens, inquit, ne dimittas eis, id est non di-
mittes, non laxabis culpam, quia obstina-
ta gerent corda. ¶ *Ingrederere in petram &
abscondere in fossa humo à facie
timoris Domini* & à gloria ma-
iestatis eius.^{a)} Apud Hebræos
infinitiuus est pro futuro, &
Chaldæus para-
phraustes ver-
tit. Ingredien-
tur in rupes, &
abscondent se
in ipsum pulue-
rem, id est, in
cauernas subter-
raneas. Calami
tosam pressurā Iudæorum futurā sub ca-
ptiuitate verba ista subnotant. Homines
enim summis cladibus veluti attoniti di-
uerticula, vt humanum conspectum fu-
giant, sibi quæritant. Quasi dicat, ita
vrgebit vos, tam vehementer ingruet
in vos captiuitas hæc, vt in petrarum
speluncas, in subterranea, abditissima-
que loca, si fortè gladium hostilem e-
uadere possitis, abscondamini. Et Do-
minus simili phrasi ferè in euangelio lo-
quitur. Captiuitatem Romanam Hiero-
solymitis prædicens. Tunc (ait) dicent
montibus, cadite super nos, & collibus
cooperite nos Lucæ. 23. Nisi tibi magis
per ironiam hæc habere arriserit, quasi
propheta irrisoriè dixerit. Cum irruerit in
vos Babylonica tempestas, si specuum
latibula, si abdita loca ab ira & vindi-
cta Dei vos protegent? Quasi dixerit,
neutiquam. Dei enim scientiam & vin-
dictam neque maris abyssi profundissi-
mæ latere possunt. Per gloriam autem
maiestatis Domini, faciemque timo-
ris eius potentissimos hostes, siue Chal-

dæos, siue (quos postremos habue-
runt) Romanos intelligit. ¶ *Oculi su-
blimes hominis humiliati sunt.* b) Physio-
gnomi, qui habitum corporis & mem-
brorum considerant, quale sit animæ

Physiognomi ex oculis maxime dijudicant.

ingenium, ex oculis maxime coniectant, quibus præcipue habere sedem animam putat: est enim omnium sensuum potissimus. Ecclesiasticus liber fornicationem mulieris in ex- tollentia oculorum habendam tradidit capitulo. 26. Quare per oculos sub-
limes, mentem elatam & fastu turgentem Iudæorum intelligit. Quorum fastus & tumor ab hostibus depresso sunt. ¶ *Exaltabitur, autem Dominus. solus in die illa.* c) Etenim cum populum illum manibus hostilibus tradidit Deus, iniurias sibi à populo illatas ultus est: quam ultionem exaltationem vocat Propheta. Etenim vt offensa lædit diuinam autoritatem, ita ultio exaltat. Solus ergo Deus exaltabitur die illa: quippe solus ipse Deus in die captiuitatis ultus est idololatriam de cæterisque sceleribus pœnas cepit. Vt & in die iudicij, solus quoque exaltabitur: quia de inimicis suis æternam capiet vindictam. ¶ *Quia dies Domini exercituum super omnem superbum.* d) Differit quod de oculis sublimibus dixerat, per oculos sublimes, superbos & excelsos, sibi que arrogantes intelligens aduersum quos erit dies iam prædictus. Obserua autem diem ulticem illum, prophetam diem Domini vocasse: cæteros nanque dies hominibus donat, quibus sui iuris sunt, vel

ad

Phrasis Hebræa.

ad offensam vel ad cultum Dei. Diem verò ultionis sibi capit Deus, qui per Mosem dixit. Cum accepero tempus, iustitias iudicabo, & per Paulum prior ad Corinthios capitulo. 3. Vniuscuiusque opus manifestum erit: dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur. Et sæpe alias hanc scripturæ phrasim aduertere poteris. ¶ *Et super omnes cedros Libani sublimis & erectas.*^{a)} Libanus Syriæ mons

altissimus est, authore Ptolomæo libro. 5. de Syria, candidus, vel thus, vocis est interpretatio, thuris nanque inibi copia est. Iordanis fluuius in parte huius montis, quæ Antilibanus nuncupatur scaturigines suas iecit. Basa, terra olim gigantum erat Deuteronomio. 3. Og, Rege potita est, in distributione terræ promissæ celsit dimidiæ tribui Manassæ, confusionem & ignominiam interpretantur Basa significare. Tharsis, Hieronymus ad Marcellam vocabulum putat homonymum, & lapidem significare, aut Chrysolitum, aut Hyacinthum, & mare itidem translatici. Mare enim colore cæruleo suo Chrysolitum refert, & Indicam regionem, in quam Salomonica naues appulerunt. Thæodoretus, Ionam denarrans credit Tharsim, esse Carthaginem quæ æmula fuit Romani imperij, quæ non longè sita est, à Tuneto Africana ciuitate, quæ Tunez modo Hispanis est. Alij in Ciliciam significandam referunt Tharsis vocem, aut illius prouinciæ urbem Tharsim putant dictam. Th. in. t. vertentes urbem metropolim prouinciæ Ciliciæ Tarsim vocantes. Vnde & Paulus Tarsensis no-

men traxit. In quam quoque regionem classes Salomonica cum classe Hyram Regis Tyrij gratia deferendarum opum se conferebant. 3. Regum. 10. Fuit autem Tharsis primum nomen filij Ia-

uam Genes. 10.

les eleuatos. Et super omnem turrim excelsam, & super omnem murum munitum. Et super omnes naues Tharsis, & super omne quod visu pulchrum est.

Contemplationem vocem istam Tharsis esse vertunt. Sunt vero ex nostratibus, qui Indicam regionem peragrarunt insulam, quam Hispani vocant Española, Tharsim fuisse asserentes. Quam

liber. 3. Regum indicat, insulam auri feram ad Occidentem sitam in Oceano. Liqueat iam Propheticus sensus, principes Iudæorum, & nobilissimos quoque atque ditissimos ab hostibus immanissimis fore prosternendos, vt. 4. Regum de Ioachim patre & de Ioachim filio & de Sedechia testatur. Patre nanque & filio captiuitate abductis Sedechia quoque oculi eruti sunt: vt vel sic, renitentia culpam aduersus Nabuchodonosor repurgaret. Præter hæc & commercij omnibus, siue naualibus cum insulanis, siue terrenis cum cæteris gentibus, captiuitas tempore longo finem imposuit. ¶ *Et super omne quod visu pulchrum est.*^{b)} Multa pulcherrima Iudæica obtinebat regio, sed nihil templo, (quod Salomon diuina construxerat arte) pulchrius aut elegantius. Quod quidem hostiles flammæ in fauillam redegerunt. Et quod pulchrum vocetur, scriptura indicat. 1. Machabæorum. 2. Matathias ab Antiocho idem templum contaminatum in hæc verba deflet. Ecce sancta nostra, pulchritudo nostra & claritas nostra desolata est: & conquinauerunt eam gentes.

Tharsis variam habet significacionem.

¶ *Et incuruabitur.*^{a)} Prophetica est cōsuetudo repetitione vti. ¶ *Et idola penitus cōterentur.*^{b)} Babylonij enim ciuitatis compotes idola Iudaica subuerterunt. ¶ *Et introibunt.*^{c)} Repetit quod dixerat. ¶ *In die illa proijcet homo idola.*^{d)} Quæ enim spontaneè

(Deo per Prophetas monente) idest idola respicere non præstiterunt, coacti armorū viscerant. ¶ *Talpas.*^{e)} Hoc animal auctore Aristotele oculorum loculamenta & visus vestigia, & vmbra habet, visu tamen orbat. ¶ *Et vespertilio.*^{f)} Vespertilio de numero insectorum est: ad solis absentiam visus potitur, quo præsentem visum desiderat. Colebant igitur talpas, & vespertilioes, Dauidi-

cumque carmen, Smiles illis fiant, qui faciunt ea, & homines qui confidunt in eis, Iudæi illi opere cōplebant. Illos em talpas & vespertilioes, non ineptè quispiam vocabit. Iudæis nanque visus vestigia & loculamenta & vmbra erant, qui lege Domini fruebantur. At visum sibi luminis diuino rebelles negauerunt, absentemque iustitiæ solem Christum spectabant, absentisque fidem caeremonijs suis protestabantur, præsentem verò lucem Christum miraculis, & verbis, opere, & sermone potentem credere contempserunt. Expende quò se humanum ingenium,

(nisi Diuina opera subueniat) præcipitat, vt talpas argenteas vel aureas sibi, neglecto Deo vt veneretur, condant. Minutulaque animalcula Deo maximo præferat, vt & Paulus quoque meminit ad

Romanos. 1.

gēti sui, & simulachra auri sui, quæ fecerat sibi vt adoraret, talpas & vespertilioes.^{h)} Et ingreditur scissuras petrarum,ⁱ⁾ & in cauernas saxorum à facie formidinis Domini, & à gloria maiestatis eius, cū surrexerit percutere terram.^{k)} Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus eius est quia excelsus reputatus est ipse.^{l)}

Varia est. Diuersa nanque puncta Hebræorum Characteribus appuncta, variam reddunt orationis huius (in quo reputatus est) lectionem. Nam Bame, Hebræis, in quo significat, Bama, verò, excelsum. In plurali, Bamot, excelsa, frequens in libris regum capitur pro celsitudine montium, vel pro cumulis lapidum super quibus idola colebantur. Iam ergo Septuaginta, In quo reputatus est legunt, & noua translatio, In quo enim is reputatur. Nostra verò excelsum translulit: & Hebraicus codex, bame habet. Quidam verò & bame, & bama, idem significa-

¶ *Et ingreditur in scissuras petrarum.*^{g)} Vanam Iudæorum opinionem retundit, qui iram Domini se posse euadere, in petrarum scissuris, siue latibulis penitissimis putant.

Quod. 1. Machabæorum capitulo. 2. deuastante Antiocho Hebræos fugientes fecisse legimus.

¶ *Quiescite enim ab homine, cuius spiritus in naribus eius est.*^{h)}

Vel vt Septuaginta cuius respiratio in naribus eius est. Le-

ctio huius loci

Talpa & vespertilio.

significare volunt. Linguatarijs relin-
quatur disputatio. Hieronymus in hu-
ius commentarij fine, ex Origenis placi-
to, hunc locum in Christum refert. Qui
quanquam in carne agens spirans vt ho-
mo, & vitali aura fruens vt homo, timen-
dus tamen vt Deus erat. Quod si sermo
ageretur de captiuitate Romana sub Tito
& Vespasiano, quæ propter necem Do-
mini Iudæos deleuit, aptus vtiq; sensus es-
set. Quasi dixerit, Christum, cuius spiratio
in naribus est, vt cæteris hominibus,
cauete ne lædatis, nam lētionem eius Ro-
mani Imperatores vliscuntur: est enim
excelsus reputatus ipse, quia Deus verus
est. Ego tamen nō de captiuitate hac po-
strema, sed de Babylonica Esaiam hacte-
nus interpretatus sum. Etenim idola ori-
ginē ruinæ Iudaicæ præstitisse perspicue
Esaias docet. At sub Christo Hēbraicam
gentem idola coluisse nō lego: vt illo-
rum cultus vniuersali deuastationi cau-
sam dedisset. Imō potius Christi iniurias

Romanæ calamitatis causam esse credide-
rim, etiam si Diuus Thomas & interlinea-
lis glossa de vtraque captiuitate promi-
scuum habeant sermonem, Paulo Burgen-
si & Hieronymo de postrema intelligen-
tibus. Iam sensum aperiamus. Si Septua-
ginta lectionem amplectimur, monet E-
saïas Iudæos verbis finalibus vt Nabuch-
donosor timere desinant, quasi dixerit.
Cum Babylonijs ille Imperator hostiles
in vos duxerit copias, vim eius & poten-
tiam timebitis maximè. Vobis igitur iam
in futurum consulite, si tantum timorem
declinare placet: quiescite ab homine,
id est timorem humanum finite. Quippe
homo ita fragilem habet vitam, vt nari-
bus obturatis, cessante vitali flatu, pereat.
Si tam promptam mortem habet, in quo
æstimandus, siue quanti putandus est? Vti-
que nihili. Resipiscite igitur, & Deū time-
te, qui immortalis est, & ab auris nostris
vitā nō habet pēdentē: hūc (vt oportet) de-
mū colite, & aduersarios nō expauescetis.

Egregia ex-
po.39. 21. 10. 11.
11. 10. 11. 11.
11. 10. 11. 11.

DE SENSIBVS TRO-

pologicis in caput secun-
dum appendix.

TROPOLOGICA declama. prima, De fide, & operibus, cuius prothema
est, Et dicet venite. &c. Esaiæ capit. 2.



CUM locum Propheticum
agebamus, Et dicent veni-
te, inter hæc duo discreui-
mus, venire ad montem
Christum, & eundem mon-
tem conscendere. Venire enim fidei est;
conscendere autem charitatis. Subinde
que hæreticos de hac re suggilaui-
mus, qui fidem cum charitate peruerunt, fidei
que iustificationem tribuunt, illamq; solā
vitæ æternæ assequendæ aiunt sufficere. Vnde
& opera damnant, vt vitæ Christianæ
nō necessaria: vt ex artic. 4. & 5. in Rol-

sense legere poteris. Quo loco nec contri-
tioni fidendum esse, neq; quibullibet alijs
sed fidei duntaxat habendam esse ratio-
nē, vt poenitēs à culpa resurgat, ait Luth-
erus. Paulumq; citat ad Rom. 4. Quo loco
fidem extollens iustificasse Abrahā & nō
opera in sermonis prætextu, nisi cautius
intelligatur, præsefert. At verò vt sine tur-
bacitationum vltro citroq; rem hanc com-
pendio absoluamus. Opera, quæ dā sunt,
quæ ratio nativa dicat, vt elemosynam
pauperi porrigere: alia verò sunt, quæ
lex antiqua ferebat, vt circumcisio, pe-
cudum

Lutheri poe-
nit. reijcit.Circumcisio
non
est necessaria

cudum immolatio, alia verò quæ lex gratia faciendi iubet, vt sacramentorum suscepcio, fidei professio, inimicorum dilectio. Quæ quidem vniuersa si per se singula sumatur, vt si moralia, quæ primo loco diximus, solitaria capias, iustificationem à peccato non donabunt. Pluraque enim multa, (& heroica quidem illa putantur) quæ in historijs principū & philosophorum legimus, siue fortitudinis, siue temperantiae siue iustitiæ exempla quæras. Quæ quidem hic non recenseo, vt de Curtio qui se oraculo admonitus pro salute patriæ præcipitem dedit, De Mutio Scæuola, qui flammis eiusdem rei gratia manum præbuit, & de Lucretia, quæ fouedi pudoris amore, violationis Tarquiniæ vlticem sui ipsius se præstitit. Tamen si hæc opera, quæ ad fastidium vsq; à gentium historiographis commendantur fides Christiana esse ducit. Quamquam quis non laudis esse duxerit, quod Plinius memoratur, matrem carceribus detentam, & decreto iudicum alimonijs priuatam propriæ filia vberibus pastam atq; incolumen seruata fuisse? Sed quia aliorum tendit oratio in his recensendis horas terere non oportet. Hæc igitur, & si magnifica celebrètur opera, iustificare operantes nō potuerūt. Rursum & opera illa cæremonialia, quæ se cundo digesta sunt loco, illa sanè iustificationem hominis arrōgare sibi non possunt. Si enim data esset lex, quæ iustificare posset, Christus gratis mortuus est. At circumcisioni iustificatio conceditur Theologorum calculo, quæ erat professio fidei Christi venturi. Quæ fides cum in Abraham primo nituerit, signaculum iustitiæ, & fidei quæ in Abraham extiteret, circumcisionem vocat Paulus ad Rom. 4. Etenim circumcisio pro genitorem Abraham fidelē fuisse & iustum testata est id quod & in posteris similiter testabatur. Cæterum Theologos magni nominis non me latet circumcisionem adeo magnificasse, vt illi vim iustificandi intrepide tribuerint. Ego vero pace illorum dixerim circumcisionem id

temporis iustificasse credo, verum iustificatoriā vim professioni fidei, quæ illi erat coniuncta, libentius tribuerim. Nam aperto oraculo Paulus hoc sonat. Quærit enim de iustitia Abraham: quomodo ergo ait reputata est? in circumcisione an in præputio? non in circumcisione, sed in præputio. Igitur sub præputio fuit Abraham iustificatus, ante circumcisionem. Et Diuus Aug. in expositione Epistolæ ad Galatas capitul. 3. disertè docet Abraham iustificatum etiam ante sacramentum circumcisionis, hocq; maximè in Abraham victoriosum fuisse testatur. Quippe cui antequam circumcideretur deputata est fides eius ad iustitiam. Et Tho. 3. par. quæst. 62. articul. 6. circumcisioni tribuit iustificandi gratiam nō ex vi eius (quod vocat ex opere operato) at solum in quātum erat fidei signum. Et denarrans eundem locum super Paulum ait Abraham non per circumcisionem fuisse iustificatū. Alioquin Paulus Apostolus legem viuificare non negasset, vt ad Galat. capitul. 3. planè inficiatur. Ait enim, si enim data esset lex quæ posset viuificare, vere ex lege esset iustitia: id quod planè diffitetur ad Galat. 2. Si per legem esset iustitia (inquit) Christus gratis mortuus est. Per iustitiam autem in scriptura aut emundationem & abstersionem cōmunē, aut consummatissimam à culpa & omnibus appendicijs eius, quæ sunt poenæ commērita, subaudire possumus. Igitur si abstersio ab originali culpa paruulorum, & ab originali & actuali adultorum circumcisioni vt causæ effectrici concederetur, utique lex illa viuificabat atque iustificabat. Abstersio namque illa & viuificatio est, atque iustificatio. Nec esset, cur tam infirma & egena sacramenta illa Paulus traderet, quia quam absolutissimam iustificationē, quæ beati gaudent, illis non concedatur, verum magnæ potentia est animam sordibus peccatorum inuolutam abstergere: id quod de circumcisione ferunt. Paulique (nisi fallor) institutum quando de iustifica-

Circuncisio
non iustifi-
cabat ex se,

Heroica ge-
tium opera
sine fide ina-
nia.

Circuncisio
an iustifica-
bat patres.

iustificatione meminit, id est, de donatione peccatorum, (quæ est prior iustificatio) non erat circumcisioni aut legis illius reliquis operibus illam acceptam ferre, sed fidei professioni. Abscisio quippe pelliculæ illius quæ præputium est, quam Deus præscindendam Genesi. 17. iusserat non ea vi mundandi mentem ab operibus mortuis pollebat. At neq; Abraham fidei pater illa emundatione circumcisionis opera positus est. Et em̄ circumcisio Abraham non ad diuinam in eundam amicitiam celebrata in carne Patriarchæ extitit: imo vt initæ amicitia Dei erga Abraham protestatorium (vt ita dixerim) signaculum fuisset: vt ex Paulo dudum indicabatur. Iam vero si circumcisio quæ lege illa antiquior erat (circumcisio namq; non est ex Mose Ioanne tradente) sed ex patribus: & longo ævo posteris Abraham iussu familiaris erat prius quàm lex per Moysen exhiberet ergo Abraham non mundauit circumcisio, aut alia legitima quæ id tēporis nō extabant. Quid ergo ex tēporis progressu, aut ex legislatione, vim absterforiā, circumcisio sibi conciliauit? Non puto. Atqui consequium esset, non esse idem sacramentum quod Abraham in carne sua, siggillauit circumcissionis, & quod successoribus imprimebatur, si istorum circumcisio emundabat animos ab originali culpa, & illius circumcisio hac vi orbata erat. Non me latet continuo mihi respōsurum lectorem, cui hoc non arriserit, circumcissionem non ex lege, non ex temporum de cursu, vim hanc sibi contraxisse, imo à primæna institutione illo munere insignitam extitisse, atqui Abraham non iustificasse. Quippe quiam culpis absterfis diuina gratia potiebatur eaque Deo gratus erat: ideoq; circumcissionis iustificandi operatio in patriarcha illo locum non habuit, quem in cæteris fortita est. Ego vero diuersum habeo, eò Deum Abraham iustificasse ante circumcissionis exercitationem, quò circumcissionem hac vi iustificatoria vacare Deus nobis palam faceret. Et quantum coniecto,

eneruem hæc nostri argumenti diuersio Pauli sermonem reddidit ad Rom. 4. Paulus enim omnibus neruis (vt ita dixerim) intentis opera legis non iustificasse persuadere adnititur. Id quod colligit testimonio scripturæ tum allato. Credidit Abraham Deo & reputatum est illi ad iustitiam. Hoc volens existis habere verbis Abraham non per circumcissionem cuius in corpore suo diuino obtemperas iussui periculum fecit, iustificatum fuisse, sed per Dei gratiam, & fidem, circumcissionem præuenientes. Iam vero si circumcisio animæ viuificatrix extitit quantum roboris habeat quāq; vegetus sit Pauli sermo, nō video. Promptum namq; est vt illi respōdeatur, si circumcisio Abraham non mūdauit à culpa, ab hac tamen posteritatem abster sit. Rursum dicet aliquis: si Abraham ex circumcissione non iustificabatur non quia in firma erat circumcisio vt hoc Abraham donaret. Namq; diuina dote sibi adeo concessa poterat sanè iustificantem gratiam Abraham præstare, nisi iustificationis gratia donatus Abraham circumcissionis gratiam anticipasset. Atqui si circumcisio non tanta fulsit prærogatiua, quanta est iustificandi vis, Paulinus sermo vegetior lōge reddit, atq; neruosiior, qui exēplo Abraham legis opera vniuersa infirma sanctificandis hominibus tradit. Quasi colligeret si lex posteritatem Abraham iustificat, & mūdatur, tantoq; munere functa esse Iudæi cōtēditis, utiq; huius muneris participio primus pater vester Abraham nō orbaretur. At vero si ille legis opera, nō est iustificatus, quid tumetis legē putātes iustificationi esse necessariā? si ille sine legis adminiculo, mūdatur, & abstergitur, Deoq; amicissimus reddit, ergo & gentes circumcissione vestra, aut alijs legis vestrae obseruatijs, vt Deo charæ efficiatur, opus non habent. Imo & vobis Dei reconciliatio obtigere, vt & patri vestro obtigit citra legis subsidia poterit. Hæc aut affue rat Paulus vt hinc legitimū gradū faciens, Christi aduentū necessarium fuisse iustificandis hominibus collectū iri persuadeat, ideoq;

Colligit circumcissionem non iustificasse ex sc.

Notio Dei

ideoq; miro conatu Paulus legem veterem orbat iustificationis gratia. Iam ergo dicet aliquis si non per opera legis, neque per circūcisionē, (quæ ianua legis sub Hebraismo erat) iustificatur Abraham neq; Iudæi, neq; gentes, sed neq; per alia opera exteriora quæ nostro arbitrio familiaria sunt. Superest vt iustificationis quæ ramus originem, si in operibus non hæc origo quærenda venit. Quò ergo nos vt ilam inueniamus conferre oportebit? Et si quidem in exterioribus, illa non est exquirenda petamus hominem interiorem, fortassis nobis viam certam in iustificationē ducentem parabit. Esse enim regnū Dei intra nos in homine videlicet interno Dominus ait Luc. 7. Paulus etiā regnū Dei cōmemorat non esse escam neq; potum, sed iustitiam & pacem & gaudium in Spiritu sancto, & sibi cōcinit ad Hebræ. 13. optimum est ait gratia stabilire cor, non escis, quæ nihil profuerunt ambulātibus in eis. Per quæ verba Paulus externis omnibus post habitis, quippè quæ non profunt nisi à corde puro proficiantur, ad interna rimāda nos mittit. Nāq; homo interior qui ipsa mens hominis est, purgāndus est à culpis in primis, vt à fonte puro, riuuli exterarum actionum mundi scaturiant. At præter hæc purgatio mentis, huius interni hominis viribus impar est. Etenim qui se cruētare culpis potest, purgare se se non potērit. Vt verbi causa qui stomachum cibis nimis ingurgitat, si ægrotauerit sui arbitrij est: at se à morbo grauissimo in quē forte gula illum demersit utiq; nisi medici opera præsto sit, leuare non poterit, & qui mortem sibi consciuit mortis damna refarcire nequibit: simili quoq; modo de nostro arbitrio censendum esse arbitror. Igitur vt animus, purgatus à suis inquinamentis euadat, Deus à quo purgatio proficitur amandus est, neque amari poterit nisi menti diuinitas innotescat. At vero diuinitatis notio altera est naturalis, alia est naturæ prouinciam magnopere superans. Prioris est illud Pauli intelligen-

dum inuisibilia enim Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, postea Ad Rom. 1. prioris autem eiusdem ad Hebræos extat testimonium: sine fide impossibile est placere Deo. Etenim prior diuinitatis notio Philosophis ad salutem captandam sufficit minimè, in quos inuehitur Paulus ad Roman. 1. Qui cum Deum cognouissent non sicut Deum honorificauerunt: sed euauerunt in cogitationibus suis. Quidquod ad manum non erat notio hæc cuius; quippe quæ multo studio & sudore Philosophis contingit, ideoque rarissima fuit. Et eodem accedat notionem hanc non de omnibus erudire hominem: vt idoneus fiat qui eternò beēt, Cui rei adipiscendæ, posterior (quæ est supernaturalis Dei notitia) abunde erudit hominem, ad vitam scilicet illā foelicissimā assequendam. Vt enim vita illa beatissima omnes humanas vires & Angelicas superat operæpretium est vt eiusdem foelicitatis notio sit quoque toti creaturæ naturæ impar, naturæ ve facultatem excedens. Philosophi autem Deum nouerunt vt principem vniuersæ naturæ hanc notionem multis delirijs immiscentes, non tamen illò suarum metium aciem direxerūt, quo Deus humanum genus sic promouere decreuerit, vt consors diuinæ naturæ in cœlesti regno esset. Vt beatus Petrus. 2. Episto. capitulo. 1. Maxima (ait) & pretiosa promissa nobis donauit, vt per hæc efficiamini naturæ diuinæ consortes, & catholica. 1. capitu. 1. Hæc inuestigare, quæ beatitudinis æternæ consequendæ homini conferunt, non esse Philosophorum prouinciam, sed diuini spiritus reuelationem per apponenda verba facile docebit. Cum sermonem enim texeret Petrus de salute per Christum in nobis comparata, de qua ait salutē exquisierūt, & scrutari sunt Prophetæ, qui de futura in vobis gratia Prophetauerunt. Quasi euidētius dixisset salus hæc æterna, qua per Christi sanguinem potimini, ò fideles nō est de Philosophica Platonis, aut Aristote. farragine, non ex syllogismo-

Quæ diuinæ
tatis notio
saluti sit
suficiens.

De hac re
culētius
dissero. 1. scē
tētia. q. præ
curso. & di
stin. 1.

Ad Ro. 14.
Ad Heb. 13

Notio Dei
gemina.

rum subtilitate aut demonstrationum energia parata est, sed potius ex Spiritus sancti magisterio Prophetæ edocti in humanā notitiā diuina hæc mysteria transfuderunt. Vnde & illud beatus homo quē tu erudieris Domine & de lege tua docueris eum & quod Salomon dixit: & si fuerit consumatus inter filios hominum si ab eo abfuerit sapiētia tua Domine in nihilum reputabitur. Satis huic aptantur proposito & sexcenta alia quæ idē sapiūt. Cōsummatissimos igitur fac esse Philosophos, si hos Spiritus Dei non afflauit nihili duci.

Ad Rom. 1. 10. Quia putantes, se esse sapientes stulti facti sunt: & obscuratum est insipiens cor eorum, quia cum Deum cognouissent nō sicut Deum bonorificauerunt. Cognoscēdus ergo Deus per fidem quæ est diuinitatis notio supernaturalis, ideoq; fidē tantī Paulus pendit. Etenim fides est primus ad iustificandum gradus. Vt enim quis Deum colet Deum amabit vitæ capeſſendæ æternæ inhæbit, nisi ductante & dirigente fide hac? Idcirco ait arbitramur hominem iustificari per fidē sine operibus legis. Et Christum celebrans insigniter quem proposuit propitiatorem (ait) per fidem in sanguine eius. Iustificati, gratis rursum (ait) per fidem, non ex vobis: & id genus pleraq; alia extant. Etenim fides hæc cum sit super naturalis (quippe quæ principis huius seculi latuit) nō solū ab hominibus nescita sed & à dæmonibus est ignorata. Vtiq; rectē Paulus fidem non ex nobis sed dei donū esse scripsit. Atqui fides (quæ primum ad iustificationem gradum esse diximus) non est tota iustificatio. Etenim fidei munus est viam patefacere homini interiori ex qua iustitiam sibi quærat: non tamē ipsam donat sola. Illa docet quæ agēda, nōscit quæ vitanda, quæ amplectenda, utq; Deum nobis propitiū reddamus ostēdit. At si ad vltiora nostre progressio mētis cessat, hæc quid conferent? Illud sanē quod ægroto, qui vires contra morbum medicamentorū callēt, quibus tamē non vtitur, nū hæc medicamentorum scientia illi

conducat? fides allicit mentē, animū excitat, ut Christū amet. Homo qui est in hac re sui iuris, qui potest & calcaria quæ fides adiicit admittere, & respuere, si respuat, ut iustificabitur? Si diuinitatis notitia nos necessario ageret, ut & bruta visis sibi cōducentibus aut noxijs naturæ impetu non libertatis ducatu feruntur, fidem persuaderē mihi solam iustificare hominē: & hoc credere nō magni negocij rem esse ducere. At vero homo liberi est arbitrij vertit se quoquolibet, & ut libet. Vt ergo fides (quæ nos cogere nequit) nos sola iustificet videre non possum. Et Lutherus, qui in hūc scopulū impēgit, & ab hoc eodē scopulo in profundissimā aquarū demersus est voraginē, liberū arbitriū fidei oblatrās esse rē titulo tenus astruxit esse. Sed clarissima est fides imo & Philosophica veritas hominē libero suæ voluntatis iure, uti & ad diuina, sanē & ad humana peragenda. Quare & fidem solam non iustificare per spicuū est: ut neq; prudētia sola, nisi virtutū moralium cōſtipata ſodalitio hominem ethicū, aut moraliter bonū non præstabit. Cæterū sermo hic de fide exactus nō euadet nisi ex prioribus vnū vel alterū acceſſerit: id quod veluti numeris suis omnibus rē istā absoluet, quale est si apertā puerorum seu infantū iustificationē fecerimus. Etenim hæſitabit neq; temerē quispiā paruuli ut iustificātur? Et verē quidē cū in sacro fonte baptismatis renascitur iustificātur, à primitiuaq; originis macula ut à ſorde quadā ablūuntur. At paruuli nullo opere fulgent nulla actione se præueniunt ut gratia hac donentur: sed vna est fides, quæ illis auxilio est. Id ergo fides sola iustificat, si nō alios, certē paruulos. At vero re hac diligentius explorata utiq; neq; hoc damus: etenim per solam fidē infantes non iustificātur. Fides nanque hæc non est infantis, quia caret ante peccati emūdationem, sed Ecclesiæ fides illis ex vſu est, ut purgationem ab originis culpa nanciscantur. At vero Ecclesiæ fides si sola eſſet, nulli paruulis eſſet profectui nisi per sacramentum fidei,

Lutherus de
ſpuitur lege
dilu. ad. c. 1.

ſed clarif
ſima eſt fides imo &
Philosophica veritas
hominē libero suæ voluntatis iure, uti &
ad diuina, sanē & ad humana peragenda.

Bella colla-
tio prudētiæ
ad fidem.

fidei, quod est baptismus,) illos ablueret. Aliud est nanq; fides aliud fidei sacramentum, quod sane est fidei sacra professio. Per fidem ergo Ecclesiæ nisi hæc iuuaretur baptismo paruulis collato, paruuli in Dei amicitia non reconciliaretur. Decreto nanque Euangelico instituti hoc fateri cogimur. Qui crediderit (ait) & baptizatus fuerit saluabitur, non quod paruulus credat: sed Ecclesia illi fidem suam cõmunicat: quia defectum credendi, qui paruulo necessario adest antequam proluatur, ipsa coram Deo per suam fidem sufficit. Et æqua est diuinæ sapientiæ ordinatio. Vt enim paruuli per alium læsi sunt non per seipso (quippe vitio generationi, & propagini, non proprio arbitrio vertendum est, quod labe sunt infecti) ita quoq; & per fidem alienam, non per suam, regenerationis lauacrum ingressi labem omnem culpæ à se decutiunt. Nanq; si generatio carnalis inficere valuit, & regeneratio spiritualis reficere valuit, & regeneratio spiritualis reficere abluendo poterit: vt vbi abundauit delictum superabundet Dei gratia ad Roma. 5. Sacramentum autem hoc fidei non solum fide infantulos imbuit, imo & charitate, spe, cæterisq; ornat diuinis muneribus: vt quod primus Adam de terra terrenus in puero inquinauit, idem nouissimus Adam de cœlo cœlestis abstergat. Vnde iam aduertere poteris infantulos nō sola fide, sed & per charitatem Dei per cæterasque cœlestes dotes spirituali vita reuiuiscere. Neq; est (vt hoc quoque adiecerim) cur Lutherus cum affeclis suis sibi inani ex Paulinis verbis ouet triumpho: quippe Paulus repetito sermone per fidem, fide ve, aut ex fide, hominem coram Deo iustificari decernit. Quasi verò. 4. Reg. 5. per Naaman Syrum Deum salutem Syriæ concessisse non legamus. At num solus ille Syrus illa est operatus suorum salutem? Non arbitror. Etenim salus hæc (vt insinuat) ab hostibus erat defensio, cui defensionis, ipse cum cæteris Syriæ militibus operam dedit. Cæterum Naaman quia principatum

gerebat, eiusq; ducatu milites bella aduersum hostes fecerunt, & victoriam reportauerunt, in Naaman, vt in ducem, salus Syriæ refertur. Quale est illud quoque quod de sapientia effertur diuina. Per me (inquit) Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Num Dei sapietia sola reges in regni thronum prouehit? Nū ipsa leges decernit sola? imo homines illi sunt cooperarij & in promouendis Regibus & alijs primatibus homines diuinæ sapientiæ sunt ministerio. Quare Pau. prior. ad Corinth. capit. 2. Dei (ait) adiutores sumus. Et præter hæc vt ad naturalia diuertamus sermonem, quis Philosophorum ex semine vniuersa progigni diffitebitur? Et quid si diffiteantur? mea nihil interest, quando sensus ipse veritati attestabitur. Sed age: num semen solum vniuersa procreat. Non utiq;. Etenim nisi terræ mandaueris sulcis, nisi cœlesti perfudatur irriguo, nisi deniq; agricolæ cultura foueatur, ipsum solum manebit, Dño dicente nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solū manet. Quam ergo Paul. illo sermone sæpè vtatur per fidem hominem iustificari, non hoc intellectū voluit, solam fidem sat esse huic muneri obeundo, sed primum gradum in ipsa stabiliendum decreuit illi, qui à culpa in gratiā se se transferre volent. Est fides ergo iustificationis initium, non tota iustificatio. Vt & semen est viuientium, seu animalium, seu plantarum, vitæ principium. Imo etiam semen est ipsa viuentia potestate, vt ouum pullus. At semen actu non viuit: fides quoq; sola non est animæ vita, sed est vitæ spiritualis principium. Ideo Paulus docet per fidem iustificari, aut fide hominem purificari, vt Petrus in gestis Apostolicis fide purificans corda eorum meminit. At si quas poscit comites habeat, vt charitatem, reliquasq; consequias virtutes tunc viuit ipsa fides, & homo viuit per ipsam: vt verum sit illud Propheticum. Iustus ex fide viuit. Si ergo fides per dilectionem operetur, actu vitalis est: at

Mar. 16.

Fides Ecclesiæ cur infantibus adminiculat.

1. Ad Cor. 15.

4. Reg. 5.

Prouerb. 8.

Ioann. 1. 12.

Fides primus ad iusti. gradus.

Ad Rom. 4.
Ad Rom. 5.
Act. 15.Aba. 2.
Ad He. 10.
Ad Gala. 5.

est: at si sodalitus charitatis orbetur, potestate equidem viuit, vt philosophica phra-
 si noster sermo pateſcat quæ tamen fidei
 potestas Dei munere refipiscientiam do-
 nantis, ad vitales functiones promouetur
 Quam ob rem fides sola non sat est ad di-
 gnam pœnitentiam. Nam Lutherus pu-
 tat præstabiliorem esse fidem pœniten-
 ti quam contritio sit & iustificari potius pœ-
 nitentia quia credit sacramento pœnitentiæ
 iustificari, quam peccatorum dolore. At
 ecclesia catholica suos alumnos non hoc
 veneno potat. Quæ certa est quamlibet
 homo credat se iustificari sacramento nisi
 pœniteat mentemque mutet, non iustifi-
 cari. Non hæc fides Lutheri est quam Pau-
 lus magnificat. Fides nanq; cuius tanta ra-
 tio apud Paulum est, est fides neq; trāsuer-
 sum vnguem fallax, Sed veracissima: at cre-
 dere seipsum esse iustificatum per pœni-
 tentiam est fugacis veritatis, quia sepiſsi-
 mē qui hoc de semetipſo putat fallitur. Sa-
 nē Phariseus ille se sanctum credebat: con-
 tra vero Publicanus, at nūquid verē cēsebat
 Phariseus se iustum esse? vtiq; non verē: si
 mihi non credis Lucam obserua capit. 18.
 dicentē, amen dico vobis descendit hic ius-
 tificatus in domum suam ab illo. Porro
 autem qui ex pœnitentiæ sacramento di-
 uinam amicitiam inire laborat, credere o-
 pus habet sacramētū vim purgandi, & rela-
 xādi peccata habere: quā quidē præsto est
 homini impendere, nisi per illum steterit,
 quo minus tantō sacramēto potiatur. Hæc
 est enim Iesu Christi constans fides, sacra-
 menta ex sua operatione gratiam Dei be-
 ne affectis, & dignē paratis elargiri. At
 quis se demum dignē parasse nouit? Latet
 hoc fideles, vt & latet se odio aut amorē
 esse dignos. Et si simplex fuero. (aiebat il-
 le) hoc ipsum ignorabit anima mea. Et
 Paulus iustificationē suā cōfiteri non au-
 det at trepidus sibi non esse consciū af-
 firmat. Quare istud insolentiæ est non fi-
 dei, si homo certo teneat se iustum esse.
 Vniuersis enim hominibus abdita sunt
 hæc, si legitima est mentis ad sacramenta

præparatio. Solus illē qui scrutatur & re-
 nes & corda istud in numerato habet: con-
 iectura tamen humana illud vtcunq; as-
 sequi liberum esse fidelibus mihi videor.
 At quod certa fide illud teneamus delusio
 est hæretica, non catholica assertio. Nam
 si pœnitentia ex fide constat constabit et-
 iam nos esse deo charos profecto neque
 Luthero, neq; suis familiaribus hoc prom-
 ptum ex fide fuit. At qui constitisset, istis
 quibus mens blasphemiarum in Deum &
 in sanctam Dei ecclesiā conscia erat? Hoc
 illis perspicuum quantum assequor est, nō
 quod diuina charitate, potirentur quæ cū
 sit patiens & benigna cum non sit emula-
 trix, cum non perperam agat, bonisq; con-
 sentiat, & reliqua quæ Paulus enarrat. 1. ad
 Corinth. ca. 13. at vniuersa charitatis hæc
 munia in hæreticis desiderantur, Quippe
 qui repleti sunt omni dolo, statuque sunt
 superbiæ turgidi, & pacis ecclesiasticæ sunt
 violatores, & decreta demum ecclesiæ de-
 spiciunt. Vt ergo perspicue est in ipsis cha-
 ritatis, & fidei iustitia? Nam istis odio sunt
 quæ hæretici amant. Porro autem qualis
 illorum fides, talis & charitas: vtrāq; enim
 ficta sunt, & non vera. Non sunt enim ille
 quas deus infundit, sed quas illorum effræ-
 nis concepit libido, tales sunt fides & cha-
 ritas hæreticorum. Iam vero vt ad priora
 nostrum sermonem reducāmus, aliud est
 per fidem ad montem venire, aliud est
 montem charitatis præsidio cōscendere,
 fides admodum colenda est: at charitatis,
 quæ ad verticem vsque montis huius (quæ
 vita beata est) nos prouehit præcipua gerē-
 da cura est. Tu credis (ait) Iacobus quod
 vnus Deus est benefacis, & dæmones cre-
 dunt & contremiscūt: siquidē fides homi-
 nes ad vitam ducit, at in vitā non introdu-
 cit: charitas autem & ducit, & introducit.
 Viā ait mandatorum tuorū cucurri cū di-
 latasti cor meū. Nā charitas est quæ huma-
 na accedit corda, & accendendo dilatat &
 in omnia se diffundit, nihil a suis latissimis
 finibus excludit, & creatorē super omnia,
 & creaturas creatoris gratia diligit & ami-

Iob. 9.

1. ad Cor. 4

Hier. 17.

Psal. 118.

cos & hostes in complexū suū excipit. Citra hanc arefcunt coram Deo omnia, & infrugifera sunt. Fingas opera heroica pro libito tuo si charitate fota non extiterint quantūlibet illa suspiciāt mortales, infirma quidē sunt quæ æternæ gloriæ pōdus in nobis operent. Porro charitas si ad

2. ad Cor. 4 est vilissima quæq; maximi præcij æstimatur. Quid enim vilius quam aquæ frigida vasculum sitienti propinare? At si charitaris Christianæ umbra tegat mercedem sibi conciliat æternā. Ad hæc vniuersa Christianæ ecclesiæ sacramenta fructus gratiæ & gloriæ feracissima sunt, (vt Florentinū decreuit cōciliū, subscribente Tridētino) si charitatis tamen opera fruuntur: nanq; si ha nc desiderant, suam vim coelestē suspēdunt. Quare & sæpe spiritus sanctus nrām infirmitatem iuuat, charitatē donās per sacramentorum ministerium, ne fructu sacramentorum nostræ infirmitatis vitio orbemur. Est nanq; poenitens qui non ita se parat, vt oportet nō ita poenitet vt dber vt deniq; absolutionis gratia verē donetur: attritus nanq; percipiendo sacramento accedit, & contritionē nō gestat. Porro charitas est quæ ex sacramēti susceptione pro uocata attritū reddit cōtritū. Neq; Lutheranismō fidē habeas qui hoc opus magnificum, fidei esse dicit (vt prædiximus) nam non est solius fidei, quippe quæ sola Deū non reddit amicum, nobisq; beneuolū, sed charitatis eget cōtubernio, vt poenitētis in resipiscendo imbecillitas suppleatur. Charitas verō hæc vt flāma lucens lichni est, quæ & si splendetcat ni si oleo mulceatur, & nutriatur, flaccescit sēsīm; lucē deponit, quousq; extincta pereat. Ita prope modum charitas, quæ flamma Dei flatu in humanis est accēsa pectoribus, nisi sancto rum studio opera in dies reuiuifcat paulatim flaccescet, & ita demū extinguetur. At vero (quæ est humana calamitas) non huic rei, id est, seruandæ charitati & alēdæ bonorum operū exercitio nauamus operam: imò quotidie torpore inertes, & desides, illā iam cōceptā mittimus. Quare &

& multi montē hunc ascendētes retrocedunt: & qui ascendebāt foelices, descendūt aut præcipitātur in foelices. Est enim mōs hic arduus admodū per quē sæpe reptandū est, vt ad suprema scādāmus: vt fecit Ionathas. 1. Re. 14. Erat enim via ascēsus vt præliū iniret cum Philistæa statione scopulis horrida & petrarū eminētia obmunita: quā vt penetraret reptare opus illi erat. Heu quot scopulis mons hic horridū ascensuris spectaculum præbet. Etenim si ascendēdū tibi est, vt te abneges in primis oportet, exuasq; hominem veterem opus facto est. Quare nihil hoc ascēsu operosius, vt nihil illo conducentius. Ascēdebat olim Dauid factionem furētem Absalonis filij diffugiens cliuum, scanditq; cliuū & gemens, & flens, pedibusq; nudis. En tibi ascensionis nostræ in Dei mōtem formā, nam mos hic non est peruius cuius: sed cliuosus est: quem qui ascēdere uolet, violentiā sibi inferat necesse habet. Nā violenti solū pinguedine montis huius soli fruuntur: Violenti enim coelestia bona rapiunt Matth. 11. At quanta hæc sit violentia, quis pendere quibit? quomodo scilicet homo de terra terrenus, ex terraq; nutritus, & coalitus, terrenoq; pondere grauitans, suapteq; natura ima petēs, (nāq; hæc petere carnis est desiderium), attamē hic nihilominus terrā exuat, & coelestia induat, opus facto est, si mōtem hunc qui est Christus, cōscendere animo decreuit? Vtiq; arduus clius hic est: sed qui petatur necessarius. Gemens, & flens, beatus Dauid scandit. Tu quoq; cū cœperis tyrannū Sathanā (qui typicus est Absalō ille) declinare & confortia fugere carnis geme, & fletibus ob præterita mala ne parcas: huda pedes à sordētibus cogitationibus, & in mentē tibi Moses veniat ille, qui rubū ardētē, & non cōbustū, nō fuit dignus qui videret propius, donec pedes calceis nudaret. Nō quod animalium pelles pedibus obstrictæ Dei visionem impedirent: sed quod carnaliū affectus, qui sunt veluti pelles bestiarū mortuarū qui mentem ligāt, & obuoluūt excal-

2. 18
1. Reg. 19.

Matth. 11,

Ascensuris
in montem
domini vio
lētia neces
saria.

Exod. 9.

Exod. 9.

excalciandos iubet dominus Mosi. At verò si hos nudaueris calceos alios tibi induc calceos de quibus Paulus ad Ephe. ca. vltimo commemorat, calciati (inquit) pedes in præparationem euangelij pacis. Deponenda ergo carnaliū cogitationū inuolucra: & spiritaliū cogitationū resumenda sunt ornamenta: quæ tam arduū leuent ascensum In Marc. 8. & in Matthæi. 15.

Ascensurus
in montem
domini Chri-
stus præsi-
dio est.

Dominū legimus ascendēis turbē in mōtem, misertū fuisse: neq; voluit illos ieiunos dimittere, ne deficerent in via. Quare & suos sequaces Christus in desertis paui-
locis. Nā nisi Dominus ascensum in mōtē hūc operosissimū parantibus, auxilij sui gratiam suppeditaret: quis arduam & desertam huius montis ascensionem arriperet? Nullus equidem esset qui exanimis planē in via non deficeret. At nō cordi est Domino, ascendentes inedia premi, aut ieiunos dimittere, id est diuino non infedit a nimo ascendentes in mōtē hūc cœlestibus orbare præsidij, imo potius immarcescibilibus in premiū laboris propositis, coronis ad ascensionem præclarissimā omniū pellicit & stimulat. Hosq; pascit interim alimonijs, hos rursus recreat & refocillat spiritus sancti cōsolationibus. Nempe nō forētia versantibus, sed qui Christum per prærupta montiū vestigia sectantur, hæc præstat. Est autem ascētio ab inferioribus in superna latio: vt & descensio cōtra à supremis ad inferiora. Si iudicare te ascendere aut descendere voles vide si terrena calcas, & cœlestia petis, tunc ascendis: sin cœlestibus spretis in terrenas voluptates te

Quid ascen-
sio, & descē-
sio.

demittis descendis. Ecce ascendimus, ait Dominus, Hierosolymā & filius hominis tradetur &c. Matthæi. 20. En tibi quid vocet Dominus ascensionē. Flagella, irrisio-
nes sputa, clauos, & diræ lanceæ vulnera su-
bire, ascensio est Domini. Quæ & alia op-
petere corporis mala, descētionē esse mū-
dus in confesso habet. At ab istis mundi in-
iurijs quas pronomine Iesu, & Apostoli
olim passi sunt, & fideles in præsentia susti-
nent dum ab omnibus abstinēt, vt braui o
æternę beatitudinis coronentur profectus
est ad patriam, ascensio est ad æthera: quā
doquidem calcare terrena, gradū est face-
re ad cœlestia & qui secularia despicit æ-
ternis inhiat. Porro malūt isti laboriosam
& negociosam promouere ascensionem,
quā voluptuosam prosequi descētionem.
Venite ergo fideles, Christianæ vitę cultor-
es, venite fidei orthodoxæ obseruatores
& sincera fide non contenti, in montem
hūc, qui Christus est (qui vestrū est futur⁹
premium) cōscensum arripite. Cliuositas
montis huius & aspectus, horribilis nō ter-
reat vos, vt cœptę ascensionis tēdeat imo
in iuga beati huius montis, in foelicem exi-
tum vestri laboris, mentis oculos referte,
& inuenietis requiem animabus vestris. Iu-
ga enim montis huius deliciæ beatissimæ
sunt iuga montis sunt, quæ oculus nō vidit
neq; auris audiuit, neq; in cor hominis as-
cendit: quæ alioqui parauit Deus fidem &
charitatem ad extremū vsq; vitæ seruanti-
bus. Quare si ascensio tandem hæc in fasti-
dio est, premium aduertas, & fastidium le-
uabis.

1. ad Cor. 9

1. ad Cor. 1

T R O P O L O G I C A D E clamatio secunda de pacis bono cu- ius prothema est.

Non exercebuntur ultra ad prælium. Esaia. 2.



ERBVM HOC PA-
cis, vates noster olim prædixe-
rat id quod & gētiū firmavit
doctor, pacē cū omnibus ha-

bendā sæpe monens. Etenim cū Christico
læ euāgeliū profiteamur pacis, & Deū qui
non disidiorū est Deus, sed pacis amator
atq; largitor colamus, multis sanē nomini

ad Rom. 12
1. ad Co. 13
Ad eph. 2.
1. ad The. 5

To. 1. H 2 bus

Dilucida. & decla. in Esai. Prophetam. 2

bus sectari pacem nostri penſi Chriſtiani-
que muneris eſt. Atqui verus magiſter
Chriſtus tanti hanc fecit vt in noſtra ſeſe
contulerit, vt pacem nos doceret cœleſtē
Ego autē (ait) dico vobis nō reſiſtere ma-
lo Matthæi. 5. Et huius magiſterij diſertiſ-
ſimus interpres Paulus, ad Rom. 12. nulli
(ait) malū pro malo reddentes: & ruruſum
noli vinci a malo, ſed vince in bono malū,
& ruruſum non vos defendētes chariſſimi,
(ait) ſed date locū irę. Et demum vniuerſa
ſcriptura hoc clamat atq; omnes ſimul-
tates, factiones, inimicitias, abſorbere ſata-
gens, & æterno conſopire, diligendos ini-
micos perpetuo iubet. Quid ergo cauſa
extat, vt poſt tam celebres, frequentesque
iuſſiones, tātis vexemur iurgiorū diſidijs?
tot bellorū quatiatur anguſtijs? pacē vio-
latam vbiq; eſſe defleamus? pacta deniq;
fœdera q; rupta, & diſciſſa vbiq; gentium
cernamus? Verti me ad alia (inquit) rex il-
le ſapientiſſimus, Eccl. 4. & vidi calumnias
quæ ſub ſole geruntur, & lachrimas inno-
centium, & neminem conſolatorē. Quæ
ille ſuo æuo male geri conqueritur, & do-
let, hoc noſtris nūquā non temporibus cer-
nimus, fraudulētos homines videlicet ſim-
pliciores fraudibus excogitatis, circumue-
nire, innocentes a malignis lædi, infirmos
a potentioribus quibuſq; conculcari. Cur
hæc euangelica exhortamenta quæ præ-
diximus obliuioni traduntur? Quando eò
euangelium pacis digniſſima nomencla-
tura appellatur, quo pacis fœdera Dei er-
ga homines, & hominū mutuo cōciliat af-
fectus. Hæc ſi inuiolate obſeruaremus, nō
exerceremur ad prælium, non leuaremus
contra fratres gladios, non percuteremus
cōſciētias fratrum infirmas. Pace vberri-
ma orbis fruereſ, ſi nemo læderet aliū nemo
aliū offenderet, ſi nemo vxores aliorum
raperet, ſi nemo opes diſsiparet alterius, ſi
honori alieno nemo detraheret. At ſus-
deq; peruertuntur vniuerſa, quia nō quæ
euāgelij ſuggerit, ſed quæ affectus carnis
mandat exequimur. Porro illos qui pacis
cultores ſunt beatitudine Dominus donat

Beati (ait) pacifici quia filij Dei vocabuntur.
Neq; beatitudinis gloria illos ſolū illuſtrat
ſed & diuina filiatione participes reddit.
Nō de belligeris, nō de ſcandalofiſ, nō de
factioſiſ, & ſeditioſiſ, hæc legimus Chri-
ſti verba ſed de pacificiſ. Si ſunt pacifici
Dei filij, factioſi diaboli ſunt filij, ſi illi bea-
ti, iſti miſeri denique ſunt. Vtiq; pacificos
non ſolū appellandos arbitror qui bella ſe-
dant, qui diſcordias cōciliant, qui ſcandala
fratrum extingunt, quin etiā pacificos dixe-
rim, qui multis dehoneſtati iniurijs nō la-
ceſſuntur. Ex quorū ore nō murmur reſo-
nat, nō querimonia, ſed corde tacito cōſer-
uant patiētia: quales illi fuerūt eccleſiæ ca-
tholicæ principes, qui ſuſceptis cōtumelijs
ibant gaudentes a conſpectu cōcilij, quia
digni habiti ſunt pronomine Ieſu, cōtume-
liā pati. Ouantes diſcedūt a concilio mali-
gnatiū Apoſtoli, nō irritantur, nō incande-
ſcūt, nō ſeſe armis obmuniūt, vt repugnēt.
Quia pacificorū beata prærogatiua, frui a-
uidiſſimi erant. Iſti pacifici ſuorū geſtorū
Chriſtiano orbi dimiſerūt reliquias. Reli-
quias nāq; erūt homini pacifico, quas reli-
quias nō eas ſolū dixerim, quas vt ſanctorū
exuias populus Chriſtianus veneratur, &
colit, ſed etiam ſanctorū merita, doctrinas
& exēpla. Hæ ſunt reliquias, quæ ſunt ho-
minū pacificorum. Quarū typus & illæ ci-
borū reliquias ſunt, quæ in cōuiuio illo (pa-
ſtis illis tot millibus hominum) in deſerto
ſuperfuerūt. De quibus Dominus colligi-
te (ait) quæ ſuperauerūt fragmenta. Apo-
ſtoli vero. 12. Cophinis has ciborum, mā-
darūt reliquias. Hæ igitur reliquias, ſanctorū
operas, quas in Dei cultū locauerūt, præſe-
ferunt. Sāctarum nāq; doctrinarum & cla-
riſſimorum meritorum atq; ſanctorū e-
xemplorum eccleſia reliquias hætenus di-
ligentiſſime ſibi ſeruat. Meritorum nan-
que participio eccleſia ſemper gaudet,
quādo & ſanctorum precibus a laboribus
& ingruentibus tempeſtatibus leuamen
ſentit. Doctrinarum autem ſalubrem tra-
ditionem, & exemplorum, integritatem
in libris & codicibus, vt diuinas reliquias
eccleſia

Vide decla.
in feſto om-
niū ſanct.

Acto. 5. ca.

Psal. 36.

Matth. 15.
Mar. 8.

Reliquias
ſanctorum
ſunt merita
doctrinæ &
exempla.

ecclesiastica defendit custodia ad ædificationem fidelium, & demum in. 12. Apostolorum precipuis festis veluti in duodecim cophinis conseruatas reliquias populo alendo in via spiritus dispēsat. Itidemq; de alijs illustribus sanctitate viris, censere licet. Neq; inconcinnā tropologiā putes si opera bona reliquias ciborum dixerim. Ioānes enim. ca. 6. me veradixisse te docebit. Operamini (ait) cibū qui non perit. Hasce autem reliquias viri factiosi, & belligeri, nō relinquēt in ecclesia Dei: quorum nomina, in puluere scribentur. Amorte nāq; sua erunt tanquā puluis, quē proijcit ventus à facie sua. Pacē ergo obnixe obseruemus, & pacificos nos præstemus, oportet: si euangelicas præceptiones nō frustra colere, intendimus. Neq; tamen subinde velis me per hęc intelligere, fideles patere debere iniurijs, & conuitijs, citra defensionē vincēda quidē charitatis bono, malignitas est. At vero si tā effrēnis malignitas est, tā insolēs, tā audax, vt fratrem impetat, & in vadat nō necessarium charitatis est hoc munus, non sese indemnē defendēdo tueri, in iurijsq; silenter omnibus cedere. Cesserūt Martyres (fateor) at illud gloria fidei poscebat. Quod si eiusdē fidei cōmodū idē exegerit modo, idē præstare patiētiae exemplū nobis incūbit: & ijs qui bonis gerendis publicis cōsulūt defendere illa vsq; ad necē, & sanguinē necessariū est, & qui priuatā vitā degūt simili iure gaudēt. Qui enim monuit simplicitatē, dicēs vt simus simplices tāquā colūbæ quę pugnaces nō sūt monuit itidē & sagacitatē, vt simus inquā prudentes, sicut serpētes, quæ ab incātatoribus miro modo sese tuentur: & qui dixit non vos defendētes charissimi, sed date locum ire: ipse Cæsare appellādo suā causam agit atq; defendit. Quod ergo (ait) nō vos defendētes charissimi culpata subaudi defensione at moderata & inculpata tutela nos protegere Paulus non negat. Sed sunt qui sub colorata defensione miras in alios machinātur tæchnas, quorum animus non est præcipuus aduersus intētata aduersarij ob-

iecta suā innocentia ostendere, quin aduersariū subuertere & offensam non iusta defensione depellere: sed multis & iniustis cōtēdūt calūnijs illā propulsare. Si hęc defensio iusta censetur apud tribunalia forensiu negotiorū, certe tribunal districti iudicis nō hęc defensionem docet, quæ est offensio, sed vt diximus moderatā, & inculpata. Cæterū nō præterit me quod in manitas offendētis, & lædentis, violentia acerbitate quoq; tutelæ sit propellenda. Vt si quis districto gladio te occisurus inuasert, neq; secus via euadendi mortē tibi patet quā inuasoris interfectiōe crediderim iustā & moderatā repulsam, esse iniuriæ aggressorē occidere: & nihil à sincera defensione abhorret. Demū qui euāgelicā pacē amat studiosus sit oportet, ne p ipsum stet, quo minus pax cū fratribus firma decurrat. Quod vero ab alijs & lædatur, & vituperetur, nō sibi vitio est dādū: qui quod pacis & amicitiae erat fratri cōcessit. Certum autē inquieti & pacis a symboli signū cordis est, minutula fratris errata obseruare, & ex quibullibet leuiculis tragædias excitare. Etenim si ex minutulis offendimur, maiora fratris mala vt ex corde donabimus? Scite ergo, sapiens dixit: Occasiones querit qui vult discedere ab amico: pax autē Christiana nō occasiones discedendi a fratre sibi ancupatur, imo potius subortas refecat quo ad potuerit. Cōuersationē sine offendiculo pax hęc docet, vt in eo qđ detractāt maligni homines stulta garrientes in fratres & proximos, vt malefactores illos crimminātes ex bonis operibus cōsiderātes inculpatorū hominū studiū Deū glorificet. 1. Petr. 2. Quod si pax hęc Christi cordi nobis est utiq; Pauli sermo ob oculos versandus semper est ad Ro. 13. Nihil enim ita Christianam pacem firmabit vt Dei sermo. Reddite (ait) omnib⁹ debita cui tributū, tributū, cui vectigal, vectigal, cui timorē, timorē, cui honorē, honorē, ne mini quicquā debeatis nisi vt in vicē diligatis. Aduertis ne ordinē Apostolicū, quē obseruādū nobis præscribit, cuius obserua-

Psalm. 1.

De homici. in. 6. c. vni.

Nam vim vi repellere licet seruato moderamine inculpatæ tutelæ.

Pro. 18.

ad Ro. 12:

Acto. 27.

ad Rom. 12

Christiana defensio qualis.

uātia pax nra est. Vnde nanq; forēses lites, vnde ciuilia, vnde naualia, & cum exteris bella nisi quod ordo hic disrūpit? Est em̄ pax ordinis trāquillitas, Aug. autore. Tranquillus est ordo si debita pēdimus, si hāc nō pēdimus vniuersa turbātur. Ordo tranquillus est si qui sup̄mas obtinēt sedes si bi subditis iura decernāt, si hic violat̄ ordo pax violatur, est quoq; ordo rectus subditos maioribus in decētib; ob tēperare, at si rebelles, & cōtumaces sint subditi, seminariū est violatio huius ordinis, bellorū & pugnarū inter subditos atq; dynastas. Qui

aliena rapuit si nō restituat quid prāter lites & iurgia sperabit? Sub hęc ordo trāquillus est si iudices nō properēt cōtra in audiatā partē ferre sententiā: at si ferūt turbatus iuris ordo, quid prāter litū incrementa minabitur? Et demū, ne ad immēsum se dilaret oratio nra, si vnusquisq; quod sui pensū est strenuē illud exequat̄, & proprijs cōtētus in aliena non se ingerat, pacis erit suis numeris omnibus absoluta cōsumatio, & pacis prorā (quod aiūt) & puppim tenebit, vt cū Christo qui est vera pax nostra in pace dormiat & requiescat.

Adeph. 2.
Psal. 4.

DILUCIDATIO IN Caput Esaiæ tertium.



ECCE ENIM DOMINATOR. a) Lapsus status illius florentissimi, quo Iudaica gēs potiebatur aliquādo, nūquā nō & prioribus capi. &

modo prādicat Esaias: Ante quē & Moyses leuit. 26. postq̄ & alia multa calamitosa Iudæis

vt discolis edixisset, adiecit. Quādo fueris in terra hostili sabbatizabit (subaudi terra illa Iudaica) & requiescet in sabbatis solitudinis suæ. Quo sermone Iudaicā illā regionē exonerādā esse denotat ab indigenis, & a sacrificijs euacuādā, & quod vniuersa ita forensia negotia, vt demum templi cultus, atq; cāremōniæ, pausam acceptura significat. Id quod iā diu est, quod ita rē habere oculis cernitur a dñi nanq; morte ad hāc vsq; secula nra dispersi sunt Iudæi in nationes, quibus seruiūt. Et Ose. ca. 3. sedebunt ait dies multos filij Israel sine rege, & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine ephod, & sine theraphi.

Quæ verba Theodoretus cō. ad Oseā de captiuitate Babylonica intellecta voluit. Etem ca. huius exordiū, quo propheta hic iubet a dño vt sibi mulierē adulterā societ sub metaphoræ nubilo gētē Iudaicā notat

at vero fornicaria mulier vt fert Theodoretī sententia non fuit Oseæ matrimonio copulata, sed habitatiōis mutue fœdere sociata. In quē modū sub captiuitate Babylonica, sine sacerdotū ministerio, sine altari, sine tēplo, sine sacrificiorū cultura Iudæi degebant: id quā p̄ matrimonialis coniūctionis defectū significatū Theo. voluit. At & si hāc desiderabant in populo illo ab alienigenis subactō, erāt tñ Deo grati etiā nū & amici Iudæi, idola em̄ nō colebāt: sed vni Deo adhærebāt. Erat ergo gēs Iudaica āte captiuitatē fornicaria, quia idolis amica erat: at captiuitatis acerrimē multa idola reiecit, illāq; sub tātis calamitatibus Babylonice depressā etiā si olim fornicariā, dilexit tñ Deus. At ornāmētis prioribus, & veluti maritali toro hoc est tēplo Salomonico (extra quā sacrificia celebrādi copia nō erat) orbata est. Vox autē Hebræa theraphin denotat imagines quasdam instar humani vultus corporisq; quas genethliaci sub obseruatione cōstellationū celestiuū a spectuumq; fabricabant. Vnde ex ipsis respōsa petebāt. Ita Abēezra putat. Alij vero instrumēta arēa astrofū quoq; obseruatione edita, ex quibus diiudicādis futuris eventibus

Tēplū Dei,
Dei Thor.

Quid sit theraphin.

Notāda Oseæ prophete interpretatio.

tibus vsus erat, significari per hanc voculā theraphim volunt. Penes alios esto huius rei iudiciū. Oseas autem prædixit verbis prioribus Iudæos priuādos & veris, & falsis prophetis, & veris, & falsis sacrificijs, omniq; religio-

nis ita veræ vt nō veræ solatio destituendos. Et enim impij vati- cinijs gratulātor colo: atis, quæ tametsi non veræ sunt, vulgus ducit vera esse. Et hoc ipsum est qd̄ Elaias hoc tex. prosequitur: quanquā Theo-

doreto nō omnino subscribo, si hæc ad captiuitatē Baby lonicā referenda veniant. Imo retulerim ad eam cecitatē & modis omnibus deflenda populi Hebraici infortūnitatem, quā a morte domini ad extremos vsq; dies patiētur. Id quod & Oseas apertō sermone dilucidat. Post hæc ait. Reuertentur filij Israel & quærent dominū suū: quā cōuersionē in nouissimo dierū asserit celebrandā. At reuersio populi in Hierosolymam nō fuit in nouissimo dierū, sed lōge prius. Nanq; vt monuimus superiore capitulo per nouissimū diē Christiana secula notā-

tur. Quā ob rem si quis dixerit miserrimū statū Iudæorū quem modo Iudæi flent Esaiā hoc ca. itidemq; Oseā subnotare voluisse mea certe sententia nō errabit. Quorū deploratā superstitionem Paulus. 2. ad. Cor. 3. nō supresit vsq; in hodiernū diem (ait) id ipsum velamen in lēctionē veteris testamenti manet nō reuelatū. Erad Hebreos. c. 3. postquā Psal. 94. de incredulitate Iudæorū interpretare hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corde v̄ra &c. Subdit. ne nos in malū incredulitatis Iudaicæ delabamur videte fratres ne sit in aliquo vestrū Cor malū incredulitatis. Pro-

pter corrigi hoc malū incredulitatis. miserabiles habuit populus ille ruinas: quāquā omniū grauissima est, quam modo perpetiūtur. Arqui si de præsentib; malis Esaias audiendus est satis accōmoda erit expla-

natio. ¶ *Dominus exercitū auferet a Hierusalem.* 2) Tunc em̄ p̄ fetabātur auferē da quæ iā Iudæi dolēt ablata. *Validū & fortē omne robur panis.* 6) Eteim nō habēt modo dūces bel- latores, nō armigeros, nō exercitus quibus sese

ab hostilibus grassationibus muniāt: imo potius iniurijs cōuicijs omniū patē: adeo vt pueri in eos infiliāt, & audacter illos cōcutiāt: Sunt em̄ tributa pēdētes alienigenis in terra aliena.

¶ *Omne robur panis.* Quippe qui exulant, ideo neq; panis alimonia, neq; aquæ refrigerio cū voluptate explētur. Quod vero ait iudicē prophetā & ariolū, ipsa rei experiētia veritatē te docebit. Neq; em̄ habent modo prophetas veros, neq; falsos, & neminē habēt cōsolatorē neq; qui sine tanto rū malorū verē pronūtiēt, neq; etiā qui ficto mēdacio mulceat. Quāquā pro ariolo cōiectore alias legimus. Cōiectōr autē virū solertē significat qui ex præteritis futura exacte coniectare nouit. Obserua autē istud nō cōuenire verbū captiuitati Baby lonicæ, quæ prophetis vt prædiximus gaudebat. Aut certē si mauis rem semel hanc cōprehēdere totā dices Esaiā promiscuē vtriusq; captiuitatis & antiquæ apud Baby lonios & nouissimæ, cuius mō vinculis tenentur mētionē facere, in illa ergo priore robur panis est ablatū, siquidē terræ frumētōrū feraces exicata, quia inopes culturæ humanæ extiterūt: & terra in solitudinem redacta est. Itidēq; aquarū fluēta quæ per

To. 1. H 4 aquæ

Iudeorū calamitas.

Nonissimus dies Christiana secula inscrip. designat.

aquæ ductus in terrâ illâ deriuabāt deferta
ab humana opaperire erat necesse. Id qđ
per robur aquæ dissipādū ppheta intelles-
ctū voluit. Et Hieremias ait, Threno. 4. Sa-
cerdotes mei & senes mei cōsumpti sunt
in vrbe, q̄a quæ-
fierūt cibū sibi, Et dabo pueros
vt refocillarēt a- principes eorū,
nimas suas id qđ

etiā sub Tito & Vespasiano accidisse legi-
mus, vt Iosephus lamentabili sermonē de
narrat. Idq; tēporis & alimēta, & pocula,
desidebant, adeo vt matres infantulorum
carnibus præ incredibili inedia vescerent.

¶ *Et dabo pueros.* Nō tā locū intellige de
ætatis pueritia quā demētis debilitate: ma-
ledictus enim puer cētū annorū. Et hoc p-
culdubio cōsequiū est ad præcedētia: nam
statu rei publicæ Iudaicæ euerso viles hō-
mines gerere primatū nobilibus sublatis
cōcedūt. Et hos pueros vocat quasi dicat:
eō calamitatis deuenietis o Iudæi vt nō iā
sapiētissimi quiq; , nō fortissimi, nō itēma-
ribus fulgidi, sed moriones & stulti de pro-
miscua plebecula, ex fœcibus erūt vris qui
primas tenere partes inter vos gestiant &
obtimeant. ¶ *Principē super quinquaginta.*

Cōsilijs fœceri sui Ietro Moses vtēs Exod.
10. populo illi chiliarcos, cēturiones, quin-
quagenarios, totūq; militarē ordinē præfe-
cit. Idest instituit millenarios duces, qui
mille, centenarios, qui cētum quinquage-
narios, qui quinquaginta milites sub vexillis
ductarēt suis. Ordinis militaris gloriā ab il-
lis auferendam prædicit. Itidēque archi-
rectos, auferēdos, docet, qui sunt primarij
artifices, & prudētes eloquij mystici, idest
oratores & eloquētes & faciēdos, q̄ reipu-
blicæ administrandæ sunt necessarij vt d̄ a-
gēdis quæ meliora sunt populis persuade-
re possint, aut per prudētes intelligit diui-
norū eloquiorū interpretes. Septuaginta
verò auditorē eloquij mystici vertūt. Siue
hoc vel alio mō vniuersa præclara, quibus
vrbs illa insignis erat auferēda esse ab illa
prophetizat & a gēte Iudaica euellēda. At
forsita hæsitabis quid ergo si Dñs ait dabo

pueros p̄cipes eorū & effœminati domi-
nabūtur eis, dāte dño quid culpā Iudæorū
esse causabimur? Atqui cōsuetā est scriptū
ræphrasid dabo vel tradā aut faciā. Quan-
quam cū de culpis humanis agitur Deo vi-

& effœminati do-
minabuntur eis.

deatur ascribi ve
autori. At vero
nos nō autorem
criminū Deum,

sed vltorē p̄r illa & alia æquipollētia ver-
ba intellecta volumus: vt est illud. Nō est
malū in ciuitate quod nō fecerit Dñs, Ego
indurabo cor pharaonis; Tradidit illos
Deus in sensum reprobū, & hoc genus
sexcenta alia, quæ vltorem Deum potius
quam autorem insinuant. Quia ergo ni-
hil aut boni geritur cuius Deus non sit au-
tor qui vniuersa opera n̄a bona operatur
in nobis, neq; quicquā patratū mali quod
citra Dei permissionem patrari aut admit-
ti valeat, hac ratione verbis illis scriptura
vritur. Daturū ergo se comminatur pue-
ros, qui principatū administrant: quippe
poscentibus culpis Iudæorum pueri illis
præfecti sunt. Siue pueros ad Ioachim refe-
ras & Sedechiā, quorū prior. 18. annum a-
gēs posterior vero. 21. Iudæis præfuerūt,
vt Nicolaq; libuit interpretari: siue per pue-
ros Chaldæos subaudire principes magis
arrideat, qui pueri fuerūt sensibus, & effœ-
minati moribus cōmodus erit sensus. Erāt
em̄ isti idola colētes, & ad carnalia deside-
ria in modici, & voluptatū seculi amatissi-
mi: vt de Balthasar in scriptura liquet. Ho-
rū ditioni cū subacti fuerunt Iudæi rectē
pueri illorū principes prædicūtur. Etiā si
Hierō. aliā indicet lectiōē, illusores legit
enim loco effœminati. Et vere illusores
Chaldæi, qui sancta sctorū Deo dicata pro-
phanarūt, & illusores vsq; mō Iudæis im-
peritant. Etenim sub Turcarū imperio &
Saracenorum Maxima Iudæorum pars vi-
tam ducit ab illis nunquam non illuditur
gens illa ludibrioque & nomen & gentē
hñt. De quorum imperio non inepte quis
dixerit habendum esse quoque prophe-
ticū sermonem. Vere enim pueriles ge-
stant

Vberis hæc
habes in. 1.
sentē. d. 45.
a me differ-
ta.

et dabo
pueros

et dabo
pueros

stant Turcæ mores & effeminatissimos; quibus impune cynædorū abusus spurcissimum habere licet. Hierē. iudem sub alijs idē verbis cū Esaiā cōcinit Thren. i.

Egressus est omnis de cor eius à filia Siō: facti sunt princi pes eius velut arietes, non inuenientes pascua. Et quāquam de Hierusalē vterq; Propheta sermonem habeat, at in capite & metropoli Iudæorū totius Iudaicæ reipublicæ mala prædixerunt futura.

¶ *Et corrue* *populus.* a) *Corrue* *populus,* aut *irruet.* Iudaici populi ruinā verba hæc notant: & Prouer. xi. Salomō exponit, vbi nō est gubernator, corrue *populus.* Ablato nāq; eo qui habet nas gubernaculi tenet, necesse est sicut equus sine frāni moderatione, in præceps ruat *populus* in nulloq; ordine, & senex concutiat à iuvene, & à sene iuuenis, nobiliores à vilioribus & cōtra, mulieres construpetur, nihil deniq; integrū nihil inuiolatū perseueret, sed oīa deturbētur euertātur, & pereāt. Id qđ itidē Deus per Hierē. Iam aduētātē captiuitatem inatur rursus. Ego dabo (inquit) in populū istū ruinas & ruēt in eis patres cū filijs simul, vicinus & proximus peribūt. Per quæ verba seditiosus illius reipublicæ & factiosus status significatur, qñ quiuis plebeius sibi magistratus potestatem vendicare satagit. ¶ *Apprehendit enim vir.* b) *Extremā* *populi inopiā* significat quæ tāta illis futura prædicitur vt habēs vestimētū, à cæteris petatur pro ducatu & regnō gerēdo, illūq; vt hoc subeat munus precetur, & qui cibū habet vt idē muneris subeat rogādu

audi singulare & alicui⁹ pretij ornamētū, ex quo alijs ex vestimēti nobilitate præferendus videatur. At oblato regno & principatu populi negligetur ab eis qui vestimētis alios pcedere cēlebātur. Hos aut præca-

bi est, princeps esto noster, ruina autē hæc sub manu tua. Respondebitque in die illa, dicens, Non sum medicus, & in domo mea non est panis, neque vestimentum: nolite constituere me principē populi.

na ruinosos ipsos pferit idest. Nobis consule, nobis pvide, tāta calamitate depressis: nā sub principū manu administratio & populi cura gerit. Apertior ergo sensus est si quis sub tanta malorū lue diues superstes extiterit, cui vestimēta & alimēta p se suisq; alēdis sunt huic principis dignitas spōte offeret, à pauperibus, vt vel saltē ex minutulis sibi subditis suffragetur subsidij. ¶ *Respondebit nō sum.* c) Cōtinuo sollicitabit quispiā, quorsū de medico est nūc respōsio, nō sum medicus, etem de regno habebat sermo, nō de medicina præstāda. Alius legit nō ero obligās idest vulnera vestra, & calamitatis huius aduersa, instar chirugi ligare nō valeo: & ferē idē vtrāq; lectio sapit, nō sum medicus. Germanissima principū est nomen clatura qui instar medicorū reipublicæ vulnera idest, aduersas suorum fortunas lenitiuis medicamentis & anodinis lenire debent, non causticis irritare. Vt enim illa magis probanda medicina est quæ viciosas corporis partes, curat quā, quæ exurit, ita melior est magistratus, qui

banē in hæc verba. ¶ *Princeps esto noster ruina autē hæc sit sub manu tua.* b) Septuaginta autē nō ruina, sed broma legunt, idest, cibus me⁹ sub te sit: quasi dicerent tu esto noster princeps vt tibi nostri sit cura: tibi que ratio victus nostri habēda sit. Itidē ruina hæc sub manu tua sit, ruina ruinosos ipsos pferit idest.

Principes sunt medici & chirugi plebis.

cives improbos corrigit, quā qui ē medio tollit: quando id ita fieri prudentia Principis opportunū æquoq; reipublicæ regimini conducentius putat. At nonnunquam etiā exurentibus vtendum est. Et impios de medio tolle-

re necessarium est. Nō enim sine causa gladiū magistratus portant, ad laudem quidē bonorū vindictam vero malorū. ¶ *Ruit enim Hierusalē & Iudas concidit.*^{a)} Id est om-

nia gladio sunt hostili immista atq; perturbata. Aptāda videbit alicui hęc prophetia Babylonicæ deuastationi, quia Babylonij illas duas tribus, de quibus supra, solum de populati sunt. Porro vt memini me dixisse, quæ prædicuntur capitis mala, & mēbro rū esse, nō ineptit qui assereret. Hierusalē autē caput totius Iudaicæ terræ erat, quod verò annecti claret. ¶ *Agnitio vultus eorum respondebit eis.*^{b)} Quasi dicat quā impij & scelerati sint Iudæi ipse eorū vultus præfert, nihil enim tā demonstrat interna hominis quā vultus qui est animæ speculū. Cur cōcidit facies tua fratriscidē Dñs dixit. Gen. 4. & cōtra quoq; sapiētia hominis lucet in vultu eius Eccl. 8. Hier. aliā lectionē indicat cōfusio vultus eorū respondēbit eis, & viraq; lectio eodē sensu donāda, nisi malueris aliter exponere: agnitio vultus eorū, id est, qđ ipsi Iudæi oculis proprijs aduersitatū obruētū in eos viderint hoc illis respōdebit: quasi diceret hoc reportabūt mercedis pro sceleribus in Deū admissis. ¶ *Et peccatum suum.*^{c)} Geneseos. 18. Peccati Sodomitici quāta extiterit euulgatio atq; publicitas legimus. Clamor Sodomorū, & Gomorreorum, multiplicatus est, Abrahæ dixit Dñs, & ca. 19. hospites Angelicos Loth Sodomæ, tētare contendūt, Si ad nephariū crimē illis abuti da-

retur. Itaq; etiā si nō in scriptura legamus illos tāti sceleris præcones extitisse, ceterū, satis est pro præconio, quē illis erat peccādi professio finem peccandi assequitur qui peccato sic hæret vt illū euulgare non

maiestatis eius. Agnitio vultus eorum respondebit eis: ^{b)} & peccatū suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt.

ipse suū scelus publicitus cōmēdet, id qđ in maiore diuine legis contēptū vergit. Equidē hominis est natura de malefactis erubescere, atq; si in delicto apprehēdatur rubore suffundi. Est em̄ pudor hominis natiuus affectus, vt Aristot. in Ethic. autor est. Hunc naturæ ordinē ij subuertunt qui peccata sua prædicant, & inturbas mittunt. Cinicæ enim sectæ est impudentiā profiteri. Cinici enim masculi & foeminæ cōmixtionem in medijs plateis celebrādā docebāt: at spurcissimi hos dānat nō solū Philosophia vera, imo & vrbalitas & humana verecundia. Homo cum in profundū peccatorū venerit (vt sapiens ait) cōtemnit: isti quoq; cum in profundo iam essent demersi, scelerum deū & homines despectui habētes, facinora sua laudibus extollebāt. Si corpus vulnere affici putrido, aut vlcere pus defluente, quoad possumus feditatē vulneris abscondimus, vlcera igitur animæ cur nō celabimus? Paupertatē, infirmitatē viriū alios ve naturæ aut fortunæ defectus, solertissimē occultamus: cur animæ maculas prædicabimus? Isti sunt de quibus Salomon dixit. Lætātur cū malē fecerint & exultāt in rebus pessimis. Atqui peccādi primus est gradus peccatū amare, alter est operi mandare, tertius vero peruicaci animo peccato adhærere. At oīum pestilētissimus laudibus

vereatur. Etenim qui peccatum iactat geminā offensionē admittit, & qđ peccato infectus est, & quod infectio adeo sibi animo est, vt alios non latere non pudeat, quinimo & ipse suū scelus

Laus peccati noxia ob duo.

Gradus peccatorū quatuor.

dibus peccatum extollere. Qui nanque de offensa dolet, habet vnde & curetur, & sanetur: qui vero sibi applaudit ex peccato & gratulatur, nihil habet medelæ. Temereq; illi admouebitur. Qui etenim ægrotat morbo

corporali simorbum laudat, & morbum esse non putat, sed sanitatem, num medicamenta postulabit? non sane quæ enim laudamus eadem il

Væ animæ eorū: quoniā^a restituta sunt eis mala.

Dicite iusto quoniam bene,^b quoniam fructum

la ceu bona probamus. Qui ergo malè à se gesta laudat, ille peccata sua probat: quo nihil perniciosius neque calamitosius. Væ vobis, dicet hic vates, qui dicitis malum bonum & bonum malum: & quanquam vituperare peccata debeamus, at præclare à nobis gesta commendare sine vitio nequimus. Illa enim reprobanda à nobis veniunt, quippè quæ à nobis sunt: perditio nanque nostra, humanæ est farinæ: at quæ sanctæ geruntur non nostræ solum, imo potius diuini muneris sunt. Quare qui se ipsum commendat non ille probatus est, sed quem Deus commendat: spiritus enim est qui testimonium reddit spiritui nostro quod filij Dei sumus. Peccatum ergo suum Hebræi illi vt Sodoma prædicauerunt & modo itidem prædicant, quia sese esse Iudæos vbique gentium profitentur. Capite primo gentem Hebraicam Esaias populum Sodomorum, & Gomorræorum appellauit, hic vero rursus idem inculcat, illos mores Sodomiticis referre tradens in commendandis, deposita peccandi fronte, sceleribus suis. Christus Dominus in carne agens, illius æui Iudæos de hypochrismi vbique taxat, sepulchris depictis foris, quæ tamen intus erant ossibus referta cadauerinis. Afflicta nanque sibi sanctitatis lar-

ua decimantes mentam & ciminum, & omne olus grauiora legis missa esse iubebant, Domos viduarum cautelis, excogitatisque fraudibus, deuorabant. At qui peccatum suum prædicant non hoc

vitio laborant.

adinuentionum suarū comedit.

Væ impio in malum retributio enim manuum eius fiet ei.

Iam ergo sub Christi temporibus Iudæi mutauerant pristinos mores, at non à pristino peccandi contra Deum gradu deiectioni sunt:

quippe qui si non prædicabant culpas, illas tegebant hypocrisis, viscera rapinis fraudibus onusta gerebant & Dei iustitiam diuinamq; sanctitatem quæ Christus est maculabant. At longe peius est diuinis conuiciari quam propria peccata commendare. ¶ *Væ animæ eorum quoniam bene.*^a) Et sequitur. ¶ *Dicite iusto quoniam bene.*^b) Septuaginta variam huius loci versionem ediderunt, quæ sic habet. Væ animæ eorum quoniam consuluerunt malum contra se dicentes alligemus iustum, quoniam inutilis nobis est, igitur fructus operum suorum comedent: quæ ex libro sapientiæ capite. 2. De sumpta esse videntur. Circumueniamus (ait) ergo iustum quoniam inutilis nobis, & contrarius est operibus nostris. At lectio Hebraica hæc desiderat, quæ vitalis mortis domini ex hoc capite propatulum essent testimonium, si Hebræis hæc hoc loco adessent codicibus. At vero Dominicæ mortis præclara sunt apud hunc vatem in subiungendis capitibus testimonia. Quare aptius si Prophetæ filum sectemur agemus: qui postquam impios vt petulantissimos carpsisset vt qui patrati sceleris voluptate non expleti, alijs commendabant quod malo illorum exemplo idem sceleris facerent, quod horum iniquitas foedior resultet collatione iustorum hominum

Dilucida. & decla. in Esai. Prophetam. 3

nū, aperitur iustis autem nō hoc studij est male gesta efferre: sed de illis dolere, & illa damnare: quippe quæ oculos limpidissimos diuinitatis offendunt. Hijs ergo comminatus est pœnas, dicens, *Væ animæ illorum*: illorum vero gratulatur innocentia dicens, *Dicite iusto quoniam bene*. Istis repēdetur malū vt referant paria his quæ gesserunt malis, illis vero benè consulatur, nanq; ad inuentionibus bonis æternæ pondus gloriæ respondebit. Aduertas tñ in scriptura interiectionē, *vē*, in malū vsur pari, exitiumq; æternum præferre. Luc. 11. Matthæi. 23. *Væ vobis*, ait, Scribæ & Pharisei. Esaiæ. 5. *væ* qui domum domui aut agrum agro &c. Et Prou. 23. aduersus Hebræos, *væ, væ*, ingeminat: & sæpè aliàs in scriptura. Contra, *væ*, est euge in scriptura, id quod æternæ vitæ videtur indiculū. Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis supra multa te cōstituam, intra in gaudium domini tui. Et quanquā varius sit sermo, eodem reddendi sensu & Propheticus & Euangelicus sunt, nam quod Esaias ait, *Dicite iusto qm̄ bene*: per inde est ac si dixisset, Euge iuste, & bone serue, fructū ad inuentionū tuarū comede. Ad inuentiones enim iustorū paucas Euangelica lectio docet esse exiguiq; tardij, & laboris ad futuram gloriā quæ reuelabitur in nobis. Euge enim idem est atq; si dixeris benè quidem. Est nanq; Græcis gratulatoria interiectio, opera sanctorum ad inuentiones illorum vocare: vt & opera impiorum eodem nomine appellare protritum est, in scriptura. Et dimisit (ait) eos secūdū desideria cordis eorū, ibūt in ad inuentionibus suis. Vtiq; peccatores ibūt in ad inuentionibus, sancti verò fructū ad inuentionū suarū comedent. Comedere enim est ad appetitiā, naturæve indigentiā sedandā: at sancti cū apparuerit gloria dñi torrēte diuinarū voluptatū potati satiabūtur, nullo iam deinceps egētes: Sed in omnibus bonis refertissimi statu fruuntur foelicissimo. At peccatores nō itē, quia vniuersorum bonorum, egeni fame & siti

æternarū deliciarū æterno torquebuntur. Ibūt sanē in ad inuentionib⁹ suis, quia igne inextinguibili deurent: at fructū ad inuentionū suarū nō comedēt: vt neq; fructibus vescent, quia frui Deo nequeūt. Etenim fructus à fruor originē trahit. Neq; per comedere, aut bibere, sanctos, edulia carnis aut pocula, intelligas, cū Chiliarijs volo: sed edulia sunt spiritus, mētis sunt pocula, de quibus dñs. Vt edatis & bibatis super mē fam meā in regno meo. Luc. 22. Obserua autē diligēter vt opera sanctorū, illorū ad inuentiones, dicat esse: vt iam indē eos qui vniuersa in gratiā Dei referūt bona opera quæ agūt sancti nihil arbitrio humano dātes, ineptire nō temerē dixeris. Nā si nihil nostri iuris est, vt ad inuentiones, propria opera iustorū esse Esaias tradit? Etenim si liberū arbitriū hominis seruū est & nomine tenus liberū dicant, cur ergo Esaias ait, *Dicite iusto qm̄ bene fructū ad inuentionū suarū comeder*? Si iusti sunt ad inuentiones, in huiusmodi ad inuentionibus iuris nō nihil sancti habebūt: alioqui ne iustorū ad inuentiones, sed illas dicito Dei. Sanctorū igitur studia in Deo colēdo, & diuini muneris & nostri arbitrij sunt: illius vt vocantis, vt monētis, vt iuuantis, vt refocillātis, huius verō vt cōsentiētis, vt cooperātis, vt operā suā adhibētis, ne Dei vocatio & præuētio vana sit. Etenim obsecrat Paul. fratres ne in vacuū gratiā Dei recipiatis adiuvantes, ait, exhortamur ne in vacuū gratiā Dei recipiatis postero. ad Corin. c. 6. Et ipse sibi gratulatur Paulus dicens, Et gratia in me vacua nō fuit priori. ad Corin. 15. Si nihil cooperamur Deo vt obsecrandi sumus vt Dei gratia nō sit temerē nobis concessa? Huic ergo negotio operā & neruos omnes sancti intēdunt, ne gratiā Dei in vanū receperint, in hunc scopū ad inuentiones parant, ne vanē animā receperint si gratia Dei frustra potiti sunt. Filij hui⁹ seculi machinamēta mirāda excogitat quidā vt crumenas augeant, alij vt vlciscātur iniurias, alij vt delicijs mūdi fruātur, adeo vt acutiora & subtiliora ad inueniāt filij hui⁹ seculi pro sibi

Væ in scrip.
quid.

Euge quid
in scrip.

Consensus
Esa. & Euan
gelij.

Psal. 80.

Chiliarij he
retici.

Sicophanta
Lutherus ta
xatur. Deli
bero arbitrio seruo.

pro sibi commodis conciliandis machina-
menta, quā filij Dei pro vita æterna paran-
da Luc. 16. Filij huius seculi prudentiores
sunt quā filij lucis in generatione sua. Ve-
rum horū studia aranearū filamentis quā
simillima sunt,

quæ modico ne-
gocio dissoluū-
tur. At sancto-
rū adinuationes
sunt fructuosæ,
& fructū suū
dabunt in tēpo-
re suo. ¶ *Populū
meum.*^{a)} Avari-

tiā sacerdotū & principum verba hæc no-
tāt, quæ vsq; ad tēpora saluatoris perseue-
rans fuit Matth. 23. Et flagelo ex funiculis
cōposito eiecit de tēplo emētes, & vēden-
tes, & nūmulariorū mēsas euertit, acerbè
mercimonijs vacātes carpens eò quod do-
mū Dei spelūcā latronū reddidissent. Lu-
cæ. 19. Quod verò ait scēminas imperia te-
nuisse in Iudæos nō sexū significat: sed vite
morē, homines em̄ discinctos, imbelles, la-
sciuiā luxuq; vitæ molles mulieres vocat.
Vt aut scēminæ ineptæ sunt moderādē rei
publicę quia pugnaces nō sunt: neq; vi mē-
tis pollent vt viri, neq; animi cōstātia fir-
mæ sunt, idcirco ab Arist. proditum est. 7.
politicorū, corruptā tunc fore reipublicæ
gubernationē qñ ad scēminas gubernacu-
la ciuilia deducētur: ita quoq; & homines
effcēminati quos dixerat prius, & modo
scēminas vocat inepti sunt qui regant: aut
qui statū reipublicæ illæsum ab hostiū pro-
cellis seruēt. Quid qđ coitus cū muliere vi-
res militū euirat & quassat, quare mentā,
sub bello Aristoteles militibus interdi-
xit, vt libidinosam. Principes ergo illi He-
bræi expilatores fuere Iudaicę reipublicę:
id qđ nō principū est, sed latronū. Hoc iti-
dē superiore sermōne Propheta dixerat,
principes tui sicut furum & inibi fusior fuit
horū interpretatio. ¶ *Popule meus.*^{a)} Pro-
phetis veris vaticinantibus vrbis excidiū
cæteraq; futura mala, falsi Prophetæ ob-

staculo erant, ne fides veris daretur. Isti
nanq; picto sermonum lenocinio timorē
à populo excutiebant. Etenim populus il-
le dilectionis eximie Dei erga se pignora
charissima, & rarissima, tenebat, vt q̄ sum-

tum dicunt, ipsi
te decipiunt, &
viam gressuum
tuorū dissipant.
Stat ad iudican-
dū Dominus, &

mis parentibus
nati Iudæi erant
Abraham vide-
licet Isaac, Ia-
cob, & quod cir-
cuncisionis cha-
ractere erant in-
signes, & quod
prodigia & por-
tenta in gratiā il-
lorum Dominus demonstraſſet, & quod
templo celeberrimo donarētur, & demū
quia illis deletis, vnde esset sperāndus Mes-
sias non extabat: aliaq; multa pseudopro-
phetæ vt corraderēt pecunias populi eiuf-
demq; vt fauorem, & gratiam aucuparen-
tur, commentabātur. Quos notās Esaias,
Popule (ait) meus qui te beatū dicunt, ipsi
te seducūt, id est qui tibi abbladiūtur, ver-
baq; placētia tibi somniāt, ipsi te seducūt.
Hinc quoq; Iudæos succubuisse miserijs
Hier. aduertit. c. 4. heu, heu, heu, dñe Deus
ergo ne decepisti populū istū & Hi erusa-
lē, dicēs, Pax vobis & ecce puenit gladius?

Quæ verba ad ingruētē captiuitatē Baby-
lonicā referēda sunt, sub qua falsivates po-
licētes vana securos reddebant Iudæos, à
Babylonicis diuexationibus. Et quia Dño
permittēte occulto sanè sed iusto iudicio
istud accidebat propterea decepisti (ait)
populū istū &c. Nō em̄ prohibebat Deus
hos falsidicos vates, ne demētarēt miserū
populū, imo illos sic populo adulari sine-
bat. Et in Ezech. 14. Eadē est figura dicen-
di: Si Propheta ait, errauerit, & loquutus
fuerit verbū ego decepi. Prophetā illū, vt
q; verus Propheta, tātis perdū Prophetat,
fallere nequit: at falsus est q̄ errat, at huius
error diuinę est permissionis, vt qui in for-
dibus est sordescat adhuc. Quare exigēte
populi illius cōtumacia vt à falsidicis vati-
bus beatificarētur & inani trāquillitate pa-

Cur Deus
dicatur de-
cipere apud
Hieremiam.

cis do-

Dilucida. & decla. in Esai. Prophetam. 3

Quales con-
fessarij Re-
gum & alio-
rum oportet
esse.

cis donaretur permittit Dñs, quippe nonnū quam Deus culpam culpa rependit. Vtinam & apud nostrates fideles quæ scriptura animaduertit in Iudæos in illis non essent animaduersione digna: vtinam confessarios nō palpones audiremus esse, vtinam non essent qui absolutionē peccatorum indignis (vt impcēnitentibus) donarent, vtinam qui à sacris cōfessionibus principum & magnatum sunt, non assentatorum officio potius quā confessariorū fungantur, & quæ Regibus & primatibus præsentiunt placida & suauia quæsito verborum fūco non ornarent, vt vel sic Principum ineant gratiā. Id quod pseudoprophetarum munus est, veritate suppressa mendacijs depictis ea quæ voluptati audientium magis arrident euulgare: vt pessimorum est medicorum egrotantibus indulgere, non quæ medica ars propinanda iubet, sed quæ ægrotanti voluptifica futura censent. Vnde & diuina testantur dogmata Michæam verum Prophetam non fuisse à Rege Israel in bellicam consultationem de Ramoth Galaad obsidenda ascitū, quadraginta tamē falsarijs vatibus in Consilium Regis coactis, à quo Iosaphad petit, cur ille qui erat dñi Propheta, neglectus, scilicet à Rege Israel extitisset. Ille (ait) ego odi eū quia nō Prophetat mihi bonū, sed malū. Quapropter & Achab Israel Rex per suos quos sibi cōsiliarios se legit seductus est, vt certā mē iniret infelix: quippe vero Michææ vati fidē nō pstitit, & Sedechiæ & alijs bona nūciatib⁹ sed falso credidit. 3. Reg. 22. Atqui in hoc gesto velut in tapete depicta possumus cernere quæ apud nos hoc æuo gerūtur, neq; hoc nostro æuo dūtaxat at in exitū vsq; orbis geretur. Sunt em̄ cōsiliarij qui magnatū ingeniū cū præsenserint, illi sua cōsilia, non veritati aptāt, ne si veritatē coluerint & veritatis sint synceri amatores, ex consilio vero magnatum pacē offendant. Neq; istis prohi dolor, cōsiliarijs falsis aut cōsultoribus, quid velit Christus scopus est, sed quid velit ambitio, quid avaritia, qđ deni-

Quales con-
siliarios ha-
bet mūdus.

q; primatum volūtas seu libido exegerit: huic sese attēperant, huius colore sese tingūt, vt chameleō in colorem vertitur sibi iuxta positū. Ad hæc illud cōmēdāt quoq; quod illi: illud reprobāt quod illi: qui re vera consultores nomine tenus sunt, re ipsa pessimi adulatores. Qui autē veritatē Dei ob oculos obuersantē habēt, si illā de prōpserint odio habētur: quippe non prospera, nō læta, nō quæ libidini superiorum suffragātur, sed quæ diuinæ voluntati magis cōsentanea præsentiūt illa proferūt & istos proba cōsultores. Porro in vitio sunt qui Principes falso mulcēt & palpant. At ipsi quoq; Principes à culpa nō vacant si consultores hos ament qui sibi potius ab blandiri quā veritatē fateri aduerterint. Quod si Principes in captandis de rebus grauissimis cōsilijs illud primū ante se prefixerint, non quæ sibi commodiora videntur, sed quæ Christianæ professioni magis cōsentiant illa magis fateri serio cordi sibi ipsis esse, tunc demum optimis fruētur Cōsilijs. Quippe boni Principes nō quæ rūt palpones, & adultores qui etiā si beatificent, seducunt tñ: vt in Esaia dudū legēbamus, sed illis aures benigniores præbēt quos cernunt religioni Christianæ potius suffragari, reipu. q; commodis & paci melius cōsulere. Falsidicos igitur consiliarios Principes Christiani respuāt, & ab aulis regijs eosdē exsufflent, non hos impostores audiant, moneo ne seducantur, vt Achab. Imò secūdū Iosaphad cōsiliū, dñi Prophetā quærat, qui vt Michæas affectuū deposita sarcinula vera primoribus & mūdi proceribus nūciare queat. Ne sicut Absalō & sicut Roboam præcipitio ruāt, qui prauis instituti cōsilijs iniusta & superba gesta tētarūt, & alij in numeri quos referre lōgū esset. Porro neq; declamatores diuini verbi sub silentio prætermittam: etenim horū quoq; non nulli in numerū adulātū & beatificantū falso populū referendi sunt. Vera quippe quæ sunt odiosa pro suggestu efferre trepidant, at plausibilia, plebiq; gratiora, illa effundunt. Non illa denique

Quales con-
sultores eli-
gendi.

Adultores
repellendū
principibus
Christianis.

1. Reg. 18.
3. Reg. 12.

Prædicato-
res diuini
verbi qua-
les.

quæ

quæ pietatem populi promouet, sed quæ ad propriam dicentis gloriam & fastum uiliora sunt depromunt. Quorū insolentiam in Hieremia. c. 8. prenotatā legimus. A Propheta (ait) usq; ad sacerdotē cuncti faciunt mendacium, & sanabāt contritiones filiæ populi mei ad ignominia, dicentes, pax cū non esset pax. At uero ne quid nimis præstemus Plato monuit & sapienter. Sunt etenim alij cōcionatores, qui horum vitiū declinare cupientes in aliud longe nocētius relabūtur. Non assentant plebibus, non pacifica pronūciāt: at seuerissimos sese in carpēdis vitijs præbent: quasi uero nimia seueritas non tam sit in culpa quam nimia blādities. Tāta est horum seueritas, ut nō raro uitia plebis secreta pro suggestu non solum insinuēt, quinimo & in turbam audientem immittunt. Si cōcubiniarius vnus aut alter in paræcia agit, illico infamant, & plusquam ferina uoce illum coram omnibus deferunt, atq; peccatorem illum aut alterum ita depingunt ut uel digito demonstrent. Hoc laudant auditores nō nulli, zelo sancto hoc tribuentes cōcionatores que huiusmodi adfidera usq; effierētes, qui demū uitia plebis ita rigide & acriter increpant ut illos ad diffidētiā de diuina misericordia deducant. Et desperantes semetipsos, tradiderūt in pudicitia in operationē immūditie oīs, in auaritiā ad Ephe. 4. Porro autē nō adeo mulcendus est populus, ut luxū uitæ prædicator probet, neq; tam asperè admonēdus ut uitā ueterē in nouā meliorē cōmutare posse peccator diffidat. Quare quæ publica cernit delicta diuini uerbi declamator quibus coniuent interim iudices, quorū intererat in illa animaduertere, illa si diuini uerbi declamator acius corripuerit, nihil suo muneri indignū admittit: at uero si secreta sunt generali cōtētus sit reprehensione. Illa enim efferre inturbā in scādālū plebis vergit, & euulgata semel in perniciem exēplo malo suo alios deplebe trahūt. Quare scādala hæc refecare, & abscindere, curādū est summo opere. Utinam

ait Paulus abscindatur qui uos cōturbant Galat. scripsit. 5. ca. Et Dñs nūmularios & mercimonijs vacātes in tēplo flagellis uerberās publicè de tēplo eiecit. Quare & Paulus. 1. ad Timo. 5. peccātes corā omnibus arguēdos esse docuit, nō de secreto intellexit, peccātibus, sed corā omnib⁹ (ait) idest quorū peccata in cōfesso sunt, publica inuectiua sunt arguēda intelligens. Etenim qui abdita peccata, publica reprehensione, manifestat non me sed Salomonē audiat qui reuelat arcana ambulat fraudulēter Prouer. 11. Iam uero, scio, sciscitabitur quispiam quid publica crimina uocē, nū quæ in ore uulgi circūferūtur, nū quæ turbæ sunt perspicua, ut olim Absalonis, paternarū vxorū incest⁹. 2. Reg. 16. At uero in decreto de cōcubinarijs in sessione. 20. Concilij Basiliensis promulgato illos tradiť publicos intelligēdos cōcubenarios qui aut per eorū confessionē, aut per iudiciariā sententiā, in iure factā, uel per gesti euidentiā, quæ nulla tergieruatione celari poterit, notorij cōcubinarij sunt: aut eū, qui de incontinētia suspectā aut infamatā mulierē etiam à superiore admonitus retinet. Sententiā igitur iudicis, rei cōfessio, euidētia facti, aut ordinarij admonitio de mittēda muliere ut in Concilio præscribitur, hæc publicū iure crimē reddūt. Quod si huiuscemodi criminosi pudore, & fronte christiana depositis, etiā notorij à peccando non destiterint ne cæteri pessima horū tabe tabescant, quod tūc canes Christiani gregis (qui prædicatores sunt), nō ta ceant non cōnuent, at modis omnibus seruato sui decore muneris in huiusmodi criminosos exclamēt, quis non probabit? Nomine tñ personarū suppresso, ne vno malo mederi cupiētes maiora producantur: ut usu venire medicis solet, qui febri- les ardores extinguere sedulo nonnunquam ita adnituntur, ut natium calorem stomachi adeo sapē infrigident, ut iam noua sit cum frigiditate ineunda pugna. Quamobrem si criminosi concionatorum cauterio irritantur, nihil prorsus efficies,

Paul⁹ expo-
nitur.

Publica crī-
mina quæ
dicantur ex
Cōcilio Ba-
siliensi.

Simile: -

Prædicatorum nimia rigiditas ita in uitio est ut nimia blādities.

Prædicatorum nimia rigiditas ita in uitio est ut nimia blādities.

Prædicatorum nimia rigiditas ita in uitio est ut nimia blādities.

Prædicatorum nimia rigiditas ita in uitio est ut nimia blādities.

Dilucida. & decla. in Esai. Prophetam. 3

A predica-
toribus hæc
omnia val-
de obserua-
da.

2. Ad Th. 2.

De Ioanne. BB. 11.

Herodis re-
prehensio à
Ioanne ex-
ponitur.

Ro. :-

efficies, præsertim si potentes & sublimes sunt, imò impudentiores illos reddi sæpe videbis. Nam honoris & famæ retinaculis delicti & delinquentis euulgatione sublati, quid superest nisi ut effraenis peccator in peccato suo volutetur? Multa ergo cautela hoc genus crimina circumspectenda sunt, si quis illis subuenire affectat. Videlicet ut speciatim pro suggestu aut pulpito crimine rephenso ab indiuidua rephensione sermo abstineat. Quippè auctoris publica rephensio correctioni nihil, proderit scandalum & offensionem fratris oppido augebit. Quippè etià si Deum peccator non timeat forsitan homines verbitur, & fortassis aliquando dabit illi minus compunctionem ut se extricet à laqueis diaboli, quibus captius tenetur? Videor tamè mihi lectorem mihi obstrepentem audire, ecquid inquiet, Ioannes ille Domini præcursor Herodis incestum in publicum nõ deprompsit? Clara senim carpit Herodem voce non licet tibi vxorem habere fratris tui Marci. 6. Et rursus Phariseis quid est quod Ioannes occidit genimimina viperarum, quis vobis demonstrabit fugere à ventura ira Matthæi ca. 3. Et Dominus Phariseos cæcos, cæcorum duces, filios diaboli, hypochritas raptores & id genus epithetis coarguit: illorumq; crimina palam & aperto sermone in eosdem obijcit. Cur ergo abstinendum concionatoribus à personarum expressione, quando de vicijis agitur, esse iubeo? Atqui hæc quæ obiectat mihi forte lector, nihil mecum pugnant. Etenim Ioannes si in propatulum crimen Herodis detulit, illud utiq; crimen non clancularium erat: sed plus satis, impendioq; euulgatum. Etenim Herodiadem non in concubinam, at in vxorè duxerat. Porro matrimonia principum non in conclauis celebrantur, sed in facie totius orbis, quam ducens legem patriam (ut Iosephus ait libro. 18. antiq. capit. 11.) transgressus est. Herodes nanque Herodiadè fratris sui vxorem ex eisde parentibus progeniti viuentis in vxorè, prio-

rem deferens, duxit. Quare Ioannes in Herodem (quem Tetracham Galileæ Iosephus appellat Marcus verò Regem) inuectus est & meritisimè ut in hominem qui patrijs legibus detrahebat. Adde etiam quod Herodis contrariosum exemplum in alios serperet, ut idem tentarent scelus committere. Sed ais, quid ergo Ioannes, cui ut credibile est Herodis pertinacia cõstabat, & quod citra spem correctionis sermo, aduersum illum esset agendus, cur in carpèdo Herode perstitit etià cū vitæ propria iactura. Atqui Iosephus loco indicato Ioannis mortem non ex hac rephensione originem habuisse putat neque ob eam ab Herode Ioannes capite plexus est: imò quod Herodes populorum cõfluxus in Ioannem videns, qui eiusdem sanctitate permoti illum summis honoribus colebant, sibi inde suafit Ioannem à populis in Regem creandum: vnde & sibi prouidens, ne à regni aut Tetrarchiæ sede deturbaretur à Ioanne, illius necesse est molitus. Marcus verò non hanc, sed aliam inuexit mortis Baptistæ causam nepe quod Herodi incestum cum vxore Philippi viuentis fratris obiecerit, cui assentiendū est magis quam Iosepho. Quanquā neq; vtraq; hæc sic inuicem colliduntur & dissentiant, ut conuenire nequeant. Etenim Herodes, propter obiectum crimen, Herodiade procurate, & ut suo timori de regni gradu deiectione confuleret, Ioannem capite damnavit. Etenim Euangelicę literę Ioannem creditum Messiam à populo fuisse Iudæorum, satis testatur, & ex fide hac Iudaici populi pulsatum Herodè fuisse nihil superat humanam fidem: ideo que in animum induxit Ioannē forte promouendum à Iudæis in Regem. Sed hæc obiter dixisse satis sit. Quod primo volueræ cepimus, rursus voluamus saxum, prædicationem Ioannis Herodis contumacia non esse interruptam, siquidem etiam si Ioannis sermo Herodi nocuit, & non profuit, at religioni Iudaicæ mirum in modū profuit, quam à Regia violatione afferere nitens

2. :-

Interfectio
Ioannis vn-
de pcessit.

Religionis
causa Ioan-
nes occu-
buit.

nitens Ioannes occubuit. Quæ enim religionis sunt diuinæ, boni publici non priuati sunt causæ, quibus etiam sub mortis dispendio subueniendum est. At Ioannes, vt prædiximus publicitus verba aduersus Herodem fecit,

quia publico religionis malo aliter succurri nequibat. Quid quod ni fallor

mihi veritabilem duxerim, & clanculum prius rem agitasse Ioannem cum Herode quando quidem inter vtrunq; magna intercedebat familiaritas. Nam Ioanne audito Herodes multa libenter faciebat. Marci. 9. Et ne te lateat quod protulimus Herodis incestum religionem illam veterem Iudæorum violasse, est tibi legendus Leui.

ca. 18. Quod vero de Domino annectitur quis sani capitis trahet in argumentum? Et enim ipse Dominus Iesus sic agebat in Phariseos vt in seruos, at prædicatores vt in cõseruos agere oportebat. At qui dominorum maior est facultas carpendi seruos, Quam seruorum ad cõseruos. Quid quod Dominus ita egerit ad prime necessariũ publicæ utilitati erat, Pharisaicam iniustam eleuare iustis oblurgationibus auctoritatem quæ valde plebi perniciofa erat. Etenim diuinam legem Pharisei & scribæ in propria commoda detorquebant Matthæi. 23. Idcirco vt in falsarios diuinæq; legis violatores Dominus acriter inuectus est: vt & Ioannes illos genimina viperea vocans.

Quanquam exactè librata re hac neq; Dominus nomen, aut personam expresse particularem, sed inturbam Phariseorum, & scribarum generatim sermonem deduxit. Et in concilio Tridentino sessione. 5. capi. 2. prædicatoribus forma seruanda præscribitur, vt vitia declinare plebes doceant, virtutisque officia sectari. In vitia igitur incãdescat illorum sermo, de personis autem digito compescant labellum. Neq; ergo vt semel dixerim prædicator assentetur, ita vt ad peccata relaxet plebes, neque ita

vituperet, vt personas infamet. Ne illis illud Esaia obijciamus, Argentum tuum verum est in scoriam. Etenim diuini verbi denarratores argento confert diuina scriptura numerorum. 10. Fac tibi (inquit) du

as tubas argenteas: quæ tubæ prædicatorum typus erant. Hæ enim excitabant olim Dei populum ad prælia in hostes Dei ineunda prædicatores vero plebes Christianas ad bellum contra Satanam & pompas eius claritate doctrinæ prouocant. Veritur autem

argentum in scoriam quando prædicatores gradum suum non tenent, imo ab illo se deiiciunt, aut quando prædicant auræ popularis captandæ gratia, aut personarum aut plebis odio, aut si falsas & hæreticas miscant doctrinas, aut si prædicantes immaculatam vitam, suas retegunt maculas & id genus alia. Quæ vniuersa in tropologicis persequuti iam sumus. *¶ Stat ad iudicandos. a)* Quasi dixisset ò principes & populi Magistratus, an putatis vos vestrarum exactionum tributorumque plebes iniuste grauantium, non reddituros Deo rationem? Imo propediè reddetis, & O vos falsidici vates, qui temere populum seducitis, illos à fide verorum Prophetarum vanis & ventosis pollicitationibus opplen-

tes, num animo ducitis vestro causam vestræ aure surda elabendam? Nō vestra hæc suadela vobis proficiet. Stat enim ad iudicandum Dominus, qui est horum vindex. Neque solū veniet disceptaturus cū principibus, imò cū senioribus, & prudentioribus populi, & illos quidem de populi grauiamine damnabit, hos verò de pessimis quæ primatibus præstiterunt consilijs. At vero germanior hic mihi sensus, & plausibilior est, quā si secus reddamus, hoc modo Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi, tanquam assessores Domini, senes fore putemus, vt Iudas. capitul. 1. Venit, ait, Dominus cum sanctis millibus

Prædicatores tubis argenteis confertur.

Christus prædicabat seruis prædicatores vero conferuis.

Matth. 3.

Forma prædicatoribus obseruanda ex Tr. synodo.

fuis. At etiam si Iudæ verba per affectionē capienda sint quia die extremo veniet cū sanctis Apostolis qui iudicaturi tribus. 12. Israel sunt. At hūc Esaiæ locū cum senibus veniet, vt illos diiudicet de cōsilio iniquo principibus exhibito intellectu volo. ¶ *Vos enim depastistis vineam meam.*^{a)} Satis cōgruit cū expositione proxima quod modo subdit id qđ cap. 1. iam dixerat. Principe stui socij furum, idē ipsum modo alia dicendi figurainculcat, vos depastistis vineā. Quorū intererat plebes pascere. 1. legitimis gubernaculis moderari non istud præstabāt, imo exactionibus & impositionibus nouis plebes onerabāt: id qđ vocat depascere vineā Dñi flēda sanē calamitas quorū munus est pascere. Sūt enim reges, & principes etiā in prophanis literis pastoris nomine donati. Qui ergo pastores sūt vt greges, pascāt necesse est: at versa vice nō pascunt sepē imo ex gregibus depascuntur. Et Ezechiel. c. 34. pastorum vicē dolēs ait, Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos: nō ne greges à pastoribus pascuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebami ni, & quod crassum erat occidebatis, gregem autē meū nō pascebatis. Etenim principes & Magistratus templi & populi optimis quibusq; fruuntur, & pinguisimis vetigalibus & sacerdotijs vtuntur. Super est vt qui sic à grege pascuntur vt. gregē quoque debito illi pastu siue doctrinæ, quod episcoporum est, siue administratione iustitiæ & iuris, quod cō comune omnium principū est non defraudent. In Hierem. quoque capit. 23. eadem causa versatur, aduersus iniquos pastores: & sepe alibi in

Principes etiam profani sunt pastores.

scriptura. ¶ *Et dicit dominus.*^{b)} Hiero. & glossa per filias Sion non mulieres Hierosolomytanæ sed vrbes Iudæ siue Hierosolymæ suffraganeas subaudiendas volunt. Egerat enim hactenus Esaias in Iudam &

dicat dñs Deus. Pro eo quod eleuatae sunt filiae Sion^{c)}, & ambulauerunt extento collo^{d)} & nutibus oculorum, ibant & plaudebāt: & ambulabant, & pedib⁹ suis cōposito gradu ince-

Hierusalem sermonem, ne ceteræ igitur vrbes inani securitate sibi gratularentur, ad illas sermōe hoc alloquitur. ¶ *Pro eo quod eleuatae sunt filiae Sion.*^{c)} Vrbes filias Sion nominat, quia illarum veluti mater erat Hierusalem. Et Ezechiel

capitul. 12. eodem incessit, quo Esaias sermonis gradu. Primo in Hierusalem prophetat dicens, hæc dicit dominus ad eos qui habitant Hierusalem in terra Israel. Panem suum in solitudine comedent. De ciuitatibus autem illi annexis subdit, Et ciuitates quæ nunc habitantur desolatae erunt. ¶ *Et ambulauerunt extento collo.*^{a)} Harum vrbiū ruinam dicturus causam verbis istis ruinæ demonstrat. Ideo vrbes has, collapsuras quia elato & superbo animo erant nam hoc est extento ambulare collo, & demum quia luxu vitæ dissolutæ erāt propterea collapsuras pronuntiat. Porro quarto Regum. 24. & 25. sermo ex professo de captiuitate à Chaldeis Hierosolymæ. Inferenda habetur, & vniuersa quæ hoc cap. prædicta sunt ibi Deum complese cernimus. Quippè Nabuchdonosore omnes thesauros Deo sacros sibi rapuit regem Ioachin, & regem Sedechiam patrū Ioachin itidem in Babylonem cum principibus, cum iudicibus, cum eunuchis cum inclusoribus & primarijs artificibus transtulit. At manassē regem Iuda tantæ calamitati originem commemorat

Manassæ de lectu origine Babylonicæ captiuitati dedit.

præ-

præstitisse inibi scriptura. Quippe Hierusalem oppleuerat Manasses cruore innoxio. De vrbibus autem alijs nulla ibi exprimitur mentio. Et Hieremias. 52. diffusio quoque & aperto sermone captiuitatē huiusmodi de-

narrans de Iuda & Hierusalem verba fecit, non de vrbibus alijs metropoli subditis. At vero Hierusalē, quæ caput erat si redacta fuit vi armorum in Chaldæorum seruitutem cæteræ vrbes vt mansissent superstites? cum nanque caput languet cætera membrado lent. Scripturæ ergo suffecit capitis vexationē & miseriam o-

stendere, vt cæterarum suæ ditionis vrbiū, insinuata calamitas & depopulatio esset. At verò Esaias quod insinuabatur ex loco hoc expressit dicens. ¶ *Pro eo, quod eleuata sunt filia Sion.*) Deus enim superbis resistit & humilibus gratiam dat: parcit siquidem subiectis & debellat superbos: & nihil tam offendit Dei maiestatem, quam quod miserulus homo, qui humi repit, eleuetur in Deum, vt scriptura nunquam non inculcat. Erat autem harum vrbiū eleua-

tio, quæ & capitis Deum verum non colere, & sibi prohibidine Deos, quos colerēt, fingere. Hæc est omnium pestilentissima humani cordis elatio, diuinæ seruitutis iugum excutere, & diabolo colla submittere. At subdit quantus harum vitæ sit luxus & delicia. ¶ *Ibant & plaudebant.*) Aut ludentes coram idolis, aut lasciuia effrænes. ¶ *Decalua-*

bit Dominus verticem filiarum Sion^a, & Dominus crinem earum nudabit^b. In die illa auferet Dominus ornamentum calceamentorum: & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & discriminalia, & perisce-

idæ filiarum Sion.^a) Etenim Hierusalē, quæ illarum erat vertex, & apex, decaluata fuit à Chaldæo principe. Etenim caput decaluatur quando pili expilantur: at Nabuchodon. principes, reges, cæterosq; illu-

stris & nobiles ab Hierusalem veluti pilos à capite euulsi: & quia capitis pectata in membra fuere transfusa, & membra eodem torqueri tormento facto opus erat. ¶ *Et crinem nudabit.*^b) Repetitio est. *In illa die auferet.*^c) Muliebrem mundum Esaias profert: vt deliciosa ornamenta mulierum exprimat, & vt sub metaphorico sermo-

ne lapsus regionis illius oculis legentium opponat. Quanquam neque hæc aliena à proprio sensu sunt, quæ captiuitati sunt familiaria. Grassantibus enim hostilibus (furijs) mulieres illius regionis capillis nudatas, pedibus discalciatas, omni ornamento orbatas, quis fuisse inficiabitur? Per ornamentum calceamentorum, ornatisima quæ erant fœminis indigenis calceamenta intellige, & lunulas: alius legit fibulas, quæ vela ocellata vel reticulata erāt, quibus capita fœminæ, & tunc tegebant & modo, quo venustiores prominentibus flauis capillis spectentur. Per lunulas Nicolaus picturas lunæ, aut bullas pendentes lunæ formam referentes intelligit, quas capiti vel guturi appensas fœminæ gestabant. Torques pectoris sunt ornamentū olim insigne erant emeritæ militiæ, vnde Romanos quosdā nobiles Tor-

Ornamenta mulierum.

Quæ maxima sit superbia humani cordis.

quatos appellatos fuisse nonnulli volunt. Monile, aut monila gutturis est ornamentum, id quod Græcis est catheuma. Armilla ab imperatoribus dono militibus concessa ex brachio militum læuo pendeat. Quare Prisciano brachialia appellata: eò vero sunt armilla vocata quod armum antiquitus brachium totum cum humero vocitabant, ut & monilia, quæ virgineæ integritatis observandæ insigne monitoriū erant. Mitra, sunt de quibus Vergilius meminuit. 9. Aenei. Et tunicae manicas & habet redimicula mitræ. Viris pileus incurvus erat. Foeminarum verò cucuphæ, ut Nicolao placuit, alijs vela foeminarum facie totam, exceptis oculis, tegētia. Et vittas legunt quidam loco huius, & discriminalia. Per vittas pileos, aut tiaras, subaudiunt, aut per discriminalia stylum argenteum, aut corneum intellige, quo capillorum cæsaries discernitur, in duasque diducitur partes foemine capilatura. Per periscelidas, vero tibialia significantur, quæ ornamentū sunt tibiale. Murenulæ pectoris sunt ornamenta, ut monilia gutturis foeminei, & referunt murenam pisces hoc est lampetrā. Vnde Hiero. ad Marcellam, Aurū ait, colli sui, quod murenulā vulgus vocat: quod scilicet metallo in virgulas lentescēte quædam ordinis flexuosi catena contextitur. Per olfactoria quod velit patet, suffumigationes thuris, & muschi, aut moschi intelligēdas esse certum est, aut aliorum aromatum, ut ambra, aut galliæ, & id genus. In aures autem spherulæ sunt ab auribus seu argenteæ seu aureæ pendentes. Per gemmas autem à fronte pendentes sunt qui velint à naribus pendere gemmas mulieribus orientalibus, ut ex auribus. Per sindones autem delicatissima quædam vestimenta in

relligenda esse puto, ut per vittas & Theristria: nisi quod hæc posteriora æstuante sole magis erant ex usu. Cuius mundi muliebris bona pars adhuc apud nostrates Hispanas foeminas in præsentia extat, apud

fortes tui in prælio. Et moerebunt atque lugebunt portæ eius, & desolata in terra sedebit.

opulentas præcipue & nobiles. Quæ colla ornant monilibus (Hispanæ gargantillas,) & murenis, decorant pectora (Hispanæ cadenillas de bueltas) brachia exornant armil

lis, (Hispanæ manillas) & torquibus (Hispanæ collares,) & capita mitris, (Hispanæ scophiones) aut si ocellata reticulamenta vertere aridet (tocados de red) & corpus vestiunt sindonibus, aut theristris (ropas de Olāda o Calicut o Cambrai,) cæsariē demum comunt, discriminalibus (cōpartidores) forte hæc sic in nostrum vernaculum sermonem reddenda veniunt: vel si istis non correspondet sufficit nobis delicias superfluas preciosaque corporum mulierum ornamenta per hæc habenda esse. ¶ Et pro crispante crine. a) Idest pro artificioso & calamistrato crine succedet caluiciū: id quod plus caput fœdat quā calami stri cultus exornet. Depilatio enim capitis mulieribus præsertim turpissima est, ut Paulus post. ad. Cor. c. 12. tradidit. ¶ Pro fasciā. b) Homerus. 9. Odissæ, virgines vfas fascijs quibusdā id tēporis fuisse cōmemorat tātis perdū virginittatis flore nitebant: quæ quoque ritū apud Iudeos olim extitisse forte Esaias hic insinuat. Erat aut fasciā hec pectoralis, ut quibusdā placet, brevis quædā vestis quæ pectus & dorsū tegebat, delicatissimus illius tēpis virgineusque cultus cuius Hier. c. 2. meminit, Nūquid obliuisci pot virgo ornamenti sui aut spolia fasciæ pectoralis suæ? Atqui tā plixū tāque pōposum & ambitiosum cultū in teterrimas clades ciliatorū, saccorū, & nuditatem & bonorū omnium

omnium orbitatē esse cōuertēdū prophe-
tat. Verū captiuitatis aduersa nō solū mu-
lieres illæ, quinimo & viri quoque tulerunt.
Porro sub nomine mulierum rem
prosequitur propheta, vt viros effœmi-
natos muliebresque & consilio & mori-
bus extitisse, in quos Babylonica captiui-
tas insinuat, vt & de Hierosolymi-
tis iam prædixerat. Principes quoque re-
gesue & ætate & moribus pueriles fuisse
quartus. Regū. 24. & 25. satis indicat: nam
Ioachin. 18. annum agens regnat, & Sede-
chias, qui & Matathias. 21. agens. Septua-
ginta non legunt lunulas, sed huius loco
cosimbos verterunt: est autem cosimbos
græcis fimbriata vestis quæ habet extre-
ma cæsurata, aut cinctorium capillamenti
muliebris quod per vittam quidam signifi-
catum volunt. Vergilius AENE. 2. Et falsæ
fruges & circum tempora vittæ. Vbi vittæ
vox per geminum, et, ligamentum aut vin-

culum, quo vel fersa vel flores circum ca-
put ligabantur significat. Pro suauissimis
igitur suffitibus foetores, pro calamistratis
comis depilationem, pro preciosis & mi-
ra arte exquisitis zonis funiculos subro-
gandos minatur propheta. O miserrima
succedanea! Atqui contraria contrarijs cu-
randa methodicum est Hipocratis decre-
tum. Qui ergo crispantibus comis sibi gra-
tulabatur, & elegantiam sibi arrogabat,
quod scilicet vertice crispo graderetur, ex
depilato iam vertice, gratulatio vana di-
scedet: qui suffitibus ex ambra, & moscho
aut quibuslibet alijs voluptate perfunde-
batur, ex foetoribus grauissimis iam affe-
ctus, ex graueolētia suauitas odoris euane-
scet: & denique qui zonis splēdētibus glo-
riabatur, cum sevt captiuum & infelicem
trahi funiculis inuitum aduerterit zona-
rum gloriam dolore funiculorum & infamia obliuiscetur.

DE SENSIBVS TRO- pologicis ad Caput ter- tium appendix.

*TROPOLOGICA declamatio prima contra ambitionem, cuius prothema est. Et dicet
non sum medicus, in domo mea non est panis, neq; vestimentum: nolite me constituere principem Esaie. 3.*



HAEC VERBA ILLE
dixit, qui rogatus à frību vt
principatum apud eos gere-
ret excusans principatum
respondit tria hæc, & panē
& vestimentum, & medicinam desidera-
re, quare & pares imperio vires non habe-
bat. Ideoque & primas apud fratres tene-
re partes non est ausus. Expendenda ergo
hæc tria quæ tãti momenti principatui ge-
rendo sunt, vt ij, qui sedes primarias in ec-
clesia Dei affectant, & tam sedulo & serio
mare & aridam circumeunt, vt princi-
pes Christiani populi constituantur, pericu-
lum de se ipsis sumant primo. Si medici sunt
si panem habent, si denique vestimētum.

Vtiq̃ue tria hæc bona tribus aduersantur
malis: panis famelicis præsidio est, medici
na egrotis remedio, vestimētū frigoribus
auxilio. Sunt autem hæc tria mala in eccle-
sia Dei. Namque grex Domini sæpè fame
periclitatur. Paruuli dixit Hier. Thre. 4. pe-
tierunt panem & non erat qui frangeret
eis. Et quanquam fames alimonix terrene
corpora vexet, & ad interitum vsque co-
gat, at quæ est cœlestis alimonix fames,
multo periculosior est. Immittam (ait) in
terram famem, non famem panis, neque si-
tim aquæ, sed audiēdi verbum Dei Amos
8. Huic exitioso malo panis vitæ & intel-
lectus vnice subuenire quibit. Medicina
item Christianus populus opus habet. Nā

Dilucida. & decla. in Esai. Prophetam. 3

quāquam morbi extremi tœdiosi sunt & vires laxant sensuum & sæpè letales sunt: at morbi mentis quippe qui interni sunt maiori multo solertia curandi sunt. Quippe non temporaneam sed æternam mortem minantur: cui morbo succumbens, nisi Deum leuantem habeat perpetuo succumbet. Tanto ergo tamque exitiali funestoque morbo antidotarium sacramentum in sua ecclesia reliquit Christus. Hæc enim sunt medicamenta illa, quæ scatent oleo diuinæ clementiæ etiam si vinosæ auferitatis miscellaneis tēperantur. Etenim impœnitentibus medicamenta cœlestia hæc imbecilla sunt, at pœnitentibus diuinæ gratiæ dulcedinem stillant. Neque est culpa tam deploratæ calamitatis, quæ hoc genus antidotis non abstergetur & sanetur. Sunt autem vestimenta principibus maximè ecclesiasticis necessaria, quibus subiectorum tepiditati & algētibus ad bona animis præsto auxilio esse possint. Hæc enim sunt copia virtutum quibus fulgere coram populis debent. Sic luceant (ait pastorum princeps) opera vestra coram hominibus ut videant opera vestra homines & glorificent patrem vestrū, qui in cœlis est. Quæ quidem etiam si in omnes fideles referantur verba, at præcipuè in eos, qui ecclesiæ præsunt. Hoc enim natura humana comparatum est, ut membra à capitibus pendeant, & inferiores à superioribus vitæ exemplum desumant. Quod si feruidum senserint Christianæ vitæ ducem feruidæ plebes reddentur, sin torpentē multo amplius & ipsæ torpebunt, & gelascent. Ut & in militia terrena cōspicere quis valeret: fortitudo enim & animositas ducis milites animatos & viriles reddit, illius verò pusillanimitas, totum exercitum eneruat. At vero sunt qui putant se opulenter vestitos esse, & tamen falsò ut ille Laodicensis episcopus qui credebat se diuitem & locupletem, & latebat eum nihilominus sua miseria, atque nuditas Apoca. 3. Sunt quoque nonnulli ecclesiarum præfecti, qui si pinguisimis ditescant sacerdotijs

Exempla sunt vestimenta.

iam se vestitos esse putant, si pauculos pauperes alant, vestimenta habere quæ inferioribus donent arbitrantur. Alij fortasse quibus applaudunt sui de virtutum copia iam se vestitos & ornatos virtutum superlectile certo credunt: cum tamen conscientia teste se nudos fortassis credere esset tutius. Hæc est enim gloria nostra testimonium conscientiæ nostræ. Ut autem immortalitatis stolla superindui digni simus, non sat est quod humanus applausus nos vestiat, nisi ab ipsa veritate induamur. Superindui, ait, cupientes, si tamen vestiti & non nudi inueniamur. 2. ad Corinth. 5. Hæc ergo sunt cœlestia iudumenta quibus anima prælatorum & pastorum ecclesiæ exornanda & colenda venit, ut hæc foris per opera bona promicantia nuditatem gregis fouere possint, algentia quæ ad charitatis & pœnitentiæ fructus pectora ardentia & rediuiua præstare. Episcopos ergo medicos, panificos & vestiarios oportet esse sui gregis. Qui ergo medicina spiritus non pollent, qui panis diuini verbi sunt inopes, qui propriam nuditatem desunt, utique expedit etiam oblatam tanti muneris functionem depellere, & cū vate nro dicere non sum medicus, in domo mea non est panis, non est vestimentum. Illos orbis primarios principes si diligenter obserues, illos quidem medicos, panesque abundantes, & vestimentis reperiatis. Paulus enim Stephanæ domū lauacro aquæ à culpis sanat. 1. ad Cor. 1. Petrus Cornelium, Philippus Candacem eunuchum. Quantiūque sit hoc mendicamentum pendendum in publica concione Petrus euulgat, Pœnitentiam (ait) agite & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Domini nostri Iesu Christi. Quāquam autem nostri primates alijs intenti, istis medicamentis, idest sacramentis operam nauare non possunt, ut videlicet propria baptizent manu, sacris quæ confessionibus adsistant, cæterum quando hæc præstare nequeunt, eos præficere huic operi curabunt quos scientia & Chri-

Multi gloriatur ut vestiti, alioqui nudi.

Episcopi Me dici, pistor, res & vestia rij.

Apostoli Me dici.

Confessarij
quales præ
ficiendi.

Hieremias
notandus, c. 6

Officiales e
piscoporum
quales.

Episcoporum
prædicatio
utilis.

& Christi charitas, non amicitia, non subornatio, non ministerium, non denique fauor dignos fecit. Etenim si medēdo grege Christiano illos præponunt medicos, qui spiritualium morborum nesciunt naturam neque vires, aut qui maiori opus habent medicamento quam concreditus illis grex, super est ut in illos aptentur verba Esaia prædicta, Nō sum medicus. At sunt qui & antidotum nouerunt, qui medicamento non ita egent ut grex: at superstitio si sunt, fastuosi & incurando grege morosi, subditas oues non ut oues benigno fauore prosequētes, sed ut hostes hostiliter diuexantes. De quibus Hierē. (ait) Curabant contritionem populi mei cum ignominia. Ecquid est ignominiosē contritionem subditorum curare, nisi fastu turgere, in cleris dominari, indebitisq; vexationibus populum Dei torquere, & quæ gratis erant exhibenda, ex torta præstare pecunia? Scio episcopos ab istis abstinere, & utinam perpetuo abstineant, at officarios episcoporum in culpa esse quod episcopi aliquando malè audiant non dubito. Quapropter ut chirurgi etiam si arte præstēt, instrumentis idoneis nisi utantur, frustra medentur, ita quoque & episcopi nisi optimos quosque in officarios ascuerint de grege actū erit. Porro autem etiam multa quæ iurisdictionis suæ munera sunt, per alios præstare necessarium habent: quippe vnus tantis muneribus obeundis nisi alios subroget sufficere nequibit. At vnum est cui episcopi ut præcipuo muneri debuissent suam impendere per se ipsos operam id quod est diuini declamatio verbi: id quod toties sacra synodus Tri. nouissimè post sanctorū decreta monuit. Quanquam autem per fratres ordinum & suos canonicos quibus hoc officij mādatur egregie & fructuosè prædicatio diuini sermonis administretur, at vero Pastoris vox nescio quam habet latentem energiam, & in aures gregis transmissa fortius sonat & efficacius operatur. Et Apostoli, qui legatione pro Christo fangebātur, per se ipsos

nedum per alios hoc munus ecclesiæ impendebant, adeo ut Paulus. i. ad Corinth. i. se afferat legatum Iesu Christi, non ut baptismatis tingat aqua sacra, sed ut euangelium in orbem disseminet, quamquam & baptizandi munus per se ipsum inibi testatur exercuisse, Baptizauit, ait, & Crispum & Caiū &c. At hoc munus interim committendum esse alijs, ut ipse euangelio vacet insinuat. Imo neq; viduarum ita ministerio incumbendum esse docetur ut diuini verbi ministerium deferat. Nō est equum (inquiunt) nos derelinquere verbum Dei & ministrare mensis. Et diaconos elegerunt qui viduis recēs conuersis, de alimonijs consulerēt. Acto. 6. Episcopi autem qui post ecclesiæ illos primarios duces fidelesque Christi legatos, legatione eadem pro Christo funguntur, equum est ut huius legationis memores aperiant os suum plebes instruendo, ut Christus aperuit, sedēs in monte: nam aperiens os suū docebat, eos, Matth. 5. Pane ergo vitæ cibent populos, huicque operi insudent, quod reipublice Christianæ ad primè est necessariū. Nullus enim ita gregem amare debet, ut pastor, qui in sua vntione illius gerere curam professus est. Si ergo ecclesiæ procures medici sunt, si panis copia fruuntur, si spiritus ornamenta, & operis candida exempla tenent, episcopali & pastoralis iusta nomēclatura donantur, sin aliter doleant, quod insignibus istis non micēt & curent quæ defunt supplere.

Neque solum ecclesiæ principibus hæc monita utilia sunt, quā & cæteris Magistratibus secularibus, quos iuxta pēsū suū & pro ratione talēti sibi à Dño præstiti ad eadem teneri populis sibi concreditis exhibenda puto. Tunc autem veros sese gerēt medicos cum sanctis legibus & Christi euangelio concordibus, reipublicā moderantur: quando has leges inuiolatas esse volūt & neq; cupiditate neq; amore franguntur. Est enim cupiditas omnium malorū radix. Nonne si turbatur seditionibus

Magistratus
profani quales.

republica si intestinis agitur odijs, is qui
seditiones turbulentosq; hominū fluctus
mitigat & odia consopit & amicitias cōci-
liat: satis reipublicæ malis medet? Nullus
antidotus tam in pretio habendus, quam
is qui fratrum civilem discordiam sanat.
Quibus accedat hos quoq; principes ve-
rè panem in domo habere, quando pupil-
lis & viduis, alijsq; miserabilibus personis,
causam agētib; coram ipsis ius dicūt: &
à vi & oppressione potentiorum, qui hos
pauperculos exuggerere fraudibus nituntur
velut agnos à lupina rabie eripiunt. Etem̃
non temere censendi sunt pauperes alere
qui illorum iura defendunt, citra quorum
opem perirent. Pupillo (ait) non iudicabāt
& causa viduæ nō ingrediebāt ad eos Esai.
1. Apud istos ergo corruptos iudices pe-
rit pauperum causa: qui ergo huic causę
incumbunt defendendę, saluberrimo pa-
ne reipublicam alūt. Et denique qui tanta
sunt synceritate iudicij præditi, vt in singu-
lis causis neque muneribus, neque preci-
bus, neque fauoribus corrumpantur, ne ius-
tum ferant iudicium, nulla personarū sed

veritatis duntaxat habita ratione, qui ne-
que pauperis miserentur neq; diuitū per-
sonam in iudicio mirantur, opimis iusti-
tiæ ornamentis exornantur, eoq; fulgēt
splendore, quo neque Lucifer neque He-
sper splendet. Qui vero reipublicæ mor-
bis frequentibus opitulari non vult cū pos-
sit & illi rursus qui iura eò didicerunt, vt
illa lacerent, & subuertant, illorumque
candorem & veritatem versutijs suis ob-
scurent, quos esse aues carniuoras apte di-
xeris, litibus inhiant nanque huiusmodi
homines vt inde argentum & aurum sibi
corradant, vnde marsupia vberiora, & iu-
ra steriliora reddantur, isti denique verē
sunt, quibus congruit quod ex Esaia versa-
mus. Non enim sunt medici, non habent
panē iustitiæ in domo, quæ plena est alio-
qui rapinis sæpè pauperum: nō habent de-
mum iustitiæ & iudicij vestimenta. Qua-
re vel timor Domini illos corripiat est ne-
cessē: aut cum illis melius ageretur, vel ipsi
secum consultius agerent, si à forensibus
negocijs abstinerent, & iudicialia insignia
deponerent.

Exod. 23.

Eth. 5.

Describun-
tur pessimi
iudices, & in-
iusti aduoca-
ti.

TROPOLOGICA DE- clamatio tertia de cogitationum obser- uantia, cuius prothema est.

DECALV ABIT Dominus verticem filiarum Sion Esai. 3.



CORPORIS VER-
tex caput est, animæ ve-
ro apex est mens. Hæc be-
nè culteque comata est, si
cogitationibus synceris to-
ta tegatur: at si hæc desluant vt ex arbo-
re sub autumnno decidua cernimus folia,
iam depilata est: & quæ decora cessa-
rie ornabatur, sub incorruptis cogita-
tionibus istis depositis turpi glabritie fæ-
da conspicitur. Porro ritè diximus capil-
los gerere cogitationum typum. Capil-

li enim ex flatibus celerrimè agitantur:
quoquo versum capilli à vento actitan-
tur: itidem cogitationibus, instabilius
nihil est. Capilli rursus capitis naturam
sectantur: si infirmum est caput, & pi-
los infirmari & languescere consequium
est: & de firmitate similiter est censen-
dum. Itidem si mens in Deo firma est
& cogitationes sanctas firmas habebit:
sin verò imbecilla est & labascens, de-
ciduas quoq; cogitationes habebit. Qua-
re solertia non minima menti cauendum
est, ne

Cogitationes
sunt mentis
pilli.

est, ne periclitetur: nam labente illa cate-
 ra quæ in ea iacēt collabūtur. *Omni custo-*
dia custodiendū esse cor sapiēs admonet:
 quia ab illo procedit vita. Ad retinendas
 igitur sanctas cogitationes firmitas mēris
 in Deo summum est retinaculum. Præter
 hæc quoq; ipsa cogitatio mores cogitātis
 sequitur: qualis mos est, talem sperato co-
 gitationem, si forensis forensem, si cœle-
 stis cœlestem. Quid cogitabat ille quan-
 do aiebat Philip. scribens, Nā cōuersatio
 nostra in cœlis est? vtiq; in carne degens
 cœlestem agebat cōsuetudinem, vnde &
 cogitationes cœlestes corpori adhuc infi-
 xus versabat. *Quantò secius alij cogita-*
runt, de quibus Sapien. 1. dixerunt impij
cogitantes apud se nō rectè, Exiguum &
cum tædio est tempus vitæ nostræ, & non
est refrigerium in fine vitæ hominis &c.
 Isti impij sunt qui terrena sapiebant, & ad
 cœlestia non anhelabant, quos mortalita-
 tis vitæ nostræ celeris defluxus, non ad iu-
 diciū Dei horrendum excitauit consi-
 derandū: quin vt visibilibus fruerentur se-
 curius nulla diuinitatis habita ratione po-
 tius ex illo stimulabantur. Quare proprię
 consuetudinis, & actionis propriæ tibi est
 plurimum subducenda ratio si voles can-
 didis mentem ornare cogitationibus. Vt
 enim arbor ad fluentia defixa aquarum vi-
 ret folijs, totaq; vernat aspectu, quæ euul-
 sa marcescit, & squallescit: ita & humana
 mens si ad fluēta diuinorum eloquiorum
 radices suas miserit, illarūq; alluatur quo-
 tidie confluio, habebit cogitationes ver-
 nantes, & virentes. Diuinus etenim sermo
 cogitationes nostras ad se rapit & in se cō-
 mutat. At si ardor terrenæ conuersationis
 illas inuaserit planē germani depilabūtur
 nostræ mentis pili, & in semetipsa verbi
 Prophetici quod versamus periculum fa-
 ciet, scilicet prothematis nostri. Decalua-
 bit Dñs verticē filiarū Sion. Porro aut decal-
 uatio hæc gemina est, quædā, quā hoc
 seculo degētes nōnulli patiūtur, alia vero,
 quā sub gehennę ignibus dānatis futuram
 credimus. Harum prior non tāta est quan-

ta posterior. Etenim dum hīc agitur nulla
 tanta mentis humanæ à bonis affectibus
 aut cogitationibus nudatio est, tātaue mysti-
 ca caluities, vt bonæ alicui cogitationi aut
 affectui aliquādo nō sit locus: ad hæc nul-
 la tāta est cordis obstinatio quæ flecti ne-
 queat, nullus deniq; tantus peccati rigor,
 cuius sit desperāda salus. Etenim arbitrij li-
 bertas viatorū, interim dum viā seculi te-
 rūt, in malo nunquā obstinatur ita deplo-
 ratè vt spes salutis nō sit. Quanquā nō nul-
 la ex sacris deprompta oraculis aliud præ-
 ferant: quæ tamē accuratius intellecta re-
 fragantur nihil. Libet autē pauca indicare
 vt insipiētibus offendicula tollam Pau. ad
 Hebręos. 6. illos, qui semel illuminati sunt
 & prolapsi, ad pœnitentiā rursus renoua-
 ri impossibile ducit: id quod Damascenus
 li. 4. c. 10. de fide orthodoxa de repetētib⁹
 baptismū intelligēdū credit, & rectè. Erat
 nanq; quondā abusus, pro purgādis pecca-
 tis baptismū semel atq; iterū repetere, bap-
 tismali videntes lauacro vt pœnitentiæ sa-
 cramēto, quod frequenter repetere licet.
 Atqui adeò mala hæc sacramēti vsurpatio
 olim apud hereticos inoleuit vt Theophi-
 lactus, enarrās Pauli locum. 1. ad Cori. 15.
 Quid faciūt qui pro mortuis baptizātur?
 Marcionistarū fuisse indicat morē hæreti-
 cum eūq; stolidissimū, mortuos baptiza-
 re: falso enim credebāt, lauacrū regenera-
 tionis vita functis remittendis peccatis si
 illo sub morte tingerētur prodesse. Cuius
 hæretici ritus radices euellere Paulus niti-
 tur, verā fidē docēs, hæc est aut Ecclesiæ fi-
 des. Qui semel lauacro Spirit⁹ sancti ablu-
 ti sunt lapsibus, ante baptismū reparandis
 ablui: quos tñ lapsus post baptismū q patiū-
 tur, nō ad fontē regenerationis sed ad pœ-
 nitentiā, qui illos reparare volet cōfugiēdū
 est. Quare Paulus ait impossibile esse reno-
 uari ad pœnitentiā & nostræ expositioni
 attestatur qđ subdit, Rursus crucifigētes
 sibi filium Dei. Nanq; in hoc cœlesti laua-
 cro typus Dñicæ geritur mortis, atq; se-
 pulturæ, imo & resurrectionis: nā cōsepul-
 ti sumus cum illo per baptismū in mortē

Viatoribus
 semper est
 possibilis
 pœnitētia.

Decaluatō
 mystica du-
 plex est.

ad Rom. 6. Idcirco qui sacramentum hoc frequentabant, & mortem domini, & crucem nō semel Dominū, sed pluries subiisse præserebant: id quod summæ demētiæ erat. Est etiam locus alius quē sibi capiunt hæretici ad erroris patrociniū Paul. enim nō inuenit pœnitentiæ locū etiam si cū lachrymis (ait) inquisisset eā. ad Hebræ. 12. qui tamē clarē lucebit si rectā illi interpretationē admoueamus. Ibi nāq; Paulus, loquitur de Esau, quē pater orbauit Isaac benedictione illa magnifica, quam Iacob frater sibi astu sancto vindicauit, & à gradu primogenituræ deiecit. Id quod iniquo animo ferens Esau, à patre retractationē benedictionis concessæ lachrymis cōtendit: & retractationis locum non inuenit. Quippè pater denuo firmans benedictionem Cene. 27. Dominum tuum, ait Isaac, Esau filio, illum constitui, & primo dixerat, Benedixi illi & erit benedictus. Vides ne etiam si Isaac rugitibus & clamoribus validis retractationē gesti petiisset nihil illi conduxisse? neq; Paulus, ait, quæsiuisset Esau à Deo remissionem peccatorū cum lachrymis, & nō inuenisse: neq; de peccatis donandis Esau sermo vertit, apud Pau. Imò sermo est de benedictione impetrandā Esau & de reuocanda benedictione Isaac. Quod si ex prioribus filū Apostolici sermonis deduxeris ad hæc vsque verba quæ tractamus luce clariù germanū mensum reddidisse perspicies. Cupiens ait (Esau. s.) hæreditare benedictionē, reprobatus est. Dein ad verba illa Geneseos alludens, Auditis, inquit, sermonibus patris irrugijt clamore magno, Paulus subdit ad priora, non inuenit pœnitentiæ locū, etiā si cum lachrymis quæsiuisset. Est autem si venas huius Apostolici sermonis penetrare subtilius libet profundior alius sensus. Etenim Esau primogenitus erat atq; rufus & hispidus. Genesi. 25. Qui propter pulmentum rufum, Primogenituræ præcipuos honores in fratrē trāslegit. At qui hi duo fratres & synagoga iam defunctæ, & Ecclesiæ viuētis in Christo typū gerebāt,

prior synagogā referebat, posterior Ecclesiā. Esau rufus est synagoga, quæ tota sanguine sacrificiorū madebat: Esau in modū pellis, hispidus & aspererat Synagoga etiā tota rigebat præceptorū asperitate, quorū nimio pondere colentes premebātur vt Petr. dixit Acto. 15. Esau præter hæc venationibus incubebat, Synagoga tota quasi venatrix erat, quia Christū quærebat & rursum quia venatores post multos haustos in venando labores exiguū sæpè est, quo fruūtur, vt plus multo laboris impendatur quā fructus ex venatione consequatur: ita quoq; & Iudæis, quos sudasse satis in tanta præceptorum copia videmus, fructus cōtingit exiguus. Neminē enim ad perfectū duxit lex: & omnes illustres Synagogæ patres, qui insigniter Deum colebāt defuncti sunt nō adeptis repromissionibus vitæ æternæ, ad Hebræ. 11. Iacob verò simplex & mollis, legis nouæ gratiā & suauitatem facile indicat. Iam ergo Synagoga quippe quæ nata prior, ius ad diuina cōsequēda bona sibi arrogabat. Quare & Dñs ait non sum missus nisi ad oues quæ perierunt ex Israel & gentes canes, & Iudæos filios nominat Matthæ. 15. At quæ fuit Synagogæ cæca obstinatio edulij rufi appetētia vendidit primogenituræ primatū. Tāto em̄ feruore succensa est in amorem legis Mosi, vt hæc prætulerit legi Euāgelicæ. Non habemus, aiūt, Regē nisi Cæsarem, & cæcū increpant, Tu discipulus illius esto, nos autem Mosi discipuli sumus Ioan. 9. Vtiq; edulium rufum legē illā congruo & apto sibi nomine appellandā cenfeo: nāq; vt dudum dicebā, tota sanguine hircorū, agnorū, caprarum, & id genus sacrificijs rufescebat. Translata est ergo gloria primogenituræ, cœlestisq; benedictio, ab Esau in Iacob, à Synagoga in Ecclesiā, à Iudæis in gētes. Amen dico vobis (Christus ait) multi venient ab Oriente, & Occidēte & recubēt cum Deo Abrahā & Deo Isaac & Iacob, & filij Regni eijcientur foras. Matthæi. 8. Et sicut Esau etiā si instantissimē benedictionē subreptam à fratre

ad se

Locus Pauli de pœnitentiā edificatur.

Alter sensus eiusdem loci non pœnitendus.

Esau & Iacob typi synagogæ, & Ecclesiæ sunt.

Agor. 13.

ad se reuocare curauit, non tamen est assequatus, sic quoque & populus Iudaeus etiam si exaggeret, exostulationes & in lachrymas resoluatur totus, suae iacturae, & miseriae reparationem à Deo non obtinebit. Quippe confusi & abominabiles sunt coram Domino, & quia in dignos se exhibuerunt tantae benedictionis (quae vitae aeternae est) conuersa sunt ad gentes iura regni coelestis, & gentes quae recumbebant in nouissimo loco, ad supremos iam Christi gratia sunt prouectae honores Lucæ. 14. Neque poenitentiae erit locus apud Deum. Sine poenitentia enim id est sine retractatione aliqua, tanta hæc Ecclesiae Christi praestita sunt dona ad Romanos. 11.

¶ Sub hæc quoque neque nos moretur, quod Ioannes scripsit. 1. catholica Episto. ca. 5. ut putemus decaluitas esse adeo quorundam mentes, ut sint iam cõclamatæ, de illisque adhuc uiuentibus actum iam sit, cuius verba sunt. Est peccatum ad mortem pro eo nõ dico ut roget quis. Quem locum Diuus Augustin. libro de sermone Domini in monte capitul. 44. de inuidia fraternae gratiae intellexit, Atqui non peruium est neque facile inuentu, quid per hæc velit Ioan. Etenim Turcarum peccata, aut Saracenorum, aut Iudeorum, enormia sunt scelera, quæ in cõtemptum Christi & Ecclesiae admittuntur: at Ecclesia pro istis Dominum precatur. Et gentes, ait, paganorum quæ in sua feritate confidunt dextera tuae potentiae cõterantur, pro Iudæis & hæreticis feria. 6. hebdomadae sanctae itidem precatur. Et pro excommunicatis quos etiam si precibus publicis orbet, atque suffragiis, tamen priuatim pro illorum correctione Dominum pulsare Ecclesia non vetat. Quod si hæc quæ diximus peccata essent ad mortem Ecclesia preces fundere pro illis non tentasset, quia dilecto discipulo Iesu aduersabatur. Peccatū igitur ad mortem, quantum conijcere ex significantia Apostolici sermonis conceditur, illud crediderim esse, quod ad mortem

Quid est
peccatū ad
mortem.

vsque perseverat. Quare & si pro uiuis in fidelibus Ecclesia orat, at pro defunctis nequaquam, certa enim est, illorum peccatum ad mortem vsque porrectum esse. Id quod de fidelibus etiam nequissimis in usu non habet: imo illorum memoriam interim dū sacra peraguntur agit, & illos diuinæ clementiae sedulo committit: de nemine sui gremij desperans salutem, modo sub praescripta Ecclesiae forma diem extremum clauferit, aut per ipsum non steterit, quò minus Ecclesiasticis non imbueretur sacramentis. Idemque arbitror esse peccatum in Spiritum sanctum, quod irremissibile est, quod peccatum ad mortem, quod finalem impoententiā scolastici vocitant theologi. Super est iam paucis, quæ sinuoso satis sermone produximus comprehendere. Afferentes tradimus, igitur mentem humanam viatricem tamen nunquam tanta infici labe ut tota decaluetur sine reparationis spe.

Epilogus
priorum.

¶ Est autem & alia mentis mystica depilatio, quam Deus à nobis auertat, quā animae spiritibus sociæ malignis sustinebunt in sempiternum, quæ illas omni cogitatione bona, bonoque affectu vacuabit. Ligatis, Dominus ait, manibus, & pedibus, mitte eum in tenebras exteriores. Etenim ligantur manus damnatorum, quia nulli possunt bono incubere operi, & pedes quia in nullū affectū bonū incubere valent. Quamquam enim naturalis illorum inclinatio: in bonum prospectet, at voluntaria nequaquam. Etenim in affectu & animo peccandi, in quo à caduca vita in illā inferni perpetuam mortem cõmigrarunt, in eodem quoque persistunt, & persistent: quanquam ab effectu & opere Deo impediante abstinēat. Iudeus, em̄ Turca, Indus Idololatra, adulter homicida & id genus impij tam amant sua facinora adhuc in inferno tanquam oues collocati, quam olim uiuentes amabant. Superbia enim eorum, qui oderunt Dominū, Psalmi testimonio, ascendit semper. Ascendit nimirum semper, quippe obduratio in malignitate diuini odij & in

Decaluitio
mentis in
foelix prorsus.

Matth. 22.

Consequenter
ad mortem
mortalitatem

Dilucida. & decla. in Esai. Prophetam. 3.

Tenebrę in
teriores, &
exteriores.

& in amore propriarum culparū pertua
erit. Neque solum ligatis manibus & pe-
dibus, commeritas Deo pendunt pœ-
nas: sed etiam in tenebras pelluntur exter-
nas, vbi fletus erit & stridor dentium. Et
rectē has tenebras externas illis offundet
Dominus: æquum est enim vt qui in te-
nebris inuolui internis amarunt (excæ-
cauit nanque illos malitia eorum) tene-
bris quoque visibilibus inuisibiles luant.
Qui lucis studiosi sunt, quod luce quoque
fruantur, æquabile est: qui tenebrarum au-
tem cultores fuere, quod tenebras quo-
que versent, in illisque demergantur di-
gnum est. Mittite, ait, eum in tenebras ex-
teriores. Vita æterna est lucis regio, cu-
ius princeps Deus habitat lucem in ac-
cessibilem, qui splendidis micant vesti-
bus conuiuio nuptiali aptis, hos Rex ipse
Deus in conuiuio retinet, ceteros autem,
quos non puduit vestes ad nuptialem so-
lennitatem sordentes deferre, vt indignos
festi nuptialis honore ad tenebras detur-
babit externas, id est, extra locum conui-
uij, qui totus lucidissimus expersque no-
ctis & tenebrarum est. Extra hunc lo-
cum depellantur quotquot nudi veste nu-
ptiali charitatis, defungi vita mortali au-
si sunt. Et hæc nuditas erit æterna, quare
& tenebræ æternæ. Quis tantus, qui has
tenebras & mentis, & corporis nudita-
temque expendere possit? Dolent se ad-
misisse culpas: at cur dolēt? num quia Dei
amicitiam violarunt? Non vtiq; Sed cur?
nempe quod cruciatibus ob eas addicti
sunt æternis, quamobrem de omni glo-
ria Dei & diuina maiestate anguntur, &
quod eos tanta premat potestate affli-
ctantur: deque sanctorum foelicitate mi-
rum est quam torqueantur: de pœnis alio-
rum gaudent, eoque odio & inuidia affi-
ciuntur, vt vellent pluresque socios ha-
bere pœnarum, magisque si optio dare-
tur multos habere secum in tormentis eli-
gerent, quam paucos. Et quanquam illos
gaudere diximus de pœnis aliorum, vt ini-
micorum suorum maximè, at huius gau-

Dānati do-
lent de cul-
pis, propter
pœnas.

Quale gau-
dium dam-
natorum.

dij non tam syncera est affectio vt pœ-
nam tristitiæ non sibi misceant: quia sic
se gaudere dolent. Hoc enim ab illis inui-
tis vermiculus ille hoc est syntherefis ex-
torquet, vt Diuus Thomas. 3. quodl. 10.
quæsti. articul. 2. tradidit. Etenim vermis
eorum non penitus exstinguitur, quando
quidem natura humana etiam si vitiatissi-
ma in damnatis perseueret, at natua in-
clinatio ad bonum sua vestigia in illis te-
net impressa, & quanquam pessimis sint
imbuti moribus, vtcunque natura bona
propriæ flammæ profert scintillulam. Ab
hac quoque natua ad bonum propensio-
ne amicos non ita odiosos & infestos ha-
bent vt inimicos, non tam in illos faci-
bus agitantur inuidiæ, vt in aduersarios, in
quos viuendo apud nos agitabantur, vt
sapienter Diuus Thom. in. 4. distinct. 50.
quæstion. 2. articul. 1. dixit, Quorū etiam
in propinquo affectio nihil commenda-
tionis habet. Non enim eò adest, affectio
hæc, quo prudentia illam dicet, aut finis
bonitas illam honestet, at quod natura il-
lam subministrat. Quemadmodum &
bruta natura docente in sua quæque fe-
runtur. Quamobrem non miraberis si ap-
ud Lucam legeris capitu. 16. Epulonem
illum Abraham obnixè monuisse, vt mit-
teret legatum Lazarum ad fratres, qui de
vita corrigenda aduerterent, ne tormen-
torum suorum sodales illos haberet. Istud
enim affectioni naturali si tribuas nō erit
quod te admiratio teneat. Quam quoque
natiuam affectionem in damnatis persis-
tere locus hic Euangelicus non obscure col-
ligit: at ceterorum omnium bonorum
ita spiritualium, vt moralium orbatissimi
sunt, vt rectē dixeris cum prothematē
Esaiæ, Decalabit Dominus verticem fi-
liarum Sion. Omnes namque humanę ani-
mæ, etiam infidelium sub nomine filia-
rum Sion cōprehendendas esse arbitror,
eatenus tamen, quatenus creatæ à Deo
sunt, vt diuinæ beatitudinis caperent tan-
dem participium: omnesque vocantur ad
gaudia æterna, ad conuiuia cœlestia, ad
agni

Nihil boni
affectus in
dānatis ex-
rationis re-
ctæ dictami-
ne.

Lucæ. 16.

agni veri nuptias: at dilexerunt homines potius tenebras quam lucem. Vocantis gratia vniuersalis est, quæ neminem à vocationis munere excipit: at vocatorum focordia est, quod se à Deo vocari negligant. At exutis iam corporibus teterrimisque atque durissimis inferni carceribus animas addictas non est quod filias Sion voces, sed filias Babylonis miseras, quibus iuxta illarum caliginosa merita rependitur. Et grando magna ait Ioan. Apoca. 16. Sicut talentum descendit de cælo in homines, & blasphemauerunt Deum homines propter plagam grādinis, quoniam magna facta est vehementer. Et Dauid in Psalm. Cadent super eos carbones, in ignem dei cies eos, & in miserijs non subsistent. Sed neque est damnatis vel tantilli oculi pœnarum demutare genus: nam ex miserijs quibusdam in alias transeunt.

Demutare genus pœnarum non erit solatio damnatis.

At neque damnatis hoc solatio erit, sed summi cruciatus, in miserijs non subsistere (vt verbis Dauidicis vtar.) Quia quoquo se vertant flammæ secum deferunt: in miserijs quidem non subsistent sed à miserijs non desistent, & in miserijs perpetuo subsistent. Depilabitur igitur harum infortuniarum animarum vertex, quam grando talentosa (vt sic loquar) quatiet, quam carbones igniti deurent, quam irrequieta nunquamque intercepta calami ras glabram, & omni bono nudatam æterno retinebit. Timeamus ergo fratres ne forte relicta pollicitatione introeundi in æternam requiem, existimetur aliquis ex nobis deesse ad Hebræ. 4. Imò potius festinemus celeri atque propere cursu ingredi in hanc requiem vbi sempiternus ordo Dei & sanctorum, vbi sempiterna lætitia, æterna lux, pacisque indissolubilis nexus habitant.

¶ Quapropter etiam si vt prædiximus dum hinc degitur nunquam etiam in perditissimis hominibus, mens ab omnibus bonis cogitatibus & affectibus nudatur, at fieri potest vt rara sunt quæ bona cogitat & raro, quare ex parte depi-

labitur, si non vndique. Tuncque summo opere curandum vt alopecia hæc mystica casusve pilorum non sese indies dilatet, vt dies ille nos non opprimat in consultos, & securos, quando decal-

Alopecia spiritualis.

uabit Dominus prorsus verticem filiarum Sion. Etenim Sanson detonso capitis cincino totus eneruis redditur, & Philistæis traditur Iudicū. 16. Atqui vires Sansonica non refluuerunt donec cincinus capillesceret: neque etiam vires spiritus, quæ culpis & illegitimis cogitationibus collapsæ sunt, nisi reuiescentibus bonis desiderijs, & cogitationibus, restitui non possunt. Est autem pœnitentia optimus huic alopeciæ sanandæ antidotus. Hæc enim casum capillorum horum sistit: hæc mentem optimis vestit pilis. Ad hæc legimus legatos Dauid ab Hanon iniuria fuisse affectos, & rasura barbæ dimidiæ, & præcisione vestium ad nates vsque. Atqui sic rasi atque præcisi in bellum non processerunt, fixum in Hierico gradum tenentes, quousque pili succrescerent, 2. Regū. 10. Imbelles ergo rasura & pilorum decaluatio nos facit, & impotentes, qui cum Satana congregiamur, quare & huius opera pili isti nostræ virtutis defensores sensim reuelluntur, donec penitus mens nostra decaluescat, & citra spem succrescendorum pilorum tenebras verset æternas. Atqui diuinum caput in Ezechiele capitulo. 7. comatum legimus, & capilli eius sicut lana munda, non quod Deus qui spiritus est. Ioann. 4. comam gestet capillorum: sed vt nos comatos & non caluos esse oportere doceat: capillosque nostros non fuligine admoneat vitiorum nigricantes, sed munditiæ sanctitatis, & iustitiæ candore fulgidos habendos sub

Egregius typus ex Sansone.

Pœnitentiæ officium.

typo hoc insinuet.

T R O

TROPOLOGICA DECLAMATIO TER- tia, de curandis & purgandis affecti- bus, cuius prothema est.

In die illa auferet Dominus ornamentum calceamentorum. Esaiæ. 3.



EDVM CALCEA-
menta ornatissima, Iam. 2.
loco, denarrat Esaias post
descriptam nudatam pilis
verticem. Est autem calcea-
mentum pedibus necessarium, ne ab spi-
nis & tribulis lapidibusque læsionem sen-
tiat: sunt autem itidem & menti sua calcea-
menta opportuna. Nanque mentis pedes
mysticos, affectus esse Augu. sententia. tu-
lit: quos tamen nudos ille gestat, qui ex af-
fectibus sanctis illos vacuos habet. Nam
qui affectibus immundis atq; torpētibus
suas calceat affectiones, quanlibet calcea-
tissimus sibi videatur coram Deo nudis
incedit pedibus. Præclarum sanè Diuus
Paulus ad Ephesi. vlti. calceamentorum
genus, quo nuditas nostrorum affectuū
tegeretur, tradidit. Celceati (ait) pe-
des in præparationem Euangelij pacis.
Marci. 6. Calceatos mittit Dominus præ-
dicaturos Apostolos, at sandalijs. Est au-
tem sandalium soleam aut calceamentia-
liud genus significans, cuius & Terenti. in
Eunuchō meminit. At Matthæ. calcea-
menta à Domino Apostolis prohibita re-
fert capit. 10. Quæ vero nunc sandalia in
vfu fratrum minorum appellantur inte-
gra calceamenta non sunt, quippe partē
supremam pedis retegūt, at solea partem
quæ terram tangit imam tegit. Qua cal-
ceamentorum forma calceandos Domi-
nus suos Apostolos voluit, non calceis in-
tegris, qui apud Matthæū vetantur, vt tan-
tam paupertatem Apostoli ostenderent,
quæ calceis integris emendis non suffice-
ret, indeq; toti à cœlo penderent. Vt qui

eos tanto munere prædicandi fulgere iu-
bebat, ab illo etiā necessaria vitæ submi-
nistrari peterent confidenter, vnde tã in-
dignam inopiam leuarent. Ideoq; subdit
dignus est operarius mercede sua. Calceā
di ergo sunt pedes nostri (vt ad priora re-
grediamur) secundum Euangelicam non
secundum Philosophicam præparationē.
Hæc enim hominem ad vitam priuatam,
atq; politicam egregiè instruit, at ad æter-
nam adipiscendam sola Euangelica illa
præparat. Fidem nanq; sine qua placere
Deo nequimus Euangelica institutio do-
nat: charitatē erga Deum & homines so-
la hæc suppeditat: spem vnice in Deo
collocandam vna est quæ docet. En tibi
vnde ad affectus calceandos animi tui cal-
ceos desumas, non apoētis, aut Philoso-
phis, aut splēdidissimis quibusuis oratori-
bus, sed ab Euangelicis documentis, quæ
sunt pacis instituta. Etenim Euāgelio obe-
dientes pacem inimus cum Deo, & san-
ctis Angelis eius, & pugnas cum Satana
conferimus, quæ nobis pugna æternas vin-
cētibus parit coronas. Huius quoq; calcea-
menti & Ezechi. 16. meminit calceauit te
Hyacintho, est autē Hyacinth⁹, gēma pur-
pureæ nomē, modico ab amethisto discre-
pās, nisi qđ amethistus, purpureū clariore
Hyacinthus vero obscuriorem veluti vio-
laceum spectātibus colorē offundit. Hya-
cintum Aethiopia quærentibus donat.
Gerimus ergo Hyacinthinos calceos qui-
bus Dominus pedes fidelium suorum or-
nari amat, si affectus nostri rubent, &
purpurascunt. Nulla porrò tinctura ru-
bescent vehementius, quam si sanguine
agni

Calceare
mentē quid
Paulo.

Sandalium
quid.

Locus Pau-
li egregiè
exponitur

Hyacinthus
quid lege
Pliniū libr.
37. cap. 9.

Sanguinis
Christi me-
ditatio cal-
ceat cogita-
tiones san-
ctorum.

agni immaculati Christi, affectiones, & desideria tua tinxeris. Tinxerunt olim Iudæi Aegyptiorum accolæ sanguine agni postes, & à deuantis Angeli protecti sunt gladio. Exod. 12. Quid quod & desideria nostra & conceptus, si sanguine Iesu Christi aspergantur & rubeant à Satanæ incursionibus tutelam sibi tutissimā concilient? Sanguis enim Iesu Christi menti humanæ per fidem & charitatē aspersus, affectus sordidos fugat, quos vero Euangelij gratia in nos format cœlestes affectus, hos gignit sanguis Domini & genitos fouet, & roborat. Hæc igitur calceamenta illi sibi ablata esse gement, quibus affectus omnes terreni sunt, humi q; repentia desideria, qui non sapiunt quæ Dei sunt. De quibus Iudas Apostolus, Hi (ait) sunt, qui segregant semetipsos, animales spiritum non habentes. Segregant semetipsos sanè, ne illorum desideria sanguis Iesu Christi Domini nostri tingat illaque tingendo purget: quare sunt animales, spiritum domini non habentes.

¶ Et Lunulas & torques. Ezechiel. 16. Item inter ornamenta muliebria populo illi concessa, torquis meminit. Et dedi armillas in manibus, tuis & torquē circa col lum tuum. Torquim autem militibus donari (qui strenuos se gerebant dum bellica agebant) supra expressimus, & quo strenuior quisque erat, eo maiora dona ab Imperatoribus assequebatur. Vnde & isti, qui insignibus torquium signabantur, Torquatorum nomen clatura gaudebāt. Vitam autem Christianam, tentationem, militiamque esse super terram, sacra oracula non supresserunt. 1. ad Timothæ. 1. Ut milites in illis (ait) militiam bonam, & Abstinere vos à carnalibus desiderijs quæ militant aduersus animam, Petrus. 1. capitulo. 2. admonet. Et ad Gal. penul. Caro cōcupiscit aduersus spiritum & spiritus aduersus carnem, ad Romanos. 7. Paulus intra se gemit, quod habeat legem membris suis innatam, repugnantem legi mentis suæ & Iob. 7. militiam, vi-

Quæ sit tor-
ques Tro-
pologica.

tam humanam, vocat. Neque est quod aceruandis aut conglomerandis testimonijs incubamus, quando vel in nobis ipsis militiam hanc, nostro sæpè periculo in nobis ipsis experimur. Iam ergo torquis circulus aureus est, flexilis, obtortusque colli ornamentum. Circulus autem figurarum est absolutissima Aristotel. autore. Aurum verò, metallorum dignissimum, quod si rigeat, vñibus humanis, non ita aptum est vt si humana industria lentescat. Vnde & torquis vtrinque & anteriora pectoris, & posteriora colli flexibus suis, atque tortura exornat. Sed quid absolutius prudentia? quid ea sublimius? quid illa ductibilis, & flexibilis, quid illa oculatus? quæ auriga virtutum est: cui connexa & veluti alligata sunt cæterarum virtutum ornamenta. Illa nanque ablata cætera virtutes non subsistunt, vt Aristote. 6. Ethic. capitul. 12. & 13. ait. Prudentia etenim ad sese rapit & ducit virtutes alias, quas morales vocitant, illasque sibi subigit & flectit. Etenim illis omnibus imperitat finem, ob quem, & locum in quo, & tempus sub quo, & modū denique & formam exercendi & operandi virtutibus præscribit: quas si sui ducatus pedisequas habuerit, virtutis nomen & munus, sortiētur, at si refugæ fuerint & prudentiæ frænīs se agi & cohiberi respuerint, fictas illas aut virtutum vmbas, non virtutes veras vocitabis. Prudentia demum, neque solum in futura incumbit, quin etiam & in anteriora se deflectit, præterita cernens: quæ cū præsentibus conferens mens vñ decunq; ab ipsa necessarium parat sibi cultissimū, ornamentum. Nanq; oculos, & ante, & retro, habet vt & illa animalia, quæ ex Ezechiele accepimus. capitul. pri. Hunc torquem in donarium singularem Dominus militibus suis, largitur: illos enim per prudentiam in agendis circumspectos reddit. Etenim cōgrediuntur cū Satana, qui circunquaq; sese agitat, quærens quæ deuoret. Quare & oculatissimos esse

Prudentiæ
laudes & of-
ficia.

Prudentia
oculata est
virtus.

Dei

Dei milites opus facto est, ne circumueniatur à Satana, & præter hæc ne Dei milites lateant astutiæ diabolicæ. Astu nanq; diabolico seducta est Eua mater nostra. Id quod nobis Paul. 2. ad Corinth. 11. Timet quoque ne serpens nos seducat in astutia, vt Eux olim imposuit. Gene. 3. Quanti autem referat hac prudentia nos pollere Domini monita nos aduertunt. Estote (ait) prudentes sicut serpentes, & simplices, sicut colubæ. Oporter enim diabolica strategemata diuinis cautelis depellere, atq; fallere, clauumque clauo trudere. Satanas enim astutus est, at non columbinus, neq; simplex, sed vaser & callidissimus insidiator. At nos, quos hac prudentia refertos esse est necesse, cum spirituali astutia columbinam simplicitatem vt copulemus decet. Qualis erat ille qui aiebat, Cum essem astutus dolo vos cepi. 2. ad Corin. 12. Et Salomō in Cant. 1. hæc duo, quæ christiana obtinet prudētia, mutuo nexu esse socianda verbis illis innuit, Oculi (inquit) tui colubarum, oculi sanē sunt prudētia. Oculi (ait) sapientis in capite eius. Eccl. 2. Est nanq; prudētia oculata tota, & hæc est in capite. 1. mente, quam iam diximus arcem fastigiumq; animæ rationalis sibi vēdicare. Isti autē oculi columbi ni sunt non maliciosi, non malum de fratre cogitantes, de Deo in bonitate sentientes. Nō hi oculi sunt, vt oculi apostatæ hominis, qui cum annuat oculis prauo corde machinatur malum, sed mundi & synceri sunt Pro. 6. ¶ Desiderant autem hæc prudentiæ munia, hocq; tam egregium spiritualis militiæ insigne, homines desides. Torquis hic rursus spiritualis, siue torquis hic mysticus, auferendus est ab ignauis militibus qui ad primas hostis congressiones illico exterrantur, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationum recedunt, qui benè currentes in via mandatorum Dei à Satana fascinantur, vt in Galatas Paulus obiicit, qui non sunt stabiles & immobiles in Dei timore, qui sunt tanquam nebulae turbidibus agitatae. 2. Pet. 2. Circunferuntur

enim ad omnem agitatum ex Satana flatum. Qui ergo ducē suum non sequuntur, qui sibi sic indulgent, quideniq; armorum & militum strepitu arma deponunt indigni sunt qui torqui hoc donentur: quippe paruuli sunt, infantiles sapiunt mores. In quos diuina sapientia meritò incādescit, Vsq; quo paruuli (ait) diligitis infantiam, & stulti quæ sunt sibi noxia cupiēt. Prouerbio. 1. culpis igitur nostris & ignauia exigentibus, hac spirituali intelligentia orbamur excæcamurq; à nostra iniquitate, & sæpē nos ducentes esse sapientes, coram Deo stultescimus. Aliud nanq; est sapere quæ caduca sunt, aliud sapere quæ æterna. Quod prudentiæ huius spiritualis ve, intelligentiæ (sic enim torquem Hiero. appellat) munus est.

¶ Perlunulas autem non in manu est quid rectè intelligendum veniat. Lunula autem diminutiuum à Luna nomen est, trāsfertur autem ad genus ornamenti. Sed quale illud sit Plautus in Epi. Lunulam (ait) anneolum esse atque aureolum indigito. Est autem anneolus annulus exiguus. Vnde non ineptè suspicabitur quispiam etiā lunulam digitorum esse ornamentum, siquidem cum annulis exiguis siue anneolis connumeratur à Plauto. Atqui digitis tangendi tactilia vis præcipua adest, vt & linguæ gustabilium. Per digitos enim & calida excellenter & frigida & temperata sentimus: quare & digiti apicem rebus frequenter iniicimus discernendi gratia. Habet quoq; mens nostra reconditum sibi; soli notum tactum: quædam aduertit & amat, alia aduertit & odit, & velut sensus tangendi excellenter calida fugit, itidemq; omnium sensibiliū excellentiam vt sibi inimicam detestatur: At temperata ceu plausibilia sibi arrident. Mentis verò tactus non istis arcetur repagulis, nam liberum sensum mens habet, iam ad excellentiam iam ad mediocritatem. Imo Aristot. teste ad excellentiam libentius mens volat nempe à quibus maiorem sibi nobilitatem parari credit. At sæpē humana mens ab excellentium,

Lunula quæ
Esaiæ.

Mens fasti-
gium est a-
nimæ,

Mentis ta-
ctus tropo-
logica lunu-
la.

Digitimētis

tium, multo libramine fallitur, nanque quandoque hæc fluxa & labilia bona sibi excellentior aducit, & ideo in hæc rapitur in istis figitur, amorisque terrenorum glutino sic compingitur, ut ad æthereæ, ad non peritura, restudineo gradu aut nullo (id quod pessimum est) gradiatur. Per lunulas igitur has spirituales, digitos mentales, id est tangendi vires spirituales exornari subaudiamus. Luna autem per menstrua incrementa atque decremента periodum sui motus absoluit, iam nouilunijs iam plenilunijs, iam interlunijs ætatem discernit suam. Vnde rectè per lunam fluxibilitatem orbis sancti interpretati sunt, per lunulas autem has mysticas, quæ mentis digitos exornant nihil aptius intelligas, quam huius nostri orbis vanitatem sentire, atque intelligere, ut sapiens ille sentiebat dicens, Vidi cuncta, quæ sub sole fiunt & ecce vniuersa vanitas eccles. ca. 1. Hoc enim qui intellegit tactum mentis adprimè exornat, sunt ergo lunulæ istæ mysticæ nostræ vanitatis & iam iam labefactandæ naturæ acerrimæ quædam considerationes. Nāqui fluxa, & luxata omnia hæc visibilia acute cernit, illis non valde hærebit, neque tenaciter gradum figet. Hos equidè digitos hæcque lunulas non desiderabat qui aiebat non habemus hanc ciuitatem permanentem: sed futuram inquirimus ad Hebr. 3. & rursum. Scimus (ait) quod si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificatione ex Deo habeamus. 2. ad. Corinth. 5. Quam foeliciter ornatos Lunulis istis metis digitos gestat, qui cum Paulo seculi huius momenta labilia pendit. Reliquum est (ait) ut qui habent uxores, tanquam non habentes sint, & qui flent tanquam non flentes, & qui gaudent tanquam non gaudentes, & qui emunt tanquam non possidentes. Præterit enim figura huius mundi. 1. ad. Corinth. 7. orbantur sanè ornamento hoc, qui crasse mundi defluxiones tangentes, dixerunt, venite ergo, & fruamur bonis, quæ sunt, & utamur creatura, tanquam in iuuentute, celeriter. Sap. 2. Et apud Esaiā.

56. & 22. quidam eadem phrænesi correpti, Venite, inquit, & sumamus vinum & impleamur ebrietate, & erit sicut hodie, sic & cras & multò amplius.

Per armillas autem intellecta volo quæ Priscianus brachialia (ut diximus) vocat. Erant nanque læui brachij militaria militibus ab imperatoribus concessa insignia, circularem obtinentia figuram, quæ post hæc foeminis in usum cesserunt: quibus non tantum sinistrum, sed vtrunque brachium ornant: (quas Hispanos manillas aut axorcas, suo vernaculo idiomate appellare putato.) Armillam autem, Iudas, Thamar viduæ in arrhabonem cum annulo, & baculo præstitit. Gen. 38. Et seruus Abraham Rebecam splendidam virginem armillis & inauribus ornat Gene. 24. Hæc igitur veluti donatitia sponsalia virgini spondendæ Rebecæ tribuuntur: illa vero Thamar, in arrhabonem de ineundo cum Iuda coitu donatur. At verò per hæc paulatim tropologice se insinuat campus, tropologicusque sensus sensim inuestigabitur. Etenim si legitimas quæramus horum ornamentorum tropologias, non sunt utique ad manum imò sunt longe difficiles, ut & Hieronymo itidem visum est: qui & paucula adnotauit, ne tropologiam laboriosam subterfugere iudicaretur. Apud Oseam. capi. 2. igitur diuinus sermo sic habet, Desponsabo te mihi in fide. Mens igitur ex fide, cum Deo sponsalia contrahit, tantisper dum vitam peregrinationis nostræ hinc agimus. At erit consummata horum sponsalium unio, quando in cœlesti patria Deus erit omnia in omnibus sanctis. Iam ergo per in aures fidem commodè intelligemus: fides nanque ex auditu est ad Rom. 10. Per armillas vero, quæ vtrunque ornant brachium arrhabonem verurque vitæ subintelligamus cuius Paulus meminit. 2. ad. Corinth. 1. Qui vnxit nos Deus, qui & signauit nos, & dedit pignus spiritus, in cordibus nostris. Etenim charitas Dei, quæ diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum hæc utique pignus est cælestium bonorum.

Armilla metis tropologicè inuestigantur.

In aures tropologicè sunt fides, ut armilla.

Charitasce
leste pignus
& arrhabo
æternæ vitæ

Dux alē mē
tis geminus
amor dei &
proximi.

Am. illi mē
- clodot
mōm. 3. 10

Geminus a-
mor carina
ad vitam ve
hens certissi
ma.

Lege dispu
tationes no
stras ad. 1.
lib. senten
tia. dist. 1.

rum, & veluti cœlestis cum Deo matrimo
nij arrhabo. Est autem geminus amor &
Dei & pximi: qui duo velut alæ duæ sunt,
quibus mens volat ad sublimia illa, æter-
numque illud subit gloriæ pondus. 2. ad
Corint. 4. Sunt itidem veluti brachia duo,
& dextrum, quod diuinus amor est & fini-
strum quod est proximorum amor. Et ve-
luti natantes super aquarum vndas, obie-
ctos sibi gurgites (qui tranātibz offendi-
culo sunt, ne in solidum sit appulsus) bra-
chijs pugnādo cōtentiosē secant, & offen-
diculum aquarum dirimūt, sic quoque &
sancti, qui mare tranant hoc procellosum
& feruens & non sanē pro cellis aut feruo-
ribz aquarum æstuans: sed varijs litibus,
diuersis bellis, exquisitis negotijs, vanis
conuersationibus, denique obstreperis
pompis totū turgens, ne tam fluctuosi ma-
ris vorticibus demergantur, amore Dei
& proximorum veluti brachijs duobus pe-
riculosas huius maris traiciunt vndas. Por-
ro autem nulla carina ita scēlix, quæ securi-
tatem nauigantibus policeatur certius, vt
geminus hic est amor. Per hūc enim amo-
rem appellere in serenissimum vitæ eter-
næ portum fidelibus à Christo impartit-
tur. At vt brachia armillis decorata fulgēt,
ita propemodū & amor Dei & pximi si-
bi proprias spirituales armillas vendicant.
Amor Dei si propter Deum & non pro-
pter temporalia sit lucra ornamentum
suum, atque fulgorem proprium habet.
Amor itidem creaturæ, si non in creatura
gradum figat, imo à creatura in Deum grā-
dum faciat, suis numeris absolutus nitescit,
alioqui, summæ peruersitatis est, & vti
fruendis, & frui vtendis. Creaturis vten-
dum nobis est, quippe quæ media sunt
non finis: Deus autem humanæ naturæ
finis est non medium. Quapropter & il-
le propter se amandus, qui vnus est, &
ω, vt Ioannes in Apocalypsi meminit, om-
nium principium & finis.

Monile autem, vt diximus, colli est
ornamentum, vt Ouidius dixit, Dat di-
gitis gemmās dat longa monilia collo.

10. Metamor. Dictum autem est moni-
le à monendo: quia eius ad collum ap-
pensio virtutis erat monitoria. Cuius
Hiere. 4. in hæc verba meminit, veluti
summatim Esaiam succingens. Tu autem
(ait) quid facies vastata? cum vestieris
te coccino, & ornata fueris mo nili au-
reo, & pinxeris stibio oculos tuos. Qua-
si dixisset hæc & aliæ ornamentorum de-
licie, non te à miseria captiuitatis in-
gruentis leuabunt. Iam ergo quid per tro-
pologicum monile accipiendum com-
modē sit audiamus. At verò si à monen-
do monile nomen accepit, illa quæren-
da à nobis sunt, quæ mentis nostræ vt ho-
minem veterem exuat, & nouum super
induat, in primis sunt monitoria. At ec-
clesiasticus. 7. Filij, ait, memorare nouissi-
ma tua & in æternum non peccabis. At-
qui mors, cui obnoxia est humana infir-
mitas, quia statutum est omnibus homi-
nibus semel mori, & post hæc iudicium
ad Hebræos nono atque Dei iudicium,
duo sunt nouissima & illa sanē terribilia.
Mors nanque vltimum est humanæ vi-
tæ & maximē terribile vt Aristo. est au-
tor: at diuinum iudicium Paulus admo-
net ad Hebræos. 10. quanti pendendum
sit. Horrendum, ait, est incidere in ma-
nus Dei viuentis. Etenim quanta est ani-
mula vna tot maculis scēda, tot vicijs ob-
noxia, tam sui creatoris oblita, quam sui
memor, ad supremam, mundissimam, æ-
quissimam, Dei maiestatem relata vt iu-
dicetur? vtque rationem de factis proprijs
ante seuerissimum & oculatissimum tri-
bunale exactissimē ad minimum vsq; qua-
drantem reddat? An non hoc timorē incu-
tit? An non tremuli apparebimus? Ecquid
si tremuli homines apparebūt corā Deo,
quando coram homuncione iudice, adeo
trepidis membris Rei assunt, vt bal-
butiant & vix quid velint aperiant? &
Dominus nō semel horum nouissimorū
orationē texit. Vigilate, inquit, Matth. 24.
quia nescitis qua hora venturus sit Domi-
nus vester: & Paulus dies dñi sicut fur in
nocte

Monitoria
mētis eius
sunt monilia

Duo nouissi-
ma mors,
& iudicium
finale lege
infra decla-
mationem
de finali iu-
dicio.

nocte ita veniet. 1. ad Thes. postremo & sexcenta alia sunt quæ hoc identidē inculcāt, vt nos d̄ nouissimis istis cautos redant. Hæc igitur monitoria menti tuæ appendito, & erit collum tuum sicut sponsæ collum, quod cantica canticorum monilibus ornant. Est enim mens veluti animæ nostræ collum. Per collum nanque traijci mus elcas in ventrem, & per mentem cuncta hæc visibilia in affectum traijciuntur. Sed diu est, quod hoc saxum istarum tropologiarum voluimus. Per hæc enim quæ hactenus expressimus cætera, quæ restant aperire qui volet potest, vt per mure nulas, quas catenulas esse flexuosas ex circulis, aut globulis aureis connexas in textasque diximus, virtutum cōcatenatio ad umbratur. Etenim virtutes invicē sunt cō nexæ, vt si detraxeris vnā, aut alteram tota concatenatio defluat, & pereat. De qua non infima neque brevis disputatio apud philosophos, atq; theologos acerrimē agitur. At res hæc vt perfunctoriē hoc dixerim de Christiana virtute planior est, quā de morali. Etenim Christiana virtus non est dicenda, quæ vna est & fidei, & charitatis, & spei non constipatur sodalitio. Qui enim in vno offendit omnium reus censetur: & quāquam cæteris fulgeat virtutibus si hæc defuerint, habet homo gloriam coram hominibus sanē, at non coram Deo, vt de Abraham Paulus commemorat de iustificatione quæ est secundum opera legis habes ad Roma. 4. Et rursum qui charitatis contubernio gaudet, & virtutes cæteras habere necessum est, quas si nō studiū humanum certē diuina infusio humanæ menti conciliat. Et Di. Greg. Morali. lib. 1. ca. 39. veram dicere virtutem quæ alijs cō nexa non est prohibet, & libro. 2. Mora. c. 33. fidei connectēdas & conglutinandas virtutes vt Deo gratæ sint itidē docet. Di. autem Ambrosi. libro. de officijs. 2. ca. 9. indiuiduam esse virtutum societatem secundum philosophorum placita docet. Imo dissociatas esse virtutes, vulgi esse opinionem, non philosophorum exactum

esse iudicium putat. Vulgus enim quosdā iustos existimat alios temperatos, alios fortes, alios prudentes: at verā iustitia cæteras sibi in socias virtutes vocat, & cætera itidē iustitiam, complectuntur vt Aristoteles libro. 6. Ethic. capit. 13. lucidē colligit. Cuius rei non nihil supra attigimus. Porro sunt, quos hæc philosophia malē habet contra autumantes, virtutes scilicet nō esse mutuo contextas: vt reperiās in homine vel temperantiam solam, aut fortitudinem solam & si à prudentia nulla dissociatur virtutum. Legimus enim plærosque, ita Græcos vt Romanos duces eximijs virtutibus floruisse, quorum vitijs virtutes equabantur: vt de Annibale Pœno Liuius scripsit, & de Marco Antonio triumuiro, historici memoriæ tradiderunt. Quorum præclara gesta vitia fœda obscurauerunt. A præclaris nanque ingenijs, Platone auctore, vt præclara proficiſcuntur, ita quæque obscura & pudenda suboriuntur. At quantum mea fert sententia, nullus qui virtutum omnium honestissimo sodalitio orbus extiterit, simpliciter bonus appellandus est, etiam si quidam singulariter fulgeant particularibus virtutibus, vt temperantia, aut fortitudine, & id genus alijs virtutibus. Hos ergo huius aut illius virtutis cultores scola Peripatetica bonos moraliter, absolutē appellare non dignabitur. At temperantiæ habitus solus præstat esse temperatū vt iustitiæ habitus solus donat esse iustum: quod si aliæ virtutes desiderantur, hos dices sic affectos homines, esse bonos secundum quid, at non simpliciter vt Aethiopem dixeris albū ex dentibus non tamen penitus album. De cæteris quoque virtutibus idem esto iudicium. Orandus ergo à nobis instanter Dominus est vt mentes nostras monilibus istis omni auro & argento fulgentioribus ornet, vt concatenatione harum virtutum ex ornati ad hostiles Satanæ incursiones non paueamus, sed in Domino Iesu Christo palmas de hoste potente triūphales obtineamus.

Aristotelis
sensus pandi
tur de con
textura vir
tutum.

Isaiah
non timor
dumini

DILUCIDATIO IN Esaiæ caput quartum.



T apprehendunt.^{a)} Ex capit. proximo Pendulum habet sensum quod Esaias hoc orditur capite prophetare. Sūt enim hæc verba veluti conclusio præcedentium. Nanque siue in captiuitate, à Baby

lonijs, siue à Romanis copijs illata, tanta fuit strages virorum, vt mulieres viris orbatæ, viduitate dolentes, verba hæc recensita protulerint, quæ Esaias commemorat, adeo vt Multæ mulieres quas per septem intellexit,

(vt nonnūquam est scrip. familiare) virum vnum apprehenderint. Id quod & Hieremias non siluit dicens capitul. 15. Multiplicatæ sunt mihi viduæ eius super arenam maris. Quæ itidem verba ad tempora captiuitatis sunt referenda. Panem nostrum (aiunt) comedemus, vestimentis nostris operiemur, quia se desolatas, & inestas se cernebant quare viri vmbram desiderabant. Et multæ mulieres, vel vnus viri societate contentæ erant, & virum forte excusantem paupertatem non admittunt. Etenim à virili obligatione quæ est de alenda & vestienda vxore, virum liberant, dicentes, Panem nostrum comedemus, quasi dixissent apertius, visitatio nostra non fit tibi molesta, nostrum erit nos alere, absque tuo hoc curabitur negotio: tantummodo inuocetur nomen tuum super nos, idest hoc nobis sat erit, hoc nostra explebit vota, vt nos tibi iungas matrimonij fœdere, vt sub tuo nomine virili, vitam transi-

gere nobis liceat, ne liberorum oratione vituperabiles reddamur. Erat namque id temporis filiorum orbitas probrosa. ¶ *In die illa erit germen Domini.*^{b)} Si de captiuitate postrema, quam à Romanis passi sunt Iudæi, verba hæc audiamus, pròptū est qd

tuum super nos, aufer opprobriū nostrum. In die illa erit germen Domini^b in magnificentia, & gloria, & fructus terræ sublimis^c, & exultatio^d his qui saluati fuerūt

Esaias velit. Et enim captiuitas hæc religionem Iudaicam & templum, & gētem pessum dedit. Quare nihil virium habuerūt, vt Christianæ ecclesiæ repugnarent. Imo illorum eneruata re publica Christianus populus mirabilia incre-

menta in dies adeptus est, vt Pau. ad Roman. 11. aperto sermone referauit. Quod si delictum eorum (ait) diuitiæ sunt mundi, & diminutio illorum diuitiæ gentium quāto magis plenitudo eorum? Iam ergo germen Domini est ecclesia Iesu Christi, est em̄ germen qd solus pater plātauit, & Christus sanguine suo rigauit, & spū sancto suo recreauit. Fuit ergo hoc Dñi germenē magnificentissimū in die illa, idest post deuastatā & pessundatā Iudæam. Idcirco Paulus aiebat delictū Iudæorū esse mūdi ac gētiū diuitias. Per delictū aut̄ intelligas in Pauli verbis dudū indicatis incredulitatis culpā, quia ergo Iudæi increduli, gētes credētes, Iudæis subrogatæ sunt vt populus Dei ex gētibus coagmētaretur, & Iudeorū dura perfidia ingloriā gētiū fideiū verteretur. ¶ *Et fructus terræ sublimis.*^{c)} Idē inculcat qd est sibi moris sub alijs idē repetere verbis. *Et exultatio^d his, qui saluati fuerint de Israel.*^{e)} Etenim apostolis & nōnul-

Pauli locus exponitur.

Ecclesia Catholica germenē Domini.

Frequēs est repetitio in scripturis.

lis

Esaias & Hieremias consentiūt sibi.

lis alijs, qui Domino Iesu adhæserunt fuit exultatio. Quoniam exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. Quod si de priore Babylonica Esaiam audiamus operosior est intelligentia. Quanquã Di-

uus Hiero. mul-

tis Hebræorum

hoc fuisse in sen-

tentia adnotat.

Verum breuicu-

lo sermone res

expediet hæc, si dixeris Esaiam mala. cap.

hoc denarrantem consolatoria miscuisse

verba, quasi dixisset, in die tam calamito-

so hoc vos consoletur, Christum venturũ

esse, qui lapsus vestros reparabit. Eritque

in die aduentus eius germen Domini in

magnificentia: id est Christus qui est filius

Dei ostendet magnificentiam suã diuini-

tatis & opere, & sermone. ¶ *Et fructus ter-*

re sublimis.) Hoc est is ipse qui est germen

Domini à Deo patre de propria substantia

genitum est itidem terræ beatissimæ fru-

ctus sublimis: cui datum est nomen super

omne nomen, vt in nomine Iesu omne ge-

nu flectatur cœlestium terrestrium, & in-

fernorum benedictam dicito terram hæc

quæ fructum hunc nobis longe beatissi-

mũ peperit. Erit fructus virginis sublimis:

quippe ipsa beatissima virgo benedicta in

ter mulieres, & benedictus fructus ventris

eius. Lucæ. 2. *Et erit omnis qui relictus fue-*

rit in Sion. a) Sanctos asserit appellandos re-

lictos ex Hierusalem, & Sion. Quod qui-

dam relictus fuerint Pauperes & ignobiles

in Iudæa à captiuitate. 4. liber Reg. ca. 24.

& 25. supra ostendit. Hos autem vocatos

sanctos fuisse hic textus nõ docet: siquidẽ

pauperes & miserabiles personas illos le-

gimus, at de sanctitate illorum nihil. Eze-

chiel vero. 12. cap. Et relinquam (ait) ex eis

viros paucos, à gladio, & fame, & pestilen-

tia, vt enarrent omnia scelera eorum. Qui

locus sanctitati relictõrũ magis attestatur

quippe qui relinquunt, vt annũtiant scele-

ra & perfidiã pereuntium. Qua propter

locus hic intelligẽdus est nõ de relictis ex

de Israel. Et erit

omnis qui re-

lictus fuerit in

captiuitate, siue priore siue posteriore. Et em qui mō sunt Iudei & horũ maiores, qui relictus sunt ex Romana captiuitate nõ sancti Dño vocabunt, imò pestiferi cōtra Dominum. Locum ergo hunc de relictis ab

incredulitate, au-

Siõ, & residuus

diamus: Id quod

in Ierusalem, san-

Paul. ad Roma.

ctus vocabitur^b,

cap. 11. Versans

(ait) non repulit

Dominus plebẽ

suam, quã præsciuit: dein paucis interiectis

ex. 3. lib. Reg. ca. 19. Quid (inquit) dicit illi

diuinũ responsum, Reliqui mihi septẽ mil-

lia virorũ, qui non curauerunt genua an-

te Baal. Sic ergo & in hoc tẽpore reliquæ

secũdũ electionem gratiẽ Dei saluæ factæ

sunt. Itaq; locus Esaiæ in reliquias Iudæo-

rũ credentes euangelio Iesu Christi est re-

ferẽdus. Istẽ enim reliquæ saluẽ factę sunt

& sanctificatę per sanguinem Domini: isti

sunt relictus ab incredulitate, & recepti à fi-

de Iesu Christi. Nulla nãq; immanior &

truculẽtior captiuitas, quã ab hoste, qui est

serpens antiquus, infidelitatis catenis vin-

ciri. Qui hanc captiuitatẽ euaserũt relictus

sunt in Sion, & Hierusalem. Quippe expo-

pulo illo qui Sion, siue Iudæa colebat, pau-

culi superstites fidẽ Iesu Christi obserua-

rũt. Apostoli enim & discipuli Domini ha-

rũ reliquiarum illustrissima portio fuere

quibus Dominus. Ioan. 15. De mũdo (ait)

nõ estis, sed ego elegi vos de mundo, pro-

pterea odit vos mũdus, isti sunt pauci illi

vir de quibus Ezechiel dudũ loquebat: qui

sanẽ relictus sunt à fame verbi Dei, à gladio

maligni spiritus, à pestilẽtia demũ & con-

tagione peccatorũ. Et isti sunt qui annũtia-

uerunt Iudæis, & dein vniuerso orbi pœ-

nitẽtiã agite & baptizetur vnusquisq; ve-

strũ, in nomine Domini nostri Iesu Chri-

sti. Sancti fuerũt isti, quia abluti, & iustifica-

ti, à Christo per spiritũ sanctũ fuerũt. ¶ *Sã-*

ctus vocabitur. b) Non nomine tenus, sub-

audi, at veritate & re ipsa. Sãctus enim vo-

cabitur a Deo ipso qui est fons totius san-

ctitatis qui vocat ea quæ nõ sunt sancta, &

sancta reddit. A Deo igitur sancti vocantur, nō solū Apostoli, quin & fideles omnes, qui nō vano nomine fidelium gaudēt nō humana vocatione, quæ fallax est, quæ sæpē eos sanctos vocitat, quos Deus sancti tate nō donauit.

¶ *Omnis qui scriptus est.* a) In libro Dei omnes scripti sūt vt Dauid in Psal. ait, Et omnes in libro tuo scriben

tur, & Luc. 10. Gaudete (ait discipulis suis) quia nomina v̄ra scripta sunt in cœlis, & Pau. quosdam Philippēsi. 4. scribēs in mediū produxit, quorum nomina (ait) scripta esse in libro vitæ, & in Psal. 68. Deleantur de libro viuentiū. Quos ergo Deus vocauit & iustificauit, & tandē glorificauit, isti sunt, quos Deus scripsit in vita in Hierusalē. Istud nāq; muneris diuini est nō humanæ industriæ, quod nomina, fidelīū scribātur ad vitam æternam assequendam. Prædestinatio nanq; Dei æterna, nō est ex operibus nostris, nā nō est volentis aut currentis, sed Dei miserētis. Neq; aliud est quod

Ad Ro. 9. Esai. adumbrat quā quod Dominus suo dilucidat sermone: Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cœlis. Nō enim magni æstimādū, quod in Hierusalē, illa, quæ seruiebat cū filiis suis Iudæis, quæ terrena erat & vmbra sacrificiorū mancipata, in hac videlicet scripta sint nomina ad vitā. At quod incomparabilis est æstimationis est, q̄ in cœlesti illo tabernaculo nō manu facto, in Hierusalē illa, quæ libera est, qua libertate nos donauit Christus, quæ nō seruit cū filiis suis fidelibus, imō principatum obtinet, ex spiritu sancto fidei & charitatis illi cōcesso, in hac Hierusalem scribi ad vitā consummatissimæ est fœlicitatis, adeo vt si huic prærogatiuæ aliam quæ est malignos de terrere spiritus contuleris nihil esse duxeris. Idcirco ait, Nolite gaudere quia spiritus vobis subiiciuntur. &c. ¶ *Si abluerit.* b) Duo abluenda demonstrat, &

sordes filiarum Sion & sanguinem: duo itidem, quibus tam solennis ablutio celebranda venit, spiritum sanctum ardoris, & spiritum iudicij esse ostendit. Singula persequamur. Sordes in diuina scriptura ido-

Sion, & sanguine Ierusalē lauerit d̄ medio eius in spiritu iudicij, & spū ardoris.

latriæ peccatum notāt. Deu.

29. Quas transeuntes vidistis abominationes & sordes, idest, idola. & Deu. 7. idem & 3. Reg.

15. Purgauit omnes sordes idolorum & sæpē alibi in instrumento veteri: in nouo vero fusior est eiusdem vocis significatiua. Per sanguinem autem promptum erit cui libet homicidiū intelligere. Sanguinarios autem Iudæos, & idololatrias fuisse iā tradidimus. Duo igitur peccata Esaias expressit, alterum eorū qui diuinam ledunt maiestatem & grauissimum quidem illud quod idololatria est, alterum eorum, qui humanam offendunt naturam, & hoc est infestissimum, quod homicidium est: sub quibus tanquam grauissimis peccatis, cætera omnia comprehenduntur. Hæc ergo scelera, quæ abluenda docet, per spiritum iudicij, & per spiritum ardoris: non solum illa duo capita peccatorum, quin etiam & cætera peccata sunt, quæ sub illis comprehenduntur. Mūdati nanq; sunt Iudæi Christo autore ab vniuersis inquinamentis suis Ezechiel. 36. Fundā super vos aquā mūdā, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mūdabo vos. Quare si hanc mūdationē in spiritu iudicij, & ardoris, in Christi baptisma referamus, quo ecclesia Dei ad absterfionē culparum vtitur, nō à vera expositione multo interuallo distabimus. In baptismo nanque est sanē spiritus iudicij, & ardoris, iudicij vtiq; nanque rectum est Dei iudiciū, vt qui lauacro aquæ, quod sanguine Iesu Christi verē (etiam si latenter) rubet abluuntur sordes, sanguines, & vniuersa denique spiritus inquinamenta deter-

Quid sordes significent in diuina scriptura

deter-

In baptismo
sunt duo &
spiritus iudi-
cij, & spiri-
tus ardoris.

Ioannes ex-
ponit Esaiā.

detergant. Et est in eodem baptismo ar-
doris spiritus, etenim quod sic tergamur,
sic mundemur, quod Dei iudicio lenissi-
mo fruamur, non est sanè nostris operibus
acceptum tribuendum aut referendū, sed
diuinæ miseri-
cordiæ, quæ nos
saluos fecit per
lauacrum rege-
nerationis spiri-
tus sancti, quem
effudit in nos a-
bundè ad Titū.

Et creabit Do-
minus^a super om-
nem locum mō-
tis Sion, & vbi
inuocatus est, nu-

3. At mundamur in baptismo ex spiritu ar-
doris id est propter nimiam Dei charitatē,
qua Deus dilexit nos, quia cū essemus mor-
tui peccatis, cōiunificauit nos in Christo.
Neque video cur hic locus ad captiuita-
tem sit referendus, ut spiritum iudicij, & ar-
doris esse vltionem peccatorum, subau-
diamus. Quam sumpsit Dominus & per
Chaldæos qui populum in Babylonē abe-
gerunt, & flammis iniectis templū incen-
derunt, & per Romanos, per quos multo
acerbiores de Iudæis pœnas sumpsit. Sed
qui vult ita ludat, nō tamen meo subscri-
bente calculo. Non enim pœnæ illæ tru-
ces hostiū sordes abluerunt, & inquinamē-
ta sanguinaria absterferunt, à Iudæis: qui
etiam post captiuitatem vnā, & alteram
valde sordescunt, & olim, & etiamnum in
præsentipollutissimi sunt coram Domino
tantū abest ut abluti sint. Scio in scriptis
sacris ignem tribulationem, & diuexatio-
nem magnam significare, quæ quidem sæ-
pè hominem in Deum trahit, & quodam
modo pellit, ut diuexatio hæc purgatio &
ablutio sordium vtcunq̃ cenferi queat.
At quando locus noster satis germanum
habet intellectum, etiam si diuertacula alia
non quæramus aptius in sensu priore fi-
gēdus est gradus. Et ad tēpora Iesu Chri-
sti Hebræorum nonnulli autore Hieron.
retulerunt verba huius cap. ut & nos refe-
rimus. Diuus Ioannes Domini præuius,
ipse (ait) baptizabit vos, spiritu sancto &
igne, id quod etiam de lauacro regenera-

tionis accipiens non ineptiret. At verò de
baptismo spiritus sancti in die penteco-
stes quando dispersitis linguis igneis ap-
paruit resplēdēs in Apostolorū cōfessu cō-
modior sensus est. ¶ *Et creabit Dominus.* a)

Hebræorum re-
bem per diem, ferente Hieron.
& fumum, & tulit quorūdam
& splendorem ig- sententia hæc ad
nis flammantis Antichristi tem-
in nocte: pora torquen-
da esse verba, ut
præpositio illa

localis, super, vindictam Dei non fauorem
præferat. Id est illis diebus contra Hiero-
solyman & quæ sub illius ditione consi-
stunt vrbes nocturnis & diurnis vasti-
tationibus diuina permissione hostes Anti-
christiani affligēt. At prioribus durè hic
sensus coheret. Quapropter filum prioris
expositionis huic ne tētes loco, pacis &
gratiæ hæc verba esse dicamus, non vindi-
ctæ & mœroris. Ecclesia nanq̃; Iesu Chri-
sti post Aegypti exitum, id est, postquam
absterfit illam Deus per spiritum iudicij
& ardoris in baptismo, deserta huius secu-
li loca colit. Quæ deserta scitè dixeris lo-
ca vasta, & horrida, quia à diuina gratia &
consolatione inculta sunt, quæ rarissima
sunt mūdi cultoribus. At verò p hæc squal-
lencia loca Christus qui per tot & tam va-
rios seculi casus, per tot discrimina rerum
suos famulos ducit, nubem habet quæ diu-
nos labores peregrinorum cœlestium le-
uet, habet rursus fumum & splendorem:
qui nocturna ex tenebris tœdia mitiget.
Etenim si populus ille typicus mirabili-
bus prosequutus est adeo fauoribus, ut nu-
be interdiu contra solis ardores refrige-
rium pararet, & nocturnas tenebras ig-
nea columna fugaret, quid quod populus
Christianus maioribus fauoribus done-
tur? Qui non Mosē ducem, sed Christū
ductorem & Magistrum habet: qui non
ad terram illam manantem lac & mel, sed
ad cœlestem patriam capeffendam suos
famulos ducit, & ne ab itinere deuij sint,

sed recta gradientur via in propositam sibi requiē, creat nubem per diem, & ignē per noctem. Nanque iter hoc & diem amat, & noctem: nam nulla requies est, quia iugiter & sedulo proficiscendum est.

Quid nubes in scriptura significet.

Atq. nubes hęc quę vmbra suā super Christicolas expandit, non nubes est ex vaporibus terrenis coalita, vt illa figuraticia quę sub Mose pręcessit, at nubes hęc spiritus sancti est protectio, vt Damasce. libr. 4. de fide orthodo. capitul. 10. ait. Hęc est illa nubes, quę obumbravit Christum & tres Apostolos in monte Thabor, Et nubes lucida (ait) obumbravit eos Matt. 17. hęc est illa virtus altissimi, quę virginem obumbravit, vt citra carnalis voluptatis incendium Christum conciperet. Per ignem vero quid commodius, quam cęlestis magisterij doctrinam, & illustrationem intelligere valebimus? Sunt hęc nubes, & hic ignis, quę sanctos Christi Apostolos, tutelarem custodiam & protectionem firmissimam, & eruditionem certissimam, in tantum fortitudinis & doctrine gradum prouexerunt, vt imperatoria diademata, philosophorum gymnasia, imo & infernales furie illis cesserint. Neque turberis lector cum audis fumum, & ignem, non est hic fumus tormenti, quem Ioannes ascendentem de fornace vidit, vt Hieronymus adnotat sed glorię est fumus. Odor nanque euangelici instituti, quem spiritus sancti ignis excitauit in omnem orbem diffusus exhalat, & suauis omnibus odoramentis spirat. Christibonus odor sumus, aiebat Paulus, alijs odor vitę in vitam, alijs odor mortis, in mortē. 2. ad Cor. 2. Et quod Paulus de se videtur dixisse, de omnibus sanctis Apostolis de totaque Catholica ecclesia intellecta velis. Quod verò Iudęos, & ceteros infideles odor hic offendit, vt illis odor mortiferus sit, illud sanē suo vicio dandū est, nam

Locus Pauli luculenter exponitur.

Gen. 27.

odor ecclesię, est odor agri pleni, cui benedixit Dominus qui si illis interitū pariat, non ecclesię dādū est in culpam. Imo infidelium nares cū sint impurę, & corruptis humoribus obditę, cęlestibus odoribus hauriendis, meatū liberū non prębent. Idcirco infideles sunt instar venenatarū bestiarū quę odorem origani, & aliarū id genus suauolentiū, hęrbarū, sentientes inte-reunt. Quippe veneni natura quę infectę sunt, illius odoris sensum nō patiūt. At mecū paulisper subsiste si placet, mecūq; cogita attentiusculē, nō temerē fumū, & ignē, scripturā cōtexuisse. Etenim etiā si ignis suo splendore clarescat, at si flāmis igneis vapores, fumigātes ve spiritus miscueris, nō lucido micabit ignis radio: quia splendoris claritati fumalis, fumida ve exhalatio oppedit, quo minus sua ignis puritate nitescat. At vero dū exulamur a patriā, dū peregrinamur a Domino, ignis ille diuinę claritatis, non purissimē in mentes nostras radios vibrat. Etenim non per speciem nunc videmus, sed per creatā specula, per ænigmata fidei. 1. ad Corint. 13. Hęc est ergo caligo fumi quę lucē diuinę claritatis obūbrat, hęc est fumositās, quę tenebras seculi huius prorsus depellere nō sinit, quousq; facie ad faciē Deum videre liceat. Tunc enim claritas Dei in sua puritate sanctis, suis lucebit. ¶ *Super omnem enim gloriā.* a) Id est, super viros gloriosos, quibus ecclesia Dei nunc potitur extēdetur diuina hęc protectio. Habuit enim ecclesia Dei viros spectatissimos doctrina, moribus, miraculis, qui omnes sunt corona, & gloria Catholicę ecclesię, in hos ergo maximē qui Magnifica, & portentosa & admodū heroica gesta fecerūt expādet Deus nubē obumbrantē, & protegentem ignē coruscantem, & illustrantem. Nisi maioris protectionem Christianę ecclesię esse super omnē illā gloriā Iudaici populi, quorū quōdā maximus honos fuit & gloria ingēs, quibus nubes aderat interdū, & ignis noctu, qui ab angelis sctis in promissam terrā per vias desertas, & inuias sunt ducti.

Ecclesia catholica fragrantissima est.

2. Ad Cor. 13.

ducti. *Et tabernaculū.*^a) Exprimit qđ dixerat de nube, & igne, & sub alijs verbis idē repetit: nisi maius tabernaculū esse Christum. Ipse est verū tabernaculū, in quod populus Christianus sese excipit, ne diurnus æstus, quo æstuat sæpē in spiritu caro, mēte suo incendio absumat. Tabernaculū rursus hoc erit, in absconsionem, ab omni tempestate fulminum, fulgurum, pluuiarum, & turbinum. Etenim etiam si mundi monarchæ in Ecclesiam Dei ferocierint, etiā si deniq; omnes inferni portæ in Ecclesiam Dei conspirauerint, at afillum habet Ecclesia Dei tutissimum, Christum, tabernaculū quò quis si se exceperit, tutissima pace gaudebit. Premitur Paulus colaphis à Satanæ Angelo lacesitur, at in tabernaculum hoc diffugit hoc est Christū: præcatur sedulo, vt Satanam deiiciat: atqui ab ipso respōdetur Domino, sufficit tibi gratia mea: nā virtus in infirmitate perficitur. 2. ad Cor. 12. Turbat procellis mare, Christi

stus in naui dormit, formidant Apostoli naufragium, Christū petunt, Christū dormientem precibus excitāt, Salua nos Domine, perimus. Excitatus, trepidantia discipulorū corda magister cœlestis increpat, Quid, ait, timidi estis modi cæ fidei: & surgens imperauit vētis & mari & facta est tranquillitas magna, Matth. 8. Tanti ergo tabernaculi præsidio obmuniti fideles, nihil est, cur vehementissimos quosq; Satanæ impetus perhorrescant.

¶ A memoria elapsa est dubitanti uncula quedam. Quid est quod Esaias, Si abluerit (ait) Dominus sordes filiarum Sion, sub conditione prædixit quod certissimē euēturum nouerat. Septuaginta clarius ediderūt, sic, vertentes si pro quia, Quia abluet Dñs. Nā apud grāmaticos, sæpē, si, causale habet vim. Nisi velis hoc eò sic extulisse, quò anceps est nostri arbitrij libertas, quo quo versus libet, illò se voluit. Sed de literali sensu hæc explicasse, & non plura iuuat.

Si, pro quia
in scriptura
ra.

DE SENSIBVS TRO- pologicis ad Caput quartum appendix.

TROPOLOGICA A declamatio prima. De gentium vocatione cuius prothema est.
Apprehendent septem mulieres &c. Esaiæ. 4.



AM VERO VT ad tropologias nostras sty- lum deducamus super illo verbo, Apprehendent septem mulieres virū vnum, non pauca essent huc congerenda, vt septem mulieres, quæ. 7. dona Spiritus sancti à doctoribus vulgo interpretantur, Christum Dominum apprehenderūt. In Christo nāq; habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, cui nō est datus spiritus ad mensuram, vt reliquis sanctis: imo

omnes de plenitudine eius accepimus, quia verbum caro factum est & vidimus gloriam eius quasi vnigeniti à patre plenum gratia, & veritate. At quia capitulū. 11. Esaiæ hæc plenius differendi occasionem secum fert, in eum locum vsque allegoriā hanc differemus. Porro iam admonui ex adnotatione Hiero. promiscue me vsurum voce tropologiæ vt cæteros quoq; sensus anagogicum, & allegoricū subindicē. Quod dixerim ne temere putes me vocibus istis abuti. Diuus tñ Augu.

Ioan. 3.

Lege pri-
mam decla-
ma. ad can-
put. 1.

To. 1. K s aliam

Ad Colo. 1.
Ad Ephe. 1.
Ioann. 1.

aliam huius loci, quem in manibus habemus, tropologiam exquisiuit. Per. 7. has mulieres viri ita auidas, vt citra sumptum & impendium maritorum, connubia celebrare ament. 7. illas Ecclesias quibus Ioann. Apocalypsin suam direxit, intellexit. Illæ enim Christo vni nuptæ sunt. Aut non solum Ecclesias illas. 7. sed vniuersas gentium nationes, subintelligere valemus. 7. enim sæpè in scriptura vniuersitatem significat. Repudiata igitur Synagoga gentium populi vbique terrarum in Christum se transtulerunt. Id quod Paulus ad Romanos. 11. prudenti & festiua collatione expressit, dicens, Tu autem cum oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis, & pinguedinis oliuæ factus es. Et sermo habetur de gentibus, quæ quidem fractis ramis (idest Iudaico populo) insertæ sunt quæ erant sicut oleaster, quippè acerbam fert oleaster & ineptam olea oleo concinnando, sic gentes diuinæ fidei asymbolæ, insertæ sunt per vocationem Euangelicam, in fidem patriarcharum, quos vocat radicem, (& rectè) Iudaici populi, quorum fidem & iustificationem gentes per gratiam Iesu Christi nactæ sunt. Id quod verbis itidem magnificis Ephesijs. 2. scripsit, Nō estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici Dei, superædificati super fundamentum Apostolorum. &c. Et in eadem Epistola. capit. 3. Nunc reuelatum est sanctis Apostolis & Prophetis gentes esse cohæredes, esse & concorporales, & participes, promissionis in Christo Iesu. Quod verò ait alijs generationibus, idest seculis, non esse agnitam gentium vocationem, nisi sub luce Euangelica, mouebit fortassis quæquam. Quippè Esaias, & ceteri Prophetæ, hoc planè cognouerunt, vt Paulus Actorum. 13. aperto sermone docet. Dixerim vocationem gentium Prophetis reueratam à Deo extitisse, vt vel locus Esaiæ. 61. Spiritus Domini super me &c. Quæ Dominus sua dilucidatione Lucæ. 4. differuit, apertè indicat. At verò, quòd gentes erant in tan-

tum fastigij culmen euehendæ, vt essent concorporales, & participes promissionis, quæ erat in Christo Iesu, hoc sanctis Apostolis & vatribus, noui testamenti est patefactum. Vnde petrus Actorum. 10. de hac re diuinitus eruditur. Crediderat enim pluris pendendos Iudæos coram Deo quam gentes: quia illi portauerant pondus diei & æstus, cæremoniariū, (in quam) & sacrificiorum, & id genus iustificationum secundum carnem. Et illò pergit parabola de vinea & operarijs ferotinis, cæterisq; qui primo mane conducti colendæ vineæ operam primi dederunt. Horumque querelas aduersus illos scriptura texit, vt grande hoc mysterium de gentium vocatione latenter explicet Matthæi. 20. Conqueruntur enim Iudæi de gentibus quod hora vna gentes laborantes pares sint Iudæis. Nam cōtinuo ex coruscante per orbem Euangelij gratia immundissimæ gentes & funestis idolorum cultibus addictæ, cæterisque turpissimis gestis foedissimæ, ascitæ tamen sunt, & vocatæ ad Euangelicam gratiam, vt sint regni cœlestis cohæredes, vt sint concorporales. Quia eiusdè corporis mystici membra vt & cæteri fideles, & participes sunt: quia donis Spūs sancti perinde imbutæ sunt atq; Iudæi. quippè Christo crediderunt, & nō per legis operā, sed citra illā per sanguinis Iesu Christi tamen expiationē à cūctis piaculis sunt deterasæ. Quòd si Petrū latebat hoc mysteriū etiā post Spiritus sancti receptā plenitudinē, quidquod Prophetas, qui non tāta infusi sunt Spiritus sancti plenitudine, quanta fuerūt Apostoli, latuerit? Vnde Petr. Act. 10. Ostēdit, ait, mihi Deus neminē cōmunē, aut immūdū dicere hominē, & paulo post, In veritate comperi, quia non est per sonarū acceptor Deus: & sermo est de gentiū vocatione. Vnde & stupuerūt ex circūcisione fideles, qui venerāt cū Petro, quia & in nationes gratia Spūs sancti diffusa est. Particularia ergo hæc pphetis priorib; nō reueratuit Spūs sctūs, vt sanctis Apostolis.

Locus ex-
ctis Aposto-
licis expli-
catur.

Parabola
de vinea
differitur.

Obserua di-
ligenter A-
postolos
quædam la-
tuisse post
acceptū Spi-
ritū sanctū.

Locus Pauli
differitur.

Locus Pau-
li differitur.

Lucæ. 4.

T R O.

TROPOLOGICA DE-

clamatio secunda, De pœnitentiâ vir-

ribus, cuius prothema est.

Si abluerit Dominus & reliqua. Esaiæ. 4.



SI ABLUERIT Dominus sordem aut sordes filiarum Sion, & sanguinem filiarum Hierusale lauerit. &c. Verba hæc inter exponendum Esaiam, ad baptismi mysterium retulimus: nunc vero, vt tropologicum sensum attingamus, de pœnitentiâ sacramento, illa subintelligere, institui. Pœnitentia autem vt hinc exordium capiam quædam virtus est, alia vero sacramenti, illa antiquior, hæc autē efficacior. Etenim ab initio ineuntis seculi, hominum nullus sui cōpos citra pœnitentiæ opem, gratiâ Dei inire potuit. Et diuina sapientia. c. 10. huius meminit, sub sapientiæ tamen nomine. Hæc, ait, illum qui primò formatus est, à Deo pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodiuit, & eduxit illum à delicto & germano nomine: pœnitentiâ (quæ virtus est) sapientia vocatur. Etenim non exigua est sapientiæ, Deum placare offensum, hominēq; ab incēdijs æternis custodire, à peccatisq; & delictorū catenis educere. Quæ omnia pœnitentiæ munia sunt. Quis nō stupefceret, si hæc ad libellam iustā pēderit, tāta esse vi pœnitentiā diuina præditā, vt illa homūculus cōpos factus sordibus obuolutus criminū, Dei supremā maiestati lachrymis & precibus, ad se trahat? & rursus miratu dignissimū est peccatoris perdēdi decretum quod apud Deū erat, lachrymulis nostris illectus Deus retractet. Accedat istis quod non vulgaris est admirationis: nā is qui ex peccato inter flāmis sempiternis mācipatos connumerabatur, iā inter sanctos, & filios Dei ex pœnitentiā fortē habeat, & demū qui Satanæ erat quasi vile mācipiū, per pœnitentiā vim, vt celestis militiæ gloriosus miles gradiatur.

Quippè Satana depulso, in cōfortiū diuinitatis pœnitentiā transfert. Nō est hæc virtus, quales illæ de quibus Aristot. Magnifica scripsit, & suo ingenio digna; imo omnibus illis longe lateq; est præferēda. Etenim & si quispiā eximijs illustretur virtutibus omnib⁹, quas Philosophi disertissimis, tradiderūt disputationibus si vacat hac pœnitentiā vi nihili ducet. Sapiē. 9. Et si quis erit cōsummatus inter filios hominū, si ab illo abfuerit sapiētia tua, in nihilū computabitur. Enim verò cæteræ virtutes, sordes animarū, nostrarū non abluunt, sanguines nostros nō lauāt, at pœnitentiā sordes emaculat, sanguines nostrarū culparū abstergit. Trāsiens (ait Dominus) vidi te cōculcatā in sanguine tuo, & dixi tibi cum esses in sanguine tuo viue, dixi inquam tibi in sanguine tuo viue. En tibi quid virtus hæc celestis hominibus conciliet, vitam nempe & abstersionem à sanguine piaculorū suorum. Cæteras nanq; virtutes suo Marte homo sibi parat: hanc verò nō proprio ingenio, aut viribus, sed Dei munere homo sibi comparat. Culpa animas nostras (quæ filia Sion & filia Hierusalem sunt, quippè quæ ad celestia regna fruēda quotidie à Deo vocantur) conculcat & foedat: Deus autē (quæ est sua inæstimabilis clemētia) transit, non gressibus corporis, sed sua miseratione per calamitosā animā labe peccati infectā transit, intuēdo, & miserando, vt Samaritanus illæ Lucæ. 10. qui ex industria fecit iter vt obuīū haberet miserū illū, quē spoliauerāt latrones, & semiuiuum plagis illatis destituerunt. Obuiusq; factus, plagas ligat, & semiuiuū in vitā integrā restituit. Itidem & dñs apud Ezechielē vidēs aīam humanā in sanguinē suorū scelerū immersā per illā trāsit. *Fœlix transitus*

Pœnitentiā superat virtutes morales omnes.

Ezechi. 16.

Pœnitentiā diuini est muneris.

Parabola B. uagelica ex Ezechiele exponitur.

Pœnitentiā virtus sapiētia est.

transitus qui animam ad poenitentiam reuocat. Transitus hic diuinus non furoris est sed gratiae & misericordiae. Nisi transierit per nos Dominus sanguine suo tingens postes nostrae mentis, affectum scilicet, & mentem in sanguine nostro lapsabimur. Transiit Christus & sanguine suo per fidem & charitatem nos rubrificat, & continuo, nostri sanguinis immundissimi sordes, & piacula deterguntur. Et dicit animae nostrae viue, & iterum viue. Imperat vitam, quia dicit viue, vitam sola verbi iussione, donat: ipse namque dixit & facta sunt. Magna Dei pietas, non horrescit sanguinis nostri spurcitiā, imo accedit ut lauet, accedit ut peccata nostra etiam si rubescant ut coccinum, rubeant ut vermiculus, idest ardentissima sint & cruentissima, mundissimos nos, & candidissimos ab illis poenitentiae hyssopo asperfos reddat. Viue, ait, viue, tua mors o anima hic noxius sanguis tuus est: hic te maculat, hic te foedat, proprium tui qui te strangulat arbitrii reatus est. At Dei vox, Domini imperium, tibi vitam mandans, tua vita est. Sed quid est, quod viue, viue geminat? quia vitam donat, & donando culpam, poenāque aeternā remittit. Inuoluimur namque & sanguine culpae & poenae. Quare Ezechiel, bis ait, Et cum esses in sanguine tuo, quia absterfa culpa, superest noua poenae aspersio. Etenim aeternis illis cruciatibus poenitentibus donatis, temporanae poenae luendae restant, ut supra fusius demonstrauimus. Tuncque animae nostrae vita spiritalis absoluta censetur, quando, neque culpis est irretita, neque poenis ob culpae obnoxia. At quia rarissimi sunt, qui ex nostris in aliam vitam mundissimi hoc modo commigrent (quis enim tam defecatos obtinet mores, ut nulla labis contagione inficiatur?) hac ratione consultissime Ecclesia Iesu Christi purgatorium & tradit & docet. Scire ergo prothema nostrum si abluerit Dominus &c. De poenitentia intellectum voluimus. Non tamen de quaui poenitentia, haec quae dixi-

mus accipe: quia forte noministe decipiet multiuocatio. Philosophi namque & quādam resipiscētiā nouerunt, quae factimali, idest, commissionis & non benefacti, idest, omissionis poenas dolendo exigit. Id quod in carmine notatur Ausonio in haec verba. Sum dea, quae facti non factique exigo poenas, Nempē ut poeniteat sic Metanæa vocor. Lege centuriam. 7. Erasmi Adagiorum: nam Graecis duae voces, metanæa & metamælia significanter mutationem mentis in melius, & dolorē vitae superioris significant, ut legis apud Tertulianum libr. 2. contra Marcionem & à voce metanæa Lutherus abstinebat, quia transmutationem significabat, lege Rophensem articul. 7. contra Luthe. Porro autem non est haec poenitentia de qua in praesentia ratio habetur. Etenim in quo vis homine fidei & infidei non raro post male gesta subiit poenitentia, ut & Iudas Domini proditor post atrocissimum facinus poenitentia ductus laqueo se suspendit. Non de hac igitur, sed de illa, quae Deus coelesti munere donat. Quae quamquam theologica non sit virtus, vel heroi cas virtutes omnes morales immensa intercapedine superat. Quid quod alias sub seclariis virtutes sua excellentia vincat, ut iam praediximus? Itaque si mediū illi gradū inter illas supremas virtutes theologicas & morales inferiores poenitentiae tribuamus, ab scopo veritatis, non errabimus. Ille enim supremū tenet locū, quia in Deum spectat, siue fides, siue charitas, siue spes, at istae humi repūt, quippe hominē homini & ipsum sibi cōponūt, at non tam altē volūt ut in Deo nidū figāt. Porro autē poenitentia peccato abigendo, & arcēdo tota incūbit, & gratiā diuinā in pectus nostrū cōdit: rursus cōsequēda vitae, quae Deus est, tota inhiat, hominemque ad Deū cōponit, deoque reconciliat. Id quod supremi muneris est. At discutiamus quae sunt illa duo, spiritus ardoris, & spiritus iudicii, quibus Dominus poenitentis cor mundat. Etenim filiarum Sion & Hierusalē, istis duobus, ut

Esaiæ. 4.

ut abster-

Transitus diuinus qualis.

Ezechiel. 16.

Esaiæ. 1.

Psalm. 50.

Ezechielis locus exponitur.

Purgatorii necessitas. et fidei cōfessio.

vt absterforijs Eſaias ſanguinem ablui tradit:& quæ hæc ſint in lauacro baptiſmi iam diſſeruimus. At nunc illa in pœnitentiæ quoq; lauacro exquirêda ſunt. Et quantum mea fert ſententia hæc apertiſſimè in hoc pœnitentiæ ſacramento inueniêtur. Nam ſpiritus iudiciij vtq; traditus eſt Apoſtoli domino dicête. Accipite Spiritũ ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur. &c. Non ne hæc iudiciaria poteſtas ſpiritus iudiciij eſt? Sacerdotes nanq; clauem ſcientiæ habent, ex qua peccata diſcernunt, & dijudicant quiſnam dignus vt abſoluatur, quis ve indignus: adde ſpiritum ardoris ſacramento huic adefſe. Etenim ſacramentum hoc peccata remittit: at remiſſionẽ ſine ardoris hoc ſpiritu, cõſequi poterit nemo. Ipſa nanq; pœnitentis contritio eſt ardoris ſpiritus hic, vt poteſtas iudicis eſt ſpiritus iudiciij, qui ſacerdotum eſt. Qui vt ordinarij iudices, vel illorum vices agentes, huic negotio præſident. Hæc duo iunge & ſacramentum vires ſuas explebit. Siquidem etiam ſi ſpiritum ardoris, quem voles ardentiffimum ſingas, ſeu contritionem quam voles feruentem tibi gratuleris adefſe, ſi iudiciij ſpiritum, ideſt, Eccleſiæ clauẽ refugis, ſanguis noxius tuus concreſcet potius, quàm diluatur. Quippè peccati nulla eſt remiſſio, niſi ad ſacerdotes, apud quos iudiciij huius ſpiritus diuino reſidet munere, cum poſſis, velis accedere. At quanlibet ſpiritum iudiciij ames, & velis, niſi ſpiritus ardoris in te exæſtuet, vt cum Hiere. 20. dixeris, Factus eſt in corde meo quaſi ignis exæſtuans, (qui dolor eſt admiſſorum ſcelerum, recuperandæ diuinæ amicitie gratia, cum animo iam deinceps huiusmodi lapſus, & cæteros alios cauendi,) niſi ignis hic exæſtuauerit, fruſtra ſpiritum iudiciij habere tentas. Iunge ergo hæc duo, & ſanguinem peccatorum tuorum lauabit Dominus. Neq; totum quod in lotionẽ hac deſideratur puteſte nõ cooperâte à Deo eſſe obtinenda quanuis totam ablutionẽ tuarum ſordium tibi nõ arrogabis ſi ſapis.

Matth. 18.
Ioan. 20.

In ſacramẽ
to pœnitentiæ
eſt ſpiritus
iudiciij
& ardoris.

Etenim neq; tam tuum eſt iuſtificationis huius opus, vt diuina opitulatio non ſit neceſſaria, neq; tam Dei, vt tuus adniſus nõ ſit à te exhibendus. Spiritus ſanè iudiciij Dei eſt, qui ſolus vel hoc ſolo nomine glorificandus, qui talem poteſtatem dedit hominibus, ſpiritus autem ardoris, Dei vtq; & noſter eſt, Dei vt inſpirantis, Dei vt dicentis viue, viue, Dei vt proclamãtis mor tuo Lazaro, Lazare veni foras. Neque texat hæreticus inanes & captioſas tendiculas, mihi occinens, Ecquid ſi Lazarus non eſt cooperatus Domino, quando excitatur à mortuis, ergo neq; nos cooperarij ſumus quando iuſtificamur. Similia nãq; non vndecunq; ſibi conſentiunt: ſatis eſt in eo quod colligunt, ſibi cohærere. Mortis enim corporalis alia ratio habêda, quàm ſpiritualis: illa eſt naturæ, nõ volûtatis, hæc verò voluntatis, non naturæ eſt opus. Vt ergo in corporali morte natura (Domino ad vitam vocante) morem Deo gerit & non repugnat, ſed citra moram ad vitam inuitata viuit, ita liberum arbitrium Deo inſpirante, vitam gratiæ vt morem Deo afflanti gerat oportet. Atqui liberum arbitrium ſui iuris eſt, & naturæ neceſſarijs repagulis non conſtringitur, vt obediat, aut non obediat: nam vtrunq; liberum ſibi eſt. Quare cooperatio eius neceſſario exigitur: quæ tamen liberè & non neceſſario preſtatur. At ſi te agitat dubitatio hæc, quid eſt q̃ ſacramento pœnitentiæ populum Chriſtianum Chriſtus ſic adegit obſeruãdo, vt citra illius opẽ, & acceſſum in vitam æternam nõ pateat à pulſus? quandoquidẽ priſcis patribus ab ortu ſeculi ad tẽpora vſq; Chriſti, pœnitentiæ quæ virtus eſt, ſat erat: Vt igitur fideles ſacramento hoc ita Chriſtus cõſtrinxit? Atqui de huiusmodi dubitatiõe multa vltro citroq; ſcholastica Theologorũ gymnaſia iactant, qui bus valere in p̃ſentia iubemus, quippè quæ apud illos præclarè decernunt. Vt mea tamẽ ſententiã fert, Chriſtus in ferẽdis ſacramẽtis hoc habuit inſtitutum, vt ſanguinis ſui, fideles ſacramẽta frequentãtes, & memo-

Ad iuſtificationẽ
Deus agit libero
arbitrio cõſe-
gente.

Ezechi. 36:
Ioan. 11.

riam

Dilucida. & decla. in Esai. Prophetam. 4.

riam refricarent, & refricando fructū diuini sanguinis sibi pararent. Quare & Christiana sacramenta sanguine Iesu Christi madent, à quò vim operandi hauriunt. Id quod & si vniuersis familiare sit, duo tamē sacramenta sunt, quæ prærogatiua quadam singulari inter cætera fulgent. Est autem prærogatiua hæc, & mortem peccati depellere, & vitam gratiæ conciliare, qualia sunt, & baptismus & pœnitentiæ sacramentum, quæ ambo spiritum humanum suapte institutione viuificant, ille regenerando, & in nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, recreando, hæc vero dolendo, in culpas animaduertēdo, seu puniendo viuificat. Vt ergo memoria altè reponamus sanguinem Iesu Christi viuiferum esse remissionē peccatorū non in pœnitentia virtute solū, sed in pœnitentiæ sacramēto collocandā esse Christus voluit: ne si ex sola pœnitentia virtute mens nostra ab operibus mortuis viuificaretur, fortassis quia pœnitentia hæc virtus nostra appellatur, in vires nostras vitam nostri spiritus referremus. Petendum igitur à nobis propter hæc sacramentum pœnitentiæ Christus iussit, vt sacramenti opē nos implorātes, & cœlesti auxilio tāti sacramenti freti, de vita spirituali nobis in sacramento hoc donata sanguini Iesu Chři potius, quā nr̃is viribus gratulemur. ¶ Iam verò vt spiritus iudicij & spiritus ardoris in pœnitentia virtute inueniantur operepretium est breuiculo sermone cōprehendere. Et quidem virtus hæc habet spiritum ardoris, quia mentem excitat cōtra suos lapsus vt indignetur propter deū: atqui de spiritu iudicij non ita peruium volenti excutere qui sit, erit. At vero Paul. 1. ad Cor. 11. loquentem audiamus fortassis tāti Apostoli verba à labore plura de hac re inquirendi leuabūt. Quod si nos metipsos diiudicemus, (ait) non utiq; iudicemur: dum iudicamur autem à Domino corripimur: & in eos sermo hic fertur qui sacram synaxim impœnitentes cōmunicabant: quæ Pauli verba clariora reddes

sub hac, quā subiungam, paraphrasi, Vos ipsos ò corinthij iudicate, aut potius diiudicate, si apti estis qui synaxim corporis, & sanguinis domini degustetis: discernite quales geratis animos si impuros geritis, resipiscite, vt ad Dñi mensam non illotis manibus, vt ad profanas mēsas accedatis. At quia hoc discerniculo vos nō probatis quales sitis, & immundi sacra Dei mysteria versatis, propterea iudiciū diuinę vltionis patiemini. Iam ergo pœnitētia virtus spiritum iudicij secum conducit: pœnitēs namq; (si tamen non lusoriè resipiscit) se diiudicat, se discernit, qualis sit aduertit: peccatorum sentinam esse se inspicit: quid commereatur cognoscit: in se præueniendo castigat quod certa fide Deū acerbius vlturum, nisi ipse se puniendo præuenierit, tenet. Quis ergo pares tuis laudibus effrēdis vires habebit ò pœnitētia? quæ tenebras peccatorū ab humano corde pellis, lucē cœlestē introducis, quæ mortē fugas, & vitam missam restituis, quæ vincula tollis, & libertate nos donas, quæ neq; humanas tua potestate superas culpas solū, imo & Dei iustitiā vincis. Diuina nāq; iustitia peccatorē odio habet, & sibi infestissimū, tu verò odia hæc profligas, & amores diuinos concilias: illa tremulū hominē reddit, tu fidentē facis: illa peccatori aduersatur, tu ambitiosissimè patrocinaris: illa deniq; dānat & repellit, tu absoluis, & laxas & ad thronū diuinę gratiæ peccatorē introduces, vt misericordiā cōsequatur in auxilio opportuno. Hæc demū pugna inter Dei iustitiā, & hominis pœnitētiā prototypū, pugnam illā inter Iacob illū Patriarchā, & Angelū Dei confertissimā habuit. Iacob pugnat contra Angelū Dei, debilis cōtra fortē, pusillus cōtra magnū, Nanus cōtra Gigantem. Imò potius quia Angelus ille Dei gerebat personā, audacter iam dixeris hominē tūc pugnassee cōtra Deū. Quid pugnassee cōtra Deū? imo & Deū superasse lege. Gen. 32. vt hæc non cōficta, sed vera esse inuenias. Nequaquā (ait Angelus Dñi) Iacob appellabitur nomē tuū, sed

Baptismus
& pœnitentia
singulari
gaudent pri
uilegio ad

Ephesi. 4.

Ad Heb. 11

Pœnitentię
laudes infi
gnes.

Ad Heb. 4.

In pœniten
tia virtute
est spiritus
ardoris &
iudicij.

Egregi^{us} Ty
pus, ad pœ
nitentia.

sed Israel, quia si fortis cōtra Deum fuisti, quāto magis cōtra homines, praualebis. Et in Oseā. 12. de Iacob fit mētio in hęc verba, Et in fortitudine sua directus est cū Angelo, & inualuit ad Angelū, & cōfortatus est. Sed quī cōfortat⁹ est cuius fœmur emarcuit? Nimirū hęc est spiritus cōfortatio quod caro flaccescat. Iam vero quā cōcinna sit cōparatio luctū Iacob cū Angelo, ad pœnitētiā cū diuina iustitia pugnā, qui uolet aduertere nō magno negotio discedet. Pugnāt ille, pugnat hęc: ille superat Angelū, hęc Deū vincit: ille cōfortatur ab angelo, ne Esau fratrē paueat, hęc à diuina misericordia animat ut in fletibus perseueret, ut ita demū diuinā iustitiā mitigare possit. Emarcuit Iacob fœmur à pugna sed à pœnitētiā pugna marcescit carnalis cōcupiscentia, deflorescūt ad culpā vires, arcētur impetus, quod voluptati prius e-

rat iam à pœnitentia summo est fastidio, quod delicijs dabatur lachrymis iam impeditur. Et demū pœnitentia in nouā nos trāsfert creaturā & præterita peccata detergit, & desideria spiritus, & hominis interni opera renouat. 2. ad Co. 5. Si qua, ait, in Christo noua creatura vetera trāsierūt, & ecce facta sunt omnia noua. Et priore ad Cor. 5. pœnitentiā monens, Expurgate, ait, vetus fermentū, ut sitis noua cōspersio. Vetus utiq; fermentum plurimū acescit imo & foetet, peccatū igitur quod ex corruptissima acida & foetida deducimus origine rectē veteri fermento confertur. Hoc pœnitentia expurgat ut simus noua cōspersio, id est, noua massa, quæ in Christo est noua creatura. Renouati igitur per pœnitentiā, spiritu mētis nostræ, deo in cœlesti regno cātābimus cātīcū nouū qđ erit filiorū Dei: qđ ut cantemus Chūs donet.

Paulus exponitur.

Conspersio est idem qđ massa Paulus.

DILVCIATIO IN Esaia caput quintum.



CANTABO DILECTO meo canticum patruelis mei. ^a)

Septuaginta loco patruelis dilecti legunt, cantabo dilecto meo, canticum

dilecti mei τὸ ἀγαπῆτὸς μου. Alius vertit, cantabo dilecto meo, canticum patruo meo. Nā dōd, Hebræis patruum significat, item significat idē quod dilectus. Quapropter dōdi quod hī habetur, dilecti mei verterūt, ut, lididi, dilecto meo. At alij per, dōdi, patruū trāstulerūt. Et demū vox ambigua est Hebræis nō solum hęc sed & plæræq; aliæ, varias habēt significationes. Hiero. verò patruelē, nō dilecti voluit vertendū, etiā si Septuaginta lectionē indicet. Nicolaus historiā putat fuisse rei gestę apud Hebræos, quam hoc loco Esaias denarrat, patruelem habuisse

videlicet Esaiā, cui fuit hęc vinea selecta, cuius pessimus extitit exitus, occasioneq; ex re accepta, de duodecim tribuum excidio Israelitarū oraculū propheticū capitis huius edidisse. Et quāquam hoc Nicolaus verisimile duxerit, nos itidē non impossibile credimus, quāquā neq; illud exponēdovati adprimē cōducibile esse putamus. Et anteq̃ ad disferēdū, & referēdū capitis hui⁹ arcanū aggrediamur, caput hoc de. 12. tribub⁹, & nō de duabus, (ut supra Esai. actitarat) esse cōtextū accipere oportebit. Quippē ipse Esaias quę sit hęc vinea exponēs, domū (ait) esse Israelis, ut ad totā Iacob (qui Israel appellatur Gen. 32.) posteritatem Propheticus verat sermo. Verūq; iā hinc deprehēdes quod supra in prologis dicebam⁹, promiscua esse vaticinia de duabus, & de alijs

tribu-

tribus, apud Esai. Quoniam scopus in quem incumbit Esaias duæ tribus sunt. *Cantabo dilecto meo.* Sar, Hebræis est cantare, aut psallere, inde Sir canticum, aut carmen, & Sirath significat idem, licet quidam in lugubre carmen, tristemque cantilenam vocem hanc vertant. Psallit ergo Esaias canticum dilecto suo, vel populo Hebræo, quem diligebat, quippe eiusdem nationis Esaias erat cum Hebræis. *Canticum dilecti mei*, idest Christi, qui ab Esaiâ dilectus erat, ut etiam Abraham Christus dilectus erat. Abraham pater vester (ait) exultavit ut videret diem meum, vidit, & gaudens est. Ioan. 8. & demum Luc. 10. Multi Prophetæ & Reges voluerunt videre, Dominum & non viderunt, quorum desiderium patrum dilectionis erga Christum per fidem solum acceptum, apertum est testimonium. At Canticum quod hoc loco Esaias canit est simile illi, quod Dominus in Iudæos protulit lamentabili verbo, Hierusalem, ait, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt: quoties volui congregare filios tuos &c. Matthæ. 23. Post hæc subdit ecce relinquit domus vestra deserta, & Lucæ. 19. Iudaica calamitas, qua modo à temporibus Titi & Vespasiani obruuntur, à Domino prædicta fuit. Quia ergo harum, & similium miseriarum, quibus populus ille subdendus tunc prædicabatur, Euangelica itidem oracula mentionem apertam fecerunt, hac de causa canticum Esaiæ Prophetici quod hoc capit. item profertur, cantico Euangelico Iesu Christi consentiens omnino est. Ideo ait, Cantabo dilecto meo, canticum dilecti mei: quasi dixisset manifestius canticum quod occinet aliquando Iudæis Christus, hoc ego in præsentia cantabo. Ille de flebit miseri populi clades interminas, ego easdem clades venturas longe ante præsentiens prænuntiabo. Quod si lectio, hæc arridet videlicet cantabo dilecto meo, canticum patruo meo, abstrusior sensus est, nisi quis, in regem referat Amasiâ, qui fuit patruus Esaiæ frater patris Amos, ut

nos in primo prologo in Esaiâ diximus. Atque adhuc modum sensum reddito, o Amasia Rex tibi hoc lugubre, & lamentabile carmen, canendum est, nam regni tui clades, tuas esse ut ducas par est. Populus, cui præses, cuius gubernacula geris, unde & gloriam tibi paras, & opes, ab alienigenis subigendus est, neque viribus pollebit, quibus cum truce aduersario dimicare possit. Tibi ergo o patre canendum est hoc mœstum miserabileque carmen, ut iam hinc, quis tuorum posterorum qualisque sit futurus tam incoelix exitus discere valeas, & dolere tuam & ipsorum vicem mature ordiaris. At si patrelem legimus, quid velit Esaias certò mihi non constat, imo hunc locum patere coniecturis potius crediderim, nisi ad historiam ambigua veritatis, ut dudum ex Nicolao adnotabamus quis referat. Sunt autem patreles duorum aut plurium fratrum filij. Quare fortassis si ad Christum locum deducamus, intelligentia sibi consona locus hic donabitur. Etenim Esaias filius Amos Regem Amasiam in patruum habuit: at ex Amasia Rege Dominus secundum carnem originem duxit. Unde etiam si longissimis prosapia internodijs distantes sunt nihilominus Esaias & Dominus Iesus duorum fratrum filij, idcirco & patreles. Quod si hæc collibuerit textus huius referatio, illam iam prosequuti sumus, planumque & perspicuum dedimus, nanque hoc cecinit Esaias, quod Dominus Iesus Euangelicis verbis dixerat, Et appropinquans, ait, civitati, videns illam, fleuit super illam dicens, Quia si cognovisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis &c. Lucæ. 19. Etenim si Dominum cognovissent Iudæi pacem firmam haberent, at quia Dominum reiecerunt, propterea deaustati & euerfi sunt. Alius vertit cantabo dilecto meo canticum amatori meo propter vineam suam. At versio hæc cum Hebraica non concinit, & sensum magis turbat, quam dilucidet.

Patres Iudæorum Christum ante aduentum dilexerunt.

Esaias ex Euangelio exponitur.

Vinea facta. a) Populum illum vineam appellare Domini protritum est in scriptura admonente psalmo vineam de Aegypto transtulisti eiecisti gentes, & platasti eam, & Matth. 2. 1. & Hier. 2. Ego platau te vineam electam omne semen verum, quomodo conuersa es in prauum vinea aliena? *In cornu filio olei.* b) Idest populus ille ab Aegypto transtuctus est in regionem sublimem, & pingue. Etenim terra illa montosa est, & fertilis erat. Deute. enim. 1. 1. terra (ait) montosa, & campestris à cœlo expectans pluuias. Terre autem illius, vbertas sæpè in scriptura inculcatur, Deu. 9. & 8. Paraphrastres Chaldaeus, quæ dixit Esaias sic legit vineam habebat dilectus meus in colle excelso filio olei. Filius olei abundantiam olei significat, & pinguedinem regionis præferebat. Etenim Hebraismus est, filium olei ipsam pinguedinē, notare, vt filius perditiois. i. perditissimus, filius iniquitatis iniquissimus, qui appellatur Antichristus, filius gehennæ idest flammis æternis addictus, aut certè adigendus: & hoc genus, multa scripta sacra, tibi sub ministrabunt exempla. Regio ergo illa abundantia vini, & olei, lactis, frumenti & aliorum humanam vitam alentium, vberissima erat. At vero gens, illa, regione foelicissima fruebatur, & opibus, & delicijs affluentibus, fruebatur. Qua propter Deut. 4. natio grãdis, gensque inclyta à Domino vocatur. Non solum opibus & delicijs imo & potestatis compos facta est. Regia nanque & pontificia dignitate fulsit, id quod vt Esai. insinuaret in cornu dixit locatam. Est enim cornu animalium eminētissima pars: Iudæos quoque Dominus eminentissimos fecit. 1. Regum. 2. Et sublimabit cornu Christi sui. Idest potestatem.

Et erexit cornu salutis in nobis in domo Dauid pueri sui Luc. 1. Etenim collapsam Iudæorum regiam dignitatem, Christus Dominus qui est ex scemore Dauid secū dum carnem, reparauit. Nico. in libro differentiarum, in etiam, & ædificauit turrim^d in medio ei⁹, & torcular extruxit in ea: & expectauit vt faceret vuas^f, & fecit labruscas

cornu filio olei, sic vertit in angulo apto oleo, idest in loco olis confito. Atqui cum cōstet iam quid propheta velit cuius vertat vt vollet. *¶ Et sepiuit eam.* c) Vineæ beneficia singularia à Deo præstita latè Esaias prosequitur, sepiuit eā. Septum enim à nocumentis bestiarum, & viatorum vineam obmunit: vnde prouerbi. 24. Vineam Salomon stulti (cuius materia euerfa est) docet esse. Et lapides elegit idest illam elapidauit, vel lapides foras proiecit. Etenim lapidum multitudo sterilitatē vineæ causat, quia imbris, & solis radijs ne solum vineæ penetrent obstaculo sunt. Et plantauit vineam electam Hebraicè forec, idest ex vitibus genere nobilissimis. *¶ Extruxit in ea turrim.* d) Vbi conderetur vineæ fructus. *¶ Et torcular fecit in ea.* e) Vbi racemi pressi & torti musta funderent. *¶ Et expectauit vt faceret vuas.* f) Digna spes pro dignitate vineæ: & cura illi impensa: non retulit gratiam quam Dominus vineæ iure expectauerat, imo viceversa p speratis vuis nobilissimis, dedit labruscas agrestes, & incultas vuas. Hieron. autem variam huius loci lectionem indicat. Fecit fructus pessimos, quidam legūt, alij imperfectos. Theodotio vero vertit fecit spinas, quæ omnes versiones hinc nascuntur quod labruscam putant non esse fructum vitis agrestis, imo ipsam vitem. Vergilius em in Bucolicis, Syluestris (ait) varijs sparsit labrusca racemis. Verum tamen Dioscorides de labrusca differēs lib. 5. capitul. primo geminam ait esse labruscam

Vinea See
rec.

Labrusca
quid.

scam: alia est, cuius vna nō maturefcit, sed
florētēnus perducit. Quē florē cēnā-
them vocant alia vero ad fugē peruenit
paruis acinis nigra, & adstringens. Cuius
folia, caules, & clauiculę, quibus repunt,
vim habent cultę viti similē. atqui cēnā
thē quē florē labruscę dixit, etiā la-
bruscā nomine vitis agrię seu agrestis
officinę vocant, indequē oleum cēnanthi
num cōcinnant. Quā propter labruscā,
& vitē, & flores & fructum, appellare ni-
hil ab vsu recto loquēdi abhorrebit: quin
etiā fructum, & plantā, eodē solēt
nomine herbarij comprehendere. vt ma-
lum persicum, malum duracinum, ma-
lum punicum & arborum, & fructuum,
sunt nomina. Et dēnum herbarijs consul-
tis res hęc negotium non faciesit. Iam ve-
rō quid per hęc intelligenda secundum
literam accipiendum sit, aperiāmus. Gē-
tem illā Hebraicā vineam fuisse Do-
mini Esaias ostendit, sepēs autē eius, du-
plex erat, altera quę vitę & substantię
terrenę tuendę præsidiū fuit: altera quę
spirituali vitę seruandę & alendę, imo &
gignendę, origo fuit, reges igitur aut iu-
dices, magistratusquē illi genti præsēctos,
rectē dixeris septa illius populi extitisse.
Horum nanquē potestas tyrānidē, vio-
lentiam exterasquē hostium iniurias, de-
pellebant. Istud nanquē procerum & pri-
matum reipublicę munus est pro suis pu-
gnare, illosquē defēsa legitima nō frau-
dare. Et iudicabit nos rex noster, (quare re-
gem expetierunt Hebręi quondam) & e-
gredietur ante nos, & pugnabit (aiunt) bel-
la nostrā pro nobis. 1. Regum. 8. Et vt Da-
uid cum suis militibus, pro muro fuere
gregibus Nabalcarmeli. 1. Regum. 25. ta-
les quoquē reges sibi concreditorum ā
Deo populorum, viuos muros esse opor-
tēt. At vitę spiritualis aliud habuere sēp-
tum, aut sēpem aliā: siquidem lex il-
la, cāremonię, iustificatiōes, & legi-
tima iudicia, erant illis pro sēpe. vt enim
magistratus populi terrenā vitā pro
tegebant armis iniurias propulsando: ita

lex idola, maleficia, sceleraquē vniuersa,
ā gente illā cauenda exēquentissimē
docebat. quā obrem Paul. legem pedagō-
gum illius populi. vocat ad Gala. 3. est
nanquē pedagōgus alumnī institutor, &
protector ita lex, Hebręos vt paruulos
gerebat. elapidauit autē Deus hanc vi-
neā, quando gentes robustissimas ex
nationē variā, eiecit, vt populum suum
in Palestinā induceret: vt Dauid dixerat
eiecisti gentes & plantasti eam. Quod ve-
ro gentes lapides scriptura nominet ex te-
stimonio Ioann. pręcursoris Domini sa-
tis probatur. Potens (ait) est Deus ex lapi-
dibus istis suscitare filios Abrahę. Quia
gentes ā Domino ad fidē quā profes-
sus fuit Abraham conducendę erant & e-
gregia dote filiorū Dei decorandę. Porro
per turrim templum illud sumptuosum,
& illustrissimum intelligendum censeo.
De quo apud Micheā. c. 4. illud extat vati-
cinium. Et tu turris gregis nebulosa, filię
Sion, ad teueniet, & veniet potestas prima
regum filię Hierusalem. Quē locū tra-
ctās. Theodoretus de templo Salomonis
& sibi subditis Iudęis intelligendum tradi-
dit in com. ad eundem prophetam. Tem-
plū ergo illud bellissimē per turrim signi-
ficatur. Etenim in eminētissimo loco Hie-
rusalē sitū erat. Totumquē iudaicū præsidiū
erat in templo collocatum. Illoquē tuēdos
aduersus hostiū furias sibi persuasum Iu-
dęi habebant nolite (ait) Hiere. 3. confide-
re in verbis mēdacię dicentes templū Do-
mini, templū Domini, tēplū Domini est.
Dicis autē gregis turris, in templū nanquē
illud armenta, & greges, vt Deo immola-
rentur cōuehebātur. nebulosa vero, appel-
latur ob causas duas & quod lex illa atquē
victimę, vmbatilia erant, vmbra & typū
venturi Christi pręferentia. Vmbra in-
quit Paul. habens lex futurorum bonorū
ad Heb. 10. & quod in templo illo vbi ma-
ctabant ad sacrificia pecudes, necessario
ex nidore crematorum sacrificiorum va-
por circumquaque sese diffundens nebu-
lam, densasquē caligines per templi spa-
tia

Exod. 23.
Deut. 9.
Psalm. 79.
Psalm. 43.

Locus Mi-
cheę expli-
catur.

on adit
tut. shou
2009

Templū Sa-
lomonium
curterianū
bulosa.

2009

Iudęi gē-
na sēpe &
temporalī
& spiritualī
gaudebant.

Reges muri
sunt viui suo-
rū subdito-
rum.

1. Regum. 8.
1. Regum. 25.

ria spargebat. Quod vero (ait) ad te veniet prima regum potestas eo detulit Theodoretus quo Nabucdonosor regni sui primordio grassatus in templum & urbem est anno. 3. Ioachin regis Iuda Septuaginta verò legunt in

te ingredietur principatus, & primum regnum de Babylone. Torcular verò, altare, quo armata, & greges occidebatur significat. Etenim ut in torcularibus, racemi vuarum pressi, tanquam in praelo, musta fundunt & stillant, sic & altare sacrificiorum, ex occis

sis animalibus sanguinem effundebat. Quod verò dixit vineam electam plantasse illam Dominum id est ex vitis genere optimo, ut nos exposuimus, intellige illius populi veluti vites patriarchas, duces, prophetasque extitisse, ut Abraham Isaac Iacob, Moyses, Iosue &c. Et quāquam, Esaias de sacerdotali munere nihil exprimat, at in turri, & altari, pontificales Iudæis honores exhibitos sub intelligendos esse puta. En tibi munera eximia quibus populus Iudaicus sub parabolico sermone à Deo prosequutus est, & ab Esaiā denarrata sunt. Et quia Dominus sub parabolico de vinea & ænigmatico verbo, Iudaicam perfidiam, & illorum euerfionem apud Matthæum. 21. & Mar. 12. Idem pronuntiat, idcirco non abre canticum hoc vineæ canticum dilecti. 1. Iesu Christi dicitur. ¶ *Nunc ergo habitatores Hierusalem & viri Iudæ.* ^a) De re certissima aduersarij vocantur in testes, & inimici nostri, & ipsi sunt testes. Eosdē ergo quos supra dixerat Esaias Dei hostes & aduersarios eoque delēdos, istis eisdē Dominus iudicium inter se & vineam suam committit. Et

enim causa diuina contra homines æquissima cum sit, tutò amicis, & inimicis committi discernēda potest. ¶ *Quid est quod ultra.* ^b) Deus nulli debitor, qui est vniuersorum conditor & nihil habemus, quod ex diuina lar

Deus nulli obnoxius.

labruscas? Etnunc ostendam vobis quid ego faciam vineæ meæ, Auferam sapem eius, & erit indirectionem: diruam maceriam eius, & erit in conculcationem. Et ponam eam deferatam:

gitate non dimauerit. At Deus ipse ferēs legem statuensque premia cultoribus suis, se debitorem constituit creature suæ rationali ut iam latius, in diluci. ad primū huius prophetæ caput diximus nullam ergo nos in Deū querimoniā obtēdere possumus: sed Deus semp victor cum iudicatur euadet. Ut vincas, inquit, cum iudicaris. Etenim omnia necessaria salutis paradæ subministrat. Quod si cum æterna vita non collimamus, non per ipsum, sed per nos stat Nihil igitur amplius debuit facere vineæ huic quia quod illi fecit non ex debito fecit, quia non erat debitor vineæ: quod si debuit non virtus vineæ illū indebitum coegit: sed sua munifica magnificentia. ¶ *An quod expectauit* ^c) Ironia i scriptura. Ironia est, quasi dicat. Hæc in me vertite iniuriā, me tam misericordē erga vos fuisse, ut fuerim loquax in vos, & longo temporis tractu fructū vineæ Meæ sperasse, deoque fructuū mihi debita redditione nunquam non monēs. At ea est vstra ingratitudo, & inurbanitas, ut surda aure monitoria mea verba trāseritis. ¶ *Et nunc ostēdā vobis.* ^d) Poenā Iudaicæ cōtumaciæ statuit. Auferā sapem eius: quia populus redactus in captiuitatē, regio throno orbatu est: & respu. illa colapsa est, neque magistratibus aut præsidibus proprijs ducebatur, sed Chaldæorum nutibus regebatur: & à sacrificijs vacatū est. Quæ tamē ut diximus septimēta erāt populi illius. ¶ *Diruā maceriā eius.* ^e) Maceria septimētū

Pignora e-
gregia Iu-
dæorum.

Ironia i scriptura.

est ex lapidibus, sine cæmento aut cum cæmento coagmentatum: muri autem Hierusalem diruti sunt à Chaldæis. ¶ *Neq; putabitur neq; fodietur.*^{a)} Deserta nanq; red-dita est sub captiuitate illa. Et quanquam pauperes quidā in vinitores reli-cti sunt, at pauci isti qui erant vt tam vastū terræ locum colerēt? Hæc omnia ex prioribus no-stris dilucida. pē dent. Terra autē nō culta spinas, & vepres parit. ¶ *Nubibus man-dabo ne pluant*

super terram.^{b)} Concinit cum Esaiā id quod Moses. 28. Deutero. scripsit, Sit cœ-lum quod supra te est æneum, & terra, quam calcas ferrea, vt. 3. Regum. 17. & Ia-cobi vltimo factū legimus, terram cœle-sti fonte annos. 3. & menses sex irrigatam non fuisse, donec Helix precibus irriguū promeruit. ¶ *Vinea autem.*^{c)} Diximus in p-ologo primo singulare esse in Esaiā quæ sub ænigmatē obscurē profert, aperto & pro-prio sermone edere. Totam ergo d vinea parabolam, citra velamen iam referat. Vi-neam (ait) esse domum Israel, & virum Iu-da: quia, vt diximus contra. 12. tribus hoc triste & funestum de vinea canticum cani-tur: ideo & domus Israel meminit, & viri Iuda. Quod verò ait, & vir Iuda germen delectabile, id est charissima fuit planta-tio Iudaicæ nationis: plantatio, videlicet, terræ Palestinorū, & magno labore suda-tū est priusquā inibi radices Iudaica gēs a-geret. Aut ob id vir Iuda dicitur delectabi-le germē siue viri Iuda (per sylepsim em in singulari pluralis notatur) quod reliquis tribubus sub Hieroboam ad idola delapsis & veluti sterilibus palmitibus, à vinea re-scissis, vitis vna, id est tribus Iuda cum si-bi connexa Benjamin tribu superstes man-

fit. Quæ religionis vnus Dei veritatē cole-ret. Quare tribus Iuda delectabile germē à propheta digne appellatur. Rursum quæ ex hac tribu germen illud quod spi-ritus sanctus in virgineo concepit vtero o-

Christus toti orbi delectabile ger-men.

mini exercituū, domus Israel est: & vir Iuda, ger-men eius de-le-ctabile: & ex-pectaui^d vt face-ret iudiciū, & ec-ce iniquitas: & iu-stitiā, & ecce cla-

riginem traxit.

Quod delecta-bile toti orbi extitit germen. Anuntio (ait) vo-bis gaudium ma-gnum quod e-rit omni popu-lo quia natus est vobis saluator. Lucæ. 2. ¶ *Ex-pectaui.*^{d)} Expli-cat quas labru-scas vinea pro-

uis suauibus Domino exhibuerit. Expe-ctauit nanque Dominus vt populus ille iudicium faceret, nulli nocendo, & ecce noxius fuit. Expectauit vt iustitiam serua-ret, ius vnicuique reddendo: & ecce tur-batis omnibus pauperum clamor contra primates populorū, tyrannidē ad Deum deferentium. Venustā paranomasiā vo-cum, quas Hebraicum Idioma hīc in-duxit, Latinum non potuit exprime-re. Clamor verò vt hoc succinctē adno-temus in diuinis scriptis, non semper in malum vsurpatur, iam in bonum, iam in malum accipitur. Nam clamauerunt iu-sti ad Dñm, & clamat Moses, Quid (ait Deus) clamas ad me: clamat Dauid ad Do-minū, Cum tribularer clamaui & exaudi-uit me. Clamant Sodomæi: clamat sanguis Abel aduersus fratricidam. Sed ais, quid si Deus quæ expectabat non habet ergo fru-stratur Deus sua expectatione? Vtiq; non frustratur, sapientissimus. Quid ergo ait. Expectaui vt faceret iudicium, & ecce ini-quitas, id est quod iure erat expectandum atque ipsa ratio suadebat vt sperare, expe-ctabat Deus, at Iudæi non præstiterūt. At Deus, non fuit frustratus quia certo apud Deum cōstabat, quid tandem populus ille

erat

Consensus
Deuteroni-
mij & Esaiæ

Esaiæ mos
est vt ipse sit
sui interpretes.

Sylepsis in
scriptura.

Clamor in
scriptura iā
in bonū iam
in malū vsur-
patur.

erat præstiturus. Atqui hoc criminis argumentum & capite. 1. Iudæis iam obiecerat Eſaias, Principes tui focij furum &c. ¶ *Væ qui coniungitis domum ad domum.* ^{a)} Populi illius iniquitatē in vniuerſali dudum expreſſe-

rat, iam particulariter rem proſequitur, Illius iniquitatem oſtendēs. Etenim auaritia vbi poſteſt tyrannidem in proximū exercet, illi autem auari erāt. Luc. 16. Audiebant (inquit) Phariſæi hæc omnia,

mor. Væ, qui cōiungitis domum ad domum^a, & agrum agro copulatis vſque ad terminum loci, nunquid habitabitis vos ſoli in medio terræ: In

popoſcerit erogare ſatagūt. De interiectione, vñ, quid velit in ſcriptura iam ſupra mentio habita eſt. ¶ *In auribus meis.* ^{b)} Dixerat Paulo ante ſe expectaſſe populi illius iuſtitiam, at in diuerſum expectationem recidiſſe:

auribus meis^b ſunt hæc, dicit Dominus exercituum. Niſi domus^c multæ deſertę fuerint grādes & pulchræ, & abſque habitatore.

quia illius loco clamor ſucceſſit, quem modo, ait, opleſſe aures diuinas. Vt em̄ oculi Domini ſuper iuſtos, ita aures illius in preces eorum, & ſilētibz vocibus corda iuſtorum clamantiū, abba

Ad Gal. 4.

pater, Deo patu-

Iudaica auaritia notatur.

qui erant auari, & deribebant eum. Iudaica denique auaritia, in vtroque ſacro codice, & nouo & veteri, notatur. Væ, ait, vobis, quorum ſtudio huic vni negotio impenditur, vt æraria creſcant, & facultates terrenæ augeantur, in horum incrementis beatitudinem collocantibus: & in terra oculos deſigitis, ò auari, vt animantia bruta, nunquam in cœleſtia attolentes. Eccle. 5. Vñ qui attendunt ad poſſeſſiones iniquas. Eſt autem iniqua poſſeſſio, quæ fraude, aut rapina, aut contra ius detinetur. Iſti ſanè fures erant aliorum facultates violenter attrectantes, in quos propheticus ſermo iſte refertur. Etenim quod citra iniuriam, domos quicuiſ & agros ſibi paret, nihil Dei maiestatem lædit, modo non ita in illa terrena incumbat, vt diuinæ beatitudinis memoria apud illum deliteſcat, ſed Dauidicam mente repositam habeat exhortationē. Diuitiæ ſi afluant nolite cor apponere. Et Dominus Mar. 10. Filioli quam difficile confidentes in pecunijs in regnum Dei introibunt. Id quod de illis intelligas oportet, qui præter victui & ſtatu ſuo neceſſaria, etiam ſuperuacanea retinent, neque ad vſum pauperum illa quando neceſſitas fraterna

la ſunt, vt Moſes ſupprimens linguam cor in Deum extendebat. Et Dominus precū illarum efficaciam clamorem vocans (ait) quid clamas ad me? Exod. 14. vñ & Di. Hiero. in comme. ad Gala. 4. Clamor (ait) in ſacris ſcripturis non magnę vocis emiſſio eſt, ſed ſcientiæ, & dogmatum magnitudo, & cor compunctum. Cuius verba de clamore ſanctorum intelligenda ſunt. At itidem impiorum opera, & affectus corrupti, ſub vocis ſilentio, ad Deum, itidem clamant, non ad propiciationem, ſed vindictam. Quapropter & modo Eſaias (ait) in auribus Domini eſſe populi illius facinora & indigniſſima facta. ¶ *Niſi domus.* ^{c)} Clamoribus vltionem iniquitatis à Deo exigētibus annuiſſe Dominum Eſaias demoſtrat. Nā facinorum ſuorum Iudæi exoluerunt pœnas quādo ſubrutas domus ſuas magno impēdio extructas, & magna pulchritudine artificij exornatas viderunt: quas ex rapinis, pauperum laboribus ex hauſtis, principes illius ſeculi conſtruxerant. Quas deſertas deniq; Babylo-nica captiuitas, atq; Romana fecerunt. Id quod Sophonias etiā. c. 1. ſimiliter inculcat, qui nō multo temporis tractu. captiuitatis tempora præceſſit: fuit nanq; ſub Iofia re-

ge Iuda, Erit fortitudo eorum (ait) in directione, & domus eorū in desertū: ædificabūt domos: & nō habitabūt: plātabunt vineas, & nō bibēt vinū earū. ¶ *Decē enim iugera.*^a) Septuaginta legūt vbi operātur de cē iuga boū faciet lagūculā vna, & qui semināt artabas sex faciet mēsuras tres. Laguncula

Laguncula.
Ceramion.
Artaba.
Sextarius.
Congium.
Iugerum.

autē Græcis ceramiō est, habet autem ceramion amphoras. 8. & sextarios 40. Auto. Budeo. Artaba vero autore Arist. apud Aegyptios continet modios. 45. Et apud Danielē. ca. 14. artabarū fit mētio singulis enim diebus idolo Bel. 12. artabæ dabātur sextarius vero heminas seu cotulas duas habet, hemina autē decē vncias mēsurales vnde sextarius 20. cōprehendit vncias. At Sextarius quia sexta pars cōgij est nomē si bi sextarij vēdicauit, cōgius vero sex sextarios habet, etiā si Galenus in libro sibi ascripto de pōderibus, & mēsuris, cōgiū dicat olei cōtinere libras. 9. vini libras. 10. mellis verò. lib. 13. Iugerū vero Plini. lib. 8. quātū terræ par boū vno die arare potest vocat. Columella autem actum quadratū, quem par boū arat, iugerū appellat. Est actus aut quadratus arata terræ portio lata ad. 120. pedes ad totidēq; lōga. Hūc autē quadratū Varro de re rustica lib. 1. c. 10. modiū a gri seu minā appellat. Glossa cū Varrone & Columella non sentit; putat enim iugerū 120. pedibus solū cōtineri. Sed in vocibus latinis exponēdis, primarijs autoribus maximē credēdū est. Loco lagūculę vox Hebræa est, bat: vnde & batus deriuat liquidorum mēsurā, qui. 10. pars est cori, autore Hiero. Bat autē, vt & ephi decima est pars Homer. Porro Homer cōtinēt ouorū quatuor millia trecēta viginti, quæ si diuiseris in decē partes singula partium est mēsurā Bat. & Ephi. Nisi qđ Ephi arida mēsurat. Bat liquida vt diximus & decē Ephi, aut Ephor autore Kimhi faciūt vnū corū. Porro Salomon Iudeorum insignis magister

Bat.
Ephi.
Homer.

Ephi credidit tria fata valere, satū autē cētū quadragita quatuor oua cōtinēt. Quę vox sacris literis est frequēs. Gen. 18. tria fata simul cōmisce, & Mat. 13. Regnū cœlorū fermēto qđ mulier in farinæ satistri mētis faciēt modios tres. Vē qui^b cōsurgitis mane ad ebrietatē

bus abscondit cōferi. Et hoc genus sunt alia. Ephi autē & Bat expressius reddit Hiero. Illud

em tres cōtinere in liquidorū mēsurā amphoras. Bat vero tres i aridorū mēsurā metretas, seu mēsuras ait. Et vox Hebræa, cui scūdo loco reddita est modius, est ephi, quā in artabā septuagita trāstulerūt & Homer est Esa. Quā vocē per modios. 30. trāstulit Hiero. vt ephi per modios tres & septuaginta mēsuras tres. Id quod interpretes septuaginta reddiderūt per generi cāvocē hāc, mēsurā, & nō per specialē hāc modius. Latinis verò modius 16. sextarios cōtinēt. Ab alijs res hęc clarius efferi nescio si verius: modiū em dicūt frumēti cōtinere. 24. libras. Quā mēsurā vtebantur antiqui Dñi erga famulos singulis mēsisbus quaternos frumēti modios ad victum illis impartiendo, quā mēsurā demēsum appellitabāt, siue à mēse, siue à mēsurādo. Cui autē nō libuerit aut fastidio fuerit harū mēsurarū rationē exactā subducere, citra illarū rationē sensus ppheticus i apto est. Etem p hęc Esaias hoc studuit auaris p̄dicere, tantam futurā terræ illius sterilitatē, vt agros quos multo semine fecūdarūt, vineasque multo impēdio coluerūt, ad eā siccitatē dēvēturas vt p ratione seminis, atq; laboris, impenſi nihil tādē collecturi sint. Quare nihil est qđ agris accumulādistāta solertia inuigilēt, aut vineis multiplicādis, vt famē & sitim frumento, & vino depellāt. Quia quilibet ipsi operā sedulā istis nauēt rebus cōparādis, sine diuina ope, incerta & quasunt omnia vt Paul. 1. ad Timo. 8. diuitibus huius seculi pręcipit, ne sperent in incerto diuitiarū suarum, sed potius in Deo summo largitore spē collocēt. ¶ *Vē qui^b*

Modius lege Paulum Aeginetam de ponderibus & mensuris.

In aua-

In auaros inuectus prius est Esaias, nūc vero in voraces, & bibulos inuehitur: qui studium diligentissimum, & animum feruentissimum in patinis vorandis, & calicibus exhauriendis habent. Cuius rei signū non

mediocre exhibent, quia diluculo, ante exorientem lucem iam sese ingurgitant cibis, & vino vētriculum distēdūt. Quod si mane duntaxat aqualiculos saburrassent, fortassis donādum illis esset: at vsq;

ad vesperam gastrimargiæ seu ingluuiei indulgēt. Id quod summæ voracitatis prōptum est argumentum. ¶ *Cithara^a.*) Tunc peccatores ad profundum iniquitatis se demergunt, quādo de perpetratis sceleribus, sibi gratulantur, & securitatem sibi pollicentur Dei iudicia non verētes, imo quod infelicius est contemnentes: quales hos fuisse Esaias hoc insinuat loco. Illos enim vt impios, scelestos, auaros, ebrios, voraces taxauerat, modo verō vt petulantissimos, describit. Quippē, de pœnitendis gestis nihil pudebat, imō cithara, lyra, vel naſſo, tympanoq; & choreis vitia sua celebrabant, tantum aberat vt erubescerēt aut resipiscerent. Et quia vacare istis secundū se à crimine vacat, addit, Esa. vnde excusationem omnem adimat. ¶ *Et opus Domini non respicitis.* ^b) Vocat opus Dei vaticiniū sacrū prophetarū. Etenim tam Esaias, quā cæteri alij prophetae Iudæos exequentiſſimē admonebant, vt imminētē cladem extremāq; miseriam captiuitatis ingruentē aspicerent, & aduerterent: vnde ex timore concepto diuino correpti, misericordiam Dei sibi prouocarēt, & vindictā mitigarēt cœlestē. At ipsi aure surda pertrāsibant, prophetas suadelas, citharisque pulsandis & tripudijs vacabāt. Carnis illecebras pluris

ducētes quā prophetarū minas. Quod autem opus Dñi hoc loco, oracula prophetica significēt ex subiūgēdis in cap. hoc prōptū erit. Qui dicitis (ait) festinet, & cito veniat opus eius, id est exequutioni mādētur

manū ei⁹ cōsyderatis. Propterea captiu⁹ duct⁹ est popul⁹ meus, quā nō habuit sciētiā & nobiles ei⁹ interierūt fame, & multitudo eius siti exaruit.

festinæ oracula, vt videamus qd lædent. Quare hæc vox, opus, nō simplicē sed variā habet significatiā. In diuinis scripturis iā propheticū significat oraculū, iā fidē Ioann. 6. Hoc est opus ei⁹ vt credatis &c

iā verō opera hæc naturæque spectacula, Quā magnificata (ait) sunt opera tua Dñe: iā vero prodigiosi nota est operis, vsurpatur etiam ad opera legis vt Paulo est valde familiare. Iudæi ergo vtcūq; opus Dei spectetur, in opus Dei nō respiciebāt. Siue in admonitiones, quibus exhortabantur propheticas, siue in fidē, quā profitebantur, siue in opera illa magnifica & stupenda quæ in gratiā illorū Dñs, in exitu Aegypti præstitit, & opera legis demū obseruare, negligebāt: quæ si aduerterent, tāta socordia, & mētis ignauia nō tenerētur. ¶ *Propterea captiuus ductus est populus meus quia nō habuit sciētiā.* Illā autē sciētiā illis adesse negat, quæ mētes illorū si ad fuisset vt prophetis crederēt, & sua errata castigarēt, illustraret. Nō em̄ vitio illis dat nō habere scientias mathematicas, aut phisicas, quibus fortassis præditi erāt, at potius mētis cæcitatē illis impropert, q̄ propria nō studuerint vitare mala: qd imprudētiæ est damnū, & stoliditatis nō vulgaris argumētū. At istis illud euenit, qd illi stulto seruo euenisse

Luc. c. 12. commemorat. Quod si dixerit
feruus ille in corde suo, Moram facit Dñs
meus venire, & coeperit percutere feruos
& ancillas, & edere & bibere & inebriari,
veniet Dñs serui illius, in die q̄ non sperat,
& hora q̄ nescit

Propterea dilata
uit^a infernus ani
mā suam, & ape
ruit os suū absq̄;

& diuidet eum
&c. ¶ Propterea
dilatauit.^a) Vo-
cabulū hoc ifer-
nus q̄a locū hu-
milē significat, p̄pterea in multa se dilatat
sua significatio. Iā em̄ gehēnā vt in loco il-
lo apud Lucā. 16. Mortuus est diues, & se-
pultus est in inferno, iā vero patrū limbū
quale illud in gestis Apostolicis. 2. c. Quē
Deus suscitauit solutis doloribus inferni,
iuxta qđ impossibile erat, teneri illū ab eo
Solutis (ait Petrus) doloribus inferni idest
solutis animabus sc̄tis à t̄a lōgo exilio, vel
solutis sc̄tis patribus à limbi diuturnis vin-
culis. Quā vincula dolores inferni vocat,
quibus fieri nequibat vt aīa Iesu Christi
teneret: & Paulo post subdit, Neq̄; dereli-
ctus est in inferno. Christus em̄ nō eoloci
descēdit quo ibi detineri quibat, verū vt d̄
rētos patres sua potētia mitteret: & in Gē.
37. Descēdā (ait Iacob) ad filiū meū lugēs
in infernū. Credēs enim Ioseph animā fi-
lij illō iā cōmigrasse à fratrū cēde, se quo-
q̄; illō deducēdū vt aīam filij videat, & ex
illa soleī, istis verbis ostēdit. Iā purgatoriū
locum significat ad Phil. c. 2. Omne genu
flectat cōlestiū, terrestriū, & infernorū.
Etenim p̄ genua infernorū, aīas intellectas
vult, hominū fideliū, quā ignibus ad tēpus
purgatorijs lustrātur, nisi quis dixerit, aīas
damnatas, & diabolicos spiritus intellexit
se Paulū in verbis prādictis, quā sub æter-
na caligine reseruāt. Nā aīa istā & dāmo-
nes ad nomē Christi genua flectūt nō ex a-
more, sed quia ex timore pauēt. Vt Iaco-
bus cōmeminit, Dāmones (ait) credūt &
cōtremiscūt. At germaniorē priorē sensū
crediderim p̄pter cōnexa verba, Et om-
nis lingua confiteat quia Dñs noster Iesus
Chr̄s est in gloria Dei patris, & linguā il-

lorū esse intelligit, quorū meminerat, cōe-
lestiū terrestriū & infernorū. At quāuis cō-
fessionē dēmonū extortā legamus apud
Lucā. c. 4. Dñō enim depellente cacodæ-
monē, depulsus dēmo, Quid nobis (ait) &
villo termino, & tibi Iesu Naza-
renē? venisti per-
dere nos? Scio
quod sis sanctus
Dei, hāc autem
cōfessionē Dñs
indignās dāmonē increpauit, dicēs, Ob-
mutesce, etenim inuitus cōfitebatur non
sp̄raneus. Idcirco verba Pauli mallem de
cōfessione vltronea exponere, quā animę
beatę & fideles, quę purgatorio loco de-
tinentur Deo offerunt, quam de violēta.
Præter hęc quoq̄ sepulchrum, quo hu-
mantur defuncti, itidem infernus in scri-
pturis appellatur. Gene. 42. Canos meos
cum dolore, deducetis ad inferos. Orbita-
tis filiorum mcestititia pressum Iacob se
significat sermone hoc, moriturumq̄ue,
& sepeliendū à filiis suis superstitibus. Sūt
& alia plēraque loca, inquā euagare lice-
bit cum libuerit. At quantum ad nostrum
attinet locum Nicolaus de sepulchro ver-
ba exposuit. Etenim tantā futuram ab ho-
stili gladio stragem mortuorum prādixit
Esaias, vt humādis corporibus foueę sint
dilatandę, neque solum diducendę foueę,
quin etiam & aperiendę innumerę, vt se-
pulturę beneficium vita defunctis nō de-
sideretur. At Hebręa vox hoc loco est,
seol, quā foueam, aut sepulchrum signifi-
cat. Quā vox prouerb. 30. itidem inueni-
tur: inter quatuor. n. illa, quā nūquā explē-
tur infernū recensuit, sub voce præfata. Se-
ptuaginta vero, adis, transtulerunt, quā
vox plutonicas sedes ex figmento poeti-
co magis significat. Quod verò cōsequi-
tur. ¶ Et descēdēt fortes eius.^b) Apertum ha-
bet sensum. Quippe fortissimi quique &
Iudæorū nobilissimi, à Babylonijs deua-
stati, in sepulchra coniecti sunt. Ego verò
aptiorem esse expositionem de gehenna
li incendio puto. Per animā vero inferni
quam

Infernus p-
uarijs vsur-
pat in scrip.

Locus ex a-
ctis aposto.
exponitur.

Locus pur-
gatorius ex
Paulo.

Cap. 1.

quam dilatarī Esaias dixit, auiditatē inferni ad animas transglutiendas intellige. Et enim maligni spiritus damnatēq; animā, hoc in votis summis habent, socios habere pœnarū: nanq; corruptissimos habent affectus. Id qđ

insinuat Diuus Dionysius libr. de di. nomi. ca.

Quatuor dæmonum mala.

4. dicens dæmones quatuor torqueri malis, furore scilicet irrationali, demēti concupiscētia, imaginatione q; præcipiti, atque proteruita. Quæ corruptio nē affectus quā dicebamus fa-

cilē docent. Dilatio igitur Tartearum sedium non localis est, sed desiderij, iniquaq; concupiscētiæ diffusio est. ¶ *Et incuruabitur.*^a) Idest & ignobiles, qui per homines subaudiūtur & nobiles, qui per virum, deiicientur à Deo, & superbi oculi & iactabūdi deprimentur nēpe sub captiuitate. ¶ *Et exaltabitur Dominus in iudicio.*^b) Idest apparebit quā sanctē quamque syncerē Dñs sentētiā in diuites impios tulerit, qui nullā pauperū curam habebāt, nisi vnius solū habita ratione, vt fraudibus, sanguinē pauperū exurgerent. Diuitibus ergo tāquā tyrānis in captiuitatem depulsis, terra solitaria mansit: ad quā pauperculi venientes pinguedine, & vbertate fructuū, soli potiti sunt. Et quæ diuitū, & nobilium erāt, in eorū vsum redacta sunt. Et enim etiā si Hierosolyma & sibi connexæ vrbes, desolarentur ab hostibus, at terra natiuam suam fructuum vbertatē non deposuit: cuius memor semper etiam in culta spontinos, reddebat & fructus, & vltronea germina. Et hoc est quod ait, Et pascentur agni iuxta ordinem suū, idest, demensum suum, nullo turbante. Et deser-

ta terra in vbertatē tamen versa, aduenis patebit, in vsum. ¶ *Væ qui trahitis.*^c) Trahere iniquitatem in funiculis vanitatis, seu vanis aliud non est quam rationes sophisticas, & commentitias, excogitare, vt pec-

agni iuxta ordinem suum, & deserta in vbertatē versa aduenæ comedent. Væ, qui trahitis^c iniquitatē in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustrī peccatū. Qui dicitis.^d

catis indulgeatur. Tales sibi quærunt hæretici, diuinas scripturas corrumpentes & profanantes, vt rudibus imponāt. Tales demū omnes sunt, quibus decretū est, animum in culpis, perpetuo inuoluere. Sibi enim cōtexunt huiusmodi in culpis

obfirmati homines vanos funiculos, idest vanas persuasiones, siue vt. c. 59. hic idem Propheta ait, telas araneorum texuerunt: ex quibus telæ contextæ non proderunt ad vestimentum: & semetipsum exponens quid velit per telas has, opera inutilia peccatorum esse his verbis ostendit, Opera eorū opera inutilia, & quasi vinculum plaustrī, peccatū Iudæi trahebant. In istar quorum sunt qui suis commentis peccata depingūt, & ad se trahūt, docentes licere ea quæ nefaria sunt. Plaustrum enim funibus, & nexibus trahitur: sic homines, habētes onustas consciētiās peccatis, illas pollicitationibus, aut fallacibus spebus, aut fictis prætextibus trahunt. ¶ *Qui dicitis.*^d) Quale hoc sit qđ in præsentia dicitur supra expositū dedimus. Heu quāta est ea in q̄ nonnunq̄ humana delabiū temeritas, quæ deposita frōre iudicia dei terribilia & pauēda sanē & reuerēda, nō formidat. Et nō solū tāto malo cōtēta, imo quod nullis pōt dici dignis fletib⁹ illa aduētasse iā exoptet, quasi verò cū Deo cōgressurus miser hō sit: sed nunqd deo fortiores sumus? Isti audaculi ergo sūt quorū hic meminit Esa-

Peccatorū quorūdam petulans audacia,

¶ *Festinet.*^a) Aiunt isti & experiri cupiunt Dei flagella : quasi vero ridicula essent, quæ à Prophetis illis proponebatur comminationes & deliria vana prophetica hortamenta essent. At experti quidē sunt, Iudæi quod optabant experi-
 ri at suo grauissi-
 mo malo. Et ob-
 serua vt iniqua
 mens perturba-
 ta verba pfert.
 Consiliū isti vo-
 cant, quod est
 à Domino de-
 cretum, de per-
 denda Hieroso-
 lyma Chaldæo

ministerio erat. Amos quoq; ca. 5. talium impiorum infœlicem declarat exitum di-
 cens, Væ desiderantibus diem domini, ad
 quid eam vobis, dies domini ista tenebræ,
 & nō lux. En tibi quam vani peccatorum
 sint funiculi. Quæ nāq; excogitari potest
 vanior vanitas, quam peccatores diuinam
 ultionem desiderare? Timent sancti diui-
 nas minas, at peccatores subsanant, illi pre-
 cibus, & poenitentia à se propulsare, & ar-
 cere diuinum furorem contendunt, isti ve-
 ro illas propiores desiderando facere cu-
 rant. Expectandus sane dies Domini, at in
 timore & tremore salutem nostram ope-
 rando. Et vos, ait Dominus, similes homi-
 nibus expectantibus aduentum Domini
 sui. Expectandus dies Domini ne irruat
 super nos securos, & otiosos tanquam re-
 pentinus interitus. At dies postremus ha-
 bet vnde expectetur, & vnde formidetur,
 sanctis quidem expectabilis est, impijs ve-
 ro formidabilis, habet profecto, & lucem,
 & tenebras. At dies hic, cuius Amos, & E-
 saias memorantur, qui dies captiuitatis &
 extremæ perditionis Iudaicæ extitit, tene-
 brosus totus erat, & non lucidus. Quippe
 ad exitum vsque fuerunt deuastati per
 Chaldæos, & Romani postremo extremā
 malorum manum apposuerunt. Propte-

rea nihil erat cur dies ille expectaretur,
 qui vnde vnde consideraretur, horrēdus,
 reformidandus & tenebricosus erat. Qua
 propter damnanda est horum Iudæorū,
 & similiū impudentia, qui flagella à Deo
 comminata cō-
 temnētes adef-
 se exposcunt.
 Quod verò cō-
 filiū sancti Israel
 (ait) Esai. consi-
 lium Dei intelli-
 ge. Nam Deus
 sanctus Israel vo-
 cabatur olim à
 Iudæis. Nam
 notus in Iudæa
 Deo, & in Israel

sanctum nomen eius: ab illis nanq; solum
 Deus colebatur. ¶ *Væ qui dicitis.*^b) Priora
 hæc liquidum habent sensum. Isti nanque
 subsanatores, & Prophetici verbi delusores
 diem captiuitatis terribilem, & fugien-
 dum, pro desiderabili ducebant. Credere
 quoq; vaticinijs Prophetis lux erat, illis
 fidem non præstare tenebræ, mala ab illis
 pronuntiata deprecari bonum, illa autem
 auere malum. Quare rectē illis, væ, denū-
 tiatur ab Esaia qui dicunt bonū malū. &c.
 Malum in scripturis calamitatis est nota
 & per tenebras idem significatur, vt per
 bonum, & lucem prosperitas, & secundus
 rerum successus. Redimentes ait Paulus
 dies quoniā mali sunt, id est laboriosi sunt:
 & Dñs, sufficit diei malitia sua. Id est sua
 sollicitudo atq; vexatio in quærendo quo-
 tidiano victu, annexa sunt vitæ humanæ.
 Et hoc genus loquutionibus, scriptura re-
 sperfa est: neq; à vulgato absunt sermone.
 ¶ *Væ qui sapientes estis.*^c) Vbilibet scriptu-
 ra humanā insipientiam carpit, quod adeo
 sibi sapiētiā arroget, vt æternæ diuinæq; sa-
 piētiæ colla sua subdere fugiat. At isti qui
 sapiūt sibi, Deo stultissimi sunt. Hoc vtiq;
 est altū sapere, cōtra altū sapere Deum, &
 humilibus, nō cōsentire ad Rom. 12. Hu-
 milia sunt Evangelica decreta: nō tumēr,
 verbo-

Lucæ. 11.
 Ad Phil. 2.
 1. ad Tess. 5

Ad Ephe. 5.
 Matth. 6.

verborum fastu, non acerrimis turgentibus sputationibus, quare à Philosophis despecta. Maluerunt enim alta, & inutilia sectari Philosophi fastuosi quam humilia, & salutis necessaria amplecti. Paulus verò contra humili-

bus ita adhæsit, ut altissima quæque hominum despiceret. Nō enim se aliquid scire indicat, nisi Iesum Christū, & hunc crucifixū. 1. ad Corinth. 2. Etenim quod est stultū

tipolis prudentes.

Væ qui potētes^a estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. Qui iustificatis^b impium

Dei sapientius est hominibus ibidem. capitulo primo. Prudenter ergo Esai. istis in clamat, Væ, qui alioqui stultissimi, sapientes sunt tamen apud semetipsos. Istud enim prudentia carnis est quæ Deo nō est subiecta. At interim mecum observa, neque Paulum ad Romanos. 12. neque Salomonem Prouerbiorum. 3. neque Esaiam damnare prudentiam, quam moralem virtutem esse Philosophi docuerūt, & quod hanc se habere homo credat, illamque pro suis gerendis in ducem habeat. Est namque virtutum omnium auriga, ideo non est cur vitio hominibus detur. At quod homo etiam prudentissimus contra Dei sapientiam erigat cristas, adeoque desipiat, ut sibi fretus diuinæ sapientiæ non acquiescat, hoc sanè est prudentes esse apud semetipsos. Rursumque qui longe sapientioribus, & cautioribus fidem non habent, ut hæretici qui patrum concilia, spernunt, & pontificum decreta exhibent, ex verbis prædictis arguuntur. At insultabit quispiam, ecquid paulò ante Esaias dixerat, Propterea captiuus ductus est populus meus quia non habuit scientiam, & modo sapientiæ arrogantiam Iudæis illis vitio vertit? Vtique quia ipsa sapientiæ arrogantia ignorantia est. ¶ Væ qui potētes.^a) Vitæ luxum atque viuendi

summas delicias culpat. Nam vinum largius epotum in multa præcipitat mala, ut in tropologijs fufius dicemus. At deflenda est hæc potentia, ad vorandum & deploranda hæc fortitudo ad deglu-

tiendum quæ solum hauriendis calicibus vacat: præstat infirmas arbitrij vires habere, quam ad peccandum potentes. Qui prudentes sibi sunt noxios dixerat, & qui potentes quoque ad in-

gluuiem sunt, noxæ subiacere modo demonstrat. In arcenda ebrietate potentia est, quia abstemij Deo placent, in miscenda verò coram Deo infirmitas est, quia temulenti Deo non placent. ¶ Qui iustificatis.^b) Construitur cum priori, væ, id est, Væ ijs qui noxij quidem sunt at munerum subornatione intercedente à noxis suis absoluuntur. Munera vbique diuina scriptura imò & iura humana etiam iudicibus interdiciunt, quia mentes etiam sapientum excæcant, ut innocentes damnent, & noxios soluant. ¶ Propter hoc sicut deuorat.^c) Ignis lingua flamma appellatur à Propheta, & satis scitè. Etenim ut lingua latam habet radicem, acutam verò cuspidem, sic flamma infernas crassiores habet partes quàm superiores. Habet enim cuspidem lingua acutā, ut ignis, unde Pyramidalis forma, ignea forma, quæ ex amplitudine in arcū se constringit. Cuius figure rationē accipe, etenim partes flammæ inferiores sunt terrestriores, & fœculentiore, supremæ sunt longè puriores, & tenuiores, quare & acutiores. At verò exustio hæc ad literam illis contigit quando templum Salomonicum in cineres ignis absumpsit. Et de præclaris quoque domibus idē quis nō cōiectabit? nā si domū Dei nō veritus est hostilis furor alias etiā spreuit.

¶ Radix

Ad Ro. 8.
Iacobi. 4.
& 2.

Quid est
quod homo
sit apud se-
ipsum sa-
piens, quales
sunt Hæreti-
ci omnes.

Cur flamma
ignis lingua
dicatur.

¶ *Radix illorum* *ut fauilla erit.*^a) Confert Hierosolymam arbori, quæ radicibus fulcitur, & germine ornatur, ita & Hierosolyma, ex qua natalia Iudæi acceperunt, radix Iudæorum iusto nomine vocatur. Inibi enim fulciebatur, ut arbor in radicis vi innixa non collabitur. At populus ipse germen erat, quod ab hac radice fouebatur: & vir Iuda delectabile germen eius. ut prius Esai. dixerat. Ciuitas ergo redacta est in fauillam, & germen eius, id est, populus, ut puluis ascendit. Ascensio pulueris est inanis, quia quod magis sursum fertur, eò euanescit vehementius: & impios quoque Dauid dixit instar pulueris esse, quem proicit ventus à facie terræ. Ciuitatem ergo &

populum deuastanda, & depopulanda esse sermo diuinus iste demonstrat: Chaldæosque instar flammæ, Iudæos deustoros, & instar venti illos in Babylonem abacturos. Et Hierem. 22. Sanctificabo (ait) super te interficientem virum, & arma eius, & succident electas cedros tuas & præcipitabunt in ignem, & eandem hæc verba causam agunt cum Esaiâ. Nam Chaldæos sanctificandos, & arma eorū docet, ad succidendos magnates, & illustres Iu-

radix eorū quasi fauilla erit,^a & germen eorū ut puluis ascendet. Abiecerūt enim legem Domini exercituum, & eloquium sancti Israel blasphemauerunt. Ideo irat⁹ est furor domini in populū suum, & extendit manū suam super eū, & percussit eum, & cōturbati sunt mōtes, & facta sunt morticina eorū quasi stercus in medio platearū, in his omnibus

dææ viros. Dicuntur sanctificandi, nō quod Dominus sanctos Chaldæos fecerit, sed quia munus erat peracturi Chaldæi quod Deum & iram suam, qua in Iudæos ferebatur placaturum erat: vnde correctiores

Sanctificare in scriptura multivocum est.

nō est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. Et eleuabit signum in nationib⁹ procul,^b & sibilabit ad eū de finibus terre, & ecce festinus velociter veniet. Non est deficiēs, neq; laborans in eo: non dormitabit: neque dormiet, neque soluetur cingulum renū eius, nec rumpetur corrigia calceamenti eius. Sagittę eius acutę, & omnes arcus eius extēti.

euansuri Iudæi erant. Hac causa illos sanctificandos. Hier. prædixit. Cuius caput indicatū versandum est, quippe quod cū hoc Esaiæ capite symbolizat. Cætera patient in hūc vsq; locum. ¶ *Et eleuabit signum in nationibus procul.*^b) Ordinaria glossa cum interlineali ad Romanam hæc de flectunt captiuitatē. Etenim leuandum signū, ait procul: verū Babylonia non longe sita erat à Iudæa. Per signū vero vexillū intellige. Ut enim vexillo duces, suos remotē distantes milites ad

se cōducūt, ita Dñs nationes lōginquas veluti cōduxit, ut vindictā de peccatis Iudæis fumerent. Et ut pastores sibilo oues dispalantes, ad se cōgregāt, ita Deus Romanos, vel Babylonios, in militarem pugnā aggregauit, ut à populo Hebraico Deo illatas iniurias vliscerentur. Neq; video esse necessariū ad Romanā cogere locum hūc captiuitatē qñ longinquitas Babylonica, & si non tanta sit quanta Romana, verū ea est distantia Babyloniæ à Iudæa,

quæ

quæ sufficiat ut procul à Iudæa sitam esse verè dicatur. Quanquam utranq; intelligentiam amare impedit nihil. Quod vero de finibus terræ, id est, de extremis partibus, vêturos hostes ait, exaggeratio est, quæ terrarū lon-

ga intervalla significat, ut ea quæ sequuntur hyperbolica quoq; sunt. Ut summa Babyloniorum celeremq; diligentiam, & audacitatem expugnandi Iudam Prophetam sub notet. Quare & cetera secundum eundem tropum in-

tellige cum ait, non est deficiens, neq; laborans, in eo non dormitabit, neque dormiet hostilis videlicet exercitus. Neq; soluetur cingulū eius: cū vadit, scilicet, cubitū hostis, ne diluculo euigilās se cingendo moras ducat, non se cingulo vadēs cubitū nudabit. Obserua autē ad diuinarū scripturarū intelligentiam non somnolenter verba hæc trāseunda. Etenim sibilus, non vnam habet significationē, id est, iam vsurpatur in malū, ut hoc loco, iam in bonum ut Zach. 10. Sibilabo eis, & congregabo illos, quia redemi eos. Et sermo est de Messia seculo, quo seculo Iudaicæ dispersionis congregatio pollicetur. Id quod per Apostolos Dñs Iesus præstitit. At sibilus Apostolicus prædicatio Apostolica extitit, quæ Iudæos dispersos, obediētes tamen fidei in causā seu ouile duxit catholicæ Ecclesiæ. Sibilus autē potius quidā nutus est, quo inuimus vocationem à nobis lōge sitū, quā vox. Quippè qui sonus articulatus nō est, etiā si ad significandū edatur. Deum ergo sibilare in bonū non aliud est quā bonum instigare, & secretam inspiratione, innuere, quæ diuinū si sapias vocabis tractū, & tactū. At in malū, sibilus nō aliud est, quam deli-

ctorū ultores, quos videt Deus ad ultionē etiā atrocē animatos, nō prohibere, ut Babylonios nō abegit à tyrānide, quā in Hierosolymā exercuerūt, quanquā nō impunē. Nā Babylonicū thronum deiecit, &

erit qui eruat. Et sonabit super eū in die illa sicut sonitus maris: aspiciemus in terrā, & ecce tenebræ tribulationis, & lux obtenebrata est in caligine eius.

Et Mædis & Persis impartitum est. Dan. 5. Esai. 12. & Hier. 50. & sæpè alias. Quod si Domini præcepto in Hierosolymam debaccharētur, ut debacchati sunt illā depulādo, utiq; nō essent in culpa, ut re vera fuerūt, quorū atrocis criminis, atrox quoq; subsequuta ultio symbolum fuit. Signum quoq; nō semper malum protēdit, quippe nonnunquā bonum præsefert diuinūq; fauoris vox hæc signū est Esai. 62. Leuate signū ad populos, ut cū ad eū locū dño duce ventū fuerit exponerēt. Scriptura nāq; sacra (ut prologus, primus noster docuit) tropis cū abūdet, habet sibi nōnūquā loquēdi familiarem modū, quē qui ignorat tenebris multis ne intelligat detinet. Obseruabis quoq;, ut hoc obiter dicamus. Hier. 50. Dñm cōuocare gentes de extremis terræ finibus, ut Babylonē cōculcēt, & subuertāt ut & modo de finibus terræ dixerat Esai. Hierosolymæ hostes citādos ad bellū fore. At verò Persæ & Mædi qui Babylonicū Imperium de gradu suo deiecerūt, non extremas terræ partes possidebant, ut neque Babylonij. Quapropter hyperbolæ hoc dandum est, quod scriptura longinqua nimis, extrema terræ vocet. Et demū artificiosa & venusta exaggeratione caput hoc Esai. exponit hostiū plusquā ferinā immanitatē, peruicacē fortitudinē, duramq; in oppugnādo obstinationē. Glossa ad Antichristū hæc capitis posteriora verba retulit, nam erit ut leonis

Exaggeratio in scriptura.

Sibilus hominum nomen in scriptura.

Sibilus Dei tactus est diuinus.

ut leonis id est immanis, & terribilis Pseudoapostolorum prædicatione & Antichristi legati, quos equos appellat, filiceas habebunt ungulas, quippe qui uniuersam peruaga-

bunt terram, & sonabit Antichristus ut mare aduersus Christi Ecclesiam: quia nisi breuiarentur dies illi non salua esset omnis caro. Quæ tamen aptiora alij loco erunt.

DE SENSIBVS TROPOLOGICIS ad Caput quintum appendix.

TROPOLOGICA declamatio prima. De catholica Ecclesiæ dignitate cuius prothema est. Vineam factam dilectum meo. Esaiæ. 5.



NIL TROPOLOGIÆ magis consentaneum puto, quam allegoricum hoc loco de Ecclesia Iesu Christi, quæ est mater nostra sermonem intexere. Hæc enim vinea est, quam dilectus Deo patri Iesus Christus, nostrum veniens in orbem in terra hac nostra plantauit, translaturus tandem illam suo tempore in celestem patriam. Dilectus utique; plantator, & dilecta plantatio: & eodem dilecta plantatio vineæ, quia à dilecto plantata. Gratos habet palmites vineæ hæc in dilecto Christo, unde etiam omnes huius vineæ palmites, atque vites Deo patri gratæ & speciosæ sunt, quia ex Christo originem habent quæ in magistrum & cume nicum seu uniuersalem, & fidei & morum doctorem nobis deus pater exhibuit dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Atqui si inter æquales amicitia Arist. tradere, imo scriptura tradere firmissima est, quante soliditatis duces patris, & filij amicitiam esse? Ut enim æqualitas personarum diuinarum omnem superat æqualitatem & maior aut æqua neque est neque excogitari valet, ita quoque & amicitia hæc diuinarum personarum omnibus supereminet amicitij. Quippe cum personarum æqualitate, naturæ quoque; unitas, ita patrem & filium & spiritum sanctum nequit amoris eterno nexu, ut ex natura diuina sit diuinarum personarum necessarius, & si non coactus, neque ex libertate arbitrij pendulus amor. Porro autem vinea hæc dilecti est, & potentissimi est, & sapientissimi est, qui illam plantauit non in arboribus pe-

tris non in squalidis locis verum in cornu filio olei. At locus hic editus est, locus sublimis est, locus quem vinea hæc occupat. Etenim super dilectum plantatorem Christum tota innititur, ipse namque qui plantator est ipse est etiam vineæ huius fundamentum. Fundamentum, ait, nemo ponet aliud, præterquam quod positum est quod est Christus Iesus. Non igitur super arbores ut dixi plantatur petras, quæ sunt seculi huius Philosophi, mundanæque; monarchiæ principes: at super petram illam pinguisimam, saxumque; illud durissimum de quo oleum diuine suggerimus gratiæ, (quod Christus est) hæc vinea stabiles radices agit. Hæc petra mella fundit, quæ Christiana Ecclesia quotidie lambit, hoc saxum oleum celestis unctionis, christianis suis impartit. Nonne mella fundebat quando Apostolis suis, abeundi optionem dedit? Num vos vultis abire? At mella hæc gustas Petre vice collegij Apostolici gerens. Quod (ait) ibimus domine quia verba vite æternæ habes? cui suffragantur ministri Phariseorum eadem quæ Apostoli mella hæc delibantes. Aiunt enim, Numquam sic loquutus est homo sicut hic loquutus est. Ioan. 7. Quantumque; mellis diuini hoc saxum stillat, peccatoribus illam petram mulierem adulteram ad Christum delatam, ipsa nos docebit huius saxi olei ubertatem, nam minimo negotio adulterium adulteræ donat. Vade, ait, in pace, noli amplius peccare. Ioan. 8. Cuius olei neque; a symbola est illa altera in ciuitate peccatrix, quæ lachrymarum profluvio pedes domini rigas largam huius celestis olei in visceribus suis com-
bibit

Matth. 3.

1. Ad Co. 3

1. Ad Cori. 10.
Deute. 31.

Christus petra ex qua mel, & saxum ex quo oleum

Ioan. 6.

Ioan. 7.

et si uidet
ib. sic uidet
amio

bibit effusionem. Remittitur (ait) illi peccata multa quia dilexit multū. Luc. 7. Neque aliud Evangelicæ literæ sonāt quā huius Petræ pinguedinē, huius saxi mirādiuinæ clementiæ vbertatem, super qua petra, super quo saxo vinea hæc stabilitate firmatur. Quod verò inquit in cornu, Christianæ Ecclesiæ celsitudinem demonstrat, quæ sacramentorum referta est oleo. Sacramenta namq; Ecclesiæ pingua sunt non macie confecta: vt olim illa vetusta. Neq; solum pinguedinem gratiæ Christi sacramenta indicant, sed indicādo donāt: vt in dilucidatione in capit. 1. disertius diximus. Verum præter hæc, non solū hæc vinea Domini Sabaoth, in cornu filio olei est imo etiam cornuta est, vt facies illa Mosaica radijs hinc in de resplendens, veluti cornua radiātia gerebat. Habet enim Ecclesia Dei potestatem insuperabilem. Terribilis namq; est diabolo, vt acies ordinatissima castrorum. Portæ inferi aduersus illam non preualuerunt hactenus, neq; sub hæc præualebunt. Nam quanquam singularis ille ferus Satanās huius vineæ depascere aliquas potest vites, cæterum euellere hanc vineam non potest. Habet namque hæc vinea cœleste vmbraculum, quod cunctis aduersarijs potestatibus terribulo est. Est hoc vmbraculum Domini, ca crux, quam fugiunt partes aduersæ, sub cuius vmbra Ecclesia Dei multis cum Heli calamitatibus acta decumbit, & requie scit. Habet hæc quoq; vinea tuguriū sacro sanctum, conditur sub quo Deus ipse huius vineæ vinitor: estq; hoc tugurium caro Domini nostri Iesu Christi, sub qua diuinitas ipsa latet. Ego (ait) ipse Christus vobiscum sum, vsq; ad consummationem seculi: neq; huius vinitoris præsentia vniquam Ecclesiæ Dei destituetur. At tugurio vehemēter clamat isto Christus, vt grassatores huius vineæ propulset: quia in cœlo residēs, huic suæ Ecclesiæ præsidet: imo in synaxi venerabili latitans huic vineæ nūquā non absidet. Nō relinquetur mihi crede deserta vinea hæc, vt olim Synagoga,

quæ relicta est, tanquam vmbraculum in vinea fructib; decussis, & tuguriū in cucumerario cucumeribus collectis. At Ecclesia Iesu Christi in omni opere bono fructificat, & crescit in scientia Dei, in diem vsq; postremum, vt pote quæ talibus acitatis diuini vmbraculi, cœlestisq; tugurij obmunita est præfidijs. Hæc vinea fructus vitæ parit æternæ: at Satanās in deliciarum carnis horrum, vertere cōtendit, vineam Domini. Vt olim Achab à Naboth Iezraelite obnixè vineam extorquere curauit. 3. Regum. 21. vt vineam in hortū oleum transmutaret. Et quod non poterat Achab iure perficere, iniuria tamen obtrinit, vineam alienam vsurpans, & Nabotho tandem sanguine sibi vineam comparans. At Satanās, neq; iure valet, neq; iniuria poterit Ecclesiam Iesu Christi seculi voluptatibus sic laxare, imo neque tormentis, & machinamentis suis sic turbare, vt vinea hæc à suo conditore, & vinitore abstrahatur Christo. Qui non solum conditor est, & vinitor, & custos vineæ huius, imo prima huius vineæ vitis est, à qua cæteræ pendent, vt à vite palmites. Ego (ait) sum vitis vera & vos estis palmites Ioan. 15. Est namque Christus Ecclesiæ caput ad Coloss. 1. Ideo huius vineæ primaria est vitis, à qua sancti omnes, qui ab ineunte seculo ad hæc vsq; tempora ceu cœlestes huius Ecclesiæ vites exortæ sunt humorem vitæ vt palmites à vite, sibi cōciliant & conciliarunt. Hæc est illa pacifici vinea, quæ sub omni mundi ætate floruit. Etenim Patriarchæ, Prophetæ sanctique alij viri qui Christi natalia præcelsferunt, flores huius vineæ exitere. Flores autem isti non eruperunt in fructum æternæ vitæ donec fructus ille terræ virginæ, donec germen illud magnificum, Christus Dominus à cœlestibus in nostras humiles sedes deuenire dignatus est. Vtique flores Patriarchæ cæteri que quos tulit antiquitas sancti appellādi sunt. Namque flores, percipiendorum fructum spēparant: & illi quoque & typis & oraculis ven-

Esaia. 1.

Ad Colo. 2.

De deserto hyslo
De feto

Cantico. 7.

Cantico. 8.

Esaia. 4.

Sacramēto
rumpinguē
do.

Exodi. 34.

Cantico. 6.
Matth. 16.

3. Reg. 19.

Ecclesia ha
bet vmbra-
culum & tu-
gurium.

Matth. 28.

lis venturi Christi spem generabant. At quod tot umbris meditabantur, & veluti in præludio agebant, non exhibuerunt vsque quod virgo intemerata Maria, nobis pro floribus illis fructum æternæ vitæ parituriuit. Mane surgamus ad vineas sponsa dilecto ait, videamus si vinea floruit, si flores fructus parituriunt. Prisci enim sancti mane surrexerūt, à primordiis enim Christi salutem venturam præsenferunt: perque omnes seculi labētes ætates. hoc erat illis studium præsentire. 1. Petri. 2. De qua (ait) salutē exquisierunt, & scrutati sunt Prophetæ. Porro diluculo surgentes, flores in vinea hac inuenerunt: non tamen fructus. Oracula equidem tenebant, umbras Christum adumbrantes colebant, at sublimis huius fructus spe cōcepta, & promissione nondum recepta diem extremū claufere. Ad Hebræos, 1. 1. Hi omnes (inquit) testimonio fidei probati, non acceperūt repromissionem. Iam vero si vinea hæc tanto cōditore eoq; vinitore gaudet, dic obsecro mihi quali putabis sepe esse septam? utiq; diuina atq; mirabili maceria obmunita est: quam nulla creata vis infringere poterit. Est enim ex cāmēto, aut ferumine cœlesti, & ex lapidibus tota viuus compacta. Etenim quid diuinius sacra scriptura quid fortius? quid compactius? Verba sunt Dei non hominum, ex quibus cōpingitur tanquā lapidibus. Nanq; Dei sermo viuus est, & penetrabilior omni gladio ancipite. Si paradysus ille terrenus habuit in sēpem flammeum gladiū, ecquid de vinea domini putas? quæ non quidem terrena est, & si terram colit, tamen colit peregrinando, non manendo: & vbi fixos tenet corporis pedes, non figit mentis affectus, quia cœlestibus inhiat: hæc impendio curat, & terrena negligit. Neque iriguo fonte rigatur aquarum materialium, at de cœlesti perenni; fonte tota alluitur & perfunditur: vt vites, idest, fideles Christi, racemis sanctorum operum ornentur, ne vt palmites aridi, & infœcundi, arsurī æternos mittantur ad ignes. Quam ergo

sēpem huiusmodi vinea habet, quæ tantis nominibus, paradysi illius terreni gloriam & maiestatem obscurat? Et demum à paradiso illo eicitur homo moriturus, in hac vinea excipitur homo, æterno victurus. Quamobrem nihil huic vineæ aptius in sēpimentum congruit, quam gladius flammeus diuini verbi. Gladij enim est diuidere, & occidere, flammæ est vrere, & incendere, lucere, & ardere. Quis autem vnquam efficacius fecit gladius, quam diuinus sermo? Non veni (ait Dominus) pacem mittere in terram sed gladium, Matthæ. 10. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum &c. At quis has separationes fecit? quis regnum diaboli imo tyrannidem turbauit? an non gladius hic diuini verbi? Neque solum parentes à filiis, & inuicem cōgnatos & cōsanguineos seiunxit diuinum verbum, Imo etiā, quod est omnium potentissimum, vsque ad diuisionem animæ atque spiritus pertingit: compagum quoq; & medullarum ad Hebræos. 4. Etenim propter verbum Dei, spiritus fidelis explosa carnis contubernali affectione, viuens in carne carnem nescit, vt Deo sapiat. Neq; solum subtilissimam hanc sectionem exercet quam nullus aethomus assequi poterit, at sectioni isti ignem addit. Ignem veni mittere, ait, in terrā, & quid volo nisi vt ardeat. Lucæ. 12. Neq; aliud per hunc ignem, quam diuinū sermonem intellexerim ego: est enim sermo Dei ignitus. Nonne cor nostrum (dicebant illi) ardens erat in via, cum aperiret, nobis scripturas Lucæ vlti. & Eccl. 48. Et surrexit Elias Propheta quasi ignis, & verbum illius tāquam facula ardebat. Eloquentium igitur Dei inflamat mentem, & vitia nostra ressecans vt gladius, mentem excoquit, & depurat à culparum maculis: vt de Patriarcha illo Ioseph. Psalmus cecinit, Eloquentium Domini inflammauit illū: misit Rex, idest, Pharao & dimisit illum à carcere, scilicet, quo temerē coniectus Ioseph erat. Et demum nulla humana vafrities, nullus diabolicus astus sēpimentum gladium

Sēpimentū
Ecclesiæ
Christianæ
fœlicius est
quam para-
dysi terreni.

Diuinū ver-
bum exco-
quit ad pu-
rum iniqui-
nam cōtra-
stra.

Qualis seps:

Ad Heb. 4.
Genesis ca-
pit. 3.

gladij huius ab hac vinea se mouere poterit, aut hebetare poterit. Neq; flammam hanc, vineam domini obmunientem extinguere poterit, omnis aqua etiam oceani illi superfusa. Quia aquarum multarum potentiam, vis huius flammæ haud dubium superabit. Impetum harum flammarum & huius gladij acutissimam actionem Iudæi, philosophi, Principes, seculique pompicæ virtutes, tandemque hæretici enervare callida studuerunt arte. Siue vanis superstitionibus, vt Iudæi, siue elenchis falsi graphis, & sophismatibus, vt philosophi, siue delicijs & tormentis, vt principes, siue deprauatione sacrarum scripturarum, vt hæretici. Qui vniuersi quanquam stragematibus diuersis eundem tamen scopum petebant, euangelicam, scilicet, veritatem subvertere, subindeque & huius diuinæ vineæ sapimēta validissima pessundare. At huiusmodi portæ inferi quas dudum recensēbam, has sapes arietare, & quassare nequiverunt hactenus, neq; quibunt postea. Est enim victoria quæ vincit mundum fides nostra, quæ est sanctarum scripturarum fides, quam ecclesia catholica & tenet & docet. Atqui neque solum mundum vincit hæc fides, imo & infernales umbras. i. visibiles hostes, atq; inuisibiles. Quæ tñ vniuersa sub noīe mundi Ioānes cōprehēdit. Quod si sapem habet hæc vinea solidissimā: at verò qualem turrim illi aptemus, nos cōsideratio sollicitat, vt pro dignitate tam gloriosæ, & magnificæ, horribilisque sapis, turris quoque & fulgear, & emineat. At verò in ecclesia Dei nihil magis eminet, atque fulget, quam pontificia sacerdotalisque dignitas. Cuius est à longè hostes & vineæ huius grassatores speculari, & vtensilia parare vniuersa, quæ hostium bello ingruenti vincendo sunt necessaria, neversutus diaboli incurfus de repente offendēs vites. i. fideles opprimat, vt sub Ezechi. persona cunctis Pontificibus dicitur: fili hominis ecce speculatorē dedi te domui Israel Ezechielis: 3. & 33. Quod si speculationi non vacent, neque

vineæ domini inuigilent, sed inertes, & otio torpentes, in vtrunque autem dormiant, speculatores illos cæcos Esaias noīster appellat: Speculatores eius cæci sunt. 56. Capitulo. Quapropter qui tanta celitudine donantur in Dei ecclesia, ab illa vt ab specula quadam speculentur opus facto est, quid vineæ huic noceat quidve proficiat: quam acquisiuit Christus suo sanguine, vt apostolica gesta testantur capit. 20. Attendite (inquit Paulus) vobis & vniuerso gregi, in quo vos posuit Spiritus sanctus episcopos, regere ecclesiam Dei, quam acquisiuit suo sanguine. Sunt autē episcopi græcè, speculatores latinè. Sibi igitur attendant, sibi consulant, huiusmodi speculatores, & gregi quoque prospiciant, sibi, vt quod sui muneris est fideliter, & coram Deo expleant, gregi verò vt quæ commoda illi incorruptè iudicauerint, illa gregi curent præstare, vt quæ noxia submouere. Adhæc speculatores sunt episcopi, vt vites discernant huius vineæ, si putrescūt, si arescunt, si sterilescūt, aut si quo vis altero laborent vitio, vt sedulam tunc manum admoueant, vt putredinem malæ doctrinæ rescant: & hæreticos, qui vites has putredine inficientes tabidas reddunt, legitimis inurant pœnis. Arescentiæ autem vitium vel fidelium quæ ob defectum cœlestium imbrium, id est, salutarium documentorum cōtingit, prouidis doctoribus subueniant. Qui verò imbribus isti cōpluti adhuc steriles sunt, & ad virtutum pœnitentiæq; fructus ad huc pigritant, ad feracitatem sanctis exemplis prouocent. Quod si pampinis nudatas vites huius vineæ speculantur, id est, seculi facultatibus destitutas, & inopia laborantes, id quod sapē, vt arescant vites aut à bonis cessent operibus, & in mala incumbant irritamentum est, has vites ita vestiant, vt eleemosynas episcoporum enarret omnis ecclesia sanctorum. Ab hac præexcelsa huius vineæ turre, quam diximus, mille pendent clypei, & omnis armatura fortium Canti. 4. Etenim à celitudine

Episcoporum munus.

Podridas :-
Secas :-
Steriles :-

1. Ioan. 5.

Quæ est turris in vinea domini.

*In torre Del
Omenage:—*

*Romanus pō
tifex turris
seu specula
precipua to
ti ecclesie.*

ne pontificia omne ecclesiasticum muni
men pender. Est autem Romana sedes hu
ius turris, primarias obtinens partes, Ro
manusque Pontifex, maximus huius vi
neæ est speculator, cuius est falforum do
gmatum autores veluti locustas saltantes,
& vuarū acinos arrodentes, à vitibus abi
gere: cuius etiam est catholicas traditio
nes ut aquas salutare per vineæ huius vi
tes, quæ sunt ecclesiæ Iesu Christi fide
les deriuare, ut salubri humore combibi
to, non labruscas, ut siluestres vites, sed
vvas dulces & diuinæ mensæ congruas
Deo pariant. Eiusdem est etiam illos spe
culatores huic vineæ præficere, qui non
tanquam inertes & securi fructum vineæ
edere satagāt, vineæ salutem tamen & im
munitatem negligant, imo potius tanta
opera in illa fodienda, riganda, & purgan
da insudent, ut rectè cum Paulo dixerint,
Vitibus suis, vos estis gaudium, & corona
meæ gloriæ ante dominum. 1. ad Theff. 2.
Quæ (inquit) est spes nostra, aut gaudium
aut corona gloriæ? Nonne vos ante do
minum nostrum Iesum Christum? Felix
ille, terq; quaterq; beatus speculator, qui
huius dominicæ vineæ ita commodis pro
spicit, ut in hac colenda, augenda, expur
ganda denique ab omni vitiorum vepre,
spem suam, coronā gloriæ suæ, gaudiūq;
suum ante dominum Iesum Christū pe
nitentia collocat: cōtraq; lugendus ille terq;
quaterq; miser speculator, qui hanc domi
ni vineam nō colit, sed fœdat, non auget,
sed minuit, non expurgat, sed maculat.
Quam obsecro spem, quam coronā glo
riæ, quod gaudium habiturū sibi fidit an
te Dominum quando venerit rationem
exacturus à seruis suis? Quare hæc nobis
prima cura, hoc in primis studiū sit à Deo
Optimo, & Maximo, improbis precibus
exigere, ut huic sacrosanctæ vineæ eos spe
culatores præficiat, qui pro merito fidei
suæ & charitatis in turri huius vineæ (qui
locus est vinearū excelsior) dignè collo
catos esse gaudeamus, Maximeq; ille, qui
est omnium speculatorū huius vineæ ma

ximus, cui sibiq; Romana ecclesia & iure
gratulatur, qui est tanquam lampas accen
sa in ecclesiæ Christianæ capite, vnde &
lucem in omnes ecclesias riuat: quale il
lud erat quod describit Zacharias prophe
ta cap. 3. ¶ Iam vero de torculari huius vi
neæ sermonē tropologicū habiturus nihil
mihi in præsentia cōmodius per torcular
intelligere videor, quam altare Iesu Chri
sti, vnde edere nō habent potestatem, qui
altari vetusto, id est ritibus Mosais de ser
uiunt. At quam apta sit hæc interpretatio
vel hinc disces. In torculari nāq; musta cō
tortis vis exprimitur, vinaceis, & acinis
reiectis. Atqui in altari augustissimo Iesu
Christi botrus ille cipri per fidē exprimi
tur, qui est caro, estq; & sanguis Iesu Chri
sti, vinacijs, & acinis, veteris legis, scilicet,
sacrificijs agnorū, arietum, &c. explosis: in
quibus tanquā mustum in racemis typicè
cōprehēdebatur hoc venerandū sanctūq;
carnis, & sanguinis Iesu Chrii sacrificiū. At
fides orthodoxa iam expresse non musta
impura, sed vinum purissimum, vinum de
foecatisimum sanguinis Iesu Christi, qui
potus potanti vitā donat eternam. Neque
sacrificium hoc augustissimum sanguinis
dñici veritate cōstat solum, quin & carnis
Dñicæ sociatum est mirabili cōtubernio.
O præclarum præclaræ vineæ torcular, vbi
non sanguis hircorum, aut taurorum, sed
sanguis Christi in ora fidelium funditur!
vbi non caro agnorum, aut arietum ma
ctatur, sed caro Iesu Christi pro fidelibus
ita viuis, ut defunctis immolatur! Vineæ er
go hæc, quæ conditore gaudet Christo,
quæ sæpe diuini fruitur verbi, quæ turre
pontificij culminis honoratur, quæ torcu
lari exornatur, in quo per fidem sanguis
domini exprimitur, & in veritate per cha
ritatem suggeritur, num dignum censebit
aliquis si lapidibus aspergatur? si vepribus,
& spinis, si vrticis & tribulis peccatorum
sterilescat? Elapidandi igitur lapides, era
dicandæ sunt herbarum noxiarū quiscui
liæ, quæ tantæ vineæ feracitatē oppediūt.
Sunt autem lapides, qui lapideum ad diui

Zachar. 3.

*Torcular
mysticum.*

*Scoba
105*

*Vinacia &
acini, erāt
vetusta sa
crificia.*

*De corpore
& sanguine
dñi tropolo
gicā deela.
vide ad ca
put 2. & 3.
Missæ sacri
ficio ad ca
put. 19.*

las pichas. q̄ brallas con el martillo : —
las spinas. quomellas con el fuego : —
los malos exemplos. virgula. —

na excipienda gestāt cor. Sunt autem her-
bæ noxiæ, quæ vel verbo aut exemplo vi-
rus fidelibus bibendum corruptę vitæ pro-
pinant. Lapidēs ergo emolliendi sunt diui-
ni verbi malleo, qui malleus petras cōfrin-
git, Hierem. 23. Verba mea (ait) sicut ignis
& sicut malleus conterens petras. Mulcen-
di ergo huiusmodi homines, itidem & ter-
rendi vt deposito lapideo, quod gestant,
corde carneum, & ductile refumant. Ve-
pres autem & spinæ repurgandę, & hære-
tici, qui virulenta doctrina veluti spinę fru-
ctus huius vineæ suffocant ignibus sunt cō-
mittēdi. Ignis enim vorax spinarum & ve-
prium proprium est supplicium. Cæteros
autem qui & temeraria insolentia, non do-
ctrina, at operibus corruptis vineam Dñi
vitiant, & pungunt, coercere virgula cen-
soria oportet, vt ita demum vites sic à no-
xijs omnibus mundatę fructum vberem
& pacatissimum Deo dignum reddere va-
leant. Et ita demū nocuentis subductis
vites vegetis cespitibus, virentibus coma-
buntur palmitibus, & pampinorum pal-
mites densitate toti frondescent: indeque
succosis pendentibus vuarum botris suo
cultori & cōditori Christo vinea hæc fru-
gifera facta in fructus sui mercedem re-
portabit vitam æternam. Non est hæc vi-
nea vt terra illa, de qua Paul. ad Hebræ. 6.
scripsit, quæ veniētibus super illā & infun-
dentibus imbribus spinas profert, & tribu-
los. Quare vt ille dicit reprobā est, & ma-
ledictio proxima: cuius consummatio in-
combustionem, qualis terra illa erat syna-
gogicę vineæ, quam Deus reprobauit, &
maledixit. Auferam sepem eius, & mādā-
bo nubibus meis, ne super ipsam pluāt im-
brem &c. Esaias hoc ipso, cōminatus est
loco. Et quod Paulus dixit, Cuius consum-
matio erit in combustionem, Esaias dixit,
Diruam maceriam eius, & erit in concul-
cationem: & vterque, etsi diuerso sermo-
ne, idem tamen spectat. Etenim & concul-
cati sunt à gentibus Iudæi, & hætenus
conculcantur: & Hierosolyma combusta
à Tito & Vespasiano, vt à Nabuchodo-

nosore, qui templum Domini vt & do-
mos alias celebres sæuis flammis tradidit.
Quidquod illa est pessima omnium com-
bustio, qua ardebunt Iudæi infideles æter-
nò, & non erit qui extinguat? At verò vi-
nea hæc noua Iesu Christi ecclesia im-
briū cœlestium, quibus alluitur auida est,
& quam maximè bibula est, nam Christo
cultori, & conditori suo opportunū fidei,
& charitatis fructum germinat. Ideoque
largam benedictionē accipit à Deo. Non
ergo formidandum nobis est, quod vi-
neæ huius maceria diripiatur vnquā, non
timendum rursum, quod vinea hæc noua
erit in conculcationem vnquam, aut com-
bustionē, vt synagoga illa vetus. Imo erit
semper ecclesia Iesu Christi suo cultori
Christo cohæres: sapientis suis validis-
simis, turribus spectatissimis, torcularibus
vino cælesti refertissimis in diē vsque or-
bis postremum haud dubium fruetur. Nā
tamen si Syria, aut Armenia, aut Aethio-
pia, aut quæuis alia particularis prouin-
cia, fidei soliditatem deseruerit, at vniuer-
salis, quę eò catholica, quo vniuersalis ap-
pellatur, nunquam reprobā erit, seu male-
dictioni proxima, & nunquam cultura di-
uina, imbreque superno orbabitur, quomi-
nus vina Deo grata, placidaque pocula sem-
per Christo propinet. Hanc nanque vineā
ita dilexit cultor Christus, vt eius amore
veluti Noe ebrius nudandum, flagellan-
dum, & irridendum, & tandem occiden-
dum inimicis suis se tradiderit, vt sangui-
nis sui irriguo vberimè vineam hanc per-
funderet. Num hoc immensę dilectionis
erga vineam istam non est symbolū? Equi-
dem indubitātū est dilectionis argumen-
tum, id quod Paulus indicat in hæc verba,
viri diligite vxores vras, sicut & Chr̄s dile-
xit ecclesiam, & semetipsum tradidit pro
ea ad Ephe. 5. Porro autem illa Iudaica ve-
tusque synagoga petulanter non est reueri-
ta hæredē huius vineæ nouę Chr̄m, quip-
pē quem occiderūt: quare reprobā fuit, &
maledicta. Hic est hæres dicunt veteris
synagogę cultores, venite occidamus eū,

Paulus & E-
saias confen-
tiant,

Parabola e-
uangelica &
vineæ expli-
catur.

& nra erit hereditas, & apprehensum eū eiecerūt extra vineā, & occiderūt eū Luc. 20. Matt. 21. Et qdē hāredē vineā cultorēq; & plantatorē occiderūt cruci affligentes, & extra Hierosolymā in montē Caluariū hēredē vniuersorū trahētes. Hoc est quod ait, Extra vineā vineā hāredē occidere, at verò alterū, qdē adiecerūt pessimi coloni, Et habebimus hāreditatē eius, longē fefellit corruptā Iudaeorū spem. Sunt nāq; viceversa illi deiectionē à Dñi vinea, & depulsi, vt ingratisimi locatores, at gētes in eiusdē vineā culturam sunt suffectae. Alligās Iacob (ait) Gen. 49. ad vineā asinā suā, & ad vitē pullū suū. Asina de vinea erat & pullus nō dū vineā huius vbertate potiebat: at reiecta asina pullus subrogat. Erat vtique synagoga illa veluti asina Mosaicis onusta cēremoniis: portauit em̄ pōdus diei & æstus: at gentilitas pullus veluti onager iugo legis nō pressus: quō rapiebat libido; illō ferebatur. At verò, asina recalcitrāte, pullus Deo vocanti celsit. Idcirco etiā si prior asina & antiquior pullo in Dei fuit religiōe seruanda, deiecta tñ est à suo gradu, & pullus iunior in eundē, imò etiā potiorē, suffectus est iuxta Dñi verbū. Erūt primi nouissi, & nouissimi primi Matth. 20. Quo loco ad literā gentiū vocationē nouā, & Iudaeorū reiectionē putō intelligendā. Hæc igitur, Asina cū patre familias, qui ad vineā colēdam eā cōduxerat, expostulat, qd portanti pōdus diei & æstus, hoc est vt diximus legis pōdus longē grauissimū obseruati nō maiori mercede fiat sibi satis, quam ijs, qui recens vineā colēdæ cōducti sunt: qui per pullū adūbrant sunt em̄ gētilitas, quæ nouissima venit ad Dñi fidē excipiendā. At verò preferē asinæ pullus huius vineā, qui ligatus est ad verā vitē Chrm, ligatus inquā

nexu fidei, & charitatis, q solutus alioqui ingrediebatur, quippe qui legis ignorabat seruitutē. Iam verò ligatus est euāgelicē legis honestissimis vinculis, & quæ synagoga excussit vincula dicens, dirūpamus vincula eorū, & piciamus iugū ipsoꝝ, hæc amauit infrānis gentilitatis pullus. Et nouissimus in fide colenda prælatus est antiquiori. Censuit enim gentilitas quod euāgelicis duci frānis, summæ libertatis erat. Quā ob rē expulso à bñdictione Esaui primogenito. i. deiecta synagoga, cū iuniorē Iacob paternæ bñdictionis nouus gentium populus cōpos sit: & q ob primitatē nataliū in fide vnus Dei se præferendū duxerat, vt Manasses, sua tñ spe fraudatur, & iunioris Ephraim bñdictioni paternæ celsit. Vt verū sit deniq; q maior seruit minori, quæ Paulus in episto. ad Rom. luculenter prosequit. ca. 9. Scitē ergo diximus asina & pullo ad vineā. i. fideiū cætum ductis, illa se à vinea sponte abstraxit, hic verò vltro se ingessit. At verò in tanta vineā fecunditate, vnū est qd defleamus, & declamemus nram calamitatē, & idest, quod olim vberima erat vinea hæc noua, recenti ad huc & calēti Chri sanguine, iā verò subduta prioris feracitatis ratione adeo sterilefcit, vt ferē cū Esaia deflere liceat, nā p de cē iugeribus vinearū Batū. i. tres vini amphoras dñs colligit. Etem pauci facti sumus q orthodoxā teneamus fidē & vinea hæc, quæ toto orbe vites, & palmites suos fundebat, iā ad angulū ferē collecta p fructibus imēsis antiq; Martyrū, Cōfessorū, Sactarū virginū, illustriūq; doctorū, vinea hæc dñi exigua in præsentia frugē refert. Precādus igitur dñs, vt q tā celebrē sibi q; charissimā cōdidit vineā, illā vbertate fructuū in dies esse feraciorē donare velit.

Gene. 25.
Malach. 1.
Gene. 48.

Egregius typus ex Genesi exponitur.

Locus ex Mattheo c. differitur.

Tropologica declamatio secunda, De animæ rationalis nobilitate, ex eodem prothemate.



DE Mthema psequētes, q hactenus de ecclesia Iesu Chri persequuti sumus de aīa rōnali tro-

pologicē persequi, quō ad potuero curabo. Cui aptissimē verba prothematis conueniūt. Vineā facta est dilecto meo in cornu filio

nu filio olei. At verò animam rationalem primi humani generis parentis in mediū proferam in primis, vt inde sensim in cæteris rōnales animas sermo delabatur. At anima Adam equidem vinea facta est dilecto, quia à dilecto Iesu Christo, à peccatis est afferta. Nanq; etiam si à sancta Triade condita, facta tamē est dilecto, quia eò facta vt diligeretur à dilecto, mundaretur à sancto, libertate donaretur à Dei filio. Nā si filius vos liberauerit verè liberi eritis. Facta est hæc vinea sexto die, postquā cætera dñs Deus cōdiderat: illamq; postremò cōdidit, vt supremā manū visibili machinæ impositurus, hoīem em̄ tunc de limosa terra formauit, & insufflauit in eum spiraculū vitæ. Non em̄ animā nostrā ab æthereis illis sedibus in nra hæc corpuscula cōmigrasse credimus, vt corpusculis nostris, tanquam ergastulis mancipata, pœnas luat, & abstergat earum, quæ cœlo admisit culparum. Quale fuit Origenicū futile decretum, ex Platonica friuola commentatione decerptū. Quorum dogmata Tertulianus amans etiam eodem insanix furore percitus cū illo desipuit. Atqui quam hoc figmentū sit ridendū (vt hoc ptransennā dicamus) quærendum est, num oēs rōnales animæ se se labe culpæ agētes in cœlo sordidarūt, aut quædam superfuerunt, à labe non infectæ? Quod si omnes, cur ergo angeli non oēs præuaricati sunt, animæ verò vniuersæ sunt transgressæ? At qui de angelis hæsitatiōi nō est locus, de animabus verò dicāt huius sectæ patroni cur oēs se inquinauerunt. Quod si oēs, anima ergo primi hoīs sub labe condita corporiq; immerfa fuit. Num ergo ad purgandam labem loco delizioso, & immortalidonabāt adeo Adam? At quis credet hæc, delicias aptas esse luendæ culpæ? vtiq; nemo. Adde quoque qd dñi Iesu aīa inquinata etiam fuisset cū cæteris quo nihil absurdius. Et demū si oēs culpa infectæ creatæ sunt, facillē qui vis hanc infectionē in cōditorē regeret: verū Deo autore nemo deterior est. Quod si nō in oēs rōnales spiritus

peruagata est culpa, vt ergo oēs corporibus addicte, & corporalibus calamitatibus sunt similiter affecte? & cur inno cētes animæ à cœlo delapsæ sunt: quæ quod luerēt nō admiserūt? Tutius erit si nos cū Zacharia, & cū Catholica ecclesia dicamus, Dicit dñs extendens cælos, fundans terram, fingens spiritum hominis in eo. Obserua mecum cū extensiōe cœli, cum fundatione terræ, & spiritus hoīs fingitur in eo, ait em̄ spiritus hominis in eo videlicet, non extra ipsum. Grandis se pandebat philosophandi campus, siquidem ex Aristot. docemur, materiā præire formæ, & nō formā materiæ: quare anima quæ verè forma est humani corporis, nō est antiquior corpore, sed illo posterior. Verū Platonici hoc telum excutunt. Credunt em̄, falsò tñ animā nō esse formā, sed habitatorem, aut humani incolā corporis. Verum aliās de hac re erit differendi cōmodior locus: in priorem regrediamur sermonē. Anima illa prior vinea facta est in cornu filio olei. Cōditus nāq; est ille primus orbis parens in loco amœnissimo, quē clementia temperabat aeris, fructibus immortalis perennisq; vitæ, cōsitus, fontibus limpidissimis irriguus, & vt quidam doctorum autumant, mea tñ sententia non verè, in præruptis, præexcelsis montibus est locatus, vt cœli iniurijs nō pateret, id est neq; alluionibus redundaret, neq; caumatibus æstuareret. In loco sanè pingui, conditus est Adā: hominē nanque Deus vniuersorum dñm quæ sub lunæ globo versantur, constituit: in loco pingui, quia illū sanctum, sapientē, innocentē, potentem nō mori, creauit. At vero si sēpimenta, quibus hæc vinea septa est, consideres, admiratio & sanè digna tenebit. Iustitiā, seu sanctitatē originalem, in septum habuit Adam, hæc à morte corporis, & animæ, animā ipsam defendebat, ab impetu feroci carnis, & cōcupiscentiæ noxiæ cōgressibus, & demū ab omni sensus petulantia hoīem primū immunē seruabat. Appellat autem iustitia originalis, qd homini primo, qui & origo fuit huma-

Cap. 11.

Paradisus
terrestis
qualis.

Iustitia ori-
ginalis.

Ioan. 8.

Gene. 1.

Origenis, &
Tertulliani
friuolum de
animabus
cōmentum.

næ naturæ, ad propriū & suæ posteritatis munimentū cōcessa à Deo erat. Turre autē huius vineæ mens est, quæ in Adam tā clara dignitate micuit, vt rerū omnium notitia ornaret. Vocauit nanq; Gen. 2. humani gñris fator Deus vniuersa, quæ creauerat visibilia & sub Adam conspectum proposuit, vt videret Adam quali noīe donanda essent. Id quod summę sapientiæ indiculum erat res oēs proprijs & sibi germanis appellare nominibus. Et appellatio nem rerū hanc deus probatā habuit, nam ait, Et quod ipse vocauit Adam, hoc est nomen eius. Etenim, quāquā rerum nomina pro arbitrio appellantiū plerāq; circūferantur, at quæ vera & naturę rerum genuina sunt noīa, non pro arbitrio tantum, aut vt verius dixerim, pro libito cuiuslibet, instituantur, sed pro cuiusq; rei pensō, & ratione naturæ conflanda sunt. Neq; ab re mētē dixerim animæ turrim. A turri nāq; cuncta, quæ procul, & quæ prope sunt, in prospectu sunt intuentiū. At mēs est, quæ intima & extima speculatur. Torcular verò huius vineæ nonne volūtas est? In hac nanq; vniuersorū, quæ mēs apud se condit siue visibiliū, siue inuisibilium affectus, vt vinū ex botris, exprimitur: quædam enim amat volūtas, alia odit: quædā sperat, alia desperat: quædā desiderat, alia fastidit. Et demū elapidata fuit hæc vinea, quando diuina largitate, nullus carnis insultus, nulla cōcupiscentiæ illecebra, nulla subrepēs titillatio in sua plātationē vexabat: sed in puritate ab omni labe, aut labis incētiuō, ab optimo cōditōre Deo in lucem processit. O certē pulcherrimam vineam, quā ipse suus fctor & plastes ad suam ipsius imaginem, & similitudinē fecit, spiritualement, omnisciam, immortalem, puram synceram, cūctorū dominatricē, & corpus habitantem incoinquinatum, gaudijs cœlestibus fruētē & spē æternę beatitudinis, citra mortalitatis damna certo dotatā, in terris plantatā, at cōuersionē in cœlis habentem. En tibi huius vineæ, illius scilicet humanæ primæq; mētis quales sint vites.

Hinc iam mihi pende quales vuarum botros iure ex hac vinea expectabat Deus. Nā à tam incōparabili rarissimiq; pretij, imò omne pretiū super ante vinea, digni quoq; sperādi erant fructus. Iā verò, proh in fœlicē hominū vicem! expectauit dñs vt faceret vuas edibiles & cibo accōmodas, & reddidit agrestes acidasque vuas. Datur nanq; Adæ cūctorū, quæ in paradiso erant, alimentorū vescendi facultas, at vna arbore excepta, cui? cibus illi noxius futurus erat (si degustaretur) à dño indicatur. Porro quod tenebat in præceptis, operi nō mādāt: imò in exceptam abesum arborē se confert edendā: noxiale em pomū gustauit, quod & si sapidū sibi extitit, Deo tñ insipidum. Quid Deo? imò & gustanti homini fuit gustus ille mortiferus, & posteris omnibus etiā mortalis perditio fuit, & infernus. Habes iam quas labruscas prōpserit præclara dñi vinea. Has labruscas omnes hoīes (quæ est nra calamitas) gustamus: & vtinam degustaremus, & non deuoraremus, & vsq; ad intima cordis harū aciditas non penetraret. Sed vā in omnia se fundunt pessimæ labruscæ istæ, adeo vt neq; infans diei vnus à degustatione peccati immunis extet. Adhæc sæptum naturæ humanæ, de quo dudum mentio erat, collapsum prorsus iam est, quia iustitia illa primitiua nos orbos destituit. At quam fonti cū hoc hominibus extiterit & hætenus extet tali deseri sæpto, quis ore pmet? aut lachrimis planget silente ore? Est em omniū malorū origo ab hac deseri sãpe. Vitijs tentamentis, illecebris monstrosis facinoribus, & demum portis omnibus inferi, ad conclaue nostri animi patet iam accessus. Et vtinam citus daretur recessus. Imò quod maximē est plangēdū: hæc vniuersa eas in anima ducūt moras, quales fugare poterit nemo, nisi diuinis ppulsenē pręsidijs. Iugū graue (dixit Ecclesiasticus) super filios Adam à die exitus devētre matris eorū vsq; in diē sepulturæ, in matrem omniū. ca. 40. Nullū plumbū ita graue est ferēti, quam grauis est humana cōcupiscentia in

Gene. 2.
Ecclesi. 17.

Sapient. 8.

Genes. 3.

Esaiæ. 5.

Ad Rom. 5.
Iob. 25.

Iustitia primitiua sæptum erat p top lasti Adam.

Locus diffi-
cilis ex Za-
charia ex-
plicatur.

tia in cuius tyrānidē ablato sēpto iustitiā
originalis lapsi sumus exitialiter. Cuius
nequitia cōcupiscētiā in illa muliere, quā
vidit Zacha. c. 5. depictā aduerter. Ait em̃
se vidisse amphorā egredientē, atq; in ea
talentum plumbi portabatur: at super am-
phoram, in medioue amphoræ mulier,
cui nomen impietas erat, in sedebat, in cu-
ius os massa plumbea iniecta erat. Hanc
porrò amphoram duæ mulieres in altum
prouehant, vt amphora inter cœlū &
terram pendula esset. Postremò istæ mu-
lieres, quò velociori motu amphoram in
sublime deuehant, alata pinguntur fuisse
à Zacharia: at alæ milui, & spiritus in alijs
erant. Et ita volatili motu illam ampho-
ram cum plūbeo onere mulieres in cam-
pum Senaar deferebant. Quæ quidem vi-
sio fatis, quantum mea fert sententia, vt le-
gitima donetur tropologia, operosa erit
interpretatio. At iuuante illo, citra cuius
opem humanum ingenium futile est alio
qui acerrimum, dabimus operam vt æni-
gma hoc elucidemus. Iam ergo per am-
phoram egredientem, nō aliud, quam na-
turam corruptam humanā intelligas, quæ
profectò plūbi talentum secū gerit. Quia
sapiens ille dixit Sapi. 9. Corpus, quod cor-
rumpitur aggrauat animam: & terrena in
habitatio deprimit sensum multa cogitan-
tem. Et Moses prius tradiderat Gen. ca. 6.
sensum & cogitationem hominis ad ma-
lū prona esse ab adolescentia sua, quibus
Paulus concinit ad Roma. 7. vbi de se ipso
fatetur pugna intestina, & bello quodam
intraneo concuti. Hæc autem amphora
egrediens visa est, quia exulat humana na-
tura à paradisi illa voluptate, & quiete,
in qua illā stabilierat dñs Deus: atq; subin-
de à cœlesti patria exules sumus. Egredi-
mur ergo à Deo & semp has à diuinis e-
gressiões molimur. Humana nāq; cogita-
tio nō intra se regredit, sed extra se nūquā
nō vagat. Quid est autē extrauagari? Sanè
de corporis cōmodis, & incōmodis solici-
tudine nimia vexari, at de aīæ fœlicitate
securos, & inertes nos esse. Nā corpus ex

tra est, & anima intra: corpus enim homo
exterior est Paulo, anima verò homo in-
terior. Et Esaias prudēter clamat. 62. Re-
dite præuaricatores ad cor, id est, reddite
vos ipsos vobis ipsis. Ne vagemini per p-
fanas voluptates, quæ extrariæ sunt: sed
quærite in vobis ipsis ipsum Deum, qui in-
tra clamat & vestro cordi loquitur, quæ
Esaias, Redite præuaricatores ad cor. Re-
gnū enim cœlorū (ait) seruator intra vos
est, neq; est esca neq; potus, sed iustitia, pax
& gaudium in Spiritu sancto. Si intra est
regnū Dei, cur regredimur cū Dina illa,
quæ egressa vt videret, Sichimitas fœmi-
nas incæstata redijt? Ad vitam naturalem
hominis tuendam, obseruandum summo
pere est, ne vitales, & animales, & natura-
les spiritus, extra corpus exhalēt, nimiaq;
sit illorū euaporatio. Etem̃ flaccescit cor-
pus maiore, quam par est horum spirituū
halitu. Sic quoq; in spiritali vita egres-
sus ad extera, occupatione in externis pro-
fanis actis mirum est, quam spiritus no-
ceat vitæ internæ. At redit ad se ipsum spi-
ritus noster, quando homo apud se qua-
lis sit futurus recogitat postquam exuet
farcinulam huius corporis plumbeamve
molē, quale rursus Dei iudiciū sit tan-
dem subiturus expēdit, & id genus alia.
Vt ille gessit qui aiebat Psal. 41. Hæc me-
ditatus sum, & effudi in me animam meā.
Aristotelis consilium in problematibus
est quò febrem depellamus aduentātem,
caloris natiui vires intra nos iuuamentis
vestium, & eleuatione fœmorum ad sto-
machum recolligere, vt hoc, id est natiuo
calore vegetiore concepto calor febriis,
qui extrarius est facilius depellatur. In
quem prope modum quando in nos ef-
fundimus animam nostram recogitando
amarissimè vitæ prioris progressum, flam-
mæ Sancti spiritus in nobis concitantur,
& morbida desideria depelluntur. Dixit
autem angelus Zachariæ qualitatem hu-
ius amphoræ exponens, Hæc est (ait) ocu-
lus eorum in vniuersa terra, aut iuxta aliā
lectionem, hic, pro hæc: vt sensus sit, in

Lucæ. 17.
Roma. 14.

Gene. 34.

Parte. 1. p-
blema. pro
blema. 56.

Bella colla-
tio ex Ari-
stotele.

Zacha. 5.

amphora descripta, oculus esse respicientem terrena. Natura nanq; humana à lapsu, tota propensa est, vt terrena amet, & respiciat. Statuerunt ait Psal. oculos suos declinare in terram. Vt enim iumēta, quæ ventri seruiunt vultu demisso terram intrueri coguntur, talis est homo vitiatu, qui factus similis est iumentis insipientibus. Mulier autem, quæ medium tenebat amphoræ, cupiditas est, quæ radix est omnium malorum. Hæc mediam tenet amphoræ partem, quia totam humanam naturam, occupat, totam ad se rapit, totam sibi vendicat, Deo rebellis, & legibus diuinis est aduersaria: huic nomen impietas: quia vniuersa mala ab illa proficiscuntur, ad Gal. 5. Paulus (ait) manifesta esse opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia &c. At verò hæc omnia, quæ denarrat Paulus concupiscentiæ sunt propagines. Caro nanq; suapte natura, nisi aspergine pessimi nostri appetitus pfunderetur nihil mali pro gigneret, vt adnotauit Diuus Cipri. in prologo ad sermonē de Dominī natali. Hanc autem noxiam cupiditatem plumbi massa obstruit: cuius rei te tenebit admiratio, vt noxia cupiditas obstruitur ne loquax sit, quæ alioqui loquacissima est? Deo em̄ obmurmurat, proximis ob loquitur infanit sæpē, furit nonnūquam, stultescit semper. Etenim diuinæ sapientiæ aduersatur: amicitia nanque huius seculi Deo inimica est. Ab hac blasphemix, falsa testimonia, feminatio zizanix inter fratres: & quis huius loquaculæ mulieris futes referat sermones? Cur ergo ore plūbea massula obdito pingitur? Vtiq; quia impij in tenebris conticescent. Nonne ille qui audaculus extitit vt intraret in nuptiale conuiuium, sine veste nuptiali à Dño reprehensus, pudore quidem suffusus conticuit? Etenim Deo condemnante, nemo absoluere potest: neq; iustas causas contra Dei iudiciū quisquam valet obtendere, qui iudicat terram in æquitate. Iustissime igitur filebit concupiscentia hæc nra furibunda coram Deo, quæ dū hīc agitur effrænis linguæ cō-

tra Deum & proximos est. Duæ autē alatræ mulieres, quæ hanc deferunt, duæ huic germanæ sorores sunt, auaritia, & seculi ambitio. Este nim concupiscentia sanguisusa illa, quæ duas filias habet & semper dicūt affer, affer, Prouerb. 30. Auaritia ergo & ambitio alata depingunt: illa enim in omnia se rapit, & volat, vt pecunias sibi cōgerat, hæc vero vt honores sibi conciliet nulli parcat. Alas autē milui eò habere dicunt, quò illarū rapacitatē intelligamus. Nanq; miluus rapinam pullorū, & intesti norū animalium audis exercet. Tales sunt mulieres huiusmodi, quia quando in maiora non datur rapiendi facultas, in vilissima insaniunt, pauperes exhauriunt, & exquisitissimis modis vexant: vt vel sic lucello aut honoris, aut pecuniæ, rabidam concupiscentiam expleant. Auaritia autem, & ambitio humanam cupiditatem extolunt, & suspendūt in coeli & terræ interstitio, vt rectē dixeris amphoram pēdulam esse inter cœlum & terram. Etenim Paulus dixit, Diuitibus huius seculi præcipe ne sublime sapiant neque sperare in incerto diuitiarum suarum. 1. ad Timot. 6. Vides ne vt auaritia in altum fert amphoram, quam descripsimus? Vilem hominē finge, si ditescit, sublimē continuò sapit: iam à terra pedes leuat, & caput in altum subrigit. Putat enim ipse sibi sufficere, aliosque sua opera indigere. Ambitio autē ipsa secum in sublimia volatū trahit, quæ tota hunc sibi scopū fixit alijs scilicet præfidere, aut præferri. Altum enim semper sapit ambitio, & humilibus consentire refugit. Rapido igitur volatu amphoram agunt mulieres hæ duæ: at mihi aspice, quò pergunt, in Senaar, in campum illum vbi turris illa Babel temerē construebatur, & linguæ confusæ sunt. Iste est exitus huius amphoræ & suæ pompæ, & inanis apparatus: nam in confusionem æternam pompatica præparamenta auaritiæ, & ambitionis properant. Quorum finis, ait Paulus interitus, & gloria in confusione eorum, ad Philipenses. 3. Quis enim

Locus exp
uerbijs ex
ponitur.

Milui cen
ferūt au
aritia & am
bitio.

Auaritia, &
ambitio qua
les.

Genes ca
pit. 11.

Psalm. 16.

Psalm. 48.

1. ad Timo
theum. 6.

Iacobi. 4.

1. Regū. 2.

Marth. 23.

Roma. 8.

Genes. 18.

enim fuit illius diuitis finis alius quam iste cuius meminit, Lucas. 13. qui sibi plus placens quam par fuisset, insolenter loquebatur anima mea requiesce & ede & bibe sunt enim tibi multa bona? Huius equidem finis, interitus & confusio dictum enim illi est, Stultè hac nocte repetent animam tuam, & quæ congregasti cuius erunt? & alterius epulonis Lucæ. 16. fuit ne alius exitus? Imo hic ipse, Nam mortuus (ait) fuit diues, & sepultus est in inferno, & superbi Pharisei, qui Publicanum ut peccatorem negligebat, (erat nanque spiritualis honoris ambitio sus) ambitio quò processit? in confusionem utique & ignominiam. Qui enim tu mens publicano præferri studuerat, versa vice publicanum illi prælatum sermo diuinus declarat esse. Caueamus igitur oportet ne mulier hæc quæ cupiditas est nostra in socias sibi cæteras duas sumat. Harum enim flatu & volatu in confusionem æternam habentem impellent. Habent enim flatum cum volatu: quia Zacharias dixerat spiritum adesse mulierum alis. Nā malignus spiritus harum mulierum est amantissimus, citra quarum opem successus pro sua nequitia secundos non assequeretur. Promptum iam ni fallor libranti hæc quæ hætenus persequuti sumus erit, quam infœlicis fuerit animæ primæ subindeque nostrarum casus, quāque exitiosum sæpto originalis iustitiæ destitui. Siquidem hoc diruto sæpto, turris ipsa neque stetit, neque stare poterit. Mens nanque humana, maceria illa diruta tota excutit, lippos habet oculos nescierunt, ait Psal. neque intellexerunt in tenebris ambulant: neque torcular in sua integritate perstitit. Voluntas nanque humana, quæ sincera Deoque grata condita erat, diuinis quoque iussis facile audiens, tota grauescit iam: nihil per se fructus exprimit, etiā si torqueat se quam velit, ut bonum denique & fructum Deo gratum in semetipsa exprimat, impotens est, nisi cœlesti fouetur auxilio. Quæ ergo erat Dei sapientissi-

mi vinea in vineam stulti satanæ se ultro transtulit, per quam Salomon transiens Prouerb. 24. illam repletam vitiis cernebat, spinisque oppletam aduertebat, maceriamque illius dirutam. Graphicè satis, & naturalius coloribus vineæ huius, idest, animarum nostrarum calamitatem depingens Salomon nos adhortatur, ut quod naturæ nostræ negatur, idest, reparationem vineæ huius adhibere, hoc ex gratia Dei naturam nostram leuante, & opitulante obtinere curemus: vepres culparum & spinas igne charitatis, comburamus. Rectè sanè peccata spinis conferas, etenim ut spinæ si se complexæ fuerint, molem spinarum immensam aggregabis, ita quoque peccata se inuicem complectuntur: quia quod per poenitentiam peccatum non lauatur in alia trahat est necesse. Turrim reparemus igitur mundantes mentes nostras ab omni hæreseon inquinamento: ecclesiæ catholice citra hesitationem suscipientes fidem: torcular dirutum erigamus: spiritus nanque est qui adiuuat infirmitatem nostram. Omnia hæc liberum arbitrium præstare poterit, Christo tamen confortate. Nam sine me (ille ait) nihil potestis facere. Quod si illius sæpis pristinae gloriam perditam refarcire, aut restaurare nequimus (quippe caduca gerimus corpora, & bellis intestinis à nostra concupiscentia quatimur: adeo ut in multis offendamus omnes) gratiam gratum facientem hominem Deo, obnixè à Domino imploremus: quæ si prorsus vineæ huius detrimenta non reparat, at, quod vitæ assequendæ sat est æternæ nobis impartitur. Quidquod si huius mysticæ vineæ ruinæ in præsentī penitus non reparantur, postremus ille dies exactissimè restituet: ut ubi abundauit delictum, superabundet & gratia, & ubi delicto primi hominis maxima fuit huius vineæ deiectio, Christi gratia maior sit eiusdem erectio, qui hanc per sanguinem suum expurgans vineam ad æthereas deuehit sedes.

Anima sine Dei præsidio qualis à Salomone depingitur.

Ad Rom. 8

Ad Phil. 4
Ioan. 15

Iaco. 3.

Dilucida. & decla. in Esai. Prophetam.

TROPOLOGICA

declamatio tertia, Animæ rationalis nobilitatem rursus inculcans, & euangelicam de vinea parabolam edisserens. Cuius prothema est.

Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam. Matthæi. 21.

Matthæus & Esaias sibi cōcini in parabola vineæ.



QUIA ESAIAS longam produxit orationem de vinea, ut nos in dilucidatione prosequuti sumus: libuit tropologijs prædictis,

hanc aliam super verbis Matthæi attexere, literalis sensu misso, qui eundem habet scopum cum Esaiæ verbis, nisi quod Matthæus finale excidium, extremamque dissipationem gentis Iudæicæ propter Christi interfectionem liquidius referat, quam Esaias. Ait enim malos malè perdet, & vineam suam locabit alijs: & sursum. Ideo dico vobis, auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum. Verum ut diximus hæc mittamus in præsentia, ut declamationi tropologicæ locus sit. Pater ergo familias, qui plantauit vineam Deus ipse est, qui animas rationales in singulis hominibus infundit, Zachariæ. 12. Dicit Dominus extendens cœlum, & fundans terram, & fingens spiritum hominis in eo. Ipse ergo Deus plantat vineam hanc. Etenim anima rationalis non fit ex semine, neque à parentibus progeneratur: sed ab ipso solo Deo, qui insufflauit in hominē spiraculum vitæ, & animæ rationalis plantatio hæc pulcherrima est. Etenim anima rationalis ad imaginem, & similitudinem diuinæ pulchritudinis condita est: & id quod ad imitationem pulcherrimi formatur, necessariò pulchrum est, nisi is qui format adeo rudis sit, ut

ad viuum exemplar assequi non possit. Verum Deus ipse est formator imaginis huius, (qui sapientissimus est) ipse est huius formationis exemplar: quare pulcherrima huius vineæ plantatio est. Esaiæ. 17. Plantabis ait plantationem fidelem, aut ut translatio alia habet plantationem pulchram. Etenim & prima plantatio animæ, (quæ fuit in homine primo) fidelis fuit, & pulcherrima, fidelis quidem, quia diuina fide donata: pulcherrima verò quia donarijs cœlestibus oppignorata. Harum autem vinearum (quarum Dominus ipse plantator est) latum discrimen est. Est enim vinea quædam mala, alia verò bona. Namque ex fructu dijudicandum est quæ mala quæve bona vinea sit: ex fructibus namque eorum (docete Seruatore) cognoscetis eos. Quæ enim sterilis, infrugifera, aut si fructum fert, insipidus, aut acerbus fructus est mala tunc est: quæ vero contra bona est, utpote quæ fructus suaues, & dulces profert. Porro sunt multa, quæ vitiant & inutilem reddunt vineam: etenim si umbrosa sit, & cœlestis solis luce non perfundatur, vitium vineæ est. Sol namque decoquit, & maturat vitium fructus, ut & cæterarum arborum. Rursus & vitiosam reddit vineam, si aquilonijs flatibus pateat: qui fructus gelant, & exiccant. Et quanquam multa luce vinea perfundatur, cæterum si Septentrionis iniurijs obnoxia sit, speratis fructibus fraudabitur.

Anima Adā fuit plantatio fidelis.

Matth. 7.

Vitia vinearum, de quibus consule Plinium & cæteros; philosophos

Primum vitium vineæ.

2. Vitium vineæ.

Præter

Zach. 12.

Anima rationalis non producitur ex vi seminata.

3. Viciū.

Ad Heb. 11

Præter hæc si non fodiatur, si non pute-
tur, si non vallo sapiatur, & si custodis
diligētia nō curetur, vitiosa & inutilis effi-
cietur vinea. Iā ergo vt feraces sint vineę,
& solis luce imbutas, & in aprico loco si-
tas, fossas, & putatas, sæptas & custoditas
esse oportet. Animæ ergo rōnales, quę in
star vinearum sunt, si luce solis veri (idest,
Christi) non imbuūtur, execrandę vineę
sunt: steriles enim sunt, neq; fructus Deo
gratos proferre possunt, testāte Paulo. Si
ne fide impossibile est placere Deo. Quā-
tūlibet enim se infideles macerent, & la-
boribus torqueāt, virtutis assequēde gra-
tia, quia ab splendore fidei non illustran-
tur, quæcūq; præstiterint bona, Deo infi-
pida sunt: vt fructus in vmbrosis enati lo-
cis humano gustui insuaues sunt. Iam ve-
rò quia verba facimus ad fideles, qui luce
fidei Christianæ potiuntur, quos hoc vi-
tium infidelitatis Dei dono non vitiat:
propterea quærendum est, de alio vinea-
rum vitio, quod sanē labefactat plurimū
vineam hanc rationalem, non esse inquā
in aprico charitatis loco. Plurimi enim
plurimam sibi fidem arrogant, charitate
verò penitus destituuntur: fratrum mise-
rijs opem ferre nesciunt: ab illisque clau-
dunt misericordiæ viscera: & si fratrem
quem vident, non diligunt, Deum quem
non vident quomodo diligunt? & si fra-
trem odiunt, quomodo charitas Dei ma-
nebit in illis? Tales erunt illi, quibus ter-
ribilis Christi vox in nouissimo sonabit
die, Matthæi, 25. Esuriui, & non dedi-
stis mihi manducare: sitiui & non dedi-
stis mihi bibere, &c. Et omnes denique,
quos finalis Christi censura corripiet, in
aprico charitatis nō erunt, sed gelatas mē-
tes habebunt à mundana vanitate, quæ ge-
lidiorē efficit humanam mētem, quam
omnes Boreæ, & Aquilones. Vt enim
Borea flante florentes vineę deurantur,
& exiccantur: ita quoque & mundano
spirante amore, & sancta quæque desi-
deria, incorruptique cogitatus (qui sunt
veluti flores animi) prorsus marcescunt.

Sunt verò qui operibus charitatis incum-
bunt, & in eorum exercitio gloriantur,
quasi in aprico & charitatis tutissimo lo-
co confiti. Neque tamē subinde eosdē in
vineas esse Deo gratas censendum est,
Etenim sub charitatis ficta vmbra multa
peccata adumbrant, & isti sunt qui vi-
neam Domini non fodiunt, neque pu-
tant. Vt autem fossores terram fodientes
viscera terræ latentia patere faciunt, ita
quoque & qui peccata sua sacerdoti pan-
dit veluti fodit conscientiam suam. Vt
autem vinea non leuiter sed exactē fo-
dienda est: sic quoque & humanum pe-
ctus perfectē nudandum est in clancula-
ri confessione. Nam impium est (auto-
re Augustino libro, de vera & falsa pœni-
tentia) à Deo dimidiam sperare veniam:
& imprudens planē est, qui multis lata-
libus correptus morbis, medico alterum
propalat morbum alijs suppressis. In
quem prope modum & imprudentior
est, qui criminibus grauatus multis, con-
fessario quædam reteggit, alia celat. Sic
ergo multi sunt fideles, qui tametsi mi-
sericordiæ operibus studeant, legitimam
peccatorum suorum confessionem non
exercent. Quapropter neque fructus mi-
sericordię ab illis profecti Deo grati sunt:
quippe à vinea non refoffa, neque egre-
giē culta, procedunt: quia huiusmodi
mens, quæ confessione peccatorum iu-
sta non excauatur, itidem non putatur à
Christo, sed inani palmitum suorum pō-
pa grauatur, potius quam decoratur: &
Christo non putante vineam suam, ne-
cessarium est, vt aduersarius Satanas va-
rijs modis putet illam. Vnde quosdam
putat ludus, omnia impendentes ad aleas,
etiam liberos, & vxores, necessarijs vitæ
subsidijs priuantes, vt aleæ & lusoriæ for-
tunæ illa committant: alios putat luxuria
meretricibus prodigentes, quæ pauperi-
bus erant eroganda: alios ingluuiēs, in
cōmessationibus, in potandisque calici-
bus, facultates suas expendentes, & cū di-
uite epulone splendide epulātur, & paupe-
res,

Sacra auri-
cularis con-
fessio fodit
animam.

Diabolus vt
putat malē
vineam Do-
mini

Lucæ. 16.

res, qui de mensē opiparæ reliquijs ventrē
explere cupiūt non curāt. Et demum quis
poterit vniuersa putationis huiusmodi
persequi genera, quibus Diabolus vineam
Domini putat? Hæc autem sic inculta vi-
nea est vinea illa stulti, cuius Salomō me-
minit Prouerbiorum. 24. Quam operue-
rant vrticæ, & spinæ, superficiem eius re-
pleuerant: & maceria lapidum destructa
erat. Sunt autem spinæ, & vrticæ, quæ in a-
nimam ascendunt peccata. Adeo enim ve-
pres se mutuo complexu complectūtur,
vt operosum sit complexum tenacem
hunc dissoluere, si semel hæserint: ita &
peccata si semel hæserint, & per pœniten-
tiam non rescinduntur, necessarium est
(Gregorio docente super Ezechi.) vt alia
trahant ad se peccata. Et quanquam has
spinas suboriri etiam in cultissima vinea
sit necesse, quia in multis offendimus om-
nes, at vero illas ascendere in vineam ex-
tremi mali est. Vnde & Esaias vineæ Do-
mini supremam perniciem indicans ait.
Et ascendent super eam vepres, & spinæ.
Tunc enim ascendunt cum peccata nobis
dominantur, & præsidet: quod Paulus de
hortatur dicens, ad Roman. 6. Ne regnet
peccatum in mortali vestro corpore. Scie-
bat enim Apostolus spinarum harum in-
sultus homines (quæ est nostra infirmi-
tas) prohibere non posse, quanquam ascē-
sum siue peccatorum imperium vitare
possumus. Propterea aiebat, ne pecca-
tum nobis imperitet. At qui si vepres, &
spinæ ascendunt in vineam Domini, in-
digna est quæ vinea Domini dicatur: imò
verius vinea stulti, qui diabolus est, appel-
landa venit. Cuius inter alias labe & hæc
quoque patitur, subrutam habere mace-
riam, vt calcantibus omnibus pateat. Vt
autem maceria corporalis, vineam ab in-
iurijs extraneorum defendit in eundem
modum Dei timor ab injurijs diuinis ani-
mam arcet: nam qui timet Dominum nō
faciet peccata. Hoc igitur timore sublato
vniuersa peccata irruunt: vt in vinea subla-
ta sæpe, & bestiis, & latronibus, & deuasta-

toribus omnibus patet. Nam qui à timo-
re diuino vacant, in profundum peccato-
rum demerguntur, non solum diuina ius-
sa non exequentes, quin etiam & con-
temptui habentes. Peccator enim cum
in profundum peccatorum peruenerit,
contemnit. Isti sunt qui exultant cum ma-
lè fecerint, & lætantur in rebus pessimis:
isti sunt qui securitatem diuini flagelli si-
bi pollicentur, ideoque in peccatis suis
requiescunt: quos Ecclesiastes satis ex-
pressit dicens, Etenim quia non profer-
tur cito contra malos sententia, abs-
que timore vllō filij hominum perpe-
trant peccata. Isti sunt qui requiescunt
in fœcibus peccatorum: quorum cala-
mitatem deplorans Hierem. capitul. 48.
inquit, Fertilis est Moab ab adolescentia
sua, & requieuit in fœcibus suis: neque
transfusa est de vase in vas. Quæ verba si-
cut penicillus sunt, quo ad viuum expri-
muntur isti contemptores, qui depulsa
diuini timoris sæpe, absque vllō pudore
in peccata ruunt. Blandimentis enim
seculi delibuti, delicijs referti, denique
quibusuis mundanis bonis pro libidine
sua abundantes, fertiles eos dixeris ab a-
dolescentia sua. Idcirco se beatos, & fœli-
cissimos ducentes, diuina fastidiunt, &
requiescunt in fœcibus suis. Non enim
putant sua fœces esse, sed delicias: neque
transfunduntur de vase in vas, id est, de va-
se immunditiæ, in vas sanctitatis, tran-
ferendi tandem de corporis vase, in quo
vitam temporalem degunt, in vas infer-
ni, in quo viuētes mortem patientur
æternam: & qui sœpimenta diuini timo-
ris neglexerunt, & vinculis diuinis cogi-
noluerunt, sempiternis vinculis, & car-
ceribus adigentur. En tibi quò perget
aut rectius quò tandem præcipitabitur
stultorum vinea. Huius vineæ vua, vua
fellis est, & botrus amarissimus: hu-
ius vineæ vinum mundi amor est, qui
peccatores inebriat adeò, vt citra pecca-
ti sensum culpis se inuoluant. Hos ebrios
Ioelis admonitio vehementer commo-
nefacit,

Prouerb. 18.
Prouerb. 2.

Eccle. cap. 8.

Hiere. locis
exponitur.

Ioelis locus
notandus.

Peccata sunt
vt spinæ.

Eccle. 1.

nefacit, vt crapulam videlicet, qua grauantur corda ipsorum, fletibus euomant, in hæc verba dicens, Expergiscimini ebrij, & vlulate, qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam peribit à vobis. Aduerte autem malum quidem esse peccati amore inebriari, at pessimum est hoc vinum quod fel draconum est bibere in dulcedine. Bibunt autem in dulcedine qui amore peccatorum ita detinentur, vt animo reponant perpetuo peccatis inferuire, & peccati pōdus & iugum (quod difficillimum est) suauissimum sibi ducunt esse. Sunt autem peccatorum differētiæ, quidam enim labuntur sanè, at à lapsu continuo resurgunt, vt Petrus negato Domino subito fleuit amarè: sunt alij qui maiore moram trahunt in lapsibus suis, vt Magdalena à qua septem dominus dēmonia eiecerat. Mar. ultimo. Cæterum conscientiam isti gerunt inquietam: in votisque habent lapsus reparare suos, Deoque reconciliari. Quos tandem diuina opitulante gratia ad se Deus sæpe trahit. Denique sunt alij qui etiam diem extremum in peccatis claudere decretum habent, qui sunt omnium pessimi. Isti sunt qui bibunt vinum culpæ in dulcedine: isti sunt ebrij quos maximè vexat Diabolus. Nam quamquam omnes peccatores malè vexet, diabolus, cæterum istos pessimè vexat. Quibus germanè accommodabitur quod mulier illa Chananæa de filia sua dixit, Filia mea malè à dæmonio vexatur. Et vexatio filiæ à Dæmonio corporalis erat, hæc autem de qua sermo vertitur, spiritualis est, ideoque longè peior. Hos ergo ebrios admonitos vult Ioel propheta: vt vlulent, ebrietatem suam, quia tandem peribit ab illis. Quam longè secius ab ebrijs istis se gerebat ille, qui aiebat, Recogitabo tibi annos meos, in amaritudine animæ meæ! Esaia. 38. Hic enim nō bibebat vinum in dulcedine, sed in amaritudine animæ suæ. Peccata nanque si dulcescunt iugiter hærent: delectatio nanque tradente Aristotele iugem habet operationem. At verò

si amarescunt citò euomuntur, neque in humana mente diu persistere queunt. Quapropter modis omnibus conandum est, ne peccatum ita sua voluptate nos teneat affectos, vt nobis suo ferrumine adglutinetur. Quippè operosum erit vt nobis ad glutinatum semel extrahatur: quoniam quo magis abierit in consuetudinem, vehementius dulcescat, & grauiore ebrietate nos premat est necesse.

¶ Si diligenter aduertisti vineæ reprobæ vel quæ illam reprobam faciunt vitia, expressimus: quæ erant aut solis claritate nō gaudere, aut si gaudet ab iniurijs Septentrionis tuta non tenere loca, aut si tenet, non fodi, nō putari, nō sēpimento obmuniri, cæteroq; cultu sibi necessario nō parari: quamq; amarulentū sit huius vineæ vinum, quā deniq; periculosa ex illo ebrietas. Superest iā de vinea electa, Deoque gra

Vinea electa qualis.

ta, nō nihil dicere: & quia contrariorū idē sensus est atq; disciplina, si rectè quæ sit vitiosa vinea tenuisti, quæ sit frugifera facile colliges. Anima enim, quæ fide illustratur, quæ charitate fouetur, quæ vocali cōfessione foditur, quæ eleemosynis putat, quæ timore Dei obmunit, hæc electa vinea est. Porro etiā si egregijs istis qualitibus afficiat, nō nihil quoq; sibi impedit mali. vt enim in vineis materialibus etiā si omni cultura, omniq; munimēto gaudeāt ab ipsis, pprijs malū suboritur, iā enim locusta, iā brucho, & id genus insectis opprēssæ fructibus fraudātur, (hæc enim insecta florētes, tenerosq; racemulos, exedūt, & dissipāt.) sic quoq; est locusta spiritualis, (quæ inanis gloria est) cuius est vniuersa opera

Locusta spiritalis est inanis cuiusmodi gloria.

quantū libet bona humanis aspectibus videātur, deuastare atque demoliri. Siquidē neque eleemosynarum largitio, neque sacramentorum exercitium, neque quoduis aliud egregium opus si ad auram populi captandam fiat, auctori proderit: sed vt veritatis magister docuit, receperunt huiusmodi mercedem suam. Matthei. 6. Quia mundanam gloriam cui assequenda inhiabant, illam assequuntur. Quapropter

Tres peccatorum differentia.

Mat. 15.

10. Ethicor. cap. 5.

pter Christus sedulo monuit, Attēdite ne iustitiam vestram faciatis, coram hominibus. Vides ne quantæ molis sit absolutam vndecunq̃ue condere vineam? quantiq̃ue negotij fœlicem in exitum huius vineæ reducere fructum? Etenim si vinea electa tanto subiaceret periculo, cedò quanto subiacebit reprobā? Quod si iustus (inquit Petrus) 1. Petr. 4. vix saluabitur, peccator ubi apparebit? quasi dixerit, apertius. Si misericordes, si iusti, si casti, si veraces, & hoc genus cæteri, vix æterna salute fruuntur, truces, fures, raptores, adulteri, fornicarij, piuri, blasphemij, homicidæ. &c. ubi apparebunt? in diuino iudicio apparebunt utiq̃; ad sinistram æterni iudicis locabuntur, æternas recepturi pœnas. Purganda est ergo vinea à Domino eligenda: quæ postquam cæteris, quæ diximus dotibus ornata fuerit, à locusta sedulo excutiēda: quæ inanis gloria est. Et egregiè hoc animalculum fastum sæculi indicat: quippè feruore solis accensum, altum volat: quo refrigerato ad ima labitur. Id quod est sæculi gloria, quæ alta tenere diu nō potest. Repurgata igitur ab hoc vitio vinea Domini, adhuc curandum est, ne postquam in botros intumuerit, qui nondum maturi sunt, sed acidi (qui agrestia vocantur propter eorum aciditatem) ne sic immaturi ad falsamenta & delicias decerpantur. Sunt enim qui, etiam si fructus pœnitentiæ dignos Deo offerant, at acidi sunt fructus, & immaturi, tanquam agrestia vitium: etenim in fructibus istis non perseverant, sed peccatorum libidine succensi fructus suos à radice charitatis intempestiue abrumpunt, neque eos ad dulcedinem vini Deo propinandi, perducunt. Id quod perseverantiæ munus est, opera bona maturare. Maturatio enim perducit fructum in finem suum id est ut aptus sit qui comedatur. Nullum autem est opus bonum quod diuinam adipiscatur coronam, nisi perseverantia stabiliatur. Nam qui perseverauerit vsque in finem hic saluus erit. Et sanè quia fructibus bonorum

operū defistit, immaturos illos relinquit, id est, citra perseverantiæ postremam consummationē: vnde diabolo veluti falsamentum parat, ut ex agrestia, sibi parant homines estate quo appetitus i cibaria exacuatur. Diabolus quoq̃ue hoc habet in deliciis ut qui bene cœpit male perficiat. Etia si pulchra tenere spiritualis vitæ principia diuini puta esse muneris, quantolibet perseverantiæ coronide orbentur. Quales & ij erant, de quibus Apostolus meminit qui cum spiritu cœpissent, carne consummabantur. Etenim homo quauis ad prouectam non peruenierit ætatem perfectus homo esse poterit: ita & opera nostra etiam si perseverantia fraudentur, esse alioqui perfecta quis prohibet? utiq̃; nemo. Et si premia non reportabunt æterna, ut dudum dicebamus. Ut Salomō ille sapientissimus aliquandiu perfectus extitit pietatem Dei mirè colens, at idololatriæ vitio succumbens sine pœnitentia, ut nonnullis libet, decessit. Et Saul, qui ut filius vnius anni erat quādo ad regiam prouectus fuit celsitudinem miserabili exitu postremam animam egit. Obseruanda ergo est summopere & custodienda hæc vinea Domini, & prima sit cura ut florescat cogitatibus, & desiderijs bonis, dein ut flores fructus parturiant. Ut in canti. cantico. legimus. Mane surgam⁹ ad vineas & videamus si floruit vinea: si flores fructus parturiūt. Postremo postquam flores parturierint, ut desideria bona operi mandentur, ut desideria bona operi mandentur, adnitendum est, ita demum, ut hoc genus fructus ad maturitatem quæ est vuarū dulcedo perueniant, ut similes simus illi pincernæ Pharaonis, quem commemorat Gene. histo: ia capit. 40. Qui in somnium cuiusdam vitis habuit, in qua erāt tres propagines crescentes paulatim in gemmas: & post flores vidit vuas maturefcere, calicemque Pharaonis in manu sua tenere, in quem expressas vuas infundens poculum Pharaoni gratū propinauit. Id quod nos præstabimus si vineam nostram custodiamus, si tres propagines quoq̃; Deo exprimamus

Cant. 7

Perseueran
tiæ enco-
mium.

manus hoc est cōtritionem cordis, & vocalē cōfessionē, & opis satisfactionē, quas cū perseverantia simul iungentes, dulcissimi Deo & Angelis bibendū vinū offeramus. Quia gaudiū erit in cœlo, super vno peccatore pœnitentiam agēte. Lucæ. 15. Quo quidem vino Deo oblato, ipse nos in regno suo torrente voluptatis suæ potabit: & transiens ministrabit nobis suæ beatitudinis claritatem: quam nobis ipse sua gratia donare dignetur. Et qui plantavit vineam hanc, id est, mētem nostram, quā nos vitio nostro stulti vineam esse facimus, à propria dignitate degenerando: ipse tribuat in vineam sapientis transferre, vt sapienter ab ipso sapientissimo culta, sapientissimos Deo proferat fructus.

T R O P O L O G I C A D E

clamatio quarta, quæ inuehitur in avaros, superbos, in hypocritas, in gastrimargos, in assentatores. &c. Cuius prothema est.

Va qui coniungitis domum ad domum. &c. Esaia. 5.

MULTA DE PLORans vitia Esaias hoc capit. animi sui dolorem interiectione hac, vā, expressit. Nanq̃, vā, primum in avaros deprompsit, vā, alterum in eos, quorū Deus venter est, vā, tertium, in eos, qui fictis coloribus peccatorum suorum foeditatem tegunt, vā. 4. in eos, qui elatione tumidi, sapientiam pro suo arbitrio metiuntur, vā. 5. in eos qui calicibus fecundis student, vā, demum postremum, in adulatores iacitur, siue assentatores. Nisi velis etiā sub, vā hoc, & clausulam sequentem hanc comprehendere, vt sic reddamus. Vā, qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo: vt hoc, vā, in eos tendat, qui iudicium pervertunt. Id quod in iudices iniquos est, vā. Hæc autem vniuersa si exacto sermone excutenda essent iustum volumen singula poscebant. Quare quantum huic operi cōgruit solum hæc versabimus.

¶ Primum ergo de avaritia est, siue aduersus avaros est, vā. Illos autem dignos cenfeo hoc, vā, prophetico, qui vel sua fratri-

bus, quando opportunitas temporis monet, non impartiunt, illorum leuantes inopiam: aut aliena quouis modo quæsitis fraudibus rapiunt: aut denique inuitis dominis atrectant. In hos ergo incādescit sæpè diuinus sermo. Vt pestes enim humanæ reipublicæ sunt fugiendi, qui diuitijs abutuntur. Porro autem sunt diuitiæ quibus & benè charitas vtitur, & malè cōcupiscentia abutitur: ideo & instrumenta ambigua virtutum, & vitiorum illas scitè pronuntiauit esse Aristoteles. 1. Ethicorum. capitul. 8. Charitas sanè illis vtitur ad corporis & animæ bonum: corporis nanque indigentias leuant, & animæ miseras tollunt. Quippè illas si pauperibus erogamus, peccata nostra exterguntur. Quod

Diuitiarum
abusus fugiendus vt
pestis.

Lucæ. 11.

Quibus

Quibus quoq; accedit & legitimū quoq; diuitiarum, hostes nostros maxime inuifibiles deuincere, & superare. Eccl. 29. Conclude eleemosynam in sinu pauperis, & huius conclusionis prouētum, sub ea, quæ dixerat indicans, ait, super scutum potentis, & lanceas, pugnabit aduersus inimicos tuos. Aspicias ne ut hominis mentem eleemosyna armat cœlesti armatura ut se defendat à Satanicis insultibus, & offendant quoq; Satanæ audaciā? nihil enim hunc hostē offendit vehementius, quàm si diabolici sui astus deludantur. Quare, & scuti meminit, & lanceæ diuinus sermo. Illud enim protectionis est, hæc vero offensio- nis est instrumentum. Vndiq; ergo eleemosyna nos armatos reddit, & pro nobis coram Deo patrociniū ferens adfistit. Diuitiæ ergo instar frumentorum sunt, quæ qui seminat largius, metit profusius, & qui parcius parcam quoq; messet & prouentum sibi parat. Nanq; quæ seminauerit homo hæc & metet. ad Galat. capit. 6. Qui ergo dispergit & dat pauperibus, qui rursus intelligit super egenum & pauperem beatus: quippe qui frumenta & alimenta pauperibus donat. Est enim perinde atq; si semen fulcis quispiam cōderet terræ. Id quod quando fulcis mādatur moritur & extinguitur, hoc est corrumpitur. At hæc corruptio in amplitudinē, frugis se dilatat & multitudine vberioris feminis fructificat. Nisi granū, ait seruator, cadens in terrā mortuū fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit multum fructū affert. Diuitiæ igitur, quas pauperibus charitas distribuit, si forsan quispiā putat perditas iā & mortuas esse, id quod videbitur alicui & meritò, quia mundo emortuæ videntur, quippe quæ pauperibus dātur, vnde nulla sperat retributio: at hæc emortua & perditæ, corā deo viuūt: & multò vehemētius frugifera fiūt: & feraciora amplius reddūtur q̃ illæ quas tenax auarus asseruatas in arca viuere credit. Nam qui amat diuitias fructum non capit ex eis Eccle. 5. At qui illas elargitur

non illas amat, quia eas extra se abijcit, hic fructum capiet ex eis vitæ æternæ. Huiusmodi ergo seminandis feminibus, idest, diuitijs pauperibus porrigēdis danda cōtinuo opera est, ut fructum beatæ vitæ nobis certo policeamur. Policebimur autem, Deo nos protegente: quod ṽt sedulo fiat autem oportet Salomonico consilio admouere. Manē (ait) semina semē tuum, & vespere ne cesset manus tua, quia nescis quid magis oriatur. Eccle. cap. 11. Omni igitur ætate nostra reficiendis pauperibus studendum est nobis, atq; iugiter vacandum huic negotio nobis erit. Etenim pro paruis magna, pro paucis multa retributio nobis donanda promittitur. Centupla enim proportionē excedet sementem, re- portata portio fructus æterni: imò & temporalis premij vbertas mirum in modum eleemosynam exiguam nostram superat. Auarus autem non seminat diuitias suas: at illas sibi condit, & seruat. Et ut frumenta cæteraq; semina non eò condita à Deo sunt, ut in perpetuum sub tectis in horreis custodiantur: ex nimia nanq; custodia putrescunt, & pereunt: ita propemodum & diuitiæ, tanquam semina non eò concessæ sunt, ut retineantur. Strangulabunt nanq; retentorē: at ob hoc donantur diuitus ut quando oportet dispergātur, pauperibus. Et qui ad seminandum illas inertes sunt, Salomonem audiant. Modicum (inquit) dormitabis, pauxillum manus cōferes, ut quiescas, & veniet tibi quasi cursor egestas tua & mendicitas ut vir armatus. Prouerb. 24. En tibi miserum exitiosumq; finem sanē diuitum, qui phrænesi correpti, in diuitijs amandis ita insaniunt, ut viscera sua pauperibus fame, nuditate, & id genus miserijs laborantibus, obdant. Isti ergo qui cū diuite illo. Lucæ. 24. Animā mea quiesce dicūt, sunt qui modicum dormitant, pauxillum manus conferunt, & contrahunt: ne pauperum inopias leuent. At peracto vitæ huius fluxu curriculo, veniet illis sicut viator, aut cursor egestas, atque omnium bonorum mēdicitas.

Num

Eleemosyna
infesta est
valde diabo-
lo.

Psal. 111.
Psal. 40.

Ioan. 12.

Mat. 19.

Egregia col-
latio femi-
nis ad diui-
tias

Num ille epulo diues qui contraxit manus ne Lazaro pauperi semen eleemosynæ committeret, non habuit velocē egestatem, & mendicitatem? Auscultaqd epulo ille dicat, pater Abraham miserere mei & mitte Lazarum vt intingat extremū digiti sui in aquam, vt refrigeret linguā meā. Lucæ. 16. An maior excogitari mēdicitas poterit, quam hæc, quæ guttulam frigētis aque, p refrigerio linguæ efflagitat, & frustra? Quantum ergo auarus in diuitijs gloriatur, tantum & longè amplius de mendicitate æterna dolebit. Nā egenus erit, mendicus erit, leuantem poscet, opitulatōrē desiderabit, & non habebit. Qui futurus est (ait sapiens) iam vocatum est nomen eius, & scitur, quod homo sit, & non possit contra fortiorem se iudicio contendere. Eccl. 6. Verbis obscuris Salomon auari exitum demonstrat, Qui futurus est (ait) iam vocatum est nomen eius, id est, qualis sit tandē auari status venturus, iam diu Deo cognitum est, quia miserrimus futurus est. Quali mensura mensi fuerunt ab eo pauperes, tali sibi adeo remetietur. Mensura auari se uera & inhumana erga inopes extitit, & Domini quoq; mensura in Auarum seueriora erit. Nam iudiciū sine misericordia ijs erit, qui immisericordes animos in pauperes Christi gestant: & scitē (adiecit) quod homo sit. Sit nanq; diues homo, qui superet non Cressum illum solum, imō omnes mortales diuitiarū splendore excedat cunctos nūmorū opulentia, tādē homo est morti obnoxius. Fulgeat auro, margaritis niteat, Indorum opibus vniuersis pinguescat, nū contra Deū poterit in iudicio contendere? Cōtra Deū fortiorem cūctis præualere quibit? Qui tandem spoliabit eum cunctis pretiosis suis, & ad inferos etiā nolentem trahet. Rursū sapiens cōsiderās (ait) reperi aliā vanitatē sub sole. Vnus est, & secūdū non habet nō filiū, nō fratrem, & tamē laborare nō cessat, nec satiatur oculi eius diuitijs Eccl. 4. Etenim, quod homo sibi prouideat, aut liberis, aut vxori, aut rei domesticæ, aut vêturis quæ timet malis, si

biq; pecuniā aggreget, vt olim Ioseph patriarcha in Aegyptiaca horrea frumenta plurima congersit, vt fami vêturæ certum prouideret subsidiū, prudentis consilij est. Neq; hoc diuinæ damnāt literæ: imo reb⁹ nostris esse cōsulendū probat sermo euangelicus. Quis putas fidelis seruus (ait) & prudens, quē constituit Dominus super familiā suā vt det illis in tempore, tritici mēsuram? Quare vitio dat Salomon homini soli, quem inquā alterius cura non vexat, diuitijs inhieret: at contra homini, cui alios curare incumbit, non esse vitio vertendū, si diuitias sibi citra diuinæ legis iniuriā cōquirat, insinuat. Non ergo diuitiarū vsus legitimus aut iusta earundem possessio ab scriptura vituperat, neque legitimē vntem diuitijs avarum credit. Scit enim Pat^r, ad Thi. 6. ter qui in cœlis est istis nos egere. At sperantes in incerto diuitiarum suarū, & non in Deo viuo, qui dat omnibus affluētē & nō impropert, hos carpit diuinus sermo, in hos inuehuntur prophetæ, hos Apostoli vituperant, & ipse iudex hominū Christus damnat. Quanquam in consilijs extat euāgelicis, Vade vende omnia quæ habes & da pauperibus & sequere me. Et salubria sunt hæc consilia nanq; diuitiarū vsus etiam legitimus multum fœculētē sordis sibi contrahit. Vt etiam in consilijs latum est euangelicis de cœlibatu seruando, at non omnes cælibatum capiunt, neq; fieri potest vt cælibes sint omnes, etiam si bonum est ad perfectionem sectandam spiritalis vitæ mulierem non tangere: at parcedum est ducentibus vxores, aliter enim humana periret natura: ita quoque & de diuitijs censendum est. Qui prudenter ergo sua dispensauerit, & ab alienis abstinuerit, non in cathalogo avarorum venit recensendus, hic nanque diuitiarum fidelis dispensator est. Hic est ille, cuius Ecclesiasticus meminit. 31. Beatus diues qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abiit, neque sperauit in pecuniæ thesauris. Et post pauca de auro loquēs, ait, Qui probatus est in illo, perfectus inuen-

Locus ecclesiasticæ expositionis.

Matth. 7.

Matth. 14.

1. ad Thi. 6.

Matth. 19.

Matth. 19.

Pri. ad Co. 7

tus est. Ad hoc ergo non imius circa diuitias proferat amor, ut maculet mores humanos, ut pectora nostra sui iuris faciat & proprio signet caractere, ut ita demum citra terminum illis congerendis insudemus. Quare beatitudinis nomine illustrat diuinum oraculum, Virum qui post aurum non abiit, neque sperauit in pecunie thesauris. Arduum enim est thesauris multis congestis, ab illis affectum diuellere, & ab auro in coelum mentis desideria subducere. In uentionem fortis mulieris difficilem tradit diuina scriptura, Mulierem (ait) fortem quis inueniet? Moderationem quoque lingue rem esse negotij multi Iacobus indicat. 3. c. celibatum uero non cuius contingere Matth. 19. Dominus docet. At pecuniarum amorem vincere affectione diuitiarum ab animo euellere & pericula superare operosissimum esse sacra musa ubique memorantur. Quare Matth. 19. Facilius est (ait Dominus) camelum per foramen acus transire, quam diuites intrare in regnum coelorum. Et quanquam de voce camelum dissentiant Theologi, & Hieronymus hic enim ad rudem nauticum, illi uero ad animal huius nominis retulit, idem tamen sensus redditur coelum scilicet patere diuiti, rem esse impossibilem (ut seruator tamen subdit) apud homines. In cuius rei paradigma adolescens ille, qui diuinorum mandatorum obseruationem exercuerat, ab ineunte etate, proponitur. Cui a uero Magistro diuitiarum proposito contemptu, ut culmen virtutis obtineret, amorem diuitiarum celsitudini spiritus pretulit. Atqui hac arduitas, quae est ad negligendas opes eo peruenit, quod nummus, seu pecunia est tanquam fidei iussor noster, pro bonis assequendis uitae, malisque depellendis. Quare ceu uitam nostram diuitias amamus, ut illas in quibus, uitae nostrae munimen collocatur. Vnde Eccl. 7. sicut protegit (ait) sapientia, sic protegit pecunia. Hinc iam pendes, quanti quamque magnifici sit diuini muneris diuitias continere, & illas non amare: nihil enim iniquius quam amare

pecunias Eccl. 10. Is autem celandus est plus iusto amare pecunias, qui implenda crumena gratia, diuina, & humana violatur, ut fures, simoniaci, ficarii, raptores, & id genus alia monstra. Et ij quoque amatores sunt, qui sua, quae supersunt indigentibus, non subministrant. Isti omnes auari sunt, de quibus scriptura loquitur. Auarus non impletur pecunia. Etenim quanto magis pecunia increscit, tanto vehementius amor pecuniae augetur: ut ignis maior attolitur, quo maior lignorum struem illi inijcimus. Videas homines cum infima praemuntur sorte, misericordes in pauperes similes ipsis: quod si fortuna secundis illis aspirauerit afflatibus, id est diuinos senserint fauores, crudescunt vehementius, quod amplius ditantur: neque suae pristinae conditionis memores, despectui & fastidio sunt pauperes illis. At uero mortalibus qui sub auaritia caractere, qui est bestiae (id est Satanae signaculum) uitam suam ducunt: discite o infelices qualia sunt quibus iniuste congregandis estuante anhelatis nempe aurum, & argentum. Nonne haec terrena sunt, terrenamque habent originem? Cur ergo animum uestrum Deo, & angelis cognatum (nam nos genus Dei sumus act. 17.) infoculentis terrenis infigitis? Cur de generatis a uestra patria nobilitate? Cur exciditis a uestro generis splendore? Si animus uester spiritus est, in spiritualia leuate uos desideria: si carnis uestrae commercium excusatis, habentes victum & uestitum istis contenti estote. Nihil enim intulimus in hunc mundum, neque aliquid nobiscum auferemus. 1. ad Tim. 6. nudi nascimur, Iob. 1. nudos quoque nos terra excipiet & teget. Ecquid mentem preclaram in pecuniae thesaurizanda famulatu impenditis atque mancipatis? Quam demens ille piscator censeretur, qui hamo aureo pisciculos paucos expiscaretur? magno enim impendio exiguum lucellum referat est necesse: imo pro exiguo lucello, magno sese discrimini committit, si forte hamum aureum interim in fluuium perdiderit. Iactura nanque;

Quis amat plus iusto diuitias.

Eccl. 5.

Exclamatio contra auaros.

Bella coparatione.

Proverb. 31.

Locus Matthaei exponitur.

Diuitiae cur difficile respiciuntur.

Sap. 7.

ra nanque auri pisculorum emolumento non recompensabitur. Tales vos estis ot-
truces & tenaces avari: mentem enim ve-
stram plusquam auream (nam mentis collatio-
ne omne aurum arena est exigua) in captu-
ram diuitiarum infumitis. Illo enim vestra
consilia, cogitatus, reticulamenta spectant
omnia, tendiculae vniuersae pergunt quo
iure, vel iniuria perque fas & nefas, res ve-
strum pinguescat. Id quod simul atque; adepti
fueritis, pro exiguo lucro & fluxo, atque; vo-
latili fructu, magnae rei dispendium pati-
mini, nam ex numerata crumena fordentem
habetis & vacuam virtutibus mentem. Quis
praeter haec vester scopus est (ut propius
vobiscum agam) num saturari pecunijs? Iam
ergo hoc vobis donetur, ut ditescat substancia
vestra quantum corruptio vestra libi-
dinis exigit. Ecquid putatis vos si in dies
pinguescat census si dolosi spes certa arri-
ferit numeri quotidie, saturos aliquando fu-
turos? Neutiquam: imo canina fames vos
invadet fortius: quippe multo plura vobis
deerunt semper, quam adfuerint. Impetra-
te a deo si tam auidi estis nummorum cum
Mida illo, ut quicquid tetigeritis in aurum
vertatur. Num vniuersa tangere valebi-
tis? Quod si vniuersa in aurum vobis red-
dantur pro libidine vestra an non vobis per-
eundum esset necessario? Quippe neque
auro cibandi, aut potandi estis. Audite igitur
intento corde verba illius summi magi-
stri, qui cum esset diues pro nobis egenus fa-
ctus est, & feliciter vobiscum agetis. Nam
hic per euangelistam suum vos docebit. No-
lite thesaurizare (ait) vobis super terram ubi
aerugo, & tinea demolitur, & ubi fures, effo-
diunt & furantur: thesaurizate potius the-
sauros in caelo, ubi neque aerugo, neque ti-
nea demolitur, neque fures effodiunt & furan-
tur. Si fidei iussorem vestrum diuitias ducitis,
ego sane fidei iussorem longe lateque; prae-
stans vobis exhibebo, Christum inquam: hic
se vade vestrum constituit, si substantiam vestram
in pauperes suos infumitis. Quod vni (ait)
ex minimis istis fecistis mihi fecistis. Cer-
tius est hoc vadimonium coeleste, quam terre

Math. 6.

Math. 25.

num vestrum diuitiarum, quod incertum atque; la-
bile est: labile utique; vadimonium, quia etiam
inuitos vestris opibus mors ipsa vos spo-
liabit. Si ergo huius hostis timetis impetum,
si ab hoc aduersario certum habetis nudan-
dos fore vos, quare infania est pecuniastena-
cissimè retinere, & illas retinendo paupe-
rem saepe ducere vitam, ut locupletem mortem
feratis? O miram avarorum stoliditatem, qui
saepè cibis, potibus & vestibus parcunt, non
temperantiae aut parsimoniae studio, sed
ut augescant numeri, plus denique; ditare mor-
tem quam vitam alere suam amantes. Solantur
porro suam stoliditatem, se amplissima & le-
gatis onusta, iam morituri edituros tes-
tamenta: quibus dotationes sacrorum pin-
guissimas, monumentaque; alia, quae testen-
tur illos ditissimos vixisse, relicturos: unde
& pauperes alentur. At vero quale solati-
um hoc, in tempore messis colligende, semina
spargere? Mortis namque; hora messis hora
est: ut vitae nostrae tempus sementis tempus
est. Quare ergo viuens non seminavit, num
moriens metet? Non arbitror: quare enim
seminauerit homo, haec & metet. Ecquid
quae avarus vita fruens spargere in paupe-
res noluit, putat ne ab heredibus spargen-
da? Num sani capitis est vitam aeternam, quam spe-
ras alijs tibi procurandam committere? Et quid
tibi curandae tu negligens existis, alios ducis
in ea curanda re te exequentes futuros?
Si tantisper dum viuis manibus tuis eleemosy-
nas porrigis, certam tibi reddis futuram mer-
cedem: at si heredibus si amicis, dubiam utique;
& a futuro euentu pendulam existimato salu-
tem. Quis namque; tuorum legatorum successum
certo tibi poterit indicare? Congressurus
cum hoste armis se regit, & munit, ut sibi de
congressu consulat: at qui post congressus pe-
tit arma nonne ineptit? Tales sunt miseri aua-
ri, inermes ad mortis impetum accedunt:
quippe (ut diximus) eleemosyna potestior
est scutis & lanceis, & contis vniuersis. Ab
huiusmodi armis abstinere avari cum morte
pugnaturi, & a morte arma capiunt, elee-
mosynas pauperibus ex testamento legan-
tes: quas si possent secum a morte referre cer-

Exclamatio
contra aua-
ros.

Vitam Avari
obseruaret
haec.

Ad Gal. 6.

Notanda co-
paratio.

Notanda cō-
paratio.

to nō legaturi. Neq; hæc eò dixerim quò
damnem legata, quæ iā iā morituri diuites
legāt imo cōsulendi sunt quæ viuētes ne-
glexerunt, saltē morientes curent: at ostē-
dimus quāto consultius rem hāc curassent
quantoq; securius secū agerēt si eleemo-
synis sese obmunirent, vt mortis etiā repē-
tinæ difficillimos intrepidi expectarēt in-
curfus. Nauem onustā mercibus tēpestate
seua imminente, naufragium deprecantes
nauleri exonerant, & merces etiam opi-
mas fluctibus committunt, vt vitæ ppriæ
cōsulatur. Verū longæ mortis tempestas
fæuior est, quam maris vt pote quæ corpus
in sepulchro deponit, & animam nonnun-
quā deturbat in orcum. Ne ergo naufrage-
mur, ne nos demergat huius vorticis tem-
pestas, ne absorbeat nos mortis spiritualis
profundum, consultissimè sarcinam di-
uitiarum pauperibus alendis deponamus:
neq; peribūt vt merces, quas iactant nau-
gantes in mare, imò cum scēnore nobis
reddent, cū pinguiq; vsura nobis à Deo re-
pēdentur. Etenim talētū diuitiarū si cui cō-
tigerit & absconderit in terra, vt ille, cuius
meminit Matth. 25. qui vno talento acce-
pto illius vsuram negligens subtus terram
cōdit, audiet à Dño idē quod piger seruus
audiuit. Seruē male & piger, & post pauca
Inutilem seruum eijcite in tenebras exte-
riores. Auarus hic seruus malus est atq;ue
pigrans, qui opes suas subtus terram ce-
lat, quando quidem in gloriam Dei eas nō
dispensat: quas si ita dispensasset, talentum
sibi concreditum à Dño impendio auxis-
set, & vsuram spiritualementem atq;ue cōlestem
fecisset. At verò diues non sic dispensans,
quanlibet diuitias multiplicet, aride sunt,
steriles sunt huiusmodi diuitiæ. Vsurā non
faciunt cōlestē, infrugiferæ enim reddū-
tur, quando Deo non fructificant. Talētū
cōcessum, singulare manet, quod alioqui
augeri debuisset, & iners seruus deinertia
damnat iustē à Domino, quippe Domini
substantiam, quam promouendam susce-
pit, non multiplicando, imminuit. Vides
ne vt quæ auaris opum videntur incremē-

ta, coram Deo sunt decrementa? At diuer-
so quæ putatur diminutio facultatum, quā
do pauperibus Christi elargiūtur, nō sunt
imminutio, sed mirabilis accretio. Est em̃
dominici talenti multiplicatio. Quippe vt
iam diximus secundum centuplam ratio-
nē eleemosyna in sinu pauperis abscondita
excrecit. At verò quæ est auarorum insci-
tia talentum simplex aut simplum retine-
re satagunt, at auctum centuplo negligūt.
Ad hæc tranant auari maria, cibario vescū-
tur pane, potu falluginoso sitim extingūt,
pyratis se exponunt spoliandos, & latroni-
bus, & sicarijs, noctes rursus ducūt insom-
nes, & dies trahunt tædiosos, & id genus
innumera æquo & nonnunquā iniquo ani-
mo ferūt mala. At vero tot exantlatis peri-
culis, sibi gratulantur, quod vel tanta iactu-
ra vitæ & salutis, & rerum ad gradum ma-
iorem suas facultates prouexerunt. At ve-
ro nullo periculo, nulla iactura, nullo tē-
dio, verius auxissent, si pauperibus sua do-
nassent. At quid istis recensendis immora-
mur siquidem auctæ de repente diuitiæ de
tyrannide suspectæ sunt? non enim incul-
patē illas collectas fuisse, sed conscientiæ
grandi dispendio Salomō te docebit. Pro-
uerb. 27. Qui festinat ditari non erit inno-
cens & Eccl. 11. Si fueris diues non eris im-
munis à delicto. Est em̃ diues iniquus, aut
hæres iniqui. In mari enim pisces grandio-
res, piscibus minoribus deglutitis, augen-
tur: ita in terra quidā diuites & potētia in-
signes de repente redduntur, ex sanguine
pauperum, quem miris tendiculis, & vafra
mentis sugunt. Isti sunt, qui plebem Iesu
Christi iuxta dauidicum Oraculum Psal.
13. deuorant sicut escam panis, isti sunt in
ceteros mortales crudeles, sibi verò cru-
delissimi, alijs quippe crudeles sunt carnifi-
ces, quia pauperum alimoniā subtrahūt,
& inopes non pascentes, eosdem interfi-
ciunt: Si enim non pauiisti, occidisti, vt iura
ex Ambrosio clamāt. At in se ipsos plu-
squā parricidales iniiciūt manus, proprias
strangulantes animas, propriasq; inquinā-
tes conscientias. Obuerte amabo oculos,
& in

Auari sunt
insipientes.

Diuitiæ se
sināter ag-
gregata, nō
sunt inno-
xiæ.

Auaritia nu-
tijz vitiōrū

& in omnia vitiorum genera dispice
exequentissimè: nullum, reperies ad quod
auaritia non prorritet, non alliciat, super-
biam nutrit. Domus (ait Eccl. 21. quæ ni-
mis est locuples anihilabitur superbia. Irā
alitur: inter diuites nanq; iurgia & lites pecu-
nia & mundi substantia accendit. Pastores
illos recale Abrahæ, & Loth, quorum dis-
sidia & lites exortas fuisse ob nimiam sub-
stantiam legis Gen. 13. Inuidia autem aua-
ritia pedisequa est. Qui festinat ditari &
inuidet alijs, ignorat quod egestas super-
ueniet ei, Salomon commemorat prouer.
28. Pigritiam autem & somnolentiam di-
uitia fouent: quare Dominus auarum ser-
uum malum & pigrum dudū appellauit.
Quietem nanq; sibi spondet & otio diui-
tes sibi indulgent, vt Lucas de illo com-
meminit, qui aiebat. Anima mea quie-
sce &c. Lucæ. 12. Gastrimargia quo-
que seu ingluuies, cuius assecla est, nisi
diuitum? Instar illius Luc. 16. qui diues &
epulo erat splendidisq; conuiujs fruebat.
Quamquam si malorum optio danda est
eligibilis est substantiam deuorare, come-
dendo, & bibendo, facultatesq; terrenas
pro digere, quam illas retinere. Nam qui
prodigit alijs prodest, sibi verò noxius est
qui nummos premit, qui pecunias retinet
neq; sibi proficiuus, neq; alijs, imo verò a-
lijs non proficiens, sibi est quam nocentis-
simus. Quippe pluri fit apud auarum
obolus, quam frater, propter quem Chri-
stus mortuus est: & aurum eius fortasse, vt

Auaritia a-
lijs crudelis
& sibi quam
maximè se-
uissima.

verbo Ezechi. vtat. 7. vertetur in sterquil-
niū: quippe quod pauperibus Christi non
concessit: homines iniqui, qui coram Deo
vt stercus reputantur, illo pro libito abutē-
tur. At quis in dubium vertet salacitatem
diuitiarum esse asseclam. Nāq; Salomon
ille sapientissimus, & opulentissimus in
promptu est, qui inclinauit fœmora sua
mulieribus alienigenis. Eccl. 47. Et demū
quid multis rem hanc agimus verbis: si-
quidem quis probabit Auaritiam, quā A-
postolas Paulus idolorum vocat seruitu-
tem? Cur nos qui fidē vnus Dei colimus
idololatriam hanc non reijcimus? Neque
ab re auaritiam idolorum seruitutem Pau-
lus appellat. Auarus enim amplius aurum
colit, & argentum, quam Deum quia Deo
spreto illa amat: in illis confidit: in illis spē
locat suam, quam tamen in vno Deo esset
iuxta Pauli monita ad Timo. ca. 8. locatu-
rus. Quia ergo auari in thesauris suis spe-
rant, & in incerto diuitiarum fidunt, idcir-
co idolorum cultores plusquam alij faci-
norosi appellantur, nempe vt ij qui spem
à Deo vero & viuo subtrahunt, & diuitijs
fallacibus & mortuis figunt. Quam obrē
cum prothema rem hanc absoluamus.
Væ qui coniugitis domum ad domū &c.
dignissimi estis o durissimi & steriles aua-
ri vt à tanto de fleamini vate & vobis con-
dolēs dolore intrinseco Esaias tactus dicat,
Væ qui cōiūgitis, &c. Vos em̄ nō ponitis
Deum adiutorem vestrum, sed speratis in
multitudine diuitiarum vestrarū Psal. 51.

Ad Gala. 5.

Cur avari-
tia dicatur
a Paulo ido-
latria.

TROPOLOGICA DE clamatio secunda, Gulæ fœditatem de- monstrans cuius prothema est.

Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem. Esaiæ. 5.



AT VERO. 2. loco alterum,
væ, in gulosos Esaias in texuit
dicēs, Væ qui cōsurgitis mane
ad ebrietatem. Sub ebrietate
enim omnis cibi & potus immoderatus
vltus subaudiendus est. Porro autē si ebrieta-

tis mala à propria origine in hūc locū ef-
sent deducēda, quæ chartæ sat essent? Quā-
do qdē vinū & mulieres homines faciunt
apostatare à Deo. Trāscursim ergo ebie-
tatis damna prosequemur. Scripsit autem
Aristo. 2. Rhetori. ca. 25. Pittaci Mitilenis

Tom. 1. N 3 decre-

decretum extitisse, ebrios acerbius multā
dos esse, quā ceteros prauaricatores legū
& 2. Politicorum. ca. 10. duplices poenas
ebrios commereri tradit, cū q̄ maleficia,
aut scelera perpetrāt, tū q̄ vltro sese ebie-
tate in gurgitarunt. Nā tametsi facinora
quæ audent ignorantes audeant: at hæc ig-
norātia, quippe quæ vltro nea est, & noxia
est, idcirco quoq; in vitio est, & suppliciū
sibi dignū cōmeretur. Et facinus ab ebris
perpetratū ad originē si retuleris hoc est
in spontaneā ebrietatē, vnde emanauit, vo-
luntariū est. Equidē sanctū & folijs Sibylli-
nis dignū hoc philosophorū decretū est,
at vero illo multo præcellētiore est Christi
Dñi admonitio attendite (docet) ne grauē-
tur corda vestra crapula & ebrietate Lu-
cæ. 21. & Ecclesiastici. 37. Propter crapulā
multi obierūt: qui autē abstinens est adij-
ciet vitā. Ab ebrietate autē crapula differt:
illa enim mētē quatit & alienat: hæc vero
mente cōstātē sibi, caput dolore vexat. Vi-
nū rursus potatū multū, irritationē, &
irā & ruinas multas fecit inibi. 30. Patriar-
chæ enim illius Noe pudēda nudauit, Lo-
th, vt incestaret filias occasione præstitit
Holofernē illū primariū ducem, à vita in
mortē deiecit, vires corporis eneruat, ani-
mē vim laxat: vt ignis probat ferrū durum
sic vinū corda superbiorum. Eccl. 30. id est,
vt ignis ferro immixtus ferri duritiē mol-
lit, & eneruat, ita quoq; & vini largior po-
tatio mētes humanas omni robore virtutis
euiatas constituit. Ebrietas hominē vi-
uū sub vita mortuū reddit, hominem rur-
sum à sua dignitate, siue à proprio homi-
nis gradu deiecit, & in ordinē bestiarū trās-
fert. Temulētus enim vt iumētū insipiens
desipit, mētis functionē temeto obruit, iā
fuit, iam clamat, iam hilarescit, iam tristis
lachrymas fundit, in omnes se vertit for-
mas, vini feruore coactus: caput in gyrū ob-
uoluitur: manus tremunt & ora: pedes, va-
ricatēs ducūt gressus: lingua balbutit: ocu-
li caligant: aures surdescūt: intestina tormi-
nibus doloribusq; exitalibus sepē diuexā-
tur. Etiam si grauissimum hominem fin-

gas & sapientissimum, temulentia si illi do-
minatur, nihil leuius grauissimo, nihil stul-
tius sapientissimo. Et quod omnium de-
testabilissimum est, mentem Dei imagi-
nem vitiat, deturpat rationem, intelle-
ctum obtenebrat, vt non dixeris temulen-
tum hominem, hominem esse, imo ve-
rius stipitem. Somnus sanē qui inquietem
à Deo optimo, mortalibus concessus est,
mentem vtique suspendit. At non detur-
pat, non vitiat, sed reficit, & reparat illius
vires vt à somno vegetior suis reddatur
functionibus. At temulentia mentem eui-
rat sic atque infirmat, vt ab ipsa ebrietate
non vegetior imo longē imbecillior sit.
Etenim mentis operatio sensuales actio-
nes ad se vt auxiliares vocat: quas egregiē
vinum lædens, mens quoque in suo ope-
re detrimentum pati est necesse. Alpi-
cis ne vini casus, atque ruinas, quas eccle-
siasticus nos Paulo ante docuerat? Aspi-
cis ne vt Esaias ebrietatis damna aduer-
tens & dolens dixerit, Væ qui consurgitis
manē ad ebrietatem? Signum enim pluri-
mæ est vini auiditatis, & ingluuiei, diem
exhauriendis vino splendidis calicibus,
anteuertere, & potando solis anticipare
crepuscula. Plato libro. 7. de legibus, qui
Minos dicitur encomijs insignibus Mi-
noem Cretensium regem effert, vt eum
qui à Ioue leges moderandis hominibus
aptas didicisset. In quarum numero vna
Cretensibus & Lacedæmonijs lata hæc
est: Ne compotetis ad ebrietatem. Et li-
bro. 31. de republica vel de iusto athletis
ebrietatem noxiam summo opere esse tra-
didit. Et de legibus vel de legum latione
libro. 34. dialogo. 6. vacantibus generatio-
ni liberorum nocentissimam ait esse ebie-
tatem. Oportet enim conceptum esse
stabilem & quietum: qui autem vino re-
fertus est tam corporis, quam animæ ra-
bie concitatus, quouis & trahit, & trahi-
tur. Quapropter nuptiali conuiuio spon-
sis vetuit largiorem meri potationē. Ete-
nim vulua ebriæ mulieris siquidem à vi-
no agitur, cōceptū stabile nequit retinere
& vir

Mens pluri-
mū à vino
tentatur.

Aristo. 3. Se-
cti. Proble.
Proble. 16.

Ebrietas &
crapula nō
sunt idem.

Gen. 9.
Gen. 19.
Iudith. 11.

Ebrius gra-
phicē depin-
gitur.

Generando
prolixioria
est ebrietas.

& vir ebrius cū foemina cōgrediēscōcitatū cū gerat animū, proles tēperamētū ger manū desiderabit. Et Arist. Oecon. lib. 1. c. 5. Cartaginēses tātis per dū militabāt à vi no abstinere ostendit, seruisq; vina vetat, quia illos ad insolentiā cogit: neq; solū ser uos, imo & liberos insolescere facit. Oeco nomi. 1. c. 5. Quam ob rē si certamē initu ris vina negantur, quicqđ palestritas Chri sti, qui in arenam huius mūdi iugiter descē dunt, certamē cū Satana inituri sobrios o- porteat esse? Illi enim sobrietatē vt ample ctantur est opportunū ne temulētia disso luti brauiū nō referant: quod momētaneū sanē est: isti verō vt immarcescibiles repor tent coronas quid magnū est si abstemij sint? Quod si coniugibus vt liberis vacent generādis sobrietas cōgrua est, quid quod praelati ecclesiæ atq; magistri, quorū inter est Deo per euangeliū procreare filios, ab stemij sint? Si Cartaginenses vt militiam foelicē haberent in mandatis habebāt vt temulētiā à se propellerent, quid militi bus Iesu Christi, vt aduersarijs, mūdo id est carni, & sanguini, & diabolo manus victas non dent, opus facto erit? Si seruis negādū est vinū, ne in heros furiant, & insolescāt, quid ergo carnē tuā, quæ rationis serua est vino ingurgitabis, vt in dominā mētē fu- riat, turgeat, cōculcet, & illā deijciat, atq; à suo præexcellso gradu deturbet? Nā qui delicatē à pueritia nutrit seruū suū postea sentiet illū cōtumacem Prouer. 29. & Le- uiti. 10. Dominus Aaroni de vini abstine- tia præcepta dedit. Vinū (ait) & omne qđ inebriare potest non bibetis tu, & filij tui quādo intrabis in tabernaculū testimonij, & nonnullis interiectis. Vt habeatis scien tiā (inquit) inter sanctū & profanum, inter pollutū, & mūdum &c. Sacerdotū ergo cū sit docere Dei legem, & filios Deo proge nerare, ne ex mente temulētia turbata, tur batā & non syncerā doctrinā proferant, & pro filijs hostes Deo pariant, ideo oportet ab omni quod inebriandi vim habet, sa- cerdotes abstinere, vt iubet Dñs. Porro autē sunt plēraq; quæ temulētiā generāt,

quæ vinū non sunt ex vitibus collectū: sed ex alijs terræ fructibus, & radicibus, nepe ex dactylis, ex pomis, ex vnodonibus, & id genus alijs fructibus. Ex radicibus autē In dorū gētes, sibi vina parant. Væ igitur qui mane consurgūt ad ebrietatem sectandā. Et ante Esaiam Salomon, Væ ebrijs incla- mando, ingeminat: cui vā (ait) cuius patri vā, cui rixā, cui foueā, cui sine causa vulne ra, cui suffusio oculorū, nonne his qui cō- morantur in vino, & studēt calicibus epo- tandis? Prouer. 23. Ebriorū vicē Salomon non solum verbis istis dolet, quin etiā pa- rentum commiseretur, qui liberos ebrios habent. Seminarium enim rixarū, sepultu- rā, vulnerum, oculorum suffusionis, & cæ- citatis commorationē in vino docuit esse. Nāq; correpti vino debacchātur citra cau- sam in cæteros, & manus violētas & cruē- tas illis iniiciūt. Vnde cædes & sepulchra, quæ cæsis dantur subsequuntur. Obserua autem attentē, & caute considera Salomo- nis verbū, Commoranti in vino. Etenim ebrietas nonnunquā citra crimen est. Nā- q; qui vini alicuius vim ignorans largius bibit, quam potasset, si sciisset, subindeq; mente ex meri viribus ignoris alienatur, hic inculpatū potum habuit: aut sciens vi- ni vires, at suā seu proprij cerebri debilita- tem ignorans vino fusus quā pro sua debi- litate hausto in temulentiam agitur, crimi- nosus nō est. Nam sunt plēriq; qui multo hausto mero non delirant, sed mentis suæ compotes sunt: alij vero exiguo epoto æ- stuant continuo & delirio illorū mēs qua- titur. Qui ergo iam explorata vini poten- tia propriaq; comperta cōplexione, sciēs volēsq; illo se ingurgitat vino, quo nouit hausto aliās ebrietatis damna sensisse, & potationi insistere non cessat, iste est qui in vino commoratur, & calicibus epotan- dis studet. Medicorum quoq; extat consi- lium largiori potationi vini salutis gratia aliquando vacādum esse. Quod inculpa- tum esse in dubium non reuoco, si tamen is articulus necessitatis instaret, vt vitē aut saluti reparandæ, medici egroto necessa-

Salomonis
locus expo-
nitur semi-
narium ma-
lorum ebrie-
tas.

Quando e-
brietas est
crimē, & qđ
inculcata
est differtur.

trium illud ducerent. Etenim non commo-
rantur tunc in vino, neq; gratia voluptatis
lebetas procuratur, sed salutis habendæ
ratio ad id cogit, legendus Siluester verbo
ebrietas quæst. 3. qui nobiscum facit & Ca-
ietanus in. 2. 2. q. 150. arti. 2. mecum idem
sapit, & in summa, verbo ebrietas: ubi testa-
tur si ex præscripto medicinæ ebrietas est
necessaria restaurandæ saluti, non est vitio-
sa, & Tho. non fecit huius rei mentionem
quando videlicet salutis præsidia ex ebie-
tate solum sperantur. At loquitur loco in-
dicato, quando vomitus aliter obtineri po-
terit, vt ex potu aquæ calidæ: tunc, ait, ebie-
tas non est tentanda. Quia tunc culpabilis
censetur. Quippe salus aliâs assequi potest. Ne-
que colliges recte si argueris, igitur forni-
catio ex præscripto medici si traditur, infir-
mo leuando expediens, licebit tunc forni-
cari. Etenim fornicatio est intrinsecè ma-
la: quia est contra bonum proles, non tamẽ
ebrietas. De qua re aliâs. At sat sit dixisse
modo ebrietatem esse malam, quando qui
dem sponte nos fraudat mētis functione.
At vero qui ex præscripto medicorū hac
fraudatur, non sponte hoc facit neq; ani-
mo illi est ebrietas aut mētis distractio, sed
sanitas. At vero qui fornicatur quouis ani-
mo fornicetur, semper est iniurius proli.
Quippe quæ ex fornicatione in certo pa-
rente nascitur. Multa præter hæc ebie-
tatis amuleta medici scripsere, at nullum ita

certum, vt moderatus vini vsus. Id quod
Paulus suum Timotheum monuit. Vtere
(ait) modico vino propter stomachum &
frequentes tuas infirmitatis. 1. ad Timo. 5.
Et Eccl. 3. 1. Exultatio (ait) animæ & corpo-
ris vinum moderatè potatum: sanitas est
animæ, & corporis sobrius potus. Quæ er-
go malū ratio homines cogit vt vino vē-
triculos distendat suos, si potus modic⁹ cor-
pori salubris est, menti proficiuus, Deo gra-
tus, immodicus verò ex diametro est diuer-
sus. Nolite aiebat Paulus ad Ephe. 5. in-
ebriari vino, in quo est luxuria: sed implemi
ni spiritu sancto. Vtiq; non ratio mortales
ad temulentiam pellit, at voluptas effrenis
& indomita: hæc tyrannica bellua est, quæ
homines blando suo aspectu ad ebrietatis
crimen admittendum pellicit. Dixi crimē
ebrietatem: nanq; inter crimina recenset
illam Paul. 1. ad Cor. 5. & Esaias, vā, & ec-
clesi. 3. 1. itidē ebrijs indixerunt: quæ inter
iectio docente glossa æternæ dignū pœ-
næ flagitium significare traditur. Quāquā
vt dudū dicebam non omnis ebrietas, aut
vt germani⁹ dixerim ebrius criminis reus
extat. Ab alijs autem, quæ recensuimus ex
Esaias, vā, abstinendum in præsentia duxi-
mus: in suum locum illa remittimus, quan-
do se obtulerit opportunitas differen-
da. Et ita tropologia hæc primo libro no-
stro dilucidationum in Esaiam finem im-
ponet.

1. Petri. 4.

Ad Rom. 11

DILV-

Finis libri primi.

DILUCIDATIO NVM ET DECLAMATIONUM

tropologi. in Eſaiam

Prophetam.

LIBER SECVNDVS.

Dilucidatio in Caput sextum Eſaiæ.

Prefacio in
Caput. 6.



VISIONE hac magnifica Eſaiæ, qua vidit Dominum in throno ſublimi ſedentem mortuo Ozia Rege, ſub quo ſua cœpit vaticinia, libuit ſecundum librum hūc Dilucidationū in Eſaiam inchoare: vt nouus Rex Ioatham, ſub quo tantæ viſionis gloria Eſaias compos fuit, nouum quoque librum induceret. Atqui Diuus Hieronymus duabus Epiftolis ad Damafum Papam huius viſionis ſenſa ſcrutatur multasq; inuexit huius viſionis expoſitiones: ſed antequam expoſitiones aſequamur, illarumq; delectum faciamus, Eſaiam audiamus.



IN ANNO QVO mortuus.^a) Quis iſte mortuus Rex extiterit diximus ex libro Regum. 4. capitul. 25, & 2. Paralipome. capitul. 26.

Hic enim violauit ſacra, & ſacerdotale mun⁹ v-

ſurpās Deo thura incendit: quare lepra percuffus eſt. Suble-

pro igitur Rege nullam viſionem refert Eſaias, quāquam ſub illo viſionem habuit. Etenim librum ſuum Eſaias à viſionis vocabulo inchoauit. Viſionem fanè habuit: at qualis ea fuerit non expoſuit: imo ſuppreſſit, quid videret viuente Rege profano & religionis perturbatore. Sub Ioathāverò Ozie filio pio Rege, mortuo leproſo patre ſuam aperit viſionem Eſaias, quā Hieronymus tropologicè proſequitur in commentario de hac re: tu apud eundem legito. ¶ *Vi di. b*) Huius viſionis ea eſt maietas, quæ Græcos doctores, atq; Latinos in varias adegerit declarationes: imo etiam his iungito varios etiā Hebræos interpretes fuiſ-

ſe. Id quod interpretibus vſu venire ſolet, quando obſcuriſſima quæque diuinorum oraculorum referre contendunt. Origenes ergo, cuius Hierony. in commen. huius loci ſectator eſt, nos admonitos voluit. Id quod ſapiens admonet. Prouerbi. 25. Mel (ait) inueniſti comedere quod ſufficit tibi, ne forte ſatietus euomas illud: & poſt modum ſubiecit, Sicut qui multum mel comedit, non eſt ei bonum: ſic qui ſcrutator eſt maietatis opprimeretur à gloria. Quæ verba apertè nos hortantur in diuinis ſcrutandis myſterijs temeritatem omnem fugiendam. Eſt autem temeritas ingens, noſtro ingeniolo arcana Dei ſubiecta eſſe putare: ſiquidem contra eſt, noſtra ingenia ſcilicet diuinis arcanis eſſe inferiora. Mel igitur Prophetica ſunt verba, Autore Origene. Sunt enim hæc tanquam faui diuinæ dulcedinis mella continentes. Prophetæ verò ipſi, vt apes ſunt, nos verò ſtillatia ab huiusmodi fauis mella comedimus: at comedamus id,

Locus Prouerbiū exponitur.

Prophetica oracula ſunt vt mel Prophetæ vta-
pis.

Viſio magnifica Eſaiæ.

Tom. 1. N 5 quod

quod sufficit. Neque credamus omnia
 2. Ad Rom. ad liquidum diuina secreta ab humana
 11. mente referari posse: sed sapiamus cum
 Paulo ad sobrietatem. Origenes ergo,
 cuius memineram super hoc cap. Esaiam
 (ait) non vidisse Dei essentiam in visione
 hac. Etenim videre Dominum non idem
 Exodi. 32. est atq; videre faciem Domini, quam spe-
 ctandam Mose Deus non concessit. Faciē
 (ait) meam non videbis. At Seraphim ve-
 lant capita & pedes medijs non velatis,
 quia præterita nos latent, atque futura.
 Esaiæ. 40. At præsentia, quæ interlabuntur,
 hæc cernere nobis datur. Dionysius verò
 de cœlesti Hierarchia capit. 7. item. 13.
 visionis huius, mea quidem sententia, ob-
 scurissimè nonnulla obiter, expressit my-
 steria: & quanquam stylo obscuro re tamē
 aperit secretissimam. Quantum ergo
 mihi propenso meo licet ex Theologo ta-
 to Dionysio capere, Dominus sedens in
 sede præexcellsa & eleuata, diuinæ naturæ
 sublimitatem, infinitamq; indicat celsitu-
 dinem. Sessio autem in sede præexcellsa,
 iudiciariam dei potestatem subnotat, quā
 nullus effugere poterit. Quia nemo de
 manu huius iudicis erui potest. At duo Se-
 raphini pennati, & volucrum instar alas
 habentes, Hierarchias cœlestes, vniuer-
 sumq; Angelorū chorū notāt. Quod ve-
 rò alati, aut alata, vt alijs placuit, cernuntur,
 Angelicam pernicipitatem naturæq; acer-
 rimam perspicaciam, subindicat. Mens
 nanq; humana graui vt ita dixerim fertur
 motu ad intelligibilia. Eget nāq; rationis
 progressu, morosoq; discursu, vt à notio-
 ribus ignotorum notitiam sibi hauriat. Et
 nisi iuuaretur sensibilibus rerum atq; for-
 marum vehiculis, sublimium intelligen-
 tiam non assequeretur. At Angelicus or-
 do pernicipi volatu, in omnia sese fert, neq;
 progressibus indigens, neque sensibilibus
 iuuatur ope. Quare rectè alatos sacratissi-
 ma hæc fictio (vt verbo Dionysiacō vtar)
 fingit. At quod pedes & facies tegunt,
 non Angelos pedibus, & vultibus con-
 stare Esaias ostendere voluit. At quia ipsa

Angelica mens, vniuersa prospicit, & in
 prospectu habet, vultui confertur. Ver-
 um vt in omnia sese diffundit, in omnia
 Angelicus permeat intellectus: sic pedis
 nomen illi aptum est. Velant ergo Ange-
 li pedes, & vultus. Quippè profundissi-
 ma Dei mysteria quæ temeritas esset, &
 insolentia scrutari, in tacta dimittunt An-
 geli: ideoque neque mens Angelica in il-
 la spectat, neque in illa peragrarē con-
 tendit. Idcirco velatas ostendunt facies,
 atque pedes: quia velamentum hoc vt
 verba Dionysij insinuant non refertur ad
 faciem sedentis in excelsa sede, aut ad se-
 dentis pedes, imo ad Seraphicos pedes
 atque vultus, vt & litera Hebræa innuit.
 Autore Hierony. Quod verò duabus in-
 termedijs volare describuntur, illud si-
 gnificat Angelos ea tantum diuinorum
 secretorum capere, in illaque ferri, quæ
 diuinitas illis capienda donat. Alter alte-
 ri clamant: quippè in Hierarchijs Ange-
 licis summus ordo à Deo stabilitus est, vt
 prima functio (Sic enim Seraphinos ap-
 pellat Dionysius) à Deo proximè illu-
 stretur purgetur, & perficiatur: dein-
 ceptusque & seriatim per primam Hierar-
 chiam media, per mediam postrema, per
 postremam demum humana natura, quæ
 postremas intellectiuas partes tenet, iti-
 dem illustratur, purgatur, & perficitur.
 Quæ sunt tres Hierarchicæ actiões. Hoc
 igitur est, alter Seraph alteri clamare,
 quod vnus Angelorum ordo ab altero or-
 dine, inferior à superiore suppetias adpro-
 prias functiones absoluendas fert. Præ-
 ter hæc isti duo Seraphini, non Seraphi-
 ci illius supremi ordinis Angelos esse tra-
 dit Dionysius, at ex eo dictos Seraphi-
 nos, quippe Seraphini incendentes, seu
 calefacientes, interpretantur. At illa pri-
 ma atque sacratissima functio Angelo-
 rum, summa vi flammantis incendij alios
 expurgant, illuminant vero lucida atque
 illuminante proprietate beatissimi spi-
 ritus, aperta que & inextinguibili, eodem
 que modo se habente, totius obscurissi-
 mæ

Obserua di-
 ligēter Dio-
 nyfiacā ex-
 positionē.

Hierarchi-
 cæ actiões
 sunt tres.

Vnde Sera-
 phim.

mæ caliginis, ac cæcitatis expultrice, atque profligatrice. Idcirco Seraphim accipere cognomen. Itaque ex verbis istis Dionysij quæ ad verbum retuli ex capitulo. 7. cœlestis Hierarchiæ promptum est cur illi primarij Angeli Seraphini cognominantur. Quanquam enim Deus sit fontale lumen, & lux prima, à quo vniuersæ mentes lumen intelligentiæ pro suo captu hauriunt, & ipse quoque est vnde expurgatio omnis, atque perfectio, in creaturas dimanat: at verò sub Deo primarij illustratores arcanorum, mentalisque caliginis expulsores, & perfectores Seraphini sunt, à quibus in cæteros Angelos Hierarchicum munus deriuatur. Qui etiam si omnes spiritus sunt & flamma ignis (vt ex Psalm. 103. Paulus Hebræis capitul. 1. scribens refert: Qui facit ait Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis aut ignem vrentem) non tamen omnes Seraphinos vocamus. Tamen si scriptura omnes flammeos, aut igneos cognominet. Quippè cognomen in primarios illos Angelos refertur, vnde & cæteri Angelici chori vim illuminatricem aliorum fortiti sunt. Seraphinos ergo Dionysius, ad nostra peragenda nusquam legari à Deo asseruit: quippe functionem hanc infimis Angelis tribuit. Vnde & grandè sibi concitauit hæitationem ex verbis Esaia. Nā alterum Seraphim ad se volasse tradit labia purgaturum Prophetæ. Hanc porro hæitationem duabus vijs depulit. Prior est, hunc Seraphinum purgatorem Esaia fuisse incendio igniti carbonis de altari leuati. Quia Prophetam hunc Seraph incendio purgat, vrentemque carbonis flamma labem mundat polluti que labij reatum soluit. Inde ab incendendi officio Seraphim cognominatur: qui alioqui Angelus inferior, non supremus erat. Solutio tamen posterior Angelum Seraphinum eò dictum asserit, quod purgandi Prophetæ labia Hierarchica cum sit actio, post Deum, in nullum, vt in primarium fontem præterquam in Seraphinos refer-

tur. Quod igitur autoritate & veluti traditis vicibus Seraphinorum, cæteri Angeli præstant, Seraphim præstare conceditur: vt rex per prætores suos multa dicenda & facienda iubet, quæ etiam si à prætoribus proficiantur, at Reges iussa & edicta dicuntur esse, quia primaria, vnde profecta sunt, autoritas regia est. Quapropter cum Seraphini expurgandi incendendi que mentes, principatum teneant, Angelus, qui id muneris explet, quanuis ex infima fuerit Hierarchia Seraphim tamen cognominatur. Harum duarum viarum prior mihi commodior videtur posteriore. Etenim quod vniuersa operatio in Deum referatur, vt in autorem nihil in dubium vertendum est. Quippè in omnem operationem plus influit Deus, quam creaturæ operatrices, vt dixit rectè Autor. 6. principiorum. At Seraphim non influunt in postremos Angelos, nisi remotissimè. Solum namque in proximos sibi suas Hierarchicas deriuant actiones. Quapropter Angelus, qui illuminabat & expurgabat Esaia, tamen si eius operatio vt in remotissimos autores, in Seraphim reducat, non tamen subinde dicendus est Seraphim: quippè non referenda est actio in remotam, imò verius in proximam causam. At qualequale hoc fuerit non est præsentis instituti, sed alterius: eò tamen huius rei incidit mentio vt Dionysiam dilucidaremus. Porro autem Dionysij visionis huius interpretatio non tam se fundit quam vt omnia differat, quæ visio hæc comprehendit. Quare in aliam interpretationem nos vertamus oportet. Et quidem Hebræus quidam, cuius & meminit Hieronymus, à quo & multa didicisse ingenuè fatetur, visionem hanc in Babylonicam retulit captiuitatem. Dominusque sedens in folio excelso, & eleuato, iudiciariam vlticemque potestatem protendit. Dominus enim Hebræos hostibus, (illorum efflagrantibus immanissimis facinoribus) tradidit: id quod

Angeli inferiores dicuntur Seraphim quando munere Seraphico gaudent.

Secunda expositio.

iustitiam

Seraphim ad nostra non legatur lege declaratio. de Angelis infra.

capitulum 7. Dionysij in 1013

capitulum 7. Dionysij in 1013

Reges Iu-
dæorū pij.

iustitiæ vindictiæ opus extitit. Seraphi-
ni autem, incensi ve Angeli in circuitu
Throni assistentes, duodenis alis prædi-
ti, indicant duodecim Reges Iuda ab O-
zia, in Godoliam vsque, qui præfuit Hie-
rosolymis, populo iam abacto in Baby-
lonem. Velatæ facies atque pedes, ad im-
pios huius numeri Reges reduxit. Nam
horum. 12. quatuor commendantur vt
pij, Ozias, Ioathan, Ezechias, Iosias, qui
per. 4. volantes alas significantur. Reliqui
8. Achaz, Ioran, Manasses, Ioas &c. Isti in
vultibus velatis significantur, & alij, quos
captiuitas non pressit Babylonica, qui ve-
lantur vt impij: at per facies subindican-
tur Seraphicas, quia captiuitatis cladē non
senferunt. Verum Sedechias & Ioachim
translati sunt in Babylonem, vinculis-
que obstrictos tenuere pedes: ideoq; per
pedes velatos ab Esaia subintellectos ex-
positor iste tradidit. Historiam libri. 4. Re-
gum lege à capitul. 15. in finem vsque, vt
hæc tibi perspicaciora euadant, & sensim
numerabis Reges Iuda in Godoliam vsq;.
Quod verò Angelus Seraphicus tulit car-
bonem ardentem de altari, & ori Esaia
admouit, Esaia neci tradendum subin-
dicat, Martyrioque à Manasse Rege Iu-
da coronandum, quando quidem Prophe-
tam medium secuit, vt prologus noster te
docebit. Atqui mortis illius passione la-
bes Prophetæ deletæ sunt, & absterfa vni-
uersa peccata: vt etiam de Cypriano Mar-
tyre Augustinus tradidit. Quod verò do-
mum oppletam fuisse fumo visio com-
memorat, incendium templi, futuram-
que deustionem adumbrat. Et quia diui-
ni nominis est sanctificatio, quando cri-
mina, quæ contra Dei sacratissimam ma-
iestatem admittuntur, iustis animaduer-
tuntur supplicijs, propter ea Domino se-
denti super iudiciario folio, Seraphim ac-
clamant, repetitione trina, sanctus. At ve-
rò hoc visionis propheticæ interpreta-
mentum non explet meum animum:
quandoquidē hæc visio augustissima est:
& duo quæ eximij muneris sunt, in ea pan-

duntur, & sanctissimæ Triadis myste-
rium ex trina sancti, repetitione, & lupre-
mus denique ille Angelicus, Seraphicus-
que ordo Esaia ostenditur, qui ordo in
valuis sanctæ Trinitatis residet. Autor est
Dionysius. Cuius ordinis nullibi in scri-
ptura adnotante Hierony. (hoc excepto
loco) mentio fit. At verò non temerè (ni
fallor) hæc duo sacra mysteria visio Esaia
iunxit. Etenim Trinitatis gloriam demon-
strans Esaia, Seraphinorum chorum Tri-
nitati proximum non siluit. Ecquid ergò
tantæ visionis maiestas, tamque sacrosan-
cta visorum sacramenta, ad captiuitatem
Babylonicam, cuius repetitis, frequenti-
busque verbis, Esaia iam meminerat, ar-
ctanda sunt? non arbitror. Quidquod me
tanti facere visionem hanc figmentum
meum non est, imo Christi apud Ioann.
documentum. 12. Hæc (ait) dixit Esaia
quando vidit gloriam eius, & loquutus
est de eo. Nulla autē augustior visio, quā
ea, quæ Dei gloriam representat, qualis
ista Ioann. testimonij extitit. Iam verò
quia verborum, quæ hoc capit. Esaia scri-
psit nō solum Ioannes, quin etiam & alij
Euangelistæ, meminere, excæca cor po-
puli huius. &c. & Actorum Apostolicorū
historia. 13. capitul. illa quoq; refert: quæ
verba & depellendos Iudæos à fide Iesu
Christi, & ad eandem fidem gentes con-
ciliandas præferunt: propterea ad Ec-
clesiam Iesu Christi ad literam credide-
rim visa hæc esse accommodanda. Fue-
re ergo interpretes, qui sedentem in so-
lio sublimi Christum ostensum Esaia
fuisse credunt, Seraphinos duodeno ala-
rum ornatos numero, turbam Aposto-
lorum duodenam esse. Apostoli verò
totum fide beatissimæ Trinitatis orbem
repleuerunt, vt merito dixeris, illos cla-
masse, Sanctus, Sanctus, Sanctus. Ve-
rum quod Christo acclament Seraphim
Sanctus, Sanctus, Sanctus, non video vt
conueniat, quandoquidem Christus per-
sonarum altera est, non tres personæ. At
vero trisagium hoc, idest trina, Sancti,
repetitio

Seraphim
solū ab E-
saia pandū-
tur.Reijcitur
Hebræorū
expositio.Matth. 13.
Mar. 4.
Ioan. 11.
Actorū. 13.Tertiavisio
nis exposi-
tio.Apostoli Se-
raphim.

repetitio sacrosancto Triadis mysterio, nullus est Sanctorum doctorum, qui non aptet. Nec me præterit huius interpretationis patronos illam protecturos asserendo, trinam hanc repetitionem Sanctus, Sanctus, Sanctus, non Triadem significare beatissimam. Quippe repetitio eiusdē

Phrasī scri-
pturæ.

nominis familiaris est scripturæ, non ut quoties repetitur nomen, persona multiplicetur, sed potius qualitas personæ significata per vocem exaggeretur, aut affectus vehemētia propaleatur. Vnde Hierem. 24. fatetur se vidisse ficus, ficus, bonas bonas valde: & ficus, ficus, malas, malas, valde. Neque est cur in re aperta, quæramus testes non necessarios. Ut enim apud oratores terq; quaterq; beati ij dicuntur, qui longe sunt felicissimi, non quod sint tres beati, aut quatuor: ita isti putant ter sanctus acclamatum esse sedenti Deo in magnificentissimo folio, ut sanctissimum Deum esse demonstrarent. Itemq; si ad Christum visum hoc referatur, cui ut fonti & origini vniuersæ sanctificationis, ter sanctus iure acclamatum à supremis Angelis est. Aut fortassis ter sanctus quod Ambrosio autore traditur in nomine Christi tota Trinitas comprehenditur, & pater vngens, & filius vnctus oleo lætitiæ & Spiritus sanctus, qui est vnctionis huius sacratissimæ mysticum oleum: Christus enim id est Græcis, quod Latinis vnctus. At verò si quis ita luserit ludat, ut volet: mihi certè magis arridet hanc repetitam, sanctus vocem in mysteriū beatissimæ Trinitatis referre: ut & diuus commemorat Dionys. 7. de cœlesti. Hierarch. capitulo. de Seraphinis istis verba faciens, Alij (inquit) laudatissimam illam & horroris reuerentiæque ac sacratioris intelligentiæ plenam clamantes emittunt vocem, Sanctus, Sanctus, Sanctus. Est autem sacratio ris intelligentiæ hæc vox plena: quia Deum vnum & trinum esse indicat: nam quem dixerat sedentem Dominum huic acclamatum esse Sanctus, Sanctus, Sanctus, perhibet Esaias. Neque soli Dionys.

In Christi
nomine bea-
ta compre-
hēditur Tri-
nitas.

imo Gregorio Nazianzeno, Basilio, Cirilo, Hilario, Augustino cæterisque patribus, vox hæc trino repetita, sacratissimā sanctæ Trinitatis recondit intelligentiam. Et quanquam phrasī vernaculæ linguæ Hebræorum ad hoc mysterium colligendum non cogat, at sanctorum consensus (quibus maior fides adhibenda est) hoc nos docet. Quidquod ex subscriptis, ab Esaia verbis Trinitatis quoque mysteriū, effertur? Et audiui (ait) vocem Dñi dicentis, quē mittā, & quis ibit nobis? Quæ verba pluralitatem personarum præferunt. Non enim ad Seraphinos verba hæc fiunt, Quis ibit nobis? Non enim Angeli etiā supremi Deo sunt annumerandi ut Deus se & Angelos numerando nos dixerit, aut nobis: etenim vniuersitatis creator non est cum vniuersitate recensendus. Quanquam non clam me est, quod ex hoc testimonio vocis Seraphicæ, Hebræis beatissimæ Triadis fides non fit. Non enim adeo apertum est, ut cogat: neque adeo impertinens ut non suadeat.

Sanctis do-
ctoribus ma-
ior fides ad-
hibenda quā
vernaculæ
phrasī.

¶ Istis quoque interpretibus alios annectito, qui per vtrumq; Seraphim geminū quoque testamentum, & nouum & vetus adumbratum esse voluerunt. Et vtrumq; clamat alterū, alteri, Sāctus, Sanctus. &c. Etenim vetus instrumentum, quanquam sub ænigmate, Trinitatis tamen gloriam non celat, Verbo Domini (ait) cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum: vbi audis Dominum patrem, Verbum filium, & Spiritum sanctum. Et in Psalmo. 150. Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. Quem locum, Dominus Matth. 21. de generatione æterna, non temporali, dilucidare dignatus est. Et rursus in Psalmo. 2. Filius meus es tu, ego hodie genui te. Et Gene. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrā, & alia innumera quæ à sanctis patribus Ecclesiæ Iesu Christi collecta sunt ex veteris instrumenti lectione, quæ Trinitatis sacramentum spirant. Id quod non spirando, noua sacrarum

Quarta ex-
positio.

Testimonia
ex veteri in-
strumento
probantia
Triadis ar-
canum.

lectio

lectio scripturarum, sed apertissima voce docent. Quapropter sibi cōsentiunt hi duo Seraphini, mutuisq; amicisq; vocibus, alter alteri clamat. Pennatos autē describit Seraphinos hos scriptura: vtrunq; nanq; instrumētum alas habet. Abstrahit enim à terrenis & vulgatis desiderijs, hominum corda, & in cœlos transfert. Aues nanq; volatu alta petunt: & infima deserunt: At vero senarius alarum illis affixus facilè indicat scripturam sacram referre ea, quæ Deus senario dierum condidit opificio. Cuncta nanq;, quæ in sacris scriptis gesta denarrantur, in hoc orbe nostro gesta sunt. At diuinus sermo ignitus est: quare rectè per Seraphim, ardentes diuini codices notantur. Cuius rei fusioem in libr. primo mentionem fecimus. Quòd verò velata sint hæc instrumenta, non difficile ducet, qui Paulum obseruauerit dicētē Iudæis velamē adhuc esse cū Mosē legūt. 2. ad Cor. 3. & demum omnibus hæreticis, & infidelibus, velata sunt arcana scripturarum. His enim qui pereunt, Paulo autore, Euangelium opertum est, qui sunt infideles omnes. At quod medijs volent & retegant semetipsos Seraphini, eo est quòd fides catholica, quæ medium inter cunctas hæreses gradum tenet relecta habet cœlestia mysteria. Catholici enim reuelatione spiritus sancti fruūtur. Extremi ergo sunt infideles: catholici medium tenere. Vt hæretici quidam Christū vnā esse personam, atque natura vnā duntaxat potiri, tradiderūt, vt Monophysiani, alij verò & duas personas, itidemque naturas in Christo concesserunt. Fides autē catholica, medio incedit calle, & vnā personam, & geminā in Christo profitetur naturam. Infideles ergo in deuia labūtur & à tramite vero fidei deficiunt: quorum primi Iudæi sunt, qui à fide Iesu Christi aures auerterunt, vt hoc capitul. Esaias demonstrat. Habent ergo obuelatas & facies, & pedes sacra scripta, quia primis in fidelibus, idest prioribus in neganda & conculcanda fide Euangelica Iudæis, &

posterioribus hæreticis, & cæteris infidelibus, tecta sunt diuina sacramenta. Media autem se ostendunt, quippè fidei catholicæ professoribus, (qui non deciscunt, à cœlesti diuini verbi magisterio, aut credendo plusquam oportet, aut minus quam regula fidei præscribit) nudantur Dei arcana, pandunturque Dei consilia atque diuini numinis volūtas. Isti sunt qui à facibus peccatorum suorum sese abstrahentes in cœlestia volare contendunt. Veruntamen si quispiam sic amat sapere, sapiat. Ego vero hanc visionem abditam esse, sensumque reconditissimum habere censeo: at qualis is sit qui vt germanus, & aptus, illi congruat, me latet. Egebam vtique purgatam gerere opera Seraphica mentem, vt munda mente altissima sensa huius visionis perscrutarer. At verò vt vt vires suppeterint manum admouebo: quam supremam imponere nequibo. Sedens ergo Dominus in folio excelsso, & eleuato, quis sit apertam habet intelligentiam. Est enim ille cui à Seraphim acclamatur, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Hoc est militiarum, vt Hierony. interpretatur, aut exercituum quod in idem redit. Militiæ nanque cœlestes Angelorum atque hominum terrenæ, sub diuino subsunt imperio. Solium autem excelsum atque eleuatum, in quo sedet ipse Dominus, non terrenum est, atque caducum, vt sunt humana solia. Quia quālibet fulgeant homines aut Imperiali solio, aut regali, aut quauis alia præmineāt cæteris hominibus dignitatis celsitudine, non sunt hæc excelsa solia, non eleuata. Etenim quod lapsibus, & ruinis multis patet, vt excelsum verè & eleuatum appellandum erit? At diuinum solium æternum est ab omni iniuria liberum, altissimum enim posuit refugium suum: vt Dauid cecinit. Psalm. 90. Cuius celsitudo natiua est: non mendicato accepta, vt creata, celsitudo. Sedes tua (ait) Dauid deus in seculū seculi: virga directionis, virga regni tui. Psalm. 44.

§. Expositio.

Sabaoth quid.

Diuinū solium quale.

2. Ad. 4.

Fides media est inter Hæreses.

Est au-

Est autem hoc soliū cœlum, cœlū inquit Dñs Matthæ. 5. Thronus Dei est: & terra scabellū pedum eius. Cœlum quoq; Philosophi sedem Dei dixerunt, vt Arist. meminuit. Neq; crassa minerua putandum est hoc esse scilicet

cœlum diuinū **eleuatum: & plena erat domus à maiestate eius:** a

ut homo. Non enim sessione hac eget Deus: hæc nanque sessio corporum est, Deus autem spiritus est. At in cœlis sedere Deum scripturæ loquuntur: quippè in cœlestibus Deus omnem gloriā & maiestatem suā sanctis suis nudat: inibi que quietissimè sancti diuino fruuntur vultu: & Deus absolutissima suorum sanctorū subiectione gaudet. Quia non gaudet tantisperdum sub globo hoc lunari vitam degunt sancti. Quandoquidem in multis offendimus omnes. Sessio ergo hæc tranquillitatem regni cœlestis, sedentiq; Domino plenissimam & pacatissimam subiectionem indicat, itidemq; regni cœlestis soliditatem & sempiternā firmitatem. Quia regnum cœleste quam longissimè abest ab omni malo, & ab omni flagello. Psalm. 90. Et quod sequitur in textu. ¶ *Et plena erat domus à maiestate eius.* b) Id est sedentis: litera Hebræa non habet: at vero. 70. interpretes legunt, Et plena erat domus gloria eius. Quippe tota cœlestis patria claritate Dei splendidissima rutilat, non lumine solis, aut lunæ perfusa, sed diuino coruscat splendore. Porro autem veluti per trāsennam adnotatione dignum duxi, Esaiam non vidisse Dei naturam nudā qualem modo spectat: de qua re legendus Augu. 10. de ciui. Dei ca. 13. Quo loco Mosem nō credit Dei essentiam intuitum esse: at speciem quandā visibilem Dei naturam agentem ostensam.

Capitu. 14. Et Hiero. idem hoc comm. cui & Augustino hæsit Diuus Gregor. 17. Moralium idem censens, Patribus antiquis non diuinam essentiam clarè conspectam, sed sub specie intelligere oportebit, forma ve visi-

bili demonstratam esse exodi enī. 33.

Non enim me videbit homo & viuet, & Augustin. Epistola ad fortunatianū. 1. 1. in hac quoq; iuit sententiā, & alios patres iuisse indicat. Diuus Dionysius. 4. c. cœlestis Hierarchiæ disertio sermone cōmeminit, diuinas illas apparitiones sanctis patribus exhibitas per signa quædam, id est, formas visibiles sanctis illis accommodatissimas, id est pro modo illorū & captu, viriūq; portione varias cōtigisse. Cuius quoq; placiti assertor est Origenes super. c. hoc Esaiæ & Greg. Theologus lib. 4. de Theologia & Ambrosius eiusdē placiti est Lucā enarrās. Quāquā D. Thom. de veri. q. 10. art. 11. Paulo, & Mosi visam diuinā essentiam fuisse, raptim tamen credit. Vt Iudæorū legifer Moses, & doctor gentium Paulus, vel hoc nomine æquarentur &: si bi citat Augusti. cum sua sententiā facientem, & 22. q. 174. artic. 4. innixus auctoritati Augu. 12. super Genesim ad literā idē sibi sapit, Mosem Dei essentiā nudē vidisse: quia in Nume. cap. 12. citra ænigmata, & figuras, Mosem Dñm vidisse traditur. At verò si Moses per signa sibi accommodata Dei naturā cōtēplatus fuisset, utiq; nō dei essentiā videret in seipso: sed in forma Moisaicis visibus obiecta. Tamen si D. Tho. 1. p. q. 12. art. 5. hanc Esaiæ visionē asseuerat imaginariā fuisse, per species inquā obiectas Esaiæ, non qđ Esaias, qui ait se vidisse Dñm, domini essentiā palām viderit. Ego tñ plausibilis, & gratius mihi saltē duxerim, neq; Mosem vidisse Dei essentiā, neq; Paulū, quando in cœlum. 3. sefatur raptū, Non quod diuinā hoc potētiā subterfugiat, sed qđ scripturæ auctoritas Nume. 12. ad id credendū nō cogit, nisi ad sublimem quandā & raram Dei notitiā in Mo se cōcedēdā. Etenim aut nudā habere Dei visionem dum hīc agitur, meriti fuit Pauli, & Moisi, aut diuini muneris & gratiæ, si meriti quis cumulatio meritis quam virgo sacra, quæ Deum & hominem genuit? at virgo Deifera tanta visione apud nos degens non est donata. Quod si gratiæ

Esaias non vidit clarē ipsam Dei essentiā neque ceteri patres veteres.

Ad Heb. 1.

Virgo sacra in corpore mortali degens nudā essentiā Dei non vidit.

si gratia est quæ plena gratia extitit, cur in hac defecit? Si enim Moses quia legifer & Paulus quia doctor gentium, ad tatam ex Dei munere prouecti fuere celsitudinem, Maria quæ verum legiferum nostrum, verumque vniuersi tulit magi & ea quæ sub ipso erant, replebant templum.

strum, cur tanta esset orbada celsitudine? Nul-

Ad Gala. 3.

lus nanque sanctorum doctorum hoc ausus est asserere. Quid quod Stepha. Acto. 7. Mose Angelum colloquutum esse non Deum scripsit. Itemque Paulus ad Galat. de lege illa Mosaica verba faciens, illam inquit ordinatam fuisse per Angelos. Quæ facile docent Angelos sub specie quadam plena maiestate, & gloria apparuisse sanctis illis patribus, non Deum ipsum ab illis visum, neque stabiliter, neque raptim, dum vitam fluxam hanc transigebant. Itidemque nec patribus noui testamenti Petro, aut Ioanni aut Iacobo, quando in montis culmine diuini verbi humana facies ut Sol resplenduit, aut quando Paulus raptus in. 3. celum est. Etenim vel isti patres potiti sunt gloriæ lumine, etiam in illa visione momentanea aut non. Quod si lumine beatifico non fuere illustrati, ut viderunt Dei essentiam, quæ citra luminis huius operam ne mini contingere potest? ut vel ipse Theophylactus. 1. parte. q. 1. 2. arti. 2. Quod si illos hoc imbuebat lumen, cur non beati fuerint tantisper dum diuinæ claritatis intuitu frui dabatur? Quandoquidē lumen illud mentem beat. At dices quia fixum non erat. Hoc autem miraculo dandum est lumen gloriæ donari, & non fixum, cuius natura fixa est: etenim non labentis momenti est huius luminis mora, sed æterna. Quod ergo hæc miracula fingenda? quando scripturæ

Anima sola Iesu Christi mortali carne degens sola Dei cōreplata est claritate naturæ.

autoritas, itemque Ecclesiæ disciplina ad sic credendum neminem adigit. Solius ergo Iesu Christi anima patula diuinæ naturæ visione fruita est, adhuc apud nos agens & vitam mortalem ducens, qui solus viator

erat & comprehensor. Porro Esaiam audiamus. ¶ *Et ea quæ sub ipso.* a) Alius legit & fimbriæ eius replebant regiam. Id est vestimentorum diuinorum fimbrias adeo Esaias protensus vidisse, ut templum repleant. Quod si non referas ad infimas oras vestimenti, quo indutus ostendebatur Angelus Esaiæ diuinas gerens vices, poterit ad oras tapetis referri, quo ornabatur solium illud eleuatū & præexcelsū. Quæ sese pandentes templum illud imaginarium, quod spectabat Esaias opplebant. At verò si nostram lectionem sequamur. ¶ *Ea quæ sub ipso erant.* Aut reddendum erit sub ipso solio, aut sub ipso Deo: verum vniuersa deo subsunt, & solio sue celsitudinis omnia parent. Num ergo creaturas omnes repleffe templum interpretabimur? Aut quid per templum hoc intelligendum quæret aliquis? num cælum? Atqui cælum, seu ciuitas illa cœlestis quam Ioann. vidit Apoc. 21. templo carebat: Et templum non vidi in ea, Dominus enim omnipotens templum illius & agnus: & rursum quod templum modo dixit Esaias domum eam intelligit, quam mox dicet, domum esse plenam fumo. At cœlestis illa habitatio, procul est ab omni caligine fumi, quam neque Sol, neque Luna illustrant, sed Dei claritas, & lucerna eius est agnus. Apoc. 21. Atqui loco huius, *quæ sub ipso erant.* Simachus & Theodotio verterunt, quæ sub pedibus eius erant, replebant templum. Nō (ait) quod Dominus replebat templum. Nam. 3. Regum. 8. Cælum & cœli cœlorum Dominum capere non possunt. At quæ sub pedibus eius, illa inquit repleffe templum, utique Salomonicum, cuius figuram atque spectrum cernebat Esaias. Insinuatur autem sermone isto, sedentem Dominum non solum templum illud, quod angustum erat diuinitati capiendæ, verum totam rerum vniuersitatem implere. Id quod psaltes docuit, Si ascendero (ait) in cælum tu illic es: si descendero in infernum ades. &c. Et Philosophi balbutiendo hanc vniuersalem Dei assistentiam resonabant dicentes,

res, omnia esse plena Ioue. Et Zeno Deū in omnia permeare dicebat, & intellectua libus esse intellectum, uiuentibus vitā, & ita in singulis discurrebat rerū generibus. Quare ut hoc innueret Esaias uidisse se in q̄t quæ sub sedē te erāt, templū replere. Quasi dixisset euidenti-
 tius, si quæ sub pedibus Dei tēplū implēt: quid quod sedens supra templum ipsum in folio magnificentissimo vniuersa impleat?

¶ *Seraphim.* ^a) A verbo Sarat arsit, aut combussit, seraphim ardentes dicuntur. Et quanquam omnes Angeli amore diuinæ bonitatis ardeant, ut Psal. tradidit. Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem, at vero Angeli supremi, quos primo radij diuinæ claritatis imbuunt & quos charitas diuini feruoris, aut feruor diuinæ charitatis primum accendit, hoc sibi veluti antonomasticē vsurpāt nomen, Seraphim seu ardentes, isti describuntur stantes supra templū aut ut Septuaginta voluerunt, stabant in circuitu eius, id est, throni, aut sedentis supra thronum. Sanē in circuitu, ut ministraturi Deo viuenti, ad quod ministerium equidem sancti angeli sunt paratissimi Danie. 7. Millia millium ministrabant ei, &c. & Apocal. 5. Sed ait aliquis, Et quid Seraphinorū meminit, alijs vniuersis angelicis choris tacitis, quādoquidem omnium diuinitati est ministrare, diuino quæ throno. assistere? Cæterum Seraphinorū duntaxat mentionem in hunc locū

ingerit. Etenim illi (ut sæpè memoratum à me est) sunt primi dignitate cæteris omnibus angelicis choris antestātes, sanctissimi quæ beatissimæ trinitatis fulgores maxime & primo excipietes, quippe qui omnium sunt angelorum capacissimi. Quā

ob rem cum consona, canoraque altisonaque voce essent clamaturi maximum & sacratissimum omniumque arcanorū Dei reconditissimum arcanum, quod vnitatis diuinæ Trinitatisque est mysteriū, idcirco quæ maximarum mentium maxima est docere, Seraphim altates introducuntur, circum circa solium sedentis Dñi vniuersorum. ¶ *Sex ale.* ^b) Pennatos Seraphinos describit: quos alio

q̄ sine penis capite & pedibus credimus: quippe spirituales sunt. At sub ænigmatico typicoq; sermone, Angelicam perspicaciam insinuat, & quam celerem habeant in intelligēdo promptitudinem insinuat, ut supra diximus. Vnde & pictores nostri illos quosq; pēnatos pingunt, etiam si Seraphinos vultibus solum alatis fingunt: cum tamen Esaias illos capite & pedibus præditos in sua aspexerit visione. At id consulto fit à pictoribus ut inter Seraphinos, & cæteros discriminent Angelos. ¶ *Sex ale.* ^c) supra expressimus, numeri huius rationē Hieron. sequuti. ¶ *Duabus.* ^c) Diximus ex Hiero. sententia ambiguum esse Hebræis lectionem: aut quod velabant sua capita, suosq; pedes angeli: aut q̄ sedentis caput & pedes alis obumbrabant. At hanc posteriorem lectionem amplectimur modo, quanquā re vera puteus hic altus est, & humana mens (si nō alterius) mea certē sententia nō habet satis virium, ut ex profundo hoc puteo, aquam germanissimi sensus hauriat, & legētibz propinet hauritā. Verū ut ut potuero re aperiam: Et illud iā perspicuum est, sub metaphora capitis velati, atq; velatorum pedū, nō nihil grande ex visione tanti spectaculi polliceri. Siquidem diuinitas neque caput, neque

Seraphinorum pictura vnde originē duxit.

Ioan. 4.

Ioan. 4.

Tom. I. O pedes

Sarat id est arsit vnde Seraph. in de Seraphini, id est, ardentes.

Dignitas Seraphinorum ceterorum celsitudinē vincit angelorum.

pedes habet: Spiritus enim est. Quidam ergo ut demonstrauimus, velatum putat caput Dei esse latentia secreta ante mundi fabricam, velatos autem pedes diuina secreta que post mundum consummatum patebunt, quæ latent nos modo: nam quid venturum sit ignoramus. At ante mundi fabricam, (ut istis hoc obijciam) nos non fugit nihil præcessisse, excepto Deo, qui est ante omnia secula: nisi velis Diuo Hieronymo. & Græcis quibusdam hæere doctoribus Angelorum creationem priorem fuisse mundano opificio. Tunc enim verè nos latuisset, quot seculis præcessissent angeli, tempora nostra, id est, nostri orbis subsistentiam. At hoc schola docta Theologorum iam non recipit, & ecclesia Dei contrarium decernit. Itidem post mundi consummationem, scimus cælum futurum nouum, & terram nouam: neque irrequieto agitur cælum motu: neque erit materia consummato seculo generationum, & corruptionum mater, atque conceptaculum, aliaque multa, scimus id temporis futura, quæ de hac re Theologi doctores tradiderunt: quæ sanè ex sanctis scriptis didicerunt, de beatorum perpetua gloria, deque reprobatorum infinito cruciatu. Fortassis igitur alia si tentemus via alium huius visi eruemus lucidior sensum. Caput Seraphim tegunt, pedes tegunt, medijs Seraphim volant alis, neque omnino tegunt volantes, neque retegunt. Caput ergo principium cuiuslibet rei signat, ut pedes finem. Est autem in beatissima Triade principium, est medium, est denique postremum, non quidem primum tempore, aut dignitate. Nam in hac Trinitate nihil est maius, aut minus, prius, aut posterius: quippe sunt tres personæ sibi coæquales, & coæternæ: at in ordine numerandi Pater primum numeratur: dein Filius, postremo Spiritus sanctus. Iam ergo Patrem quidem Seraphim velant, & Spiritum sanctum velant, Filium autem mediam personam, neque prorsus obtegunt, neque prorsus referant. Etenim tota Trinitas est in-

comprehensibilis, etiam ab ipsis sacerrimis Seraphinis: volat namque super pennas vectorum, siue Angelicorum spirituum, & sedet super Cherubin, omnemque scientiæ plenitudinem creaturarum superat. Quapropter Pater incomprehensibilis est, atque Filius, atque Spiritus sanctus. Porro filius Dei verbum propter carnis assumptionem mundo se conspicuum, palandum, & contrectandum hominibus dedit. Quod vidimus (inquit) Ioan. nostris oculis, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ, & vita manifestata est, & vidimus, & testamur. 1. Ioan. 1. & 1. ad Timotheum, 3. Et manifestè (ait) magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, &c. Neque tamen omnino sacramentum hoc reiectum est: siquidem Christus ut Dei verbum incomprehensibile est etiam à Seraphim, ne dum ab alijs mètribus. Quamquam ex carnis commercio comprehensibilis factus est, ut Gregorius inquit. 17. Moria. cap. 14. Istud ergo est medijs alis volare circum circa sedentem in throno, partim tegere partimque retere. Quia media persona, quæ filij est, quæ verbum est incomprehensibile, quæ homo est dedit se manifestum omni populo ante mortem suam, & post illam non omni populo, sed testibus necessarijs à Deo præordinatis. Quod autem alter alterum clamoribus mutuis ad diuinas sese prouocent laudes, mysteriaque Trinitatis resonent, diximus iam quid velint. At verò non ineptiret qui quæreretur. Quid ergo Sanctus, Sanctus, Sanctus resonant, non tamen iustus, iustus, iustus, aut sapiens, sapiens, sapiens, & ita in cæteris? Dicerè ego hoc eò factum, quo personarum originem, id est, verbi à Patre emanationem, & paracleti ab utroque processione, non originis, aut generationis naturalis instar esse, insinuant. Hæc enim coitu celebrantur, & semine Sapientiæ. 7. non ita illa ineffabilis filij à patre generatio, ut Dionysius vocat libr. de diuinis Nominibus. cap. 2. Cuius verba sunt, Primordia lis & fontana deitas est Pater, Filius verò, & Spiritus

Psal. 17.

Extra de summa Trinitate & fide Catholico. cap. firmiter.

non idem est
- ubi quæ
- ubi quæ
- ubi quæ

Alia visi gloriofi expositione.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Idem autem
- ubi quæ
- ubi quæ
- ubi quæ

Acto. 10.

Pulchra
quæstio.

2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Dionysius
exponitur.

& Spiritus sanctus fecundæ deitatis (si fas est dicere) germina plantata diuinitus, & veluti flores supersubstantialiaque lumina. Quæ verba ne te fallant observa, nō eo dictum Spiritum sanctum germen esse Patris, quia à Filio non procedit, aut quod à Patre Spiritus sanctus generet: id quod repudiat sancta Iesu Christi Ecclesia. At germen Patris dicitur Filius, quod à Patre æternum ortum vel generationē, germinationem ve habet. Spiritus verò germen appellatur quoque à Diony. at non pari ratione. Non enim nascitur Spiritus sanctus à Patre & filio, ne duos cōgāmur fateri filios. Verū quia dimanant aut emanāt à fontana Patris deitate & Filius, & Spiritus sanctus eatenus germina plantata diuinitus à Patre, Dionysius appellat. Quanquā est germinationis huius discretus modus. Filius germinatur à Patre nascēdo, ante secula: Spiritus sanctus à Patre & Filio germinatur non nascendo, at æternō procedēdo. Vtrāque igitur emanatio est sanctissima nihil sapiens carnales voluptates, quas coitus maris & foeminae dōnāt. Quam ob rem & Pater generans sanctus, & Filius genitus sanctus, & Spiritus sanctus ab vtroq; spiritus sanctus. In alijs autē diuinitatis nominibus, vt iustus, potēs, &c. quæ protulimus harum emanationum sanctitas non insinuat. Quapropter Seraphim non illas voces, iustus, aut potens, aut sapiens, & id genus, sed Sanctus ter proclamāt: aut fortasse quod omnium attributorum hoc est vnum, quo sibi maximē gratulat Deū. Ipse enim sanctitatis est fons & origo, vnde & humana corda sanctificantur, & mundificantur, vt diuinæ claritatis capacia reddantur. Beati (ait Dominus) mūdi corde: quoniam ipsi Deū videbunt. Et sanctimoniam sectādā Paul. ad Hebr. 12. monet, citra cuius opē æternis potiri gaudijs fieri non posse affirmat. Aut forsitan non desipies si dixeris ex eo sanctus sanctus, &c. resonant Seraphim, quod sanguine Iesu Christi sanctificāda erat humana natura, vt habilis redde-

retur & docilis tanto Trinitatis mysterio discendo. Prius enim in cruce piacula nostra dominus sanguine suo fuso deleuit, & triumphator mortis de sepulchro ascendit, & in tribunal scandit coeleste Patris, quam Trinitatis gloria mundo euulgaretur. At verò quod Trinitatis gloria in nationes sit spargenda in clausula Seraphici clamoris additur & perspicue ostenditur. Plena (ait) est omnis terra gloria eius, non Iudæa solum, de qua olim dicebatur, Notus in Iudæa Deus, & in Israel magnū nomen eius: imò plena est vniuersa terra maiestate eius. Nam in omnem terram exiuit Apostolica prædicatio. Quare diuinitatis gloria, quæ erat priscis temporibus occultissima, scilicet quod cū vnitæ naturæ indiuiduæ, Trinitas personarum subsistat, post Domini crucem in omnem orbem iam dilata est. Veracissimē igitur ter sanctus voce Seraphica Deo acclamatur: & quod genus humanum, verbum caro factum sanguine diuino suo sanctificauit. Est enim sanctum quod est sanguine consecratum: & Pater sanctificauit quoque filium suum quando legauit verbum suum, tanto, quod diximus, absolueno operi in orbem terrarum legauit. Ioā. 10. quem pater ait sanctificauit, &c. Et Spiritus sanctus demum sanctificator est noster, quippe cuius opera sanguines defæcatur almæ virginis Mariæ, vt Deus Deiq; filius ex intemeratis visceribus corpus animatum rationali anima indueret. Tandem vt semel dicam hoc sanctificationis ad extra opus beatissimæ Triadi commune est opus. At verò itidem sanctum appellamus, quod inuiolatū & ab omni iniuria est munitum. Vnde & leges sanctissimas & mūla sanctissima vrbis iura ciuilia vocant. At verò quid inuiolatus diuinitate, Trinitatisque maiestate? quid ab omnibus iniurijs munitius? Non accedet ad te malum neque flagellum appropinquabit diuino tabernaculo tuo Psalmus. 90. dixit. Vt ergo hæc vniuersa insinuarentur, propterea trina, sanctus, vocis repetitio-

ne diuinæ celsitudinis personarum Trinitatē Seraphim altisona proclamant voce. ¶ *Et commota.* ^a) Seraphicæ vocis vim grādemque efficaciam demonstrat Esaias, quæ super templi verticem resonans, templū quod in spiritu Esaias spectabat concussit, & tremulum fecit. Commotā sunt superliminaria templi, inquit, quæ vtrique non commouerentur nisi templi fundamenta vehementer quaterentur: nō machinarum impulsibus violentis sed Angelicæ vocis mira resonantia. Septuaginta euidentius istud expresse-
runt: iuxta quos legimus, & eleuatū est superliminare à voce qua clamauerūt nepe angeli. ¶ *Repleta.* ^b) Quod dixerat templū, domū nunc dicit, quippe, quod Domus Dei est, hanc ait esse oppletam fumo. Docet nos liber. 2. Reg. cap. 22. Deū inclinasse cœlos & descendisse, caliginemq; esse sub pedibus eius. Vtrique satis cōgruit Dauidicus sermo propheticō verbo: Inclinauit cœlos, quādo suos angelos purgatu-
ros Esaiæ polluta labra destinauit. Ipseq; descendit quādo super solium excelsum, & eleuatū propheta noster illum tremulus intuetur, caliginemq; sub pedibus habet quādo domus illa (quæ templum erat) tota caliginosa exhalatione fumabat. 2. Paralipo. 6. aduertit, domum illam diuinam à Salomone dicatam deo: atque inter dedicandum, ignem de cœlo descendisse, maiestateq; Domini, id est, maxima & incredibili claritate domum illam claruisse. De fumo tamen nihil meminit, sed ignis & claritatis, nunc vero fumi. Fumus autem vindictæ & minacis furoris Symbolum esse Psalmus indicatus nobis patenti est indiculo. Ascendit fumus de naribus eius, ignis de ore eius vorabit: carbones succensi sunt ab eo. Quare non ineptè fumum hunc tem-

Et cōmota sunt superliminaria cardinum à voce clamantis, & domus, ^a repleta est fumo. ^b Et dixi, ^c

pli diuinam in Iudæos ultionem minari dicemus: aut quia fumus nebulosus est, & caliginem secum conuehit, cæcitatem illius populi & oculorum caliginem in cognoscendo vero Christo fumum hunc præferre dicemus, aut deniq; quod omnes homines infirmas putamus oculorū gerimus, & veluti caligine offusas, ad Dei maiestatem contemplā-

Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego

tenet vultum solij sui & expandit super illud nebulam suam. Solus enim Deus est sibi notus exacteque semetipsum ipse comprehendit. Idcirco solus ipse tenet vultum solij sui: qui solus comprehendit quā magnifica sit sua maiestas: & expandit nebulam super ipsum, quia comprehensio huius vultus angelos fugit etiam illos beatissimos, nedum homines. Vnde descensurus dominus ut Moysi loqueretur in monte, mons totus fumabat, & nube & caligine redditur aspectu terribilis. Exodi. 19. Hoc itidem Psalmus ille. 96. nos docet, Nubes (ait) & caligo in circuitu eius iustitia, & iudicium correctio sedis eius. Commotio autem templi, per expressam Trinitatis gloriam hoc per fidem Iesu Christi, populum illum Iudaicum exautorandum esse significat, legemque Mosaicam cum sua cæremoniarum ampullosa pompa abrogandam esse, templumque illud dissipandum indiculo nobis est. ¶ *Et dixi.* ^c) Tremuit templum angelica voce concussum: itidem tremuit Esaias, & culpam silentij sui recogitans de illa resipiscit & lamentationis verba pronuncians, Væ (ait) mihi quia tacui. Etenim diuinæ maiestatis visio nostræ turpitudinis, infirmitatis & miseriæ nos admonet: ut Elias, qui in sibilo auræ tenuis præsentiam diuinam aduertēs, operuit pallio vultum suum. Reg. 3. cap. 19. Conspecta namq; diuinitate, pu-

Dei maiestas quā maxime fugit mortales populos.

Consensus scripturæ prophetice, & historice.

Psal. 17. 2. Reg. 33.

det

det nos nostræ imbecillitatis. Et Gedeon Iudi. 6. Heu mihi Domine (ait) Deus quia vidi angelum Domini facie ad faciem. Et Manue Sansonis Pater. Iudi. 13. ex angelica visione pauidus moriturus se affirmat: & beata virgo Maria turbatur ex angelico sermone: & id genus alia, quæ sparsa in diuinis sunt literis illò pergunt, quò nos doceant diuina esse sublimiora humanis. Idcirco si humana ad illa rapiatur mēs tota proprijs destituitur viribus, & nisi coelitus adiuuetur in se minimè subsistere posset. Et Petrus domini contubernium reueritus ait, Exi à me domine, quia homo peccator sum. Et Adam dominum formidans ad auram post meridiem perambulantem, latibula sibi quærit vt cōspectū diuinum (sicut sibi videbatur) diffugere possit. Diuina igitur angelica vepresentia, horrorem homini turbationem salubrem; pudorem incutunt, & ad pœnitentiam inducunt, scelerumque nostrorum memoriā renouāt. Quare Esaias post visionem domini magnificam, post auditionem diuinæ vocis terribilem secum miserabiliter, clamat, vā mihi quia tacui: & suorum labiorum pollutionem confiteretur dicens vir pollutus labijs ego sum. Gestiebat Esaias maiestatem Domini visam laudare, & cum angelicis illis spiritibus suas misce re voces: at labra sua polluta aduertens, ne illi occineretur, quod Dauid cecinerat Psal. 49. Peccatori autem dixit Deus cur tu enarras iustitias meas, non ad diuinæ gloriæ commendationem, sed ad gemitus sese confert, dicens, Vā mihi quia tacui: & se pollutum fatetur, & populum illum eadē labe infectum esse demonstrat. At quæramus quæ pollutio hæc Esaiæ labiorum fuit, Nanque de populi pollutione supra. 1. capit. Prophetæ nos admonitos volens dixit, Blasphemauerunt sanctū Israel. Omnem enim pollutionem, blasphemie iniquitas superat, diuinæ scilicet maiestati conuiciari quā cœli pauent, Iob. 2. 6. idest (exponente Grego.) angeli contremiscunt. Porro qualis, aut quæ sit

Prophetæ huius labiorum pollutio non est in aperto: nisi quod nō loquutus Esaias fuerit quod oportebat eum loqui. Idcirco (ait) vā mihi quia tacui. Erit igitur alterū horum, aut quod in obiurgando populo contumaci segnis extiterit, aut quod regiam Ozia personam reueritus (non ausus regem increpare) tacuerit, & tantum regis sacrilegium nefandumque facinus digna sermonis castigatione nō corripuerit. Et hoc Hiero. allubescit vehemētius: quanquam siquidem dominus ipse lepræ supplicio mirabili regiū facinus vltus est, non videtur vitio prophetę dandum, si in regem non animaduernerit. Non enim egebat predicatoris correptione, id quod dominus cœlesti miraculo corripuerat: & non solum corripuerat, imo & correxerat, quale quale fuerit Esaiæ peccatum Hiero. in Comment. huius loci non mortale putat fuisse, sed eò se pollutum tradidit falsum esse Esaiam humilitate plus ad monente, quam culpa grauante: vt pollutio sit propriæ indignitatis confessio, vt suas cum sanctis angelis domini Sabaoth miscuisset laudes. Aut pollutio eius populi erat, quam sibi tribuebat, quia in medio illorum Esaias erat. Quare secundū Hierony. sensum hunc non semper, vā, in scripturis exitium significat æternum, quauis diuersum glossę & multis alijs pro decreto est. Quanquam vt meus fert animus in hac re non multum olei, aut operæ infumendum est, vt Esaiam à culpa criminali asseramus. Nanque si in ecclesiæ columna Petro, lapsum fatemur, ecquid si in Esaiā omissionis peccatum in non obiurgando vel rege, vel populo, cui tamen obiurgare incumbere credamus? Imo & infra cap. 43. Dominus ait, Ego contaminaui principes sanctos. Quippe Moses & Aaronis lapsus legimus Exo. 32. & Nu. 20. Quapropter nihil mirum si confessio hæc Esaiæ non humilitatis sit, sed veritatis. & Daniel. 9. confitetur peccata sua, & populi sui. Ita & Esaias & sua culpat silentia, & populi labia polluta esse demonstrat.

Vā nō semper exitiū æternum in dicat ex Hiero. colligitur.

Lucæ. 5.

Genæ. 3.

Cur Esaias pollutus labijs.

De blasphemia lege ca. 1. dilucidationum.

¶ Et regem. a) Dixerat, vā sibi, dudū quod silentia non fregerit. At huius vā nulla admiratione teneor: at quod vā sibi quoque dicat, quia regem dominum exercituum viderit, hoc est quod anxium me tenet, meque non modo dicē sollicitat.

Etenim diuinus cōspectus, quo fruebatur Esaias non vā erat, at solatij prophetici. Nisi eō do-

luisse vatem dixerimus, quō is, qui tanta gratia se donatum aspiciebat, vt dominum oculis suis videret, pollutione labiorum impeditus, dignas diuinæ celsitudini laudes promere nequibat: quia sciebat non esse speciosam laudē in ore peccatoris. At ais, si peccato erat Esaias inquinatus, vt ergo dominum videt? Diximus satis visionem hanc beatam non fuisse, sed imaginariam dūtaxat, id quod gratiam gratis datam vocitant, vt & propheticum lumen, quā valent exhiberi tam inculpatis, quam culpatis hominibus. Paulus exemplo præito nobis est. Acto. 10. Qui sub ipso feruore (vt ita dixerim) culpæ diuina circūfunditur luce, christique voce de cælo tonante, terretur, & territus de agendis à Domino eruditur.

Quid quod Esaiæ dominus ostendatur q̄ humano forsan timore correptus, taciturnitatis vitio laborabat. **¶ Et volauit.** b) Post peccati confessionem purgatio cōsequia est. Confessus Esaias fuerat labiorum suorum reatum. Angelus alter ex duobus Seraphinis volat ad Esaiā, & ardentē de altari tulit calculū, quo labia pphetica tāgens mundat, & mundum illum ex calculi igni tactu, solatorio verbo esse demonstrat, dicens, En tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua. Septuaginta interpretes non calculum, sed carbunculum legunt, anthracē: & vox Hebræa risepha, aut rasat carbonem viuū: aut ignitum significat. Hieronym. verò in. 2. Epistola ad Dama-

sum calculum hunc lapidem durissimum esse voluit, leuem atque solidum, & denique rotundum. Et demum Hiero. Septuaginta interpretes, qui carbunculum tran-

stulerunt, non intellectos voluit de carbunculo, hoc est & in manu eius calculus, quē forcipe tulerat de altari. Et tetigit os meum, & dixit,

Itaque purgatio polluti labij non carbone celebrata est, aut carbonibus ignitis, at lapillo rari pretij, qui est carbunculus. Credit autem Hiero. non fuisse Seraph hūc qui volauit purgando Esaię, vnū de duobus, sed vnum de multis. Etenim ex Septuaginta interpretum lectione, Et Seraphim stabant in circuitu Throni, non duo esse colliguntur ab Hieron. sed plures: Quandoquidem si duo solum modo astitissent, vt essent in circuitu? Quanquam ipse contextus, ni fallor, duos esse indicat: & non plures Seraphim. Etenim duo describuntur quibus fenæ, & fenæ, erant alæ: at si plures erant duobus, quot alæ eorum? Quod verò in circuitu Throni duo consistant si quis claritatem Seraphim & virtutis magnitudinem, expenderit, non hæsitabit duos in circuitu Throni astitisse. Si vna etenim lux sedentem circuit, & duæ quid ni? Seraphici autem spiritus veluti lumina quædā sunt splendidissima. Cur autem duorū cōmeminit solum modo qui ex numerosissima Angelorum illa multitudine referuntur. Dixerim, quia Seraphim sunt veluti principes angelicæ militiæ. Suffecit ergo duos retulisse principes, sub quibus reliquorum numerus comprehenditur. Quid quod aliorum angelorum frequens est in scriptura mentio. Volauit igitur vnus Seraph, & tulit calculum de altari. De altari incensi intelliges si libet, siue holocaustorum. Id quod Septuaginta theiastirion

Qualis fuit calcul' purgatorius labiorum prophetorū.

Antrax risepha rasat.

Thifiaſtitiū
altare holo-
cauſtorum
aut ſacrifi-
ciorum.

vererunt. Est autem thifia Græcis victi-
ma, sacrificium aut hostia. Vnde altare ſa-
crificiorum videtur ab interpretibus Se-
ptuaginta intellectum. Et aptè ſatis de al-
tari, vbi cæduntur victimæ in peccatorum
remiſſionē car-

bunculus purga-
torius prophete
à peccato defu-
miſ. ¶ *Ecce teti-
git hoc.*^{a)} Vnus
Seraph eſt, qui
calculo cādenti
labra Eſaiæ tan-

Ecce tetigit^a hoc
labia tua, & aufe-
retur iniquitas
tua, & peccatum
tuū mūdabitur.

gens dixit, Ecce tetigit hoc labia tua, & au-
feretur iniquitas tua, & peccatum tuum
mundabitur. Porro ſi veniale peccatū eſt
Eſaiæ quod mundatur ab angelo, aut hu-
militatis eſt Eſaiæ confeſſio illa, vā, mihi
quia tacui, &c. Cur Seraph inquit modo,
mundādā calculo iniquitatem & pecca-
tum Eſaiæ abſtergendum? Etenim iniqui-
tatem quis dicet venialem lapſum eſſe? ve-
niale utiq; iniquitas nō eſt. Et ſido namus
Hiero. vā, hoc Eſaiæ non criminis eſſe ar-
gumentum, ſed propriæ imperfectionis
apud Deum recognitio, atque exaggeratio,
iuxta quem modū Paulus exaggerās
etiā humanam miſeriam: Infœlix ego ho-
mo (ait) quis me liberabit de corpore mor-
tis huius ad Roma. 7. verum ſi hoc damus
quomodo ſint habenda verba hæc auferetur
iniquitas tua non perſpicuum cuius
erit, nam ſi contendis cum Hiero. Eſaiam
à culpa aſſe ere: non patebit vt aſſeras niſi
velis per iniquitatē nō grandem reatum,
ſed leuiorem ſubaudire, vt ſint in iniquita-
te gradus, vt & in peccato. Id quod confeſ-
ſum videtur fuiſſe Hiero. Verum hæc nō
meum abſoluunt animum: latet enim me
quò tantus pertinebat in expurgando E-
ſaiæ apparatus, ſi leuicula Eſaiæ culpa erat?
Vnus nanque Seraph volat, ad altare acce-
dit, de altari forcipe carbunculum cādenti-
tem accipit, labia tangit Eſaiæ, verba pro-
mit. Ecce hoc, ideſt, per hunc ignitum car-
bunculum auferetur iniquitas tua. Vniuer-

ſa hæc vt venialis lapſus donetur celebran-
tur? non puto: citra tamen melioris placiti
iniuriam. Hic tamen pauliſper mecū gra-
dum fige & adumbrata cernes Chriſtiana
ſacramenta, quæ verbo conſtant, & ſenſibi-
li ſigno. Seraph verbum audisti, Ecce hoc
auferetur iniquitas tua: & ſignum ſenſibi-
le calculum arreptum de altari ſeu prunā
legiſti. In Moſaicis vero ſacramētis, ſi quæ
erant, verbum cum ſenſibili ſigno non iū-
gebatur. Neque enim circunciſio ſub
præſcripta verborum à Deo forma cele-
brabatur, aut ordo, quem eſſe apud illos ſa-
cramentum nonnulli ex ſcholastica fami-
lia cum Durando aſſeuerant. Quæres for-
taſſis, quid eſt, quod auferetur & mundabi-
tur Seraph ait: & non eſt vſus præſentis tē-
poris verbo. Non enim ecce hoc mundat
ait: fortaiſis eo factū vt ſupremam pecca-
torum mundationem à Chriſto celebran-
dam inſinuaret Seraph. At verò Hebraicè
idem eſt ac ſi dixeris huius carbonis flam-
mantis cōtactus, erit tibi in teſtimonium
tuæ expiationis, certamve atteſtationem,
à te iam culpam receſſiſſe, expiatumq; eſ-
ſe tuorum labiorum piaculum, nam conti-
nuo Eſaias expiatus eſt. Diximus autē ſæ-
pe labiorum peccatum, quod accipe non
quod in labijs macula conſiſtat, nam cul-
panda eſt mens non labia. Mens tamen
Eſaiæ (quippe quæ labia ſuo imperio, non
mouit, vt diceret Hebræis dei iuſſa oppor-
tuna) ream ſe cōſtituit. Idcirco labiorum
eſſe reatū per ſynecdochē diximus. Vt au-
tem Chriſti Apoſtoli per linguas igneas
purgatiſſimi euaserunt, & inſtructiſſimi,
digniſſimi que, qui euangelicū munus obi-
rent, Actor. 2. ita Eſaias igne purgatus di-
gnus, qui prophetico fungatur munere
euasit. Ignis verò & habet ſplendorem &
puritatē: quæ duo Eſaias per carbonis igni-
ti viſibile formā, perq; ardentē flāmātēq;
angelū adeptus eſt, & puritatē à peccati la-
be & ſplendorem prophetici luminis.

¶ Iam vero grauior nos impetit ex hoc lo-
co dubitatio. Si modo Eſaias mundatur &
legationi diuinæ obeundæ, ſeparatum cre-

ſacramentū
vmbra
præceſſit in
Eſaiæ viſio-
ne.

Synecdoche
in ſcripſura

Cōſenſus E-
ſai. cū actis
Apoſtolicis

An Eſaias
prophetare
orſus eſt à
viſione, &
cap.

dens, mox dicit, Ecce ego mitte me. Igitur propheticum munus ab hoc spectaculo viso coepit exercere. Quod si hoc dones, ecquid quæ præcesserunt in quinque capitibus superioribus verba scilicet durissima in populū illū vibrata, Polutis labijs Esaias psequutus est? Nicolaus Liranus traditionibus Hebraicis fidens (nanq; Hebræorū quorundā in hac re placitum sectatur) putat pphetici muneris administrationē tūc demū coepisse, quādo spectaculo magnifico pmissio à Deo legatio increpādi populi cōmittitur, vt hoc capit. quiuis dispicere vallet. Neq; Nicolao oppedit, tot verba spectaculū hoc atq; legationē præcessisse. Nā moris est scripturæ, plepsi vti, & quæ primo numerantur posterius gesta esse. Sic quoq; quæ prioribus capit. recēsetur prophetica verba, hoc sextū caput, consequuntur tempore, etiam si præcedant scripto. Burgenfis hoc Nicolai inuētum, aut aliorum carpendum duxit. Qui putat secundū sermonis consequentiā propheticum obuiisse munus Esaiā & quæ primo relata loco sunt prius quoq; prolata fuisse. Ego tñ dicerem si Nicolaus vera dixit, vt ergo Esaias sub Ozia rege prophetat? Nanq; si gestū cap. 6. dedit Esaiæ pphetādi initiū, vtiq; ante gestū hoc Esaias nō prophetat. At verò gestū istud sub Ioathā, Mortuo Ozia, refertur, vt patet in eius initio. In anno, inquit, quo mortuus est Ozias. &c. Quapropter crediderim nullā esse prolepsin hac in re, Sed quod legatiōis hoc loco officiū Esaiæ à Dño imponatur. At fortassis idē sic factum refert: quoniā primā

legationē sub Ozia nō ita solerter, & audacter, Esaias exequutus est, vt hāc quā caput 6. cōmemorat vt Eli quāquā filios suos retrahētes populū à sacrificijs obiurgasset: at verò quod nō tā acriter atq; durē rē pro

& nolite cognoscere. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne fortē videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo itelligat, & conuertatur, & sanem eum.

sequutus est, ppter ea à dño punitur. Obstinata nāq; mēs, nō blandis, imò minacibus nō quatiū sæpe verbis. Quare & Paulus increpandos subditos voluit, & opportunē & importunē, & durē monet in eos agēdū, quādo illorū contumacia illud exegerit. Huius ergo

causa vt rē Esaias exequatū diligētius quā hactenus exequutus fuerat, ideo mundatū modo à pristina negligētia, & nouē illi p̄dicādi aut pphetādi munus iniungit. ¶ *Et audiui vocem.* a) Vox hæc vox est dñi Sabaoth, gloriose sedētis ī solio præexcellso: q̄ sequit. ¶ *Et dixit, quē mittā & quis ibis nobis.* b) Supra dedimus expositū. ¶ *Et dixi ecce ego mitte me.* c) Moses legationē Exo. 4. ad Pharaonē repudiat: seq; ī circūcisum labijs excusat. Hierē. c. 1. se puerū esse nesciē tē legata proponere, itidē excusat: ne legatione fungatū in gētes. At Esaias iā abstersus à macula, labijsq; repurgatis onus non recusat, imò potius vltro sese muneri obediēdo offert. Dño nāq; dicēte q̄s ibis nobis? ipe ait, Ecce ego paratū sum, idoneusq; ex tua grā dñe, q̄ hoc munus exequar, mitte me igit. Mosē culpa homicidij, detinebat, quo minus iussa dñi legataque impleteret. Hieremias ætatis ifirmitatē impedimēto sibi esse cēsebat, ne in gētes legatū dñi nūtiaret. At vero, ī Esaiā nihil erat q̄ missiōi oppediret. Quare vltro se offert vt iussa exequatū diuina. ¶ *Et dixit vade.* d) En tibi

Prolepsis in scriptura.

ad hoc caput

ad hoc caput

ad hoc caput

2. Ad Tit. Ad Titū

Exod. 4.

bi

Instrumentum nouum
sepe quæ ac-
cipit ex ve-
teri non ad
verbum re-
fert.

bi legationis functionē. Quæ verba sunt
reperita satis, in diuinis literis. Matth. 13.
& Marci. 4. Ioan. 12. Actuum. 28. Quan-
quam vt iam diximus abundē superius, ali-
ter in nouo instrumento hæc verba indi-
cantur, quam in

hoc suo fonte le-
guntur: id quod
cōsilio Spiritus
sancti gestū ef-
se, non hæsites.
Nāq; quod im-
peratiuo, & ve-
luti precatorio
modo apud Esa-
iam legimus, in
euāgelicis literis

indicādi modo, & nō præcipiendi modo,
scripta esse cernimus. Cui accedat quoq;
eundem Spiritū sanctū, qui dictabat Esaie
verba hæc, dictasse quoq; euāgelistis eadē
verba, mutata tñ forma, retētoq; propheti-
co sensu. De qua re lege D. Hiero. in libro
de optimo gñre interpretandi scripturas.
Et nos superius admonuimus imperatiuū
modū scdm̄ Hebraicū idioma vim habe-
re futuri excæca, aggraua. i. excæcatū ostē-
des oculis, & aggrauatum corde populum

Tēpus vsur-
pat pro tem-
pore & mo-
dam p mo-
do Hebrai-
ca lingua.

hūc, vt & familiare est pphetis, præteritis
vti p futuris, & tempus vsurpare deniq; p
tpe altero: vt supra, Ecce hoc auferetur ini-
quitas tua. i. auferi, aut ablata est iniquitas
tua. Et iā si alium sensum illi loco iam dedi-
mus: imò & latinissimis autoribus idem
vsurpatur leges Laurentianas elegantias.
Et dixi^a vsquequo Dñe.) Petit Esaias, huius
Iudaicæ cæcitatē, cuius meminerat perio-
dū, & Dñs illi respondet, *Vsquequo desolen-
tur ciuitates* b). Non sibi de re hac consen-
tiunt interpretes: quidam ad captiuitatem
Romanā referūt, quæ pro tenditur adhæc
vsque tempora, & protendetur ad diem
vsque postremum. Vrbes nanque, quæ di-
tionis Iudaicæ erant, desolatæ cernunt, id
est distractæ à Iudæorum ditione: & gens
Iudaica iam diu est, quod peregrina est: nā
sine propria & natali habitatione vagatur.

Quodd verò ait. *Et adhuc in ea decimatio* c),
Intellectū volūt, post deuastatos à Roma-
nis Iudæos, ex istis superstites euerfos fuisse
ab Aelio Adriano Romano Imperato-
reperactis annis. 50. qui legē tulit ne ciuita-

tur deserta. Et
lōgē faciet domi-
nus homines, &
multiplicabitur
quæ derelicta fue-
rat in medio ter-
ræ. Et adhuc in
ea decimatio^d, &

tē Hierosolymā
ingrederetur, vt
& alibi nos fu-
sus diximus.

¶ Alij verò ad ca-
ptiuitatē Baby-
lonicam locum
referunt, tandiu
id est Iudæos ex-
cæcandos, quan-
diu non preme-
rent Chaldæo-

rum iugo. Quippe ab illa captiuitate ido-
la non coluerunt nisi sub Antiocho vio-
lencia potius & metu, quam sponte. At ve-
rò Iudæis de post liminio reuersis, nouēq;
templo restaurato Zorobabelis opera: de-
cimæ sacerdotibus soluebantur: vt prius
ante captiuitatē illis legitimū erat. Alij ve-
ro ad decadē regū decimationē referre vo-
lunt. Nā ab Ozia ad Sedechiā, sub quo ca-
ptiuitas celebrata fuit decē reges fluxerūt.

2. Macha. 6.
1. Esdra. 3.

Adhuc, inquit, decimatio. i. post decadem
regū absolutā, captiuitati addigemini: vt
sit sensus postq̃. 10. tribus abegerit Salma-
nassar, seu depulerit in Mēdos superest ca-
ptiuitas altera quam expectabitis numero

4. Reg. 15.

vīorū regū absoluto. ¶ *Et multiplicabitur
quæ derelicta^d erat super terrā.*) Pro quo Se-
ptuaginta ediderūt. Et multiplicabunt de
relicti super terrā. Significatur autē sermo
ne hoc lōga futura esse tpa captiuitatis Ba-
bylonicæ: quæ ad 70. annos ducta est. Et
Romana prolixior est, quæ cū vniuerso fi-
niei. Quare ait, Multiplicabūtur derelicti
super terrā. Quia vacantes gnationi Iudæi
tot seculis necessario erant multiplicandī,
aut derelicti à Salmanassar tribus Iuda, &
Beniamin, multiplicatæ sunt ad tpa capti-
uitatis vsque, qñ post decadē regū abacti
sunt vt diximus. Aut multiplicabitur dere-
licta terra Iuda, qñ postliminio reuersi in

O 5 sua re-

sua remearunt Iudæi, patriosq; reuiferunt lares, & cōsuetas solennesq; Deo decimas obrulerūt. Et cōuerterūt se ad Dñm, nempe idolis proiectis, & vera vnius Dei religione citra labē obseruata. ¶ *Erit in ostēsiō nē a.)* Septuaginta erit in deprædationem vertent, sicut terebinthus, & sicut glās, qñ exciderit de teca sua. vox Hebræa Elah est, aut, Elon, p qua terebinthus translator noster reddidit, quercum etiā significat inter cætera significata. Quidā vertit sicut vlmus. Est autem sensus hic, vt vlmus, & quercus etiā folijs deciduis, verno accedēte tēpore itidē vernāt vestitræq; folijs fœditatis prioris tēpora noua frondiū supellectile tegūt: sic quoque tribus Iuda, atque Benjamin pressi captiuitate Babylonica velut emortuæ erāt: at verò nō desperāda erat reuiuiscētia. Eteñ dñs illos eduxit: & in Hierosolymā duxit: & illas rursus vestimentis gloriæ circūduxit, amissa restituēs, & diruta reparās. ¶ *Semen sanctum^b erit quod steterit in ea.)* Eteñ vt diximus ab illa Babylonis captiuitate idola respuerūt Iudæi. Ideo semē sanctū. i. gñratio sancta hoc loco appellantur. Nos inquit Paulus natura Iudæi & nō ex gētibz pētōres, id est idololatræ, ad Gala. 2. & Tobias, Filij (ait) sanctorū sumus cap. 2. Quia ex idololatrīs non ducebāt genus Iudæi, filios scōrū eos vocat. Se-

ptuaginta verò lectio nō cōsolatoria videtur, imò verius desolatoria. Nāq; erit (ait) in deprædationē terra illa, & sicut glans, quæ excutit̃ a teca. Glans autē excussa a teca sua nunquā regredit̃ in eandē. Filiorū quæ expandit ramos suos: semen sanctum^b erit id quod steterit in ea. Israel calamitatem futurā citra spem remedij significat: id quod patiunt̃ in præsētia Iudæi. At lectio nostra fauorabilis, & consolatoria est. Erit in ostēsiōnē, id est, exemplū accipiet a terebintho, & quercu, quæ tametsi excusserint sub bruma folia, at vernāte tēpore reuestiuntur. Sic & vos Iudæi in vřa captiuitatis pressura spem collocate in dño, q suæ erga vos clemētię ostēsiōnē pbebit &c. Est aut terebinth^o, celebris apud autores arbor, vt Plinius ex Theophrasto lib. 3. natur. histo. meminit pccerrimæ aut apud Damascū celebrant̃ nasci. Terebinthi autē refina, q̃ & terebinthina appellat̃, multi momēti in re medica esse æstimat̃. Neq; Hiero. lectio abhorret ab hac interpretū. Eteñ non legit vt nřa fert lectio, Sicut terebinthus, & quercus, quæ extēdit ramos suos, sed p expādit ramos legit, piecit fruct^o suos: & nō ostēsiōnē, vt nřa, sed erit legit, ī depdationē. Quippe tā terra Iuda, q̃ Israel cōferunt̃ qrcui glādifera aut terebintho, quæ tamen violentia hostili proiecerunt extra se glandes suas, id est, accolasmiserunt, aut vi excusserunt extortæ.

Terebinth^o
quid Plinio.

DE SENSIBVS TRO- pologicis ad Caput. 6. appendix.

TROPOLOGICA declamatio prima. De humana obstinatione, & cordis excacatione, cuius prothema est. Excæca cor populi huius. Esaiæ. 6.



Dignissima est, hæc quæ agatur materia, & quæ auidissimis excipiat̃ auribus, nō leuiter exigit. Nihilēñ tanti refert, quāti obstinatiōis scrutari causas, & originēs. Vt illā summa quoad licuerit deuote-

mus solertia. Quā ob rem vos admonitos volo, vt si vnquā mihi dociles aures, atque beneuolas, pręstitistis in pręsentia quā maxime pręstetis. At verò cōmodissima hæc versandi ex cap. hoc occasio nobis est quāquidē dñm Sabaoth audimus Esaiæ dicentem,

cetem, Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua &c. At perspicuū est Esaiā excæcare Iudaicas mētes, aut aggrauare cor da nō potuisse, imō neq; quibus hoīm, aut angelorū, nisi Deus solus. Quid ergo nun quid Deus excæcat quēquā? qui illuminat omnē hominē venientē in hunc mundū? De hac tñ re attigimus non nihil in dilucidatiōe ad primū Esaiā cap. de libertate humani arbitrij agentes. Porro autē vt verba p̄thematica edisseramus obseruabis in primis verbis Esaiā istis, Excæca cor populi huius. Plarāq; alia diuinæ musæ præfesserūt cōsimilia, quale illud est, Tradidit illos Deus in reprobū sensum, & rursū, ppter ea nō poterāt credere, quia iterū dixit Esaias excæcauit oculos eorū. Et alibi i Ecclesiaste cōsidera opera Dei quia nemo pōt corrigere, quē ipse despexerit, & alia innumera reperias, quæ idē sapiunt. Et primā, quā offerunt fronte, humanæ induratiōis Deū præfesserūt esse autorem. Et Pauli doctrina ad Roma. 9. ex prætextu sermonis ad hoc aspirat, quosdā em tradidit Deū indurasse, ad ostēsiōnē vindicatiōis iustitiæ, alijs vero pepercisse, vt diuitias suæ misericordiæ demonstraret priores ob hāc quā diximus causam, vasa iræ vocās, posteriores vero misericordiæ vasa appellās. Neq; respōsio illa cōis theologorū, Deū reprobare, aut indurare, aut excæcare, aut aggrauare, scdm̄ permissionē esse intelligēda, cum leguntur, vnde cūq; dubia oīa hāc eneruare videtur. Quandoquidem Di. Aug. libr. 5. aduersus Iulianum ca. 3. Indurationē (ait) non secundum permissionē esse, at secundum Dei potentiam. Versatque locum illum Exod. 9. Indurabo cor Pharaonis Augustiniq; si verba pēdis satis insinuāt indurationē, diuinū esse effectum, vt induratio est luti à radijs deuretibus solis. At verò si hāc Augustiniana verba vera sunt vbi in bonū atq; malū arbitrij nři flexibilitas, si à Deo obdurat effectiue ad malū? Ioā. Driedo. in lib. de captiui. & redēpt. humani generis varijs collatis, & in medium platis testimonij: post longā testimoniorū agita-

tionē illō deflexit sermonē, quō crederet Deū culpis humanis cōmerentibus, priuare hoīem auxilio particulari, quod sibi necessariū apprimē erat, saluti cōsequendæ. Atq; ad hunc modum vir alioqui doctissimus, Deū indurare, aut excæcare censuit. Quippe hoīem priuat illustratione sui luminis, aut diuinæ dulcedinis, & blanditiarū influxu propter cōmeritas priores culpas. At verò istud Driedonicum dogma meā fateor superat fidē aut vt rectius dixerim, huic placito fidē meā nō adhibeo. Et enim apud me rē difficillimā creditu duco, hominē viuēte quātumlibet onustū culpis necessariō sibi orbari auxilio, quo si velit ad salutē vtatur. Etem huius auxilij priuatio, quo minus peccator in Deū rediret impedimēto esset. Et qā huius causę meritū, vt nō leui versetur calamo poscit petamus an Deus hominem hoc particulari auxilio orbans, aut eō facit quia considerat, Deus hoc auxiliū salutare salutisve subsidium, homini huic obduratissimo in utile futurū, quippe qui in peccatis morietur suis: aut eō orbat quia scelera antea actæ vitæ, hoc cōmeritū supplicij exigebāt, vt tāto salutis adiutorio nō potiat, alterutrū elige, penes te sit electionis optio. Quod si primū ē duobus istis elegeris afferendū, obijciā tibi ecquid fidē hic facinorosus habet? ecquid spem? ecquid sacro fonte ablutus est? Si dñs nouit illi hāc oīa vana esse futura, cur Paulus clamat, Deus vult oēs saluos fieri, & ad agnitiōnē veritatis venire? Si hic quālibet criminofus fingat, fide à Deo donatus est catholica, & spe, & ceteris, quę retulimus, etiam si Deo perspicuū sit tandem inutilia illi futura hāc vniuersa (quippe qui reprobus erga Deū est) cur veretur Ioan. Driedo. auxiliū particulare sceleratissimis istis cōcedere nō video? Quid quod Angelica præsidia etiam infidelibus non negantur, quæ eos internis monitionibus in viā parent æternā. Quāquam certō sciamus infideles reprobos esse: & medicus etiam desperato morbo oīa quę suæ artis sunt præstat, nō quod persuasum habeat

Ioan. 1.

Roma. 1.

Ioan. 12.

Ecclef. 7.

Esaiā. 63.

Exodi. 4.

Ioan. 14.

Iosue. 12.

August. 1.

August. 1.

August. 1.

Egregia du-

bitatio, vt

August. ex-

ponatur.

1. Timo. 2.

Bella ex me
dicina colla
tio.

habeat p futura sed quod ex artis præscri-
pro, quæ ægris noxia nō sunt, tamen si nō
pfiat exhibere oporteat. Quāquā ergo
auxiliū hoc diuinū vanū Deo cōstet futu-
rum, cōclamatūq; iam corā Deo de pecca-
tore hoc, aut illo sit, at quæ sunt suæ ineffa-
bilis misericordiæ, artisq; in curandis aīæ
morbis diuinæ, illa nunquā non submini-
strat. Quæ si non iuuāt, nō nocēt. Si liberū
arbitriū nrm Deo, quod sui penſi erat nō
preſtat, Deus quod sui est nō negat. Vt vin-
cat cum iudicat, talenta distribuit homini-
bus suæ gratiæ. At verō à seruo malo & pi-
gro, qui vno recepto talento otio torpēs,
negotia cœlestia negligit, nō auferit talen-
tum dum viuit, at à morte rōne talentorū
subducta aufertur ab eo, & ei qui decē do-
natus erat talētis, tradit. Matth. 25. vbi me-
cum diu expēde non ablatū à dño talentū
esse à seruo inerte, qui tanto bñficio ingra-
tus, talēto est abusus, illud nō multiplicās.
Id quod facile colligit salutis præsidia om-
nibus cōcedi hominibus (subaudi necessa-
ria) neq; ab illis auferūtur interim dum vi-
xerint. Quāquā in salutis præsidij nō om-
nes pares sint. Quidā enim longē potiori-
bus sunt adiuti, quā alij, vt Paulus, Petrus
Magdalena, &c. At in necessarijs Deus
præſto semper est. Nam neminē excipit,
qui oēs vocat. De qua re paulō post nō ni-
hil attingemus. Quod si postremum dixe-
ris, præſidia salutis, siue adiutoria subla-
ta in culpæ pœnam: quid ergo est quod diui-
na oracula cōcordi voce clamāt, Conuer-
timini ad me & ego conuertar ad vos? Za-
cha. 1. Nolo mortē peccatoris, sed vt con-
uertatur & viuat. Nolo mortē morientis,
dicit dñs, reuertimini & viuite Ezech. 18.
Rursum ait, projicite à vobis iniquitates
vras, in quibus præuaticati estis: & facite
vobis cor nouū, & spiritū nouū, & quare
moriemini domus Israel? & Hierē. 3. Tu
autē fornicata es cum amatoribus multis,
tñ reuere ad me dicit dñs. Quia multa
idola colebat Hebræa gens, ideo fornicari-
am dicit cum amatis multis, & Ioelis. 1.
Conuertimini ad me in toto corde vestro

&c. Quæ & pleraq; alia, quæ præſta sunt
ex sacrarū musarū locupletissimo prom-
ptuario, in illū scopum incūbunt Deum
(quæ est viscerū suorum ineffabilis miseri-
cordia) oēs hoīes ad se pellicere, etiā con-
tumacissimos. Quod si auxilio sibi neces-
sario vt ad Deum reuertant, destituuntur,
vt poterūt conuerti? Si tractus diuinus de-
sideratur vt trahentur? Desperāda esset ab
huiusmodi salus. Scio dices nōnulli despe-
rant vt Caim & illi, de quibus Paulus scri-
bens ad Ephes. c. 4. meminit, fateor quidē,
at desperatio hæc nō est quod certū sit di-
uino præsidio destitutes: quinimo ipsi se
desertos à Deo falso credūt. Ideo despon-
dēt animos suos, ne restituāt se Deo. Imò
si se destitutos crederēt certissimē rei cri-
minis essent, q diuinā misericordia in eas
redigāt angustias, vt facinorosum hoīem
suo delerat necessario præsidio. Quinimo
etiā si reuelatiōe hoc teneret quispiā se dā-
nandū, suspectā habere reuelationē opor-
tebat, quæ diuinæ largitati se obijciebat,
aut illā accipere sub cōditione, nisi corri-
geret malē acta. Quid quod omni reuela-
tiōe cessante? Est planē citra controuersiā
præscribendū, quosdā esse, quos Deus si so-
lis necessarijs tuere auxilijs, nō excitaren-
tur à culpis in grām Dei, recipiendā: quos
tñ maioribus stimulis incitās dñs ad se tra-
hit. Quæ si in alios obstinatæ mētis perdi-
tissimos hoīes Deus funderet similia præ-
ſidia, itidē ad se traheret. Id quod me tacē-
te diuina loquetur loquela. Vē (inquit) tibi
Corozaim, vā tibi Bethsaida, quia si virtu-
tes, quæ factæ sunt in vobis in Tyro, & Si-
done, factæ fuissent olim in cilicio, & cine-
re, pœnitentiā egissent, Matth. 11. Audis
ne vt Tyrij & Sidonij, si miraculis apud Iu-
dæos à dño gestis donarētur, pœnitentiā
egissent: Et illam nō qualem cūq; sed du-
rissimā, nempe, in cilicio, scilicet, & cine-
re? Quāquam Rupertus super Matthæū
hanc pœnitentiā (inquit) fictam fuisse ce-
lebraturos Tyrios & Sidonios, & nō verā.
Dñs em̄ nō ait, salui facti fuisset, sed pœni-
tentiā egissent. At ego nō de ficta pœnitē-

Legē dispu-
tata à nobis
in. 1. sent. di-
stinct. 45. &
sequentib.

Locus euan-
gelicus ex-
ponitur.

Pœnitentia
Achab num
vera fuerit.

ria locū hunc intelligendū dūco, imò de
vera pœnitentiā. Quandoquidem Achab
pœnitentiā. 3. Reg. 22. ex ipsa sacra lectio
ne simulatoriam esse colligimus, id est nō
perseuerantē. Quanquam non ineptiret
qui aliquando veram fuisse contenderet.
Etenim ca. 21. eiusdem libri dñs ait, illū esse
humiliatū corā eo: lapsus tñ est à vera pœ
nitentiā rediens in vomitū. At de Tyrijs &
Sidonijs, nesciō vnde colligit Rupertus fi
ctā acturos pœnitentiā. At verò hoc discu
tere meo negotio pertinens nō est, ideoq;
morosius nolo vt à me verſet, ne in longū
sermonem abducti, prioris instituti obliui
ſcamur. Hæc est igitur, ad quā redigimus
priora, summa, neminē orbari auxilio sibi
ad salutem cōparandā necessario. Etenim
si Deus facit solem suū oriri super bonos,
& malos, & pluit super iustos, & iniustos,
& in necessarijs naturæ prospiciendis est
prouidentissimus, quid quod in prouidēdis
quæ gratiæ sunt muneribus? Neque puto
aliud significare illius ægroti ad piscinam
iacentis, annis 38. expectantis aquæ motū
à Domino præstitā curationē Ioan. 5. vt
& illius mulieris apud Lucam cap. 13. quæ
annis 18. spiritum habebat infirmitatis, ita
vt in cœlū oculos leuare non posset, hoīs
quoq; spiritibus acti immundis, qui ligari
non poterat catenis & vinctulis, neq; à quo
quam domari poterat. Mar. 5. Quibus do
minus noster Iesus Christus suam miseri
córdiam impartiens, à tam ſeuis morbis af
feruit, cur ita obsecro? nempè vt planū fa
ceret nobis nullum morbum animi despe
randum esse. Et vtique si auxilio opportu
no quispiam deficeretur, ille planè despe
rare potuisset. Adhæc non licet de diui
na clementia animū deiicere. Quod si nū
quā licet, cur licebit indurationē asserere
auxilij opportuni priuationē esse? non vi
deo. Iam verò hac explosa sententia, quæ
grata fuit Driedoni, scrutandū supereſt, ar
bitrij obdurationē, quam à Deo proficisci
scriptura cōmemorat, vnde sibi verā origi
nem capiat, paucisq; rem hanc absoluere.
Atqui cum contrariorum (ex topico do-

Nullus etiā
peditissimus
orbatur pre
ſidijs neces
sarijs ad vi
tam æternā
parandam.
Matthæi. 5.

Quæ sit ve
ra obdura
tiōis origo.

cumento) eadem sit disciplina, cōtrarium
in medium profiliat obdurationis: fortassis
ab eo tanquam filo ducti laberinthij huius
Meandros euademus. Est autem contra
rium obdurationis molle factio. Deus autē
duob⁹ vtēs remedijs humana viscera mol
le facit, aut liquefacit lapidea quorūdā cor
da aut bñficijs nos afficiēs, aut terrore nos
cōcutiēs. Quæ duo Matth. 11. Iudæis præ
stita fuisset mollescerēt, verbis Dñi signi
ficant. Cui (inquit) similē æstimabo gñra
tionē istā? Similis est pueris sedētib⁹ ī fo
ro, q. clamātes cōæqualibus, dicūt: Cecini
mus vobis, & nō saltaſtis: lamētauimus vo
bis, & non planxistis. Etenim cum prospe
ra nobis promittunt, veluti canitur nobis:
at si aduersa cōtingunt veluti nobis lamen
ta. Quare dñs Iudæis quasi canebat, illos
sua dulcedine mulcēs, cum peccatoribus,
& publicanis cōnescēs, & cōbibēs. Ioānes
autē dñi præuius, velut lamētabatur horri
dā pœnitentiæ speciē mortalibus exhibēs.
Quod si neq; catu hilari dñi, neq; lugubri
homo durus excita, non mollescit, sed in
sua lapidea stupiditate pseuerat, hic utiq;
à dño indurāt, non sanē induratiōis spiritū
immittente (Deo nanq; authore, nemo fit
deterior) at eò à Deo indurāt, quia diuinis
prosequutus bñficijs, diuinis itidē deterri
tus supplicijs, adhuc stupidus persistit, vt
Achaz ille rex Iuda: quem vt ab impietate
idolorū reuocaret Deus ad verū Dei cul
tū, varijs afflixit bellis. Etenim ab Aſſirijs, ab
Israelitis, ab Idumæis vastatus fuit: at nihil
pro fuit illi. Obduruit tñ sub tot flagellis,
& impius perseuerauit. 2. Paral. 28. Est au
tem durū, apud Aristot. in Meteorologicis
qđ diuidenti non cedit, vt lapis. Qui ergo
aduersis fortunæ flatibus, à Deo agita, &
non cedit, utiq; durus est. Sed cur non ce
dit, quia nō vult, non q. Deus illud agit vt
nolit: imò agit, vt velit. Ad id nanque Dei
flagella tendunt, vt vel ita, timore malo
rum correptus, & calamitatibus diuexa
tus, in Deum salutis autorem se se con
ferat. At obijcies fortassis ex libro eodem
dudum indicato & cap. quid ergo diuinus
sermo

Deus duo
bus mollefa
cit humana
viscera.

sermo eodem loco Achaz inquit nudatū esse; diuino auxilio? Verba subiungā. Humiliauerat (ait) Dominus Iudam propter Achaz regem Iuda: eò quod nudauerat eum auxilio, & contemptui habuisset dominum. Cur ergo tanta asseueratione, cōtendimus, neminem à Deo nudatum auxilio? verum prōpta est responsio. Achaz hic nō nudatus est auxilio opportuno, vt spretis idolis Deum verum sectaretur, neque hoc scriptura testatur: at nudatur auxilio, id est, militaribus copijs, quæ Achaz & regnum suum protegerent, & exterorum iniuriam à se ipsis propulsarent. Et hoc summæ clementiæ est, hoc genus auxilia submouere, vt temporalibus destitutus homo subsidijs, cœlestia sibi quærat. Imò huius auxilij subductio, est auxilij spiritualis, & interni confortatio, & diuinæ misericordiæ attestatur, solertissimam illam in quærenda hominis æterna salute esse. Vnde secundus Machab. 6. De Iudæis miserandis cladibus verba faciens, illas diuinæ clementiæ officia testatur esse: vt enim tandē in die iudicij parcat, suos nūc punit Deus. Et subdit, Misericordiam suā à nobis nunquam amouet. Si ergo misericordia Dei nunquam amouetur, vt nudabis fidelem diuino auxilio? at verò si dixeris, Si fideles Deus nō nudat, certē in fideles nudabit (nam locus proximē citatus nationes indicat infideles Deum patienter expectare illorum peccata dissimulando videlicet vt posthæc die finali ex plenitudine peccatorum, illas puniat: at Iudæos non si nebat ex sententia agere, imò statim ultiones adhibebat) at diuus Paulus prima ad Timoth. 4. rem hanc nos docebit. Speramus, ait, in Deum viuum, qui est Saluator omnium, maximē fidelium. Quid ergo verba hæc sibi volunt Deum saluare omnes, aut esse Saluatorem omnium, maximē fidelium? num infideles saluat? non vtique: quia sine fide impossibile est placere Deo ad Hebræos 11. At verò infidelium Saluatorem promittit Deū esse Paulus, quia illis de remedijs

ad salutem consequendā prouidit & puidet Deus: ceterum illis frustra adhibent. Inania enim sunt remedia volentibus in sua perfidia persistere: fidelibus autem nō inania sunt, imò salubria: quia illis vtentes vitæ compotes redduntur. Infideles igitur saluat, quia illis parat salutem, fideles verò, quia donat. Iam ergo omnibus elargitur Deus salutis opportuna remedia, inter quæ primas tenet auxilium hoc, quod speciale, aut particulare classici theologi vocitant. Quare rectē liber Machabæorū à fidelibus, qui olim Iudæi erant, Deum suam non subtrahere misericordiam docuit: quæ tametsi in omnes nationes diffundatur, maximē tamen in Dei cultores, quos solertissimē curat in vitam trajicere æternam. Est ergo hoc auxilium inefficax nonnūquam: quippe dominus opem fert, manum admouet, vt à sordibus peccatorum hominem leuet, at verò neminem cogit. Quapropter nolentem incitat, stimulat, calcaria adijcit, vt torpedinem socordiamq; deponat, iam mulcendo, iam terrendo. Verum si neutro modo incitanti Deo cedit, clamantique non respōdet, gladioque diuino, cui sectionem animæ à carnalibus illecebris molienti repugnat, vtique durissimus est animus sic se se gerens. Et quod calamitosius est: quò Deus aut supplicia in durum hominem grauat, aut beneficia cumulat vehementius, eò insolentius effertur. aliquando homo, & tenacius lapidescit. Vides ne vt animus noster ipse sibi obdurationis autor est? Ipse semetipsum vt Pharaos Egyptiorū rex se indurabat Deo oblistens. Quorsum enim Deus illi mittendum populum suum frequenti iussione indixisset, si cor illius in obdurationem vertisset, vt diuinis non pareret iussis? At quod scriptura Deum indurasse Pharaonis cor cōmemorat, vtique per accidens (vt phrasi scolastica vtens perspicatius rem istam prosequar) Deum indurare credendum est. Et enim beneficia aggregans, suppliciaque repetens Deus, quibus hominem sibi conciliet,

Locus Pauli
lipome, ex-
ponitur.

Locus Pauli
differitur.

Locus Pauli
elucidatur.

ciliet, homo si hæc negligit, quò magis contemnit eò magis induratur, occasione sanè non data at accepta, ex diuinis monitijs. Vt medicus, qui acutissima affectans subuenire morbo, ea medicamenta ex arte parat, quæ optima iudicat, tanto medendo morbo: quibus admotis, tantum est morbi venenum, vt crudeſcat amplius, tantum abest vt ſanetur, vtique medicus ille fecit, non vt morbus ſæuior redderetur. Etenim medicamina ſuapte natura non ſæuitiam augebant morbi: imò mollebant, ar morbi virus in cauſa exitit, quòd medicamenta, malum aut infelicem exitum haberent. Porro, quia medicamenta ſimul atque appoſita fuere, morbus incurrit, illa per accidens egrotum indeterius vertiſſe dicimus. Eſt autem non abſimile quòd legimus in ſcripturis, Deum decipere populum, Hierem. 4. aut ſeducere prophetam, Hierem. 20. aut alios prophetas falſidicos: itidemque Deum inquinare hominem Iob. 9. Sordibus (ait) intinges me, & quòd lex diuina iram operatur ad Roma. 4. & quòd lex ſubintrauit, vt abundaret delictum, ad Roma. 5. Quæ primo aſpectu præferunt Deum autorem culpæ eſſe, aut legem eſſe culpabilem: Quæ omnia ſunt à fide catholica maximè abhorrentia. At verò cum lata lege humanum arbitrium proprijs ſuffultum viribus, exequutioni illam mandare non poſſet, illam violare conſectarium erat: quia violata diuinam iram promereri erat neceſſarium. Hac igitur ratione legem iram operari, Paulus ait, & cætera, quæ retulimus: non quòd lex in hoc incumbat videlicet homines in præcipitium dare: cum contra illos à præcipitio eruere operam det. At quòd noſtræ imbecillitatis eſt, in illam vtunque refertur, vt de medicamentiſt ostendimus, vt quòd populum ſuum ſeduxerit Dominus, aut pseudo prophetas, aut quòd creaturas condiderit ad decipiendum inſipientes, Sapientia. 14. Creatura Dei in odium facta ſunt, & in muſcipulam pedibus inſipientum. Atqui

Deus vniuerſa pulcherrima condens, non illud ſpectabat, homines illarum lenocinio ad odium ſuū pellicere, & ad mala inefſcare. Imò propter laudem & gloriam ſuam illas condidit. Verum, quòd eſt noſtræ prauitatis illarum pulchritudine abuti, hoc in creaturas refertur per accidens. Quippe illarum abusus hominè à Deo auertit. Quapropter & Hieremias ſe à Dño ſeductum eſſe còqueritur. Seduxiſti (inquit) me Dñe & ſeductus ſum. Etenim ex verbis Domini, Hierem. 1. quæ Hieremias dixerat, quando illi munus propheticum iniunxit, Ne timeas (ait) à facie eorum, quia tecum ego ſum, vt eruam te, ex iſtis igitur verbis Hieremias ſibi incolumitatè pollicebatur, & indemnitatè. At verò cap. 20. ſe diuexitum coniectans, ſecusque rem eueniſſe quæ ipſe coniectarat, ſeductum ſe à Dño conqueritur, non quòd in verbis Domini falſum ſuſpicaretur: ſed quòd animus prophetae ferebat, & optabat ſe indemnem ſeruandum non experiebatur. Niſi maius cum Hieronymo in Commen. ad Hierem. cap. 20. indicati, à quo gloſſa (quam vocat ordinariam) excepit. Hierem. locum exponere Hieremiam grato animo ſuſcepiffe propheticum munus: quia legatum ſe credebat mitti aduerſum gentes. Ecce (ait Dominus) còſtitui te ſuper gentes &c. At verò cum in diuerſum rem ceſſiſſe aduertifſet, prophetauit enim contra ſuos tribules Babyloica illis prædicens captiuitatem, ideoque ſe ſeductum à domino affirmat: quia ex Dñi verbis accepta occasione ipſe propheta ſe decepit. Deus enim neque falli neque fallere poteſt, id eſt verba diuina, veraciſſima ſunt. Verum qui ex verborum contextu, non ſatis ad Dei mentem accepto ſibi imponit, non diuini verbi vitium eſt, ſed propriæ mentis infirmitas. At verò Nicolaus adiecit in comen. ad Hieremi. prædictum locum, verba hæc Hieremias eſſe imaginationis prophetae, non tamen deliberationis, aut quòd hæc dicens ſeduxiſti me domine, pseudo prophetarum ſubindicaffet ſententiam: quibus

Lege diſputata noſtra iu. 1. ſentet. diſtin. 45. & ſequetibus.

Locus Hieremias egre giæ diſſertur.

bus persuasum erat, Hieremiam seductū esse, deliriaque non prophetica illius esse verba. Ego verò hæc Nicolai non probo, quia illa credere, Hieremiæ indicatus locus non cogit. Quid quod & sunt alij loci qui idem præ se ferunt, dominum decipere Ezechie. 14. Et propheta cum errauerit, & locutus fuerit verbum, ego dominus decepi prophetam illum. Et. 3. Reg. 22. Dominus in excelsis locatus solio circumseptus angelicis spiritibus dixit, Quis decipiet Achab regem: & spiritui maligno se ultro offerenti, Achab seducendo, Dominus ait, Decipies egredere, & fac ita. Et Prouerbiolum. 3. Dominus illud illudentibus: & id genus alia quæ idem præferunt. Quæ vniuersa eodem donanda sunt sensu, ex verbis, scilicet, aut factis domini arrepta ansa, quosdā deludi & decipi. Idcirco dominū illos decepiisse scriptura fatetur: quia dixit, aut fecit, vnde in centium captent ad concinnandam homines propriam deceptionem, aut aliorum texendam. At verba domini immaculata, & pura sunt ab omni falsitatis excocta scoria, neque vllam homini præbent erroris causam. At verò homo vel pusillitate intellectus, aut malignitate affectus, ex illis seducitur. Vt qui habent oculorū infirmas pupillas, si in solem splendidissimum aciem visus figant excæcantur. Nunquid propterea soli vitio vertet aliquis cæcitatis causam in solem regeres, qui claritatem in omnes diffundit, qui luce clara micans visibus nostris est auxilio, vt videamus? non vti que. Sed infirmitati oculorū lippientium vitio dandū est. Et quanquam admittamus sermonem, Solem hunc, aut illum hominem obcæcasse, non quod sol cæcitatis sit autor intelligendum est: sed ille sibi autor extat, qui infirma acie oculorum laborans in micantes se coniecit spectandos radios solis. Excæcant ergo diuina verba, & facta (quæ omnia lux sunt, & veritas sunt) quia temeritas nostra illis sapissimè abutitur, vt hæretici seducuntur ex diuinis oraculis, quippe qui

nolunt habere illa, secundum ecclesiæ Romanæ, at secundum proprium & phanaticum sensum. Idcirco non absurdè dixerit quispiam deceptos hæreticos esse à diuina scriptura, quæ secundum Catholicum sensum vera docet, verum secundum temerarium, & capitosum sensum decipit. Quid decipit? non profectò illa (si exactè loquimur) sed hæretici in illa. At verò nō in diuinis sequimur hanc in exponendis literis exactionem: imò potius familiarē sermonem, & tropicam loquutionem. Quo tropo audiendus, & habendus est sermo prælibatus, Deum decipere, quia iuste præstat vnde scit ob commeritam culpam hominem decipiendum. Vnde de Domino Iesu Simeon ille timoratus vir dixit, Ecce hic positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum. Et. 1. Petri. 2. lapis offensionis, & petra scandali appellatur Christus. His tamē adiecit, qui offendunt. Sic etiam decipere Deum accipere oportet eos, qui à veritate se auertunt, & falsitatis sunt studiosi. Etenim cum Sancto Sanctus eris (inquit Psalmus) & cum peruerso peruerteris. Rectè ergo Diuus August. dixit secundum potentiam obdurationem à Deo fieri esse habendam. Nam Pharaonem plagæ roties repetitæ indurauerunt, quia illis arbitrij peruersitate acquiescere renuit. Idcirco à plagis illatis quæ domini erāt effecta obduruit. Quare scriptura tropo, qui familiaris est vulgaris sermonibus, Deum obdurare dixit: vt mulier pulcherrima alias nō eximè pulchras scædare dicitur, non quod turpitudinis sit causa per se, sed quia illi collatæ, decorem remittunt. Vt regina Austri surgens in iudicio damnabit Iudaicam sobolem, & viri Niniuitæ incredulos damnabunt. Cur damnabunt qui iudices non erunt? quia horum collatione Iudæorum infidelitas summopere vituperanda venit. Ad eundem quoque modum, & Deum decipere, excæcare, indurare, Scripturæ tradunt, quorum Deus ipse non est autor. Verum quia quædam antecedentia ipse operatur, vnde

Christum lapidem esse offensionis, vt sit habendum. Luc. 8.

Augusti, ex ponitur.

Matth. 11. Lucæ. 11.

Psal. 17.

vnde aggrauatur, & induratur miseri mortales, hoc Deum ratione obdurare &c. dicimus. Neq; tamen negabit Augustinus, ipsam deceptionis culpam à Deo nō esse nisi permittendo, itidemq; aliorum: sed quod ipse adiecit est, non solū esse permissioni dandā obdurationē, quin etiā posituum cōprehendere: quale est antecedens aliquod quod Deus operat. Vnde quod vt salubre erat arripiendū, in virulentum vertitur, quā est humani cordis peruersio atq; insolentia. Nāq; Pharaonis plagā ad emolliendū hominē erāt, vt bellici Achaz aduersi congressus. At vice versa desipue re magis, vt beneficia pręstita vineę Domini, cuius meminit Esa. Sup. 3. largissima erant, & affluētissima. Quid enim, ait Dominus, amplius debui facere vineę meę, & non feci? expectaui vt faceret vuas, & fecit labruscas. At dices quod sequitur in Esaia denudationē diuini auxilij pręferre videt. Mādabo, ait, nubibus meis ne pluāt super eam &c. quę sequuntur: quę videntur priuationis esse signa. Atqui vt iā non semel hoc loco & alibi diximus: auxilium temporale, & subuentionē huius vitę Dominus aufert: & illis nos nonnūquam spoliāt, vt carnis nostrę dispendium integritas sit spiritus. Verum auxilium auxiliaris q; Dei manus, quę mentē nostram à somno culparum pulsando excitet, nunquam nobis de futuram, tantisper dum viuimus, supra asserebamus.

¶ Per hæc igitur, quę hactenus disertā sunt, vt Dominus excæcet, & induret, quæ ve ratione dicatur decipere, liquido cōstare legentibus arbitror: familiariq; tropo scripturarum illud dandum abundē à me demonstratum esse duco. Secundum quē quoq; tropum Paul. ad Cor. Apostolos (ait) seu prædicationem Apostolicam alijs esse odorē vitę in vitā, & alijs odorē mortis, in mortē. Et. 1. ad Cor. 11. Corpus Dñi & sanguinē Dñi iudiciū ijs, qui sine præuio iudicio, & sui pbatōne participāt, tradidit esse. Quę omnia vt & ea, quę præhabitis sermonibus excusa sunt, nō euangeli

cæ prædicationis, aut corporis dñici maiestate lædunt, videlicet quod illa sit pessimi odoris, atq; exitialis: quia adiecit, ijs qui pereūt: aut quod hoc sit nociuū sumentibus: quia ait, indignē sumētibus. Etenim vt auctor est Aristot. 2. de anima actus actiuorū sunt in patiēte bene affecto, nāq; secundū diuersum patiētis affectū, diuersa est operationis moderatio. Deus igitur qui est infallibilis veritas, decipere dicitur propter nostri arbitrij corruptissimū affectū, quidiuinā syncerrimāq; veritatē, in ppiū mendaciū cōmutat. Qui est rursum indicibilis & supra omnē cogitatū misericors, indurat nos, quia abutimur blādis Dei paternis q; disciplinis, vt in nostra obstinatione pstitamus: nobisq; cedimus, Deo vero resistimus Acto. 7. Vos spiritui sancto semper resististis, sicut & patres vestri. Deus deniq; qui est lux inaccessa, oculos præuaricatores cæcat, qui illius lucē ad peccatorū suorū augēdas tenebras cōuertūt. Hos igitur excædos clamat Esaia dicēs, Excæca cor populi huius. Porro autē nō ab re sciscitabitur quispiā. cur. 3. Reg. 22. Micheas sedētē in solio Dominū vidit: angelicisq; cōstitatū copijs, & decacitate Achab regis Israel sollicitū, ait em̄, Quis decipiet Achab. Et Esaia quoq; cæcitatē Iudaicę suscepturus diuina mādāta, Dominū quoq; sedētē super excelsū thronū, Seraphicis spiritibus astātibus videt. At vero scripturæ hic mos est, quādo cōmemorat diuinū in homines ferēdū iudiciū, & sedē Dño tribuit, & angelorū assistentiā. Matth. 25. Tūc sedebit super sedē maiestatis suę: & præmiserat, Cū autē venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cū eo. Sedē ergo maiestatis Deo tribuit: vt supremā & irrefragabilem iudicādi potestatem in solo Deo esse nobis insinuet, angelicosque exercitus assistentes, vt diuinorū iudiciorum ministros, & exequutores Deo iūgit. Quapropter in duas tribus cæcitatē laturus Deus sententiā, (sub qua vniuersalē illarū duarū tribuū depopulationem subindocabat) in sede maiestatis sedens Deus, ab

Epilog⁹ prædictorum.

1. ad Ti. 6.

Thematisrepetitio.

Pulchra dubitatio.

1. ad Cor. 2

Esaia cōtemplatur. Similiter deceptionis (quę quoq; cēctas mētis est) laturus Deus cōtra Achab regē Israel iudiciū, in throno sedens à Michæa videtur. Sub Achab iudicio totius reipublicæ Israeliticæ seductiōnē in idolorū cultura, lapsūq; & ruinam vēturā subdemonstrauit. ¶ Iā diu est quod saxū hoc voluimus: tēpus admonet, vt vela-
 plicemus, p coronide vnū dūtaxat adijciētes esse auxiliū, quod vocant nostrates theologi generale, quod toti naturæ rerū q; vniuersitati à Deo impēditur, vt vnum quodq; suā peragat functionē. Hoc autem nulli creaturæ negatur, nisi quādo naturæ autor Deus, pro suæ volūtatis beneplacito interim suspēdēdū ducit naturæ operatiōnē: vt sub morte Dñi, solē splēdore natiuo orbauit. Et tres Chaldęos pueros ab igneis fornacis flammis seruauit illæfos, & id genus alia, at hoc miraculi fuit, non naturalis ordinis, qui vnā quanq; naturā in proprio exequēdo opēre finit. Et hæc est diuinę sapiētix veluti naturalis vniuersitatis administratio, vt aqua refrigeret, ignis calefaciat, & cætera simili modo. Vt ergo adnatiua opera obeūda suā influentiā impartit Deus, ad supernaturalia quoq; absoluēda, quæ naturæ creatæ vires trāscendunt, vt est de peccatis propter Deū dolere, in Deum credere, & sperare, est necessariū auxiliū alterū, nō quasi naturale, vt prius, at potius super naturale homini cōcedere, quod ho-

minē in Deū leuet. Quod quidē potēs est Deus auferre ab homine si vult, vt & primū, at nō subtrahit quādiu in mortali corpore agit. Quia ille vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitiōē veritatis venire. Eoq; vult quod omnia, quę ad hāc salutē cōciliādā sunt necessaria Deus elargitur, ita fidelibus, vt infidelibus. Quia hominū saluator est Deus, autore Paulo, nisi quod potestate aut potētia infideles saluat, quia ad fidem suam trahere potest, vt tenebras quibus inuoluti sunt deponat. At fidelium actū saluator est, hoc est quod sub alia verborū phrasi Paulus ait, sed maximē fidelium. Et nos supra non multo ante dicebamus. Deus infidelium eō saluator nominatur quod illis, si volēt, salutē parat, fidelium verò, quia salutē donat. At verò hoc singulare adiutoriū quibusdā elargitur vberimum, alijs verò quod illis necesse est: Quia neq; volētis est neq; currentis est, sed Dei misertis, ad Rom. 9. Cur paulū obsecro blasphemū insigniter stimulauit, & Iudā proditorē non ita insigniter Deus pulsauerit, & ad sese pellexerit? Quis scrutabitur profunda hæc mysteria? Trahit haud dubium ad se quem vult, & quomodo vult. Precandus ergo obnixē Deus à nobis est, vt illuminatos det sensus nostros esse, vt à via suorum mandatorum non aberremus, sed tandem cum scopo vitæ collimemus æternæ.

Auxiliū duplex generale & speciale.

Matth. 27. Daniel. 3.

Auxiliū generale est quasi naturale speciale est diuinæ gratiæ.

T R O P O L O G I C A D E

clamatō prima de beatissima super
 substantiali Trinitate, quæ vnus deus
 est, cuius prothema est.

SANCTVS, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Esaiæ. 6.



NON OPERE PREtium me facturum ratus sum si tonante in auribus nostris Seraphica voce illa, quæ per totū orbem diffusa iam est, vox illa inquā,

trifagion, quæ ter sanctū reuerētia summa Deum appellat, ieiunē discederem, & de tanti mysterij pfunditate, vel tremulus, & balbutiens, nonnihil resonarem, ne (quod aiunt) trifagio hoc à limine salutato, ad alia me

me desisterem. Clamāt ergo beatissimi illi Seraphini, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth &c. Et in trisagio hoc idest ter sancto diuinarū personarum gloriā ostendunt: at in Dño Deo sabaoth.

Ad Rom. I.

Vnitatis maiestatem indicant. Arqui diuinitatis æternæ vnitas, vtcunq; nobis patēs est. Inuisibilia nanq; Dei per ea quæ facta sunt à creatura mūdi idest ab ipso rerū pīcipio, vel ab ipso homine, qui creatura mūdi digno nomine vocatur, quod sit quidā minor mundus (in homine enim vt in orbiculo quopiam vniuersa epilodata cernimus, siue suprema, siue infirma, siue media, vt alibi exponendi locus commodior erit) ab hac igitur creatura mundi, ab ipsa etiam rerum omnium primitiua condicione, diuina intellecta conspiciuntur, sempiterna quoq; eius virtus, & diuinitas. Pleni sunt rhetorum, poetarū, oratorū, & philosophorum codices huius solidissimæ veritatis, idest diuinæ vnitatis testimonijs. Etenim principū multitudo mala est, & mundanæ reipublicæ noxia esset. Vnus ergo esto princeps, vt postremus Metaphis. liber ex Homericō carmine tradidit: inter omnesq; politicas gubernationes, monarchia rectē disposita primatū tenet. At vero vniuersitatis gubernatio optima est: vno ergo principe tantū gaudet. Nō ergo poliarchia est: sed monarchia est. At verò si de trinitatis gloria sermo est instituentus, quis queat profundū hoc tranare pelagus? In Ezechiele legimus. ca. 47. angelum traduxisse prophetam per torrētem, qui taloseiusdem alluebat, dein verò eundem traduxisse per aquam qui genua tangebāt, dein renes, postremo intumescēte gurgite torrentem amplius non penetrasse. Quæ quatuor traiectiones, alibi sunt exactius excutiēde. Verum quod nō attinet proposito exequar, sunt quidē cuncta Christianæ ecclesiæ documenta seu fidei seu morū torrētes quidam vitales: aut torrentes sunt, qui à cœlesti fonte suam petūt originem, at huius cœlestis fontis prima traiectio humiles aquas habet. Sunt e-

nim quædam ecclesiæ catholicæ documēta, quæ humilia sunt, & facillima captu: vt nulli nocere, proximis munificos esse. Sūt & alia, quæ profundioribus tranaturos terrent aquis, vt quod inimicus & hostis amādus sit. Sunt præter hæc alia, quæ traiectionis maiore aquarum mole & profunditate se obijciunt: vt sacramentorum documēta, vt quod nemini citra auricularem confessionem culparum contingat remissio, neminiq; vita poterit æterna patere, nisi vescatur dominico corpore & sanguine, diuino Iesu Christi potetur, & hoc genus alia. At verò trinitatis fidei traditio turgētissimas habet aquas, & profundissimo se se spectandam offert gurgite. Hunc Ezechiel propheta ducente angelo transuehere nequit: quia intranfuadabilis est vt more prophetico loquar, aut simauiis impermeabilis est. Vadū enim tanta aquarū moles non permittit. Quod si ille propheta eximius. Torrentem hunc traicere non potest, superest vt potius suspensū hoc trinitatis suspiciamus mysterium, quam disputationibus nostris ad illud transmittendum magno salutis periculo nos præcipitemus. Triadem enim hanc sacerrimā, neq; sensus attingit, neq; ratio cōprehendit, neque imaginatio assequitur, neq; intellectus scrutari poterit, neq; mēs etiam acerrima in illam vel nictare quidem valebit. Fuere Pythagorēam qui sectabantur viā, qui trinitate vniuersa moderari crediderunt. Cuius quoque placiti Plato in libro de legibus extitit: quippe Deum vnum summum fatetur, qui mentem generat, dein animam mundi idest globorum cœlestium animas, & elemētorum. Ecce tria platonica, vnde totius mundi machinæ momenta riuantur. Deus nanque mentes subaudi angelicas moderatur, & disponit: hæ verò mundi animas, hæ denique vniuersa motitant corpora. Sub hac quoque tria statuit platonica disciplina vniuersalis ordinis principia, & bonum, & pulchrum, & iustum. Bonum est vnde Deus vniuersa condidit: pulchrum est vnde ad

Diuina vnitatis patentissima est.

Sensus, imaginatio, ratio, intellectus, mens creata trinitatis maiestatem non capiunt.

Platonico autem trinitas.

Locus Ezechielis exponitur.

Bonum pulchrum iustum tria Principia.

Psal. 144.

Questitri-
natis catho-
licæ eccle-
siæ confessio

se vniuersa allicit & rapit (hæc est enim pulchri facultas) Iustum est vnde Deus quæ condidit, & ad se allexit, perficit & absoluit. Iusti namque hoc munus est, ea quæ perfectionem desiderant, illam distribuendo absolvere, vt & regius ille vates sub oraculo cecinerat: Oculi hominū inte sperant Domine: & tu das illis escam in tempore opportuno: aperis tu manum tuam, & imple omne animal benedictione. En tibi quam consonè Plato cum vate docet Deum ad se omnia rapere: Oculi aut hominum inte sperant domine. Idemq; Deum vniuersa perficere, & tudas (ait) illis escam in tempore opportuno. At verò hæc trinitas boni, pulchri, & iusti, non trāscendit vnitatis diuinæ limites: etem vns Deus bonus, pulcher, & iustus est. Sunt namque nomina hæc essentialia, ideoque sunt ad vnitatem seu coniunctam theologiam pertinentia, vt Dionisy. tradidit libro de diu. nomi. capi. 2. Verum Trinitas alia est quam confitetur ecclesia Iesu Christi, quæ nomina habet discreta, Pater, Filius, Spiritus sanctus, quæ ad theologiam discretam pertinet, eodem Diony. eodem lib. autore. Quam ni fallor neq; olfecerūt philosophi: qui tempora euangelica præuenerunt, siue præcesserunt: vt Plato Aristot. &c. Scio diuū Aug. 7. confessionū. c. 9. euangelium, dixisse, Ioannis legisse se in Platonicis codicibus, non verbis, sed sensu nihil à Ioanne discrepans. Scio quoque oraculum Serapidis apud multos celebrari scriptores, principio Deus est, tum sermo, & spiritus istis additur: & æqueua hæc sunt, & tendentia in vnum. ¶ Et diuus Augusti. 10. de ciuitate Dei capit. 23. Porphyrium Platonicum indicat, qui patris, & filij meminit, & Plotinum quoque in eādē sententiam, qui duarum personarum nomina expresserunt. Et Plato patrem, & verbum suis intexuit scriptis. Spiritus autem paracleti, non expresserunt liquido personam. Ego autem fateor vt dicere cæperam, Trinitatis vocē apud philosophos Platonicos, & Pythagoricos in vsu fuisse.

Vnde & Aristot. tex. com. 2. lib. primo de coelo & mundo Pythagoricos indicat, qui vniuersa tradiderunt tribus perfici: idest principio, medio, & fine: vt & plato à Deo & fortuna, & arte, cuncta procedere itidē asseruit. At vero vniuersa hæc ad nostram Trinitatē quid? Quod vero patris meminerit Plato, & verbi itidēq; & animæ mundi, ytiq; verbū non putat aliud esse quam mentem angelicam à Deo procedentem, & mundi animam, non Deū illum, quem opificem primarium, & vniuersorum putat esse principium: sed huius opificiū duxit esse, verbum & creaturā. Itaq; hæc tria Deus, mens, anima, non sunt trinitas fidei catholicæ. Quippe horum primū creator est: cætera etiam si creatores appellentur, aut dij, illud sanè est si referantur ad inferiora, vt mens ad animam, anima ad corpora. Porro creaturas à summo Deo ortas illas esse, Plato censuit. Neq; eiusdem substantiæ cum summo Deo esse cognouit. Et apud Platonē frequens est deorum appellatio: nomenque etiam creaturis diuinum imponere non dedignatur, quapropter nihil ad rem si mentem, aut animam mūdi, Deos, aut creatores vocitet. Ad illam ergo sublimem (missis istis in aliud tempus) Seraphicamq; vocem, tremēdam & venerabilem, conuertamus nostrum sermonē: Sanctus, Sanctus, Sāctus, Dominus Deus Sabaoth. Et à vocis huius maiestate tēpli liminaria commouentur: imo vniuersæ supernorū spirituū beatissimæ mentes trepidant in tanti mysterij veneratione, & soli Seraphim illi digni à Deo ducti sunt, qui hoc diuulgarent, Esaiæ mysterium. Etenim trinitatis arcanum, adeo altum & profundissimum est, vt nulla illud creatura trajcere possit. Est enim veluti torrēs turgidissimis aquarum vorticibus horridus: quem si quis proprijs fretus viribus permeare satagit, medijs inuoluetur aquis. Quare hoc arcanū reconditissimū nō tan intelligi cupit, quam amari potius, ab omnibus exposcit. Seraphicæ igitur mentes, quæ ardore amoris diuini flagrantissimæ sunt;

Lege vberti-
mam de hac
re disp. no-
strā ad pri-
mū senten-
tia, dist. 2.

Intelligi
mysterium
trinitatis
per seipsum
non potest

Intelligi
mysterium
trinitatis
per seipsum
non potest

Bella collatio.

Cur sanctitas attribuitur tertiae personae.

Spirit^{us} creator functiones.

Spirit^{us} creator spiritui creato correspondens habet operationes.

8. Phil. text. Com. 19.

sunt: ceterosque omnes vel hoc solo nomine superant, primæ mysterij huius radios perceperunt, ut in altissimis montibus lucis solaris notæ primo coruscant, quæ in humilioribus. Has ergo Seraphicas sequentes voces, Patrem scilicet credimus, Filium quoque, & denique Spiritum sanctum: qui tres unus Deus Sabaoth sunt. Et quamquam sanctitatis cognomen, scriptura frequentius Spiritui sancto tribuat, non eo fit, quod Patris vel Filij sanctitati detrahatur. Ut neque, quia spiritus dicitur postrema in hac sanctissima Triade persona, ceteras ob id duas personas ab spiritus natura secernas. At eo spiritus nomen sibi vendicat Spiritus sanctus, quippe à patre, & filio spirando procedit. Et Dominus apud Ioannem ultimo, Insufflauit, & dixit Apostolis, Accipite Spiritum sanctum quem sacris peragendis functionibus est elargitus. Quapropter Spiritum sanctum per spirationem à patre, & filio procedere Christi confitetur ecclesia. Id quod de alijs personis nusquam concessit: sed patrem sine origine esse, Filium à patre non spirando, sed generatione exoriri perfertur. Ut verò quod tribus personis est commune sanctitas videlicet, ut Spiritui sancto sit accommodatum attributum, non perspicuum est: neque planum nobis est hoc pro dignitate exprimere. At verò commodè faciemus ut tantæ rei paremus rectam intelligentiam, si spiritus naturam exquiramus, spiritus inquam illius quem in orbe nostro nobis nunquam non familiaris est. Cuius facultas est, ut illius ope natura regatur, moueatur, & viuatur. Etenim à spiritu concussa terra tremit, & hiat, spiritibus actæ nubes fulgurant, tonant, & fulminant: spiritui viuunt animalia, mouentur, & sentiunt. Est autem vita quædam naturalis, item & motio, & cognitio, quibus gaudent & homines, & bruta animantia, alia verò naturæ facultates superans, quæ est vita spiritualis & motio, & notio, quibus rationalia solum frui possunt. Quæ vniuersa ab Spiritu sancto proficiscuntur, ut quod homo

Deo viuatur, ad Deum moueatur, Deumque sentiat, & cognoscat. Vitam namque motum, sensationem, (naturalia hæc) spiritus creatus elargitur. At vitam supernaturalem, motum, & sensum, spiritus increati sunt dona. Quare Sapientia 7. inter cetera Spiritus sancti cognomina, & quod sit mobilis, & quod sit subtilis & disertus, referuntur. Quippe mysticum quendam motum hominibus præstat, quo amando ferantur in Deum, quem sic amant, ut illum cunctis creatis, & creandis præferant & mente, & affectu: & in eundem sese, & vniuersa sua referant: illique soli & vnicè placere studeant cetera negligant. Hic motus vitalis est animæ rationalis. Quando enim ipsa sic agitur à Dei spiritu, vita cœlesti fruitur ad huc subcarnis ergastulo corporis onusta vinculis. Atqui motus hic planè diuinus, si ne superna fidei illustratione, ab humana mente non assequitur. Quare idem spiritus, sua subtilitate & intelligentiæ suæ summo magisterio spirituali luce animam prius imbuunt rationalem, ut inde ad vitam spirituales, cuius meminimus, transferre possit. Donat ergo spiritus iste increatus, & creator, & vitam, & motum, quia mobilis est. Motus autem vitæ signum est philosophis. Quæ enim sese motitant viuunt, quæ autem non se mouent, illa in anima sunt. Qui ergo largitur motum internum & vitam præstet necesse est. Anima autem spiritus gratia infusa sese mouet, ad diuina & quærenda, & inuenienda: unde & viuata redditur: & ut rediuuata tota sese actuat, in inuisibilem Deum: & inuisibili & mirifico motu à terrenis, quibus immixta erat, subducitur: & ad cœlestia captanda sollicitior efficitur. Neque vitam hanc, & motionem istam anima nostra obtineret, nisi præuia esset disertissima diuinarum in nobis sensio, quam idem spiritus quia subtilis est, mundus & disertus est, humanæ menti impartit. Est autem subtilis & mundus Dei spiritus. Diabolicus autem spiritus subtilis est, at immundus: philosophicus spiritus subtilis, at immundus:

deniq; humanus spiritus subtilis astutus & fraudulentus est, quem solus Deus scrutari potens est, at verò immundus est, nisi ab hoc mundetur creatore spiritu: cui propterea sanctitatis nomē illius est attributum. Vnde & Sap. 7. & mundus vocatur & sanctus. Et in veteri pagina literarum sacrarū vt Esaiā. 63. secundū Hebraicam veritatē Spiritum sanctum legimus tu vide. Dilucidatio. nost. Et Psalmus. 50. Et Spiritū sanctū tuum ne auferas à me, quanquā quidā vt Rupertus postremum locum indicaue rint duntaxat. ¶ Iam verò per hæc, quæ hactenus disculimus, patere puto legēti cur tertiæ diuinarū personarū Spiritus sancti nomen aptauerit scriptura, quando cæteræ duæ communecū Spiritu sancto, & spiritus naturam, & sanctitatis venerationē habeant. Diximus autem eò aptatum illi nomen esse spiritus ex propriæ emanationis natura, quæ spiratio est. At verò sanctitatis nomē, quia vitam, motionem, & sensationem spiritus creatus viuētibz donat oportebat vt hæc quoque in spiritum Dei creatorem referrentur, & quòd vitam spiritibus omnibus, motumq; subtilissimum impartitur, sensationemq; syncerrimam, & quia hæc vita mundissima est itidem motus incoquinatus est, notioq; purissima, & sancta sunt hæc omnia demum, quæ ab hoc Dei spiritu proficiscuntur. Idcirco cōgruebat vt quem spiritum nominare emanatio spirationis docebat, illum sanctum quoque appellare ipsa nostræ mentis ab ipso viuificatio itidem doceret. Quæ tamen viuificatio etiam si beatissimę Triadi communis est: at vt personę tertiæ quæ spiritus nomen sibi iam vendicarat, congruentius aptatur. Vt quemadmodum naturæ præclara opera à creato spiritu docuimus proficisci, intelligamus longè præclara ab spiritu increato, & creatore pcedere. Ille nāq; naturalē vitam, hic spiritua lem & super naturalē, ille motū ad sensilia hic ad Dei profunda scrutanda: ille docet terrena, hic docet coelestia: quæ tria homines & angelos sanctificant. Quare appo-

sitè Spiritus sanctus & est & nominatur. Hinc colligas remissionem peccatorū illi sacras scripturas tribuere quoque. Etenim citra illam vitam hæc spiritualis nulli obtigere possit. Accipite ait Spiritum sanctū quorū remiseritis &c. Patri autem omnipotentia nomen aptatur, vt filio sapientiæ: Patri sanè quia fons est aut fontana deitas est, vt ex Dionysio supra indicatum est: Filio verò sapientia, quippe qui ex paterna intelligentia progressionē habet: at Spiritui sancto bonitas quia ex amore habet originē: cuius obiectum bonitas est. Quanquā ipse mecū demirari soleo. Quid est quod Spiritui sancto bonitas, cedit in attributum, aptatum vè nomen apud nostrates theologos: & non item sanctitas, quādo frequentiori cognomine sanctus in scrip. appellatur quā bonus? Nam euangelicæ, apostolicæq; literæ hoc in vsu habent, Spiritū sanctū appellare tertiā personā nō tamen bonū. Alioqui bonitatis vniuersæ fontē, non nunquam bonus vocatur. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectā Psal. 142. At sæpius etiam in veteri instrumento sanctus vocatur quam bonus. Sapient. 9. Quis sciet nisi dederis sapiētiam, & miseris Spiritum sanctum tuum, de altissimis: & Ecclesiasti. 1. Ipse creauit illam in spiritu sancto, & Sap. 7. & Psalmo. 50. Quæ duo supra indicauimus. At quod boni cognomē tum Spiritui sancto aptetur, non ita familiare est scripturis Luc. 11. Dabit spiritum bonum petentibus se. Sap. 12. Quam bonus & suauis est spiritus tuus Domine. Et si quæ sunt alia nō tam multa sunt testimonia, vt de sancti cognomento. Nisi quis dixerit consultissimè factum esse, quia boni nomē vniuersalius est, quam sancti, & sanctitatis venerationē in se cōprehendit, & in pleraq; alia se diffūdit. Vnde Dominus ait, nemo bonus nisi Deus: quia propter bonitatem Deū condidisse vniuersa, concesserunt philosophi, suffragantibus theologis, non tamen sanctitate. Quia ergo bonitas munificentia Dei erga creaturas omnes, significat, sanctitas non item, ob hanc rationem

De hac re vide infra.

Ica. ultimo.

Fusus hæc in disp. nostris ad. 1. sententi.

Vita, motus sensus, à spiritu procedunt.

Vide infra cap. 55.

tionē crediderim no connumeratū vt attributum Spiritus sancti, sancti cognomē, bonū autē illi aptatū esse, vt patris potentia, filij sapientia, Spiritus sancti bonitas attributa sint. ¶ Iā verò personarum origines fusius (quātum tamē huic negotio attinet) exquirere animus fert meus: vt vocē illā Seraphicā, Sanctus, Sanctus, Sanctus, quā mihi prothema est, huius concionis, tropologiae, in aures vestras clarius resonātē excipiat. Est ergo Pater vt dicebā fontana deitas, Filius verò & Spiritus sanctus (si fas est dicere) fœcūdā deitatis germina plantata diuinitus, & veluti flores, & super substantialia lumina: vt ex Dion. libro de diuinis nominibus cap. 2. Supra retulimus, & exposuimus. Pater ergo fontana deitas cum nominatur appositissimo & germanissimo nomine à Dionysio donatur. Etenim ipse sese, id est suā essentiam & creaturas omnes cōprehendēs, filiū sibi consubstantialē generat: qui genitus cum generāte, Spiritum sanctū se mutuo cōplectētes infinito amore spirant. Secunda autē persona huius beatissimæ Triadis & filius, & imago, & verbū patris in scrip. appellatur. At sunt & aliæ nomenclaturæ, vt quod sit splendor glorię, figura substantiæ paternæ, candor lucis eternæ, & id genus. Quæ tamen vniuersa ad priora tria reducuntur. Filius igitur paternā natiuamq; de patris substātia generationē indicat. Filius enim à patre naturaliter generatur, & paternā quoq; substātiā sortitur, etiā apud creaturas. At imago similitudinem ad rē, cuius est imago subindicat, at originē non prefert. Etenim nihil necesse est vt imago omnis ab eo, quem representat, ortum ducat: satis sit si ars illam ad similitudinem alterius affinxerit. At verbum, similitudinem secum conuehit. Est enim sermo modo de verbo mentis: id quod simile est rei cuius verbum est. Est enim verbum mentis quod menti rem exprimit conceptam, vt conceptus rosę rosam, cōceptus domus domum. Quanquam non exigui est negotij huius rei enodare dissoluereue tricas,

implexasque quæstiones. Verū citra quæstionis spinosos fructus, paucis aperiam, quid aut quale verbum hoc sit. Mens ergo nostra intelligit res externas, quæ in intellectio non verbū est, sed actio mentis, per quam de potentia transfert se ad actum. Hæc autem intellectio in obiectam rem procedit, quæ res obiecta menti, est velut intellectiois terminus, quem terminum ad quem philosophorum schola vocat. Quod si intellectio sit perfecta, & absoluta, perfectum sortitur verbum, sin inabsoluta, & verbum itidem. Concipis ergo rosam, est ibi conceptio mentis actio, est rosa concepta, per conceptionem representata. Hæc verbum mentis est. Atqui verbum hoc quod menti sese offert, vt internum obiectum, paritur sanē à mente proginente, & obiecto externo: quod parens quoque est huius mentalis verbi. Nam ab obiecto & potentia paritur notitia. At verbum hoc similitudinem non vtriusque parentis refert. Nam rosa non est similis intellectui, concepta rosa inquam: at vero similitudinem cum rosa externa gerit. Vt domus interior non mentis est idolū, aut idea, aut forma, sed domus exterioris. Quanquam verbum illud rosę aut rosa cōcepta & si verbum sit menti rosam exprimens, at idea non est, quippe per illam mens nostra rosam efficere nequit, vt per domum conceptam. Idcirco domus concepta & ab artifice internē fabricata & verbum est, & idea. At verò verbū paternæ diuinæq; mentis non à creaturis mendicato accipitur, quale est nostrum: at ipse paternus fœcundissimeque deitatis intellectus, suam propriam substantiam absolutissime comprehendens, verbum intra suam non extra substantiam generat. Quod sanē verbum quia ex absolutissima notitia diuinitatis dimanat, necessarium quoque est absolutissimum esse quod clarissime paternam exprimat substantiam. Hoc nanque verbum non est quale nostrum, quod non mentis, sed obiecti simi-

Quid sit verbum mentale.

Differt verbum diuinum à creato verbo.

Origines diuinæ.

Dion. explicatur.

Lege disp. nostras ad 1. lib. sententiarum dist. 26. vbi differt auct hęc vberime.

litudinem gerit: imò paternæ menti est quam simillimum. Quia paterna mēs ipsa sibi obiectum est: omnia nāq; intra se cernit, & intuetur. Quare etiam si creaturæ verba sunt diuinitatis, nā cæli enarrant gloriam Dei & opera manum eius indicat firmamentum: at vero verba hæc tametsi innumera sint (tot enim sunt quot creaturæ ipsæ) non tamen ita exprimunt creaturæ vniuersa diuinam naturam vt vnum hoc diuinæ mentis ineffabile verbum. Illa nanq; deitatem ænigmaticè demonstrant vt Paulus tradidit, hoc verò verbum splēdissimè & apertissimè. Est enim candor lucis æternæ, verbum hoc increatum speculum sine macula. Sap. 7. cādor vtiq; quia vt cādor est hominibus luci, ita hoc verbū hominibus non est paternæ diuinæq; menti. Speculum autem sine macula, id est deterfissimum, quia clarissimè vniuersa quæ in patre sunt & ipsam paternā substantiā ex propria dimanatiōe ostēdere habet: verū creaturæ omnes etiā si angelicos dixeris spiritus specula sunt: at horum speculorū qualitatem te docebit dicens Paulus esse specula in ænigmate hoc est ænigmatica & obscura. Verum hoc diuinū verbum citra ænigma, citra ambagem, & discursum, clarissimè diuinitatem & creaturas omnes etiam possibiles, in se ipso demonstrat. In verbo igitur etiam propagationis constat ratio & inuenitur. Est enim mentis proles & ratio similitudinis: quare & imaginis forma in mirabili hoc verbo nō desideratur. Et quia intellectuale est, ipsam suam originem spirituales, & intellectualem esse demonstrat. Quapropter diuina scriptura scientissimè secundam personam & filium vocitat vt naturalem à patre generationem doceat, & imaginem, vt concordem & fidelissimam ad amulsum paternæ substantiæ similitudinis expressionem in filio esse palam faceret. Et denique verbum filium Dei nominamus, vt non ita putaremus genitum filium Dei esse quem admodum transfuso à mare in foeminas semine natura filios edere solet, sed longe

sublimius, per intellectualem scilicet generationē. Quapropter aquila illa, quæ tu Ezechi. 17. lit medulam cedri id est quæ diuina secreta callens, in nos illa refudit, & sapientiam quā sine inuidia de latice dominici pectoris eberat, sine fictione, imò in veritate docuit, dicens, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. &c. In principio erat verbum. Ioan. 1. Quippe hoc verbum proles est, & propago diuinæ mentis: quapropter illi coæternum est. Neq; enim mens illa poterat aliquando sine verbo, neq; verbum sine mērediūina subsistere. In principio (ait) erat, quia vnigenitus qui est in sinu patris ille enarrauit nobis. In sinu paternæ mētis, hoc verbum erat, idcirco in principio erat: nā pater deitatis principium est, Hilario & Diony. autoribus. In principio sanè erat verbum, quia necdum erant abyssi neque montes graui molle constiterant. Et verbum hoc iam à paterna mente conceptū erat: quia eterna est huius verbi cōceptio. Filius (ait) meus es tu: ego hodie genui te Psal. 110. Non generatur in nostro hodie, quod veritur in crastinum, & volubili volatu ex hodie fit cras, & mutuis vicibus sensim delabitur, at illud hodie in quo genitum est, diuinum illud verbum, hodie eternum est. Non labit vtiq; non mutuis decurrit Psal. 110. successionebus: fixum manet, & impartibile est: Ab illo siquidem cuncta æua & tempora pendent. At verbum hoc, quod patri coæternum est, apud Deum est. Quod enim est eiusdem naturæ omnino cum patre, alia est à patre persona, vt consubstantialitatem credentes, non cum Sabelio credamus solo vocis discrimine patrem non esse filium: imò duas esse personas veraciter & personaliter distinctas Ioann. tradidit esse credendas dicens, Et verbum erat apud Deum. Nihil enim apud se est, imò apud aliū. Alius ergo est Pater à Filio, & itidem de Spiritu sancto, vt vox Seraphica admonebat, & admonet. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus &c.

ad Co. 13

Locus Ioannis elucidatur.

Psal. 110

Psal. 110

Verbum est filius & imago.

¶ lam

1. Ioan. 5. ¶ Jam verò quanquā hoc Seraphicū testi-
moniu in concussā est veritatis, habemus
autem longē clarius testimoniū, quia tres
sunt qui testimoniū dāt in cōelo pater,
Verbum, & Spiritus sanctus & hi tres vnū
sunt. Si Seraphim testimoniū recipimus,
testimoniū dilecti Christi cur non reci-
piamus. Ad hęc ipsa hęc beatissima Trini-
tas, quæ sibi sola nota est, quæ se sola scit
seq; sola se comprehendit, vt Aug. libr. 1.
de Trini. docuit sibi certissimē attestatur.
Matth. 17. Nam de cōelo vox paternæ claritatis so-
nuit dicens, Hic est filius meus dilectus,
in quo mihi complacui. Matth. 3. Et sibi
attestā pater, & filio, & rursus filius pa-
tri: vt apud Ioann. 17. legimus pater (in-
quit) ego te clarificaui super terrā, & sub
hęc quoq; manifestaui nomen tuum ho-
minibus, quos dedisti mihi. At verò non
inepta est hæsilitatio, vocem paternā filio
testimoniū perhibētē legimus, & vo-
ces Filij Patri attentantes dudum audiui-
mus: Spiritus sancti testimoniū, quod
erit, cuius vocem patri & filio attestantē
non legimus? Legimus sanē descendisse
Spiritu sanctu sub columbæ specie su-
per Dominū Iesum ad fluēta Iordanis: le-
gimus itidem nubem lucidā obumbras-
se Apostolos, quando patres veteres Mo-
ses & Helias Dominō trāsformato astiterūt.
Matthæ. 17. & Lucæ. 9. Quæ nubes Spi-
ritus sancti symbolū esse Damascenus est
autor. At vocē Spiritus sancti, vt patris vo-
cem, non hoc vel alijs locis testificātem
legimus. Cur ergo Ioannes ait tres sunt
qui testimoniū dāt in cōelo pater, Verbū,
& Spiritus sanctus? Quod si dixeris in cōe-
lesti patria hoc testimoniū exhiberi: at in
cōelesti patria vbi nuda erūt omnia quor-
sum egebimus testimonijs? Quanquam
enim Ioan. in cōelo dicat, nō protinus cōe-
lestē illā beatorum habitationē cogimur
sub audire. Cōelum enim autō. Grego. &
cæteris docto. etiam aliquādo Ecclesiam
sub militia agentem, & sub agonibus labo-
rantem indicat. Porro autem quantū con-
iecto non vacat à mysterio, quod pater &

filius vocale testimoniū sibi ferūt, at Spi-
ritus sanctus de duabus personis vocale
hoc testimoniū non fert. Quippe per
ora omnium Prophetarum Spiritus san-
cti testimoniū resonabat: nam Spiritu
sancto inspirati loquuti sunt sancti dei ho-
mines. Superuacaneum videretur ab Spi-
ritu sancto noua petere testimonia, quan-
do quidem omne veritatis testimoniū, in
Spiritu sanctu refertur, vt in vniuersę
veritatis infallibilem magistrum. At vero
quia longiusculē hęc egimus, in suū re-
grediatur oratio principium. Et beatissi-
mæ Triadis suffulti testificatione, patrem
credamus genuisse filium sibi per omnia
equalem, & Patrem & Filium Spiritū san-
ctum inspirasse sibi quoque, cōequalem.
Quod verò Deus generet Filium infide-
les vituperant, vt suo iniquo iudicio ine-
ptum dogma: sibiq; abbladiuntur fortasse
quod viuentia alia similia generant: nam
generationis seu propagationis diuinum
est munus, viuentibus concessum. Ex
quo de immortalitate sibi consulunt, quā
cum non in indiuiduis incolumen ser-
uare queant quippē quę corruptioni sunt
obnoxia, secundum speciem illam con-
seruant. Quare vnūquodque viuens, (mo-
do perfectum, & non orbatum sit, neque
spontinum) sibi simile generat, secun-
dum specificam rationem, vt præclare
vt cætera omnia Aristoteles tradidit. 2.
de anima. Quem locum nos in commen-
tarijs nostris fusius exposuimus. Iam er-
go si propaginem habent viuentia: vt
propriam speciem in posteros transue-
hant: vt nonnullum æternitatis conse-
quantur vestigium, Deus qui æternus
est, quorsum filium generat? Filij nan-
que eò generantur vt defunctis parenti-
bus patrium nomen & genus à mortis in-
iuria vt cunque afferantur. Porro autem
qui cōelestia atque diuina, humanis atque
terrenis omnino conferenda putat deli-
rus est. Deus nanq; pater non ita generat
filium, vt homo hominem: aut vt animal
animal, aut viuens aliud viuens. Horum

Obserua di-
ligenter.

1. Petri. 1.

Obiectio in
fidelium cō-
tra sanctam
Triadem.

1. de anima
text. 34.

Deliriū est
omnino si-
milis puta-
re terrena
cōelestibus.

nanque generatio terrena est, materialis est, legibusq; materiæ subiecta. Quapropter necessarium est ut proles parentibus succedat, & materiæ corporalis lapsum in parētibus, nouæ sobolis generatio restitueret. At diuina illa generatio, longissimis distat interuallis ab omni materiæ cōmercio. Neque pater coelestis ille eò filiū generat, quò naturæ diuinæ lapsum veretur, quem per filium genitum reparandū curat. Procul hæc à mentibus nostris. Natura nāq; deitatis æterna est. At verò propterea generat, quia fœcundissimæ est pater coelestis deitatis. Ego, inquit per Prophetam, qui alijs generationē tribuq; sterilis ero? Deus ergo qui fœcundissimam fecit naturam corporalem & extra se tot generauit, quippè autor est omnium fœcundissimus, intra se quoque fœcunditatem quidni habebit? Etenim deitas infinita est, verum in creatis naturis cōsiderare licebit, naturam quò se diffundit amplius illimitatorem esse, quæ autem proprijs contenta terminis, in se fixa consistit, limitatio censenda est. Etenim indiuidualis natura, limitatissima est. Non enim se diffundere valet. Est enim indiuiduum, cuius collectio proprietatum in vno, in altero reperiri nequit: ut Petrus in se consistit. At verò specifica, ut humana aut quæuis alia natura, in omnes homines profusa est: idcirco magis se fundit. At generica fusior est adhuc, quam specifica, quia in plura se porrigit animal, quam homo. Quod si gradatim ad generalissima vsq; sermonē reduxeris, certum habebis quod modo persuadere contendimus. Iam vero nulla natura creata tāta infinitate gaudet, ut sese de suo indiuiduo in alterum transfundat, quamquam speciem suam aut genus suum proli suæ communicet: non tamen suam naturam indiuiduam. Est enim pugnans cū natura, quod sint duo indiuidua, & numero vnum. Diuinitas verò sese pro captu creaturarum in creaturas diffundit suas: ut sigilli forma imprimitur in ceras. Quæ sigillaris figura & si vna sit, multiplicatur

tamen secundum cærarum qualitates. Quæ nanque mollior est exactius reddet sigilli characterem, quæ durior autem obscurius. Sic diuinitatis fulgores quædam verius, & lucidius reddunt, alia verò obscurius. Quanquam ipsa hæc multiplicatio, diuinitatis vnissimam vnitatem & simplicitatem simplicissimam non lædit. Habes hæc apud Diony. ca. 2. de diu. nomi. At verò hæc diuinitatis extra se diffusio, non totam diuinitatis fœcunditatem absoluit. Etenim adhuc si volet in plura potentiæ suæ posset prorogare operationem. Et deniq; quālibet extra se se diffundat adhuc in plura se dilatare valebit: nam vnum condidit orbem, & plures condere poterit, & innumeros si volet. Nūquamq; infinite se cōmunicabit extra se, quia suæ infinitatis creatura nulla cōpos poterit esse. Sed quid natura diuina, quæ est infinita simpliciter, & infinite vndecūq; bona, nō poterit suā infinitatem cōmunicare? Imò poterit non extra se, quia tantæ infinitatis nihil est, quod capax sit. Super est ut intra se, se infinite communicet. At communicatio hæc non intelligibilis est si cogitas, quod Deus alium Deū generet. Hæc nanq; generatio materiæ accidit, in qua vnū alterū generat: ut vnus homo alterum hominē. Nam hæc generatio est illa, de qua dudū aiebamus pro fomēto immortalitatis mortalibus ab optimo maximoq; deo gratis datā esse. At Deus æternus est, frustra ergo vnus Deus alterum generabit Deum. Diuinitas ergo in generante Deo, & genito Deo, non erit discreta, ut in Petro & Paulo diuisa est humanitas. Quippè quæ finita cum sit, vna numero extra se prodire nō pōt. Diuinitas autē cōtra infinita cū sit simplicissimaq; diuidi nequit. Si ergo ob suā infinitatem ut se tanta quantā ipsa est communicet oportet, vna sanē citra partitionem, citra multiplicationē, cōmunicari est habenda. Iam ergo est qui hanc diuinitatem cōmunicat, est quoq; cui cōmunicat infinite, & simplicissime, & impartibiliter. At communicatio hæc, quippè

Deus simplicissimus ut se cōmunicat sine diuisione.

Pater cōmunicat diuinitatē suā filio infinite & simplicissime & impartibiliter

Esai. 66.

Considera diligēter ut olfacias ut cunque grādia Trinitatis mysteria,

quippe quæ nobilissimo, & optimo modo, in deo est intelligēda, null⁹ præstātor, & Deo dignior modus quā per mētis & volūtatis operationē. Iam vero mētis functio intellectio est, vt volūtatis amor, operationū primas tenet partes. Deus autē & est se intelligēs, & se amans, & in vtrāq; actione interna infinitas est. Quapropter secundū vtrāq; actionē, processiones aut cōmanicatiōes diuinitatis ad intra capere oportet. Geminæ igitur sunt processiones quarū alia secundū intellectiōnē, alia secundū amoris rationē habēda est. Illa generationis nomē obtinuit, hæc verò spirationis. Iam vero generationis nomē scripta sacra tradūt: Filius meus es tu ego hodie genui te. Etiam si & sub alia voce generationis nomen itidē in Psal. 150. significatur. Dixit Dominus Domino meo, se de à dextris meis. Quæ verba exponente cœlesti magistro Christo de semetipso explicāda duxit Matth. 21. dicere autē in Deo ad intra est generare. Etenim vt dicēdo extra se vnuerſa cōdidit. Ipse em̄ dixit & facta sunt, ita dicendo intra se verbū sibi consubstantialē genuit, & generat. Verbum enim cū sit filius summi patris necessario dicēdo id est intelligēdo se pater generatur. Quapropter Ioannes nō exprefit generationē Filij à patre æternam sub verbo hoc dixit vt David, quippè satis sibi esse duxit, si filiū diceret, si vnigenitū diceret, si verbū diceret. Nam si verbum est cōsequiū est, sibiq; affine mētaliter genitū esse. Hoc est autē quod dixit cœlestis pater verbū, quod sibi vtiq; sibi cōæquale est, quod Psalmus scitē insinuat dicens, se de à dextris meis. Nam sessio à dextris paternis in diuino throno, haud dubiū æqualitatē personarum patris, & filij innuit. In Euāgelicis autē literis hæc quoq; emanatio Patris à Filio satis, cū dicitur filius, vnigenitus, doceēt. Nam si Filius, genitus est à patre, si vnigenitus est patris, non solū genitus, sed solū genitus ex patre demonstratur. At verò Spiritus sancti dimanatio, in eisdem literis Euangelicis satis indicatur.

Ioann. 15. Tradit enim Spiritū sanctū esse spiritum veritatis qui à patre procedit. Et Psal. 32. De eodē spiritu commemoratur & spiritu oris eius omnis virtus eorū. Qui locus Spiritū sanctū etiā à verbo Dei procedere, non obscurē insinuat. Nā per os diuinū, verbū Dei subaudire rectē quibus poterit. Sub hæc locū illū Euangelicū, Ille me clarificabit, quia de meo accipiet eodē referendum esse puto. De meo (ait) Christus accipiet: quid accipiet? Nūquid ab humana verbi natura paracletus accipit, creator à creatura? nō arbitror. Sed de meo accipiet, hoc est de natura diuina mea. Quia Pater & Filius tāquā vnū principiū & vnica spiratione Spiritū sanctum spirant. At verò vocabulū hoc, quo processione Spiritus sancti nominamus, non legimus in scripturis: scientissimē autem Ecclesia Dei hoc nomine vsa est, vt illam ineffabilem processione Spiritus sancti à Patre, & Filio, hoc nomine explicaret. Et enim si scriptura tertiā personā Spiritum sanctū vocat, quidquod processione eiusdē spirationē Ecclesia appelleret? Vt quia filiū secundā personā eadē scriptura vocat, eiusdē emanationē à patre, generationē nomine germanissimo & aptissimo appellat. Porro autem etiam si diuinitatis vnuerſa creatura promat vestigia: atq; nihil est in orbe quod illā pro suo modulo nō protestetur. Sapientia diuina admonente hoc cap. 13. à magnitudine speciei (ait) creaturæ, cognoscibiliter poterat horum creator videri: & paulo post Philosophorum stultam curiositatem reprehendens ait. Si enim tātum potuissent scire vt possent æstimare seculum: quomodo huius Dominum non facilius inuenerūt? Quæ verba August. tractās. c. 14. lib. 5. de Gene. ad literam, faciliorem esse Dei quā creaturam cognitionē ostendit. Quanquam adiecit minimā diuinorū notitiā lōgē feliciorē esse quā maximam creaturarum. Hoc autē quod liber Sap. docuit, nō de cuiuslibet notitiā, subaudiendū est. Etenim si creaturæ sunt quibus tanquam vehicu-

Ioan. 17.

De summo Trinitate & fide cath. in sexto cap. vnico.

Locus ex Sapiētia explicatur.

Quædā no-
tio diuino-
rum perspi-
caciore est
quā de crea-
turis notio.

lo in diuinorum scandimus notitiā: conse-
quium est, creaturas esse faciliores quæ
cognoscantur, quam Deus gloriosus. At
sunt quædam in creaturis, quæ profundis-
simæ sunt notionis: vt de origine mundi,
de origine hominis, & aliorum. Quorū
scrutinium philosophos etiā principes in
magna detrulit errorum præcipitia. Pla-
to enim materiā cōæternam Deo opifici
esse cōcessit, ex chaosq; cuncta in lucem
emeruisse philosophatur. At Aristot. nō so-
lum materiam, imo & vniuersitatē nō re-
formidauit Deo credere cōæternam, vt
Phyfico. te docebit octauus: mundūq; or-
bavit origine. Hæc igitur & hoc genus a-
lia vt certo discantur, egēt spiritus diuini
reuelātis magisterio. Porro diuinitatis no-
tio est lōge faciliore & promptior istarum
rerum notione: quæ soli Deo cōditori pa-
tent, & quibus per scripturam docere pro
sua clemētia ipse dignatur. Diuinitatis er-
go prōpta est hæc notio. Nulla enim tam
barbara natio, apud quā vel scintilla quæ-
dā diuinitatis nō emicet. Fuerūt vtiq; qui
à nomine Philosophorū, & albo, reijcien-
di sunt, qui indeitatem vt stupidissimi in-
troduserūt, vt Diagoras, Theodorus, &
Protagoras, qui huic micatissimæ diuini-
tatis luci sese obiecerūt, Deū esse negan-
tes, vt Plutarchus est autor libro de placitis
Philosophorum. Vtinā interrogassent
isti barbari Philosophi iumēta, & docuissent
illos, & volatilia cœli, & indicarent il-
lis, loquerentur terræ & responderent illis,
piscēsq; maris narrassent illis. Quis enim
ignorat quod omnia hæc manus Domini
fecerit Iob. 12. Isti demum sunt vt insipies
ille, qui dixit in corde suo, Non est Deus.
¶ Iam verò etiā si deitatis in omnē creatu-
rā sparsa sunt vestigia, verū Trinitatis ve-
stigia quis cōprehēdet? & vsq; ad perfectū
Deū reperiet? Iob. 11. Quāquā enim diu-
initatis suæ odorē Deus in oēs nationes fu-
derit, at Trinitatis suæ obiectā voluit esse
notionē. Neq; in creaturis, quas cōdidit li-
quidū tāti mysterij impressit vestigiū. Sed
si quod rebus Trinitatis indidit indiculū,

illud sanè ænigmaticū, & quā maximè ob-
scurum est. Vt & cætera quæ sunt fidei ca-
tholicę arcana hac obscuritatis nebula ob-
tegere Deo placuit. Quæ si vidēda cōces-
sit, at per speculū in ænigmate dūtaxat: vt
Paul. 1. ad Cor. 13. prudēter aduertit vol-
ue cūctas creaturas, versa summa, deijcete
ad infima, & lustratis vniuersis beatissime
personarum Triadi nihil simile reperies:
sed potius immēso omnia intervallo ab il-
la præexcellsa Triadis gloria discrepare cō-
pertū habebis. Creatura nāq; si experiri desi-
deras singula videbis supposita singulari
& indiuidua frui natura, vnde longissimè
ab sunt à Trinitatis arcano repræsentādo,
exacteq; ostēdēdo. Quapropter Philoso-
phi qui solertissimè secreta creaturarum
scrutari sunt, hoc facerrimū arcanū nūquā
attigerūt. Si quē tñ veluti cæci palpātes pa-
rietes dixere, illud sanè ex ramētis diuino
rū eloquiorū sibi colligebāt. Vt Plotinus,
atq; Numenius, eximij Platonici. 3. prin-
cipia supra mūdāna statuerūt hæc bonū,
& mētē, & animā, bonū Patrē, mētē Filiū
appellātes, animā Spiritū sanctū. At furti-
ua hæc esse, & à sacris mendicata codici-
bus, Numenius demonstrat, dicēs Platonē
Mosē Atticū esse. Quare & Amælius
Platonicus Euāgeliū Ioānis, quē barbarū
appellat demiratur vehemēter. Barbariq;
(vt ipse dixit) ad sua firmāda, testimonio
vitur: nam Ioannē indicat vt probet deū
verbo vniuersa cōdidisse, & Ioannis testi-
monium profert hoc omnia per ipsum fa-
cta sunt. At verò Philosophi, ramēta sacra
amplexabātur. Porro ipsum fontē verita-
tum, venāq; perennē salutis, sanctā vide-
licet scripturā, nō petebāt. Et equidē stul-
tus satis is esset, qui terrā argētiferā, aut au-
riferā nactus, ramētula leuaret, cū massas
integras colligere liceret. Tales isti fuere
Philosophi, vt rectē Theodoritus in eos
inuehitur, lib. 1. de principijs. Vbi præsto-
erūt tibi, quos indicauimus cū suis dogma-
tibus Philosophi. Verūtamen hæc paucis
supra terigimus, eōq; illorū repetita men-
tio est, quod vestigia beatissimæ Trinitatis
difficil-

Philosophi
celebres fur-
to substole-
runt multa
ex sacris scri-
ptis, & sibi
arrogarūt.

Vestigia
creata tenu-
ia sunt ad
augustissi-
mum Triad-
is myste-
rium.

Similitudo
animæ defi-
cit à beatif-
simo Triad-
is arcano.

Similitudo
ex verbo
creato defi-
cit ad verbū
increatum.

difficillima esse inuentu, doceremus nisi præsidij leuemur cœlestibus. ¶ At verò sunt per tenues in creaturis quædā tāti mysterij vmbra, quas sancti persequuntur doctores, nō quæ tantū mysteriū doceāt, sed quæ tāti mysterij difficultatē mulceāt. Inter quas tenues vt dicebā vmbra, quæ magis lucet illa est animæ humanæ ad hanc sacrosanctā Triadē collatio. Vt enim anima humana vna cū sit, tribus potētij prædita est: intellectu, videlicet memoria, & volū tate, ita vna diuina natura tribus personis.

At vis scire quā tenue hoc indiculū sit anima substantia est: tres istæ vires, accidētia illi perpetuo nexu cōhærentia: at vero personæ accidentia nō sunt. Quod si hæ vires animæ sunt idē, quod anima, anima nō subsistit in tribus re ipsa diuersis, sed ratione dūtaxat: at diuinæ personæ nō ratione sed realiter differūt. Neq; si cautē loquamur si potētia accidētia sunt animæ, sunt vnū ipsa, & anima. Hæc enim substantia est, illa verò accidētia re ipsa diuersa. Vt ergo vnū sunt cū anima? Essent em̄ sibi quoq; idē, iuxta metaphysicū p̄loquiū, quæ sunt eadē vni tercio & sibi sūt eadē. At nec illa ex verbo mētali creato similitudo fat est. Nā qđ mēs nra fecunditate donata sit, & verbū edere apud semetipsam possit, quamlibet etiā ex cōcepto rei verbo rē sibi apud se dicere valeat, id qđ vt prolē suā amat, nihil certē abyssalē sanctę Triadis profunditatem exactē patefacit. Etenim tria sunt in mentis nostrę arcibus recōdita, & mens progignens, & verbū progenitū, & amor progignētis ad progenitū. Quæ tria exile sunt Triadis summæ vestigiū & nō penitus tāto mysterio cōgruunt imō immenso tramite à tāta maiestate mysterij, procul distāt. Etenim hæc tria vnus vsq; non sunt siue vnā nō adipiscūtur in nobis substantiā, nisi extenso vocabulo homouisia dixeris, quia ad eādē mētē tria prædicta pertinet. Quidquod verbū mētis, mētē ipsam parētē reciproco amore nō amat. Quippē res ipsa à mētē cōcepta, vt cōcepta est vt proles mētis nostræ est, amoris

est impotēs. At in beatissima Triade, mētis paternæ, & cōcepti verbi mutuus atq; reflexus amor est. Vnde & Spūs sanctus processione habet. Neq; aliud verbū concipere pōt paternæ mēs, neq; aliū amorē, quā Spiritū sanctū eadē mēs & verbū suū spirare possunt. Et verbū infinitū fecunditatem paternæ mētis sua generatione ad æquat, & diuinū patris, atq; filij amorē amor infinitus (qui est Spiritus sanctus) absoluit. At mēs nostra plura verba, cōcipit, pluresq; amores format, & ne vagemur in singula, omnis similitudo creaturæ ad tantā huius mysterij maiestatem cōtēplandā si referat, infirma est, totaq; labefactatur. Neq; ab re clamātibus sexupēnatis Seraphim, liminaria domus fumātis cōcutiūtur, & turbātur & tremunt. Quippē nulla ingenij humani tanta acrimonia est, nulla tāta est mētis creatæ perspicacia, siue Angelorū, siue hominum, quæ ad tāti arcani celsitudinē nō pauca attonita. Turbātur Iudæi, & indignātur cū audiūt Christum, patrē habere Deū: ridēbāt gētes Euangelium, nouos credentes, annuntiarī Deos deniq; vnīuersum cōmouetur, in fidei prædicatione. Cuius solidissimū columen in hac huius beatissimę Trinitatis fide firmissima iacet. Nāq; neq; filij incarnationē, neq; spiritus paracleti aduentū, neq; iudiciū finale, cæterosq; Christianæ fidei articulos, qui sunt Ecclesiæ Catholice lumina quis crederet, nisi huius Trinitatis mysterio prius esset imbutus. Nāq; qui carnē sibi copulauit filius est, Dei verbum est: qui hanc copulationem celebrauit, Spiritus sanctus est. Conceptus nāq; Dñs de Spiritu sancto est. Qui misit filiū & Spiritum sanctū tātis explēdis muneribus pater est. ¶ Iam verò si vt monuimus in creatis rebus exilia sunt huius Triadis vestigia, ad codices sacros diuertamus sermonem, qui hanc Triadem summē venerātur. Ad ipsos enim qui volet serio hoc mysterium reuereri, & vera capere fide, sese conferat est necesse. Et quidem Evangelica scripta, patēter huius prædicāt Trinitatis gloriam.

Actorū. 17.
Sanctæ Tri-
nitatis fides
columen est
totius Ca-
tholice fi-
dei.

Trinitas ex
scripturis.

gloriam. Itidēq; & Apostolica eandē clarare sonāt voce. Etenim baptismi illustratio sub nomine huius beatissimæ Trinitatis celebrat: & regna cœlestia cunctis sub hoc nomine patent. Euntes, ait, docete omnes gentes baptizantes eas in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti. Matth. 28. & ad Titū. 3. quanta sit huius baptismi vis quodque Trinitatis gloria in ipso manifestetur Paulus docēs inquit, Saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis Spiritus sancti quem effundit in nos abunde: per Iesum Christum. Vbi cernis Hiero. exponente Triadis mysteriū. Nam ipse pater saluos nos fecit: & Spiritus sanctus est qui regenerat, & hoc per meritum & operationē filij, qui sanguine fuso aquas cœlesti virtute ad piacula nostra expiāda fœcūdat. Neq; est q̄ moras trahamus in cōgerēdis ex Euangelicis, Apostolicis ve scriptis testimonijs: quippe passim se offerunt quærentibus. At verò si sacras illas veteres musas consulamus, operosius erit hoc sacrosanctum mysterium, in illis perscrutari. Quāquam autem non clara voce illud testentur. At verò multa in illis legimus, quæ si non manifestant, adumbrant certē, Trinitatis summam maiestatem. Conditurus namq; Deus hominē, Faciamus (ait) hominē ad imaginē, & similitudinē, nostram. Quæ verba disputat Basilus Homilia. 9. sui Hexamerō, aduersus quendam Iudæū. Basilus enim plures esse personas diuinas ex verbo pluralis numeri contendebat: nā faciamus hoc præferebat. At Iudæus contra Deum asseribat sibi esse loquutū, cōtra Basilus quia nemo sibi imperat neq; faber facturus quidpiā sibi ait faciamus. Iudæus aiebat Angelis dixisse Deum faciamus. At Basilus contra Iudæum contendebat. Angeli enim nō sunt conditores, at potius ministri sunt summi cōditoris Dei. Et demū non est homo ad imaginē Angelorū cōditus sed Dei, quia Dei capax est. Nō enim Angelorū cōspectu beatur anima rationalis, sed diuino dūtaxat. Neq; Angeli sunt finis qui postre-

mo speratur ab homine. At in vno Deo hominis iacet hic finis atq; nouissima fœlicitas. Neq; audiēd⁹ est Philo ille Iudæus (alioqui celebratissimus) qui hæc eadem verba versans, in aliū impegit scopulū, hominē esse creatū ad imaginē filij, non patris. Nāq; patris maiestate reueritus nihil ad patris imaginē cōditum esse duxit. Sic theologizat quia Gene. 1. de homine loquēs Moses creauit (ait) Deus hominē ad imaginē & similitudinē suā ad imaginē Dei creauit illū. Expēditq; locum hunc, quid est quod ait ad imaginē Dei? Postquā dixerat faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostrā, putat ad imaginē Dei adiectū id est secūdi dei, quē vocat filiū. Hoc Philonis placitum indicatur ab Eusebio libr. 7. præparationis Euāgelicæ. Et quāquā illud non euertat, dignum est quod subuertatur. Quia blasphemū est, filiū vocare secūdū Deū: vt est pium secūdā diuinā personā eūdē appellare. Quod si homo est imago filij, itidē & patris, & Spiritus sancti quibus vna simplicissima est diuinitas. Est autē Dei imago homo quod liberi arbitrij: vt Deū in volēdo, atq; nolēdo referat. Intellectu rursus præditus est, quo diuina capere valeat vt ex Basilio Homi. 10. in Hexamerō colliges. Quod vero Philo arguat facile elucidatur, si dixeris amplioris declarationis gratia adiectū est: vt planū esset deū esse vnū. Quippē dixerat nostrā, adiecit continuo Dei, ne multos putares esse Deos.

¶ Sub hæc quoq; & illud pēsitandū nobis est: qđ dixit Moses, In principio creauit Deus cœlū, & terrā. Quæ verba Aug. 1. de ciui. Dei. c. 32. de filio intelligenda putat: vt in hoc primo totius diuinæ scrip. capite, triū personarū mētio exprimat. In principio, igit id est, in filio creauit Deus pater cœlū, & terrā. Et dein Spūs sancti in sinuat persona, qñ subdit, & Spiritus Dñi ferebatur super aquas. Et Dñs Iesus se vocat principiū. Ioan. 8. Principiū (ait) qui & loquor vobis. Id qđ agēs Aug. 10. De ciui. dei. c. 24. nō aduerbialiter legit: vt perinde valeat,

Locus ex
Genesi elu-
cidatur.
Gene. 1.

Homo vn-
de similitu-
dinem Dei
agat.

Locus ex
Genesi ex-
ponitur.

ualeat, atq; primo (vt Laurentius in annotationibus ad Ioannem voluit) sed tanquā nomen legit. Est autem pater principium & filius principium, & Spiritus sanctus principium: non tamen trias: sed vnū principium eodem libr. c. 23. contra Porphyrium tradidit August. Neq; ab hac sententia abhorret Diuus Basilus, in suo Hexameron, qui in principio, idest in verbo suo Deum vniuersa condidisse tradidit. Etenim artifex per artem artificia constituit. Est autem supremi artificis verbū suum, veluti ars suprema. Vnde per hanc artem viuam vniuersa fabrefecit. Omnia enim per ipsum facta sunt. Et pleriq; sanctorum hunc locum admodum prædictū differuerunt. Quanquam scio diuum Augusti. 6. capitul. 11. De ciuita. Dei. In principio Deum creasse dictū putare, quia ante hunc mundum visibilem nihil extabat idest antequam mundum conderet, nihil erat. Hoc deniq; quod videmus spectaculum fuit primò conditum. Etiam si nō erroneum putat, Angelos prius hac visibili fuisse machina conditos, modo Deo coæternos nemo dicat, eiusdem lib. ca. 32. De qua re in prologo. 2. non nihil tetigimus.

¶ Adumbratum quoq; sanctæ Triadis esse arcanum in tribus illis Angelis hospitio ab Abraham exceptis, quos tres cum vidisset, vnum adorauit, sancti volunt: vt diuus Cirilus testatur contra Iulianum. Quo loco Abraham tradidit in diuinitatis notitia profecisse. Nam cap. 15. Gene. vnum Deum cognouit. cap. verò. 18. Trinitatis gloriam in tribus conspectis Angelis adorato vno cognouit, & pleriq; sanctorum in hanc manibus & pedibus Cirilii eunt sententiam. Ferūt autem Hebræi, vt hoc obiter adnotemus, tres hos Angelos ad tria esse absoluenda officia destinos, alterum vt Isaac nūtiaret natiuitatē, alterum vt pentapolim deuaftaret incendio, postremum deniq; qui erueret à Sodomæis conflagrationibus Loth, fuisseq; hos Angelos Michaelē, Gabrielem & Raphaelē. Et quia nihil vt mihi videre

videor habet noxijs hæc adnotatio, ludes in ea vt libuerit.

¶ Præter hæc etiam quod in Danielis visione legimus, hoc quoq; obseruandū ad modum est. Nanq; Triadis mysteriū satis adumbrat? Antiquum dierū vidit Daniel ca. 7. sedentem in throno flammeo, vestimento niueo candore candicante capitis eiusdem comæ candidæ, instar lanæ mundæ: à cuius facie fluuius igneus, rapidusq; egrediebatur: cui millia millium ministrabant, & decies millies cētena millia assistebant ei. Sub hæc quoq; aspexit Daniel cū nubibus cœli quasi filium hominis venientem, & vsq; ad antiquum dierū peruenisse. &c. Quid enim aptius per antiquū dierū intelligendam veniat, quam pater ipse cœlestis non inuenio? Ipse enim etiam si nullo senio cōfici possit, quia æternus est, at antiquitatis nomen diuina scriptura illi tribuere non dedignatur, quæ non ætatis lapsum, sed æternitatis statū in patre esse indicet. At thronus igneus micare flāmas describitur à Propheta, q̃ totus ardeat dei thronus & ardore charitatis in pios, & zelo iustitię ardet aduersus cōtumaces & impios. Comā capitis vestimētaq; cādida sedēti dierū antiquo tribuuntur. Etenim omnis innocētia, omnisq; sanctimonia, vt à fonte purissimo, in Angelos & homines, ab ipso cœlesti patre dimanat. Vestimētū eius sancti sunt, qui illi mūditiā cordis hærēt. Esai. 49. Omnibus his, velut ornamento, vestieris. Capilli verò capitis mūdi, & molles. Quia ego (ait) cogito cogitationes pacis, æternitas autē nō sic in patre est, vt alijs denegetur personis. Sūt nāq; sibi coæternæ & coæquales. At antiquitas tribuitur patri: quippe est ipse primordialis & fontana diuinitas, vt ex Dionysio non semel iudicaui. Fluuius autē igneus, & rapidus, nihil aliud quam sanctū spiritū esse subaudire oportebit, qui in forma linguarum ignea discipulis Domini impartitus est. De quo Dominus ignem veni (ait) mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat? & rapidus est hic fluuius. Nescit em̃

Visio Daniē
lis explica-
tur.

Hiere. 29.

Aetor. 2.
Lucæ. 12.

tarda

Ioan. 1.

Locus ex
Genesi ex-
ponitur.

Ioan. 3.

Ioan. 15.

Matth. 26.
Lucæ. 22.
Mar. 5.
Actor. 7.

tarda molimina Spiritus sanctus. Rapi-
dus enim amnis dicitur, qui veloci fertur
cursu. Nihil autem ita velox, ut Dei spiri-
tus, qui ubi vult spirat, & in puncto men-
tem humanam ad se rapit, & conuertit. A
facie eius idest antiqui sedētis in throno,
egreditur, quia spiritus ille veritatis à pa-
tre procedit. Spiritus igitur sanctus ab an-
tiquo progreditur, non quod procedat so-
lum à patre, quin etiam à filio procedit, ut
prædiximus. Nonnunquam autē in Euan-
gelicis literis in patrem refertur Spiritus
sancti processio non ut filium excludant,
sed quod pater principium est, primaque
diuinitatis persona. Filius autem hominis
in nubibus cœli veniens, Christus Domi-
nus est, qui propter carnis assumptæ my-
steriū, minor est patre, & Spiritu sancto.
Idcirco postremo loco refertur: & quasi
filius hominis scribitur, non quod veram
nō acceperit humanam naturā, sed quod
diuinitatis suæ gloria obumbratur car-
nis humilitate. At peruenit vsque ad anti-
quum dierum, quia ascendens in cœlum
sedet à dextris virtutis Dei. Quod verò
(ait) aspiciebam donec throni positi sunt,
personarum diuinarum subindicat diuinā
autoritatem, etiam si solius vnus seden-
tis hoc est antiqui, meminerit. At si vnum
tantum sedentem conspexisset quid est,
quod ait aspiciebam donec throni posi-
ti sunt?

¶ Hæc igitur & similia adumbrant in ve-
teri instrumento summæ Trinitatis maie-
statem. At verò nihil mihi ita elucet, ut
vox illa Seraphica, quā nobis prothema
dedit, Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus
Deus Sabaoth. &c. Hæc vox sextipennata
clamat Trinitatis gloriam, & totū alis suis
pergit in orbem: quia plena est terra ma-
iestate & gloria dominivnius, & trini. Cū
Seraphicis istis spiritibus, quatuor illa ani-
malia, quæ Ioannes in Apocalypsi vidit,
capit. 4. consona voce modulantur. Neq;
requiem habent imo iugiter clamant San-
ctus, Sanctus, Sanctus, dominus Deus om-
nipotens. Hæc sunt illa, quæ multipenna-

ta animalia Ezechiel cœlesti penicillo pin-
xit capit. 1. quæ ex medio ignis procede-
re cernebat. Quibus singulis alas. 4. esse
binas protensas sibiq; connexas, atq; con-
iunctas, binas alias non protensas, sed qui-
bus tegebant corpora sua, vocemq; alarū
quando extendebantur, vocem vehemē-
tem quasi sonum esse aquarum multarū,
& quasi sonum sublimis dei, & sicut sonū
castrorū esse testatur. Atqui hæc quadri-
pennata animalia quatuor sunt Euangeli-
stæ, quatuor sunt Euangelia. Pennata
sanē sunt, quia in vniuersum orbem diffu-
sa est Euangelica doctrina, pennata item
quod qui illis adhæserit, accipiet pennas
sicut aquila, & fortitudine induetur, ut re-
ticulamenta satanica, & mundi tēdiculas,
carnisque illecebras pernici diffugiat vo-
latu. Frustra nanque iacitur rete ante o-
culos horum pennatorum. Neq; tamē om-
nibus suis alis volant hæc animalia, sed qui-
busdam tegunt corpora sua: neq; enim ad-
liquidum vniuersa propalant mysteria sa-
cra Euangelia: multa enim obteguntur ar-
cana, quæ scire non oportet. Nam admo-
nente Salomone in multis operibus Do-
mini non est amanda exquisita & sollicita
curiositas. At verò alias habent extensas
complexasq; inuicem alas: quippe sibi sa-
cri Euangelistæ concinunt, sibiq; consen-
tiunt. Idcirco alterum animal alteri iun-
ctas habet alas. De medio autē ignis, ani-
malia produnt: etenim ab Spiritu sancti
magisterio, & dictamine, Euangelistæ quæ
scriptis mandarunt exceperunt. Et sonus
harum alarum est ut aquarum multarū:
nam in omnem terram exiuit sonus eo-
rum, & in fines orbis terræ verba eorum,
& rursus ut sonus est sublimis Dei. Præ-
dicatio nanq; Euangelica non est huma-
ni imperij sonus, sed Christi, qui non est
per participationē Deus sed revera Deus
ille gloriosus, atq; sublimis, qui omnia mo-
deratur. Et est denique sicut sonus castro-
rum. Etenim in Euangelium Iesu Chri-
sti, totus mundus conspirauit. At verò ca-
stra illa inuisibilia quæ olim Helisæus in-
succur-

Visio Eze-
chielis expo-
nitur ca. 1.

Psal. 18.
Esai. 40.

Prou. 1.

Eccl. 1.

Psal. 18.

4. Regū. 6. succursum suū cōspexit hoc est. i. cœlestes
 Apocaly. 4. militiæ euangeliū Dei: aduersus malignas
 potestates tuentur. Hęc ergo animalia cla-
 mant in Apocal. Ioānis, & iugi iubilo idē
 ipsum quod Seraphim nostri Sanctus, San-
 ctus, Sanctus &c. Hęc nanq; animalia bea-
 tissimis præconijs gloriā Triadis manife-
 stāt. Dilcurramus in sacra quatuor euāge-
 lia vniuersa clarissima Triadis ferunt testi-
 monia. Cætera huius visionis persequi nō
 libuit, quia in rē hanc nō faciebāt: idcirco
 in aptū sibi locū sunt differenda. ¶ Iam ve-
 rō tēpus admonet vt receptū canamus.
 Hilarij de-cretū in tra-ctandis scri-pta.
 Etem Hilario admonēte. 10. de Trinitate
 libro, in diuinis tractādīs tenēdus modus
 est, vt ad illa tantū nitamur, quę a dño sunt
 nobis indulta. Nā si hęc moderationē, ex-
 cesserimus, indultis priuabimur, vt in vi-
 dēdo sole solū conandū videre quę possu-
 mus, vt lucē. s. quā fundit. Quod si ipsum
 solis globū contētiōsē nitamur inspicere,
 luce cōcessa fraudabimur. Nā ab ipso sola-
 ri globo acie oculorū retusa impotēs, quę
 lucē solis videat, constituet. Quapropter
 sat sit nobis de beatissima Triade, nonnul-
 las micantes scintillas cōspexisse: nā si ipsa
 intima Triadis arcana audacter aut insolē-
 ter scrutari contēdimus, a super substantiali
 eiūsdē Triadis claritate, quę micantissimā
 est mētis nr̄e imbecillus obtutus grauius
 opprimeēt. Scrutator nanq; maiestatis op-
 primeēt a gloria, quā ob rē quę fides docet,
 hęc solū amplectamur. In vltiora si pro-
 gredimur, a rapidis huius vastissimi torrē-
 tis, & impermeabilis pelagi in pfundū cæ-
 citatis tandē deuoluemur vndis? Imò hęc
 beatā Trinitatē precemur, vt suam, quā in
 mētibus nr̄is impressit imaginē, quā nr̄is
 culpis quotidie delemus, in nobis ex sua
 gr̄a restituat. Vt intellectus nr̄i fœcūditas
 prolē sanctā Deoq; dignā pariat, verbūq;
 mētis nr̄e, verbum diuinū illud referat, vt
 mens nr̄a iam reddita sancta, verbū sibi,
 & Deo cōcipiat sanctū, & immaculatas,
 pferat cogitatiōes. Quod si mēs sancta, &
 pura est, fieri nō potest, quin cogitationis
 verbū purū sit. Vnde & spiritus quoq; syn-

cerus, id est amor Dei & p̄ximi candidus
 cōsequet. O felicem animam illā quę im-
 polluta hac imagine trinitatis increata, &
 omniū conditricis, in se gestat gloriosum
 hoc vestigium. Si diuina meditaris, si illa
 apud te tacitus cogitas, verbū cœleste pro-
 lemq; diuinā intra te geris. Hęc autē p̄les
 amoris cœlestis atq; diuini, veluti nouā so-
 bolē parit. Sibi gratuletur iam huiusmodi
 anima, & q̄ potestate, & beata fœcūditate
 intellectu, aut (vt rectius dixerim) mētem
 illā diuinā æmulet paternā, & gratulet sibi
 rursum q̄ fœlici prole, id est sanctę cogita-
 tiōis, diuinū referat verbū, diuināq; æmu-
 letur sapientiā, & demū ex amore, quo fla-
 grat mens humana diuinæ bonitatis (quę
 Spiritui sancto tribuit) Spiritus sancti am-
 plectit similitudinē. Et quādo hanc Trini-
 tatē assequuta fuerit rōnalis anima, deter-
 sisq; vitijs in tantū sit fastigiū puecta, quo-
 modo ad imaginē, & similitudinē, æternæ
 Triadis cōdita extiterit vteūq; intelligere
 tūc demum valebit. Quauquā hęc nr̄a ad
 æternā Triadē imago, interim dū hic agi-
 mus, tātis per dum ex parte cognoscimus
 nusquam suis omnibus est absoluta nume-
 ris. Etem si aliqn̄ sanctis donamur cogita-
 tionibus, nonnunquā corruptis agimur: si
 aliqn̄ amore ardemus puro, sæpius rapi-
 mur impuro: quousque absorpta sit mors
 in victoria: quousque anima hęc nr̄a cor-
 poreis istis emācipata vinculis, a vili man-
 cipationē in cœlestē libertatem afferatur.
 Interim tñ quo ad licuerit conandum est,
 hęc Trinitatis imaginē, quā mēs nostra a
 suæ conditionis origine exornata fuit, vt
 quotidie reformemus, & renouemus. Re-
 formabit autē si æternę Triadi trinū sibiq;
 dignū offeratur sacrificiū, & mentis nr̄e,
 & prolis huius mētis, & amoris ab vtroq;
 p̄cedentis. Id quod fiet si mētem in Deū fe-
 ramus nr̄am, si plē nr̄orū cogitatuū Deo
 impēdamus, si deniq; amorē nostrū illi ce-
 damus, qui diligēdus est ex toto corde, &
 ex tota mēte, & ex totis viribus &c. Cui
 gloria & imperium in æternum.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

Matth. 22.
 Lucæ. 10.
 Marci. 12.

¶ Finis libri Secundi.

Tom. I.

Q

D I L V-

Epilog^{us} præ-
 dictorum.
 quidem
 ammalog

DILUCIDATIO NUM ET DECLAMATIONUM

tropologi. in Esaïam

Prophetam.

LIBER TERTIVS.

Dilucidatio in Caput Septimum Esaïæ.



FACTVM EST
in diebus^a.) Nouus rex Achaz, q patri successit Ioatham, noui huius Tertij libri adfert nobis primordia.

Qui sanè impius & funestus idololatra fuit. Multis tamè à Deo donatus fuit muneribus, nā regni Iudaici momenta duxit, & patribus pijs defunctis vita, locum Regium in dignus tenuit. Præter hæc quoque non solum blanditijs, & fauoribus prædictis affectus est, quin etiam bellis fractus, & ab hostibus cōculcatus fuit, vt. 4. Regum. 16. & 2. Paralipo. 28. satis indicant. Pertinax nihilominus persistit propositi, Deo non cedens. At verò ad idola fuit transfuga, & diuini cultus stationem deseruit. In quem conspirauerunt, & Rasim Syrus rex, & Phacee filius Romeliæ rex Israel, id est, decem tribuum, qui illum vehementer percusserunt plaga. In quem quoque coegerunt militares Idumæi copias, & Philistæi. Qui omnes & regem Achaz, & regnum Iuda, magnis affe-

cerunt cladibus. Imò tempore angustia suæ auxit contemptum in dominum idola plura colens, quam prius coluerat. Porro Regem impium & scelestum per Esaïam Deus, consolatur: & ne timeat hostes suos horratur. Facit enim solem suum

lære eam. Et nuntiauerūt domui Dauid, dicentes. Requieuit Syria super Ephraim, & cōmotum est cor eius, & cor populi eius, sicut mouentur ligna sylvarum à facie venti. Et dixit dominus ad Esaïā,

oriri super bonos & malos, & pluit sup iustos, & iniustos. Hæc ergo summam perstricta sunt, quæ Esaïas hoc loco refert. Significat autem primum incursum in Achaz, & Hierusalē factum esse à singulis regibus p se, id est, rege Syro, Rasim, & Phacee. Deinceps rō hos hostes iūxisse copias, & fœdera, contra regem eundem & regnum Iuda. Hoc est enim, quod (ait) requieuit Syria super Ephraim. Decem enim tribus Ephraim appellant, non nunquam in scriptura. Quia Hieroboam primus qui. 12. tribuum diuisit imperium Ephraïta erat. 3. Regū. 12. iunctisque copijs Syriacis, & Ephraïtis vnanimiter impetum fecerunt in Achaz, & populū eius, id est regnum Iuda. Quod audiens Rex Achaz expauit vehementer & itidē populus sibi

*Ephraim de
cē tribus ap
pellantur.*

lus ſibi ſubditus. Etenim priora bella memorantes, quibus ad modum fracti erant, & rex & populus, vt iam prædiximus, nūc iūctas hoſtiles copias multò vehemētius extimuerunt. Vt commouentur ait, ligna ſyluarum à facie

venti: ita cōmotum eſt cor eorum. At trepidāte Rege, & regno, dixit dominus Eſaiā, & filio eius Iaſub, vt egrederentur in occurſū Achaz animandi hominis gratia: vt deponeret timorem. ¶ *Ad extre-*

mū aquæ ductus

piſcinæ. 2) Sunt qui volūt tres piſcinas olim Hie

roſolymam habuiſſe. Nā quæ-

dam piſcina erat ſuperior, ex aquis à montibus diffuētibus collecta, extra vr̄bis muros ſita, vnde aquæ riuabantur in vr̄bis neceſſarios vſus. 4. Reg. 18. circa iſtam morabantur fullones, lauādis lanis. Erat autem & altera piſcina inferior, intra muros coacta, quæ inferior cognominabatur. Hæc ex ſtillicidijs decidentibus tectorum parabatur, necnō ex alijs accedentibus aquis, quæ ingruentibus bellis in vr̄bem ducebatur, ne aquarum inopia populus armis hoſtium cederet. Huius Eſa. ca. 22. meminit. Erat & alia circa templum congregata ab aquis de tectis templi diffuētibus coacta, quæ abluendis hoſtijs, & ſacerdotibus præparata erat. Etenim mariæneo à Salomone fabrè factò, in Babylonē ſub captiuitatem trāſſato, Iudæi poſtliminio reuerſi in lapidum templi concauitatibus, hanc piſcinam aut lacunam ſuffoderunt, quæ vſui ſacrificiorum, & ſacrificantium prompta eſſet. Et hæc eſt, cuius Ioā. meminit. ca. 5.

quæ probatica ſeu pecuaria cognominat, quia pecudes ſeu oues ibi lauabātur prius quam Deo immolarentur. Hanc motabat angelus, ſecūdum tempus. At verò ad extremum aquæ ductus piſcinæ ſuperio-

ris, iubet Eſaias cum Iaſub filio ſuo obuiā ire. Achaz regi. Hunc Iaſub Eſaiā filium Hebrei vocitant: & litera Hebraica ita habet, Sear Iaſub. Loco cuius noſtra lectio habet & q̄ derelictus eſt Iaſub. Alij verò nō derelictū interpretantur, ſed totū nomen eſſe filij Eſaiā, qđ reliquias eſſe cōuertendas aut reliquias conuer-

tentur exponunt, vt in nomine filij Eſaiā reditus à captiuitate Babylonica poſt ſtrages bellicas, quibus tandem erant ſuperandi reges & regnum Iuda, ſubindicitur. ¶ *Et dices ad eum b.)* Quasi dicat virum indue dō Achaz, timorem excute, ne paeas, à duabus caudis titionum iſtorum. Duos reges & Syrum, & Ephraitam titiones fumigantes vocat dominus. Titio em̄ fumigans iam iam depositurus eſt flammam, quia proximum eſt, vt calidum expiret, in humidum non agens. Vt ergo hos reges Syriæ & Ephraim à gradu ſuo deiiciendos eſſe inſinuet vt de Ephraim aperte Eſaias mox dicet, ideo illos cōfert titionibus, mox extinguedis. Aut eò illos titionibus contulit, quò vt titiones fumigantes fumum infeſtum oculis exhalant, ita & reges prædicti verba minacia & furibunda, contra regem Achaz, & populū ſuum ſpirabant. Caudas autem vocat copias militares horum regum, aut extremas partes ti-

Tom. I. Q 2 tio-

Albertus magnus in Ioā. capi. 5. Tres piſcine olim Hie roſolymis.

3. Reg. 7.

Probatice piſcina quæ.

tionum succensas, in quibus micat ignis. Significatq; sermone isto horum regum iram succensam in Achaz: ait enim, In ira furoris. Et dominus ait, has caudas nō esse timēdas. ¶ *Hæc dicit dominus Deus tuus nō stabit, &c.* Id est duorum isto rum tuorum hostium immanis contra te coniu rantii, nō stabit illorum coniura tio, sed fœdus i nitum aduersus te dissoluetur, o Achaz. Et quan quam modo Da mascus sit metropolis Syriæ, & regia ciui tas: & itidem metropolis Samaria erat de cem tribuum: at verò elapsis 65. annis Sa mariam vaticinatur Esai. non futuram re giam decem tribuum, & decem tribus nō erunt regnum, & non erit rex Samariæ fi lius Romeliæ Phacæ. Istorum annorū cō putationē Hieronymus secundū Hebræo rum subductionem, computat à prophe tia Amos, qui vaticinatus est cōtra Ephrai tas, & ante Esai. exorsus est vaticiniū suū: & cap. 7. cladē Israelitarū satis prænūtiat. Itidemq; contra Damascum vt cap. 1. Hic ergo Amos anno 25. Ozia pphetat, sub quo rege Esaias suum edidit vaticiniū: ha buitq; decursum eius vaticinium ad annū vsq; 6. Ezechia. Iam ergo cape residuos Ozia supersunt 27. qā regnavit 52. & 16. Ioathan, & 16. Achaz & 6. Ezechia confi ciunt annorū 65. summam. Sub quo trans lata est Samaria metropolis, cum sibi sub ditis regionibus, in Mædos & Assyrios: ta met si non sit in propatulo quod Amos an no 25. Ozia suum ordiatur vaticinium. Alij verò aliter calculum horum annorū supputant. Amos (inquiūt) prophetat, sub Ieroboam filio Ioas, anno 17. regni eius, qui cum 41. annos regnasset. 4. Regū. 14. residui sunt 24. regni eius, quibus prophe tat Amos. Et istis addunt decem Mana-

hem: duos Phacea 20. Phacæ, & Oseæ. 9. Sub quo redacta est Samaria in captiuita tem. Qui omnes reddūt annos 65. Et hæc calculatio satis discrepat à priore: quippe secundum hanc 17. annus regni Ieroboā initium est vati cinij Amos, se cundum priorē verò annus 25. Ozia regis Iu da, qui mortuo Ieroboam filio Ioas regnat i Iu dæa. Neque præ cisi sunt 65. Si enumeramus à Ieroboā, siqui dem non fuit Manahem proximus succes sor Ieroboam sed Zacharias qui sex men sibus obtinuit regnū. Post quem Sellum filius Iabes, mense vno. 4. Regum. 15. Por rò autem sub Phace hoc filio Romeliæ, venit Teglath Phaasar rex Syrus. Et tran stulit in Assyrios tribum Neptalim. 4. Re gum. 15. & tribum Zabulon, & mediam tribum Manasse, vt Hiero. est autor cōm. ad 10. cap. huius prophetæ. Et percussus est iste Phace ab Oseæ filio Ela, & desiuit esse caput Samariæ, iuxta vaticinium Esa iæ. Et Oseæ anno septimo obfessa est Sa maria metropolis decem tribuum, à Sal manasar Assyrio. Et anno. 9. regni eius capta est Samaria & desiuit esse caput re gni. Et regni Ezechia ægebatur annus 6. 4. Regum. 18. Nullatenus ergo anni isti computari possunt ab Esaia, sub quo isti duo reges & Rasim rex Syriæ, & Phace filius Romeliæ, conspirauerunt in Achaz. Et iam iam proxima erat & veluti ad ven tabat euersio Samariæ. Quod ergo ait, Ad huc 65. anni non à verbo Esaia computā dum est, quasi venturi essent 65. anni: at perinde est atq; si diceret, Adhuc 65. iam iam absoluendi sunt, vt quod Amos in Ephraim prædixit, impleatur. Credunt au tem Hebræi cum Esaia hæc vaticinaretur. 12. annos superesse vt Amos prophe tia con-

Amos con tra Ephrai tas ante Esa iam vatici natur.

ria contra Samaritas operi mandaretur. Tres. f. vltimi Phaceæ & 9. Oseæ regū Israel. ¶ *Si non credideritis.*^{a)} Hebræus locus fecus sonat, quam septuaginta interpretū. Isti enim si non credideritis, non intellige-

tis, ille vero si nō credideritis, nō permanebitis.

Id est non eritis fixi & stabiles, id est tu Achaz, & tui successorēs stabiles regni radices in p- fundū agere nō poteritis, nisi fidem vnius Dei inuiolatam seruetis, depulsis

idolorū superstitionibus. Eoq; & Ephraim peribunt & ab Assyrijs subiguntur, quia idola Hieroboam pluris fecerunt, quam Deum verū præsertim post promissam à Dño securitatē de duobus regibus contra Achaz grassantibus. Tacita est prophetæ admonitio, vt credēdo in Deum tanto beneficio accepto gratum se præstet. Quod verò Septuaginta verterunt si non credideritis non intelligetis, non tam concinit cum textu Esaie, quāquam & illud quoq; verissimum est. Qui enim non credit, nō intelliget. Duius Aug. tractatu 27. ad Ioā.

Locus Ioā. edisseritur.

verba illa Ioan. cap. 6. Sunt quidā in vobis, qui non credunt, enodans (inquit) non dedisse vitio dominum, quod nō intelligūt, Iudæis. Non enim ait, Sunt quidā in vobis qui non intelligunt: imò hoc vituperat, quod non credunt. Nanq; mysteria fidei penetrare nemo poterit, dū tantisper hīc agimus, hoc est donec reuelata facie dñi gloriam contemlemur. Ab homine igitur vitam ducente mortalem, non exigit Deus vt intelligat quæ fidei sunt, id quod humanas superat vires: at hoc petit, vt credat. Quod si nunc sub ænigmate crediderit homo, tunc quando clara luce fruetur intelliget, quæ hīc agens credidit. Neque

discipulus magistri disciplina imbuetur, nisi primum crediderit. Oportet enim ad discipulum credere. Ecquid mirum, si mysteria fidei mens humana non capiat, quādo multa sunt naturæ arcana, quæ mentis

Fidei necessitas exponitur.

ni, siue in excelsum supra. Et dixit Achaz, Non petam, & nō tentabo dominum. Et dixit, Audite ergo domus Dauid, Nunquid parū vobis est, mo-

nostræ captū fi- giunt? Sunt qui volunt vt Henricus Gandauēsis, in quodlibeto quodā post fidē, lūmē quoddā doctrinæ esse quod doctorib; ecclesiæ donat, vt intelligāt quātum capit humana infirmitas, q̄ fidei sunt. Nāq;

August. Hiero. &c. plura intellexerunt de fidei Sacramentis, quam plebs christiana.

At verò hoc lumen doctrinæ est idē quod doctrina Theologica, quæ proprio Marte acquiritur. Quod si nonnunquā infundit, singulari dono, eandē speciem sortitur cū eo lumine, quod nobis studia cōciliāt. Sed de hac re alibi. ¶ *Et adiecit dominus loqui ad Achaz.*^{b)} Curabat dñs hunc impium regē ad pietatem conducere. Hic enim diffidebat de Dei potentia, non credens Deū illum à duabus illis titionum caudis posse eruere. Huic ergo infidelitatis vitio volens dñs subuenire ait, Pete tibi signum à dño Deo tuo, hoc est, quia non credis, pete tibi signum & experire quod voles, siue in cælestibus, siue in inferni profundis.

Hæc habes fusius in præcursorijs nostris disp. ad primū librū Sentent.

Quæ sunt signa longē difficiliora, quam te eruere à Rafim & Phace, Mos celebris erat apud Iudæos signa petere, vt Paulus meminit Iudæi signa petunt inquit: & à dño Iudæi signum petunt, quibus dixit dominus, Generatio mala, & adultera, signū petit, & signum non dabitur ei, nisi signū Ionæ prophetæ Matth. 12. Et Matth. 24. Apostoli petunt quod signum aduentus tui. Et denique scriptura scatet hoc genus testimonijs, Signum autem in cœlo est il-

1. Corin. 14.

Iosue. 10. lud, quo Iosue potitus est oratione sua so-
4. Reg. 1. lem mirabiliter sistens, & illud quod He-
4. Reg. 2. lias sua itidem oratione obtinuit ignem
4. Reg. 10. deijciēs de cœlo, quinquagenarios deustu-
rum, aut quando is ipse curru igneo in cœ-
lū ferebat. Aut **lestos esse homi-**
illud collatū E- **nibus, quia mole**
zechiæ, stupēdū **sti estis & Deo**
signum qđ sani **meo ? Propter**
tatis suę ab Esaiā **hoc dabit Domi**
pollicite accepit
solis videlicet ad

1. Reg. 28. decē lineas retrocessionē. In profundū ve-
rò inferni fuit signum illud, quod dispēsā-
te dño Sauli malē petenti benē cōcessum
est: quod Samuel ex sinu Abrahæ ubi con-
ditus erat in hunc nostrū se se conferret, p-
diturus orbem: & id genus alia. Dñs ergo
vt ad nr̄um vatem sermo redeat aliquod
portentosum miraculum pollicetur factu-
rus in gratiā Achaz regis, vt Deus qui ma-
gna promittebat se pręstaturū fidem sibi
in minoribus apud eundē conciliaret, qua-
lia erant victorię reportandę de regibus
prędictis. At verò scelestus rex, Non petā
(ait) & non tentabo dñm. Dominus se vo-
cat Deum Achaz, non quia ab illo colere-
tur, sed quia iure erat colendus ab ipso. A-
chaz verò non dicit nō tentabo dñm meū
vt oportebat, sed dñm. Et peruertit diuina
verba (qui mos hæreticorū est) non enim
dñs aiebat tenta me, sed pete à me. Quòd
si aperto Dñs dixisset sermone tenta dñm
Deum tuum, parendū esset, quia tentatio
esset in noxia. Ille verò ne à dño de in fide-
litate conuinceretur, iussā dñi diffugiens
excusat tentationis malum, nolle subire.
Non petam (inquit) & non tentabo dñm.
Sciebat enim Deute. 6. scriptum esse non
tentabis dñm Deum tuum. At se iustifica-
re coram Deo contendit, dicens, Non pe-
tam, & non tentabo dñm, qui alioqui im-
pijssimus erat. 2. Paral. 28. Tales fuerunt
Iudæi, qui Chri dñi necē parantes, non in-
trant in prætoriū Pilati, ne cōtaminarent.
De quibus dñs ait excolantes culicē, & de-
glutientes camelū. Est autē diuinitatis ten-

tatio qñ dubiā fidem certis & euidētibus
demōstrationibus experiri conat̄ homo.
At verò dño offerente signa illa amplecti
nulla est dñi tentatio. Vt angeli natalium
dñi signū obtulerūt. Hoc erit inquit vo-
nus ipse vobis si- **bis signū, inue-**
gnum^a, Ecce, vir **nietis infantem**
go concipiet, & **positū in pręse-**
pariet filium, & **prio. Et Exodi. 3.**
vocabitur nomē **Dñs Mosi edu-**
cturo populū de
seruitute Aegy-

ptiaca signa ostēdit, & hoc genus sex cetera
in scrip. reperias. *Audite ergo.* Verba sunt
Esaię, in fidelitatē Achaz & tribus Iudaicę
inrepātis. Nō parū (ait) vobis est esse iniu-
rios hoibus. i. pphetis dñi illos cōtēnentes
sed in Deū quoq; vniuersorū creatorē ir-
rogatis iniuriā. Quę verba nō solū inten-
dunt in Achaz quin & in fautores eius &
afleclas. Idcirco prius dixerat. Audite er-
go domus David regē & sibi cōtribules si-
gnificans. ¶ *Propter hoc dabit dñs ipse vobis*
signū^a). Obduratio Pharaonis autori no-
cuit, alijs autē p̄ficua fuit: nā ppter Phara-
onis obstinationē dñs multa, p̄digiosa edi-
dit opera, vt Paul. Rom. scribēs meminit.
Itē infidelitas Achaz regis ipsum quā plu-
rimū læsit, at fidelibus admodū vtilis extitit.
Etem ppter eius infidelitatē, vel aptius
ad eius infidelitatē, magnū Deus pollicet̄
signū cōsequendū, qđ prepollet vniuersis
signis. Ecce, ait, Virgo concipiet, neq; solū
cōcipiet virgo, quin & pariet virgo. Et filij
virginis nomē vocabitur Emmanuel. No-
mē qđ trāstulerunt Septuaginta interpre-
tes, loco vocis halma, quę est apud Esaiā,
Parthenos. Quod nomē mulieris incor-
ruptę apud Gręcos est. At verò Hebrę isa-
tiscōtendūt, halma nō significare virginē,
incorruptā hoc est fœminā, sed adolescen-
tulā, siue integra ea sit, siue non integra, vt
Hierō. est autor libro. 1. aduersus Iouinia-
num. At verò in hoc loco contra putat
halmam significare virginem, naara ve-
ro significare iuuenulam. De qua re iti-
dem meminit libro de quęsti. Hebraicis.

At verò

Hæretici in
sar Achaz
peruertunt
verba dñi.

Ioan. 18.
Matth. 23.

Roma, 9.

Halma.
Parthenos.

Halma qđ
Hebręis si-
gnificet.

Naara.

Helem.

Halma.

Halmut.

Betula.

At verò Hebræa vox dubio procul apud Hebræos adolescentulam seu iuenculā significat. Et est generale vocabulum halma ad virgines, & non virgines, modo iuuentute floreāt. Vnde helem apud eodē iuuenem significat, & à verbo halā quod abscondit interpretatur, quidam credunt cum Hiero. hīc non solum virginem, sed absconditam & sanctam significare puellam halma. Sunt qui volunt halma quoq; ipsam iuētutem significare. Prouer. 30. Aptius tamen ab Hebræis non adolescentiam, sed adolescentulam interpretatur. Adolescentiam verò Halmut, virginem autem fœminam, cuius claustra pudoris illæsa sunt, Betulam vocant. Ipsamque virginitatem Betulot, siue sit iuuenis siue vetus. Quod ergo hic Esaias non Betulam scripsit, sed halma, quæ vox adolescentulam significare diximus. Idemque quod Naara, nihil ad rem Hebræorum contra nos facit. Nanque hoc vocabulum vt præ diximus generale est, & virginem quoq; subse comprehendit. Quare rectē Septuaginta interpretes parthenon verterunt. & Gene. 24. Rebecca virgo interpretata est, quæ halma itidem scribitur. Etenim consultē interpres non adolescentulam verit, sed virginem. Nam vt Hilarius. 9. de Trinita. docuit ex præcedentibus & consequentibus veritatis intelligentia captanda est. Nam respuenti Achaz à dño oblatum signum, domui Dauid nouum & insolitum signum pollicetur: quod tandem infidelitatem Iudaicam retunderet. Vtiq; signum hoc mirabile credendum est, & demum superans vniuersa signa, siue quæ in cœlo, siue quæ in profundo inferni à domino pollicentur. At verò quale putas signum, adolescentulam vnā non virginem concipere, & parere filium? Id enim quod naturæ ordo poscit: equidem mirabile non est. Quapropter prudentissimē Septuaginta interpretes per halma parthenon transtulerunt, vt Magnitudinem signi subindicarent. Quibus accedat nomen hoc Betula, virginem significare. Est

enim nomen integritatis nō ætatis: neque ad nuptas vox hæc apud Hebræos extenditur. At verò halma etiam ad nuptas refertur. Est enim ætatis nomen, sub sua amplitudine virgūculas & cōiūctas viro adolescentulas signans. Vt ergo Esaias mysteriū hoc innueret, hæc duo in beata Maria coniungenda, & quod nupta, & quod prolifica, & quod virgo, hac causa non Betulā scripsit, sed halmam. Et quāquā D. Hiero. in cōmen. hoc, & alibi (vt indicauimus) iūctis (quod aiunt) vmbonibus dimicet aduersum Hebræos, vocem hanc halma virginem sonare Hebræis, neq; solū virginē, sed sanctam quoque: & à virili aspectu abstractā: vt de Rebecca scribitur Genes. 24. virginem esse incognitā viro & Deut. 22. Lex punit raptos halma, id est virginis, porro refragantur Hierony. Hebræi. Me à tamen sententia etiam si Hebræis donec mus quod exigunt nihilominus illæsa manebit fidei veritas. Nanq; si dixerimus vt Hebræi cōtendunt halma nō esse integritatis nomen, sed ætatis, sonareq; puellam siue integra sit siue nō sit, non excluditur virgo Sacra ab amplitudine huius vocis halma. Cuius etiā ad incorruptas puellas, aut iuenculas significatio deriuatur, non tamen ad virgines vetulas. Beatissima autē Maria & virgo & nupta Ioseph, & adolescentula concepit, & peperit, dominum nostrum Iesum Chrm. Theodotio Ephesus, & Aquila Ponticus, iuenculā transtulerunt. Ecce iuencula in ventre accipiet. At verò pfundius pphetica callentes mētem Septuaginta interpretes, Ecce virgo in vtero accipiet, verterunt. Et D. Matth. cap. 1. locū hunc indicās Ecce, ait, virgo in vtero habebit. Generale nomen ab eo in speciale etiam cōmutatum est, id est adolescentulæ nomen, in virginis nomen. Et Matth. Esaiæ locum indicatum complens inquit, Et vocabunt nomen eius Emmanuel. Hæc enim est lectio græca Matthæi καλεσσοιμ. At apud Esa. nō hæc lectio est. Vocarat enim Hebræis sonat, & vocabis in masculino: & videtur ad Esaiam relatū,

id est tu Esaias lumine prophetico tibi superne infuso, hunc puerum virginis vocabis Emmanuel. In foeminino vero vocabitur sonat idem verbum, quod ad virginem parituram esse referendum aptissimè videtur. Et Septuaginta ita reddiderunt

& vocabis ut **Luc. 2. angelus cā didissimæ virginis dixit, & vocabis nomen eius Iesum & Matthæi. 1. Ioseph** eius Emmanuel. Butyrum^a, & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum^b.

Matth. 1. & Lucæ. 1.

dicitur vocabis. Quod verò in nostris habetur Biblijs & vocabitur, tam apud Esaiam quam apud Matth. neque Hebraicè neque Græcè legitur. Et Hiero. hoc loco neque in commen. Matth. & vocabitur legit: sed ut emendatissima exemplaria habent quod iam ex Græcanica lectiōe ostendi. Quod uerò non nihil à verbis Esaiæ immutet Matthæus familiare est euāgelistis, retento verborum sensu voces variare, ut iam, hoc cap. demonstrauimus. Etenim in utero habebit perinde est atque grauida erit, prænans erit, concipiet. Vocabunt, verò numerum mutat, at sensus idem. Etenim ad populum retulit Matthæus, quod Esaias ad singularem direxit personam. Super sedendum duxi in præsentia ab Hebraica in sapientia interpretante locum hunc de uxore Esaiæ prophetissa: de qua accepit filium, quem ipse vocauit Emmanuel: lege Cōmē. Hiero. Porro autē grauior se insinuat hæc dubitatio. Dominum enim neque angelus prænuntiavit vocandum Emmanuel, aut Immanuel, sed Iesum Luc. 2. Neque postquam impleti sunt dies 8. ut circumcidere tur puer vocatus est Emmanuel. Neque usquam in euāgelicis, aut Apostolicis scriptis, hoc nomen tribuitur domino Iesu, sed Iesus Christus. Ut ergo hoc habendum erit, & vocabunt, aut vocabis, aut vocabitur, aut vocabitur nomen eius Emmanuel? At verò Emmanuel nobiscum esse Deum sonat. Christus igitur Emmanuel est. Est enim nobiscum non solum quia præsens est fide-

Familiares euāgelistis est retento sensu, mutare prophetae verba.

Vide infra ca. 8.

Egregia q. stio de Emmanuel.

libus suis, ut auxilietur, Ego inquit vobiscum usque ad consummationem seculi Matthæi. 28. Quinetiam quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Ioan. 1. & Baruch. 3. Post hæc in terris (ait) visus est: & cum hominibus conuersatus est. Vocabunt ergo id est aptissimum, & congruentissimum, homines Emmanuelis nomen huic iudicabunt puero congruere. Et Iesus nomen, idem pollet atque Emmanuel: illud namque Saluator interpretatur. At qui nos eripuit à mortis æternæ iugo, quo premebamur, & à Satanæ imperio, & saluos denique nos fecit à peccatis nostris, Emmanuel est. Est enim Emmanuel Deus homo, homo enim tantum humanæ salutis opus præstare non poterat. Deus utique poterat, at noluit se solo cœlestem hanc libertatem humanæ naturæ impartiri. Se se verbum Dei, carnem fecit, ut quod homo non poterat, factus Deus potuisset: & quod Deus nollebat solus, factus homo voluisset. Nobiscum ergo est Deus, nobiscum vita, salus, lux æternaque beatitudo. ¶ Butyrum^a.) Pueri nascituri cibaria futura esse, quæ aliorum puerorum videlicet butyrum & mel ostendit modo Esaias. Ut verè intelligas puerum futurum egentem cibis, non phantasticum, aut simulantem se comedere, ut Raphael angelus, qui ait, Ego sum Raphael, &c. Videbar vobiscum manducare, & bibere: sed ego cibo inuisibili, & potu, qui ab hominibus videri non potest vtor, Tobias 12. Non ego huiusmodi virginis filius videbitur manducare, & bibere, & non manducabit & bibet: sed verè butyrum, & mel, comedet. Ut elidatur illud Manichæorum prodigiosum medicum, non verum accepisse dominum corpus, sed illud sibi affinxisse. Quæ admodum & angelis usu venit, Ut sciat reprobare malum, & eligere bonum. b) Prioris sermonis hic confirmatio est huius inquam, Butyrum & mel comedet, verè quidē, & non simulatorie. Etenim sensibus humanis erit præditus: quorum functio est, quæ sunt apta ei eligere, & amare, quæ verò inepta refutare.

Neque

Esaias contra Manichæum.

Exod. 3.
Num. 13.
Deu. 6.
Lucæ. 14.

Neq; tamen hæc alimenta proposuit, vta
lia neget pueri huic futura in cibū. At ho
rū meminit, q̄ppe terra illa vbi nasciturū
ex virgine Melsiā prædicebat Esaias, istis
in primis abundat cibis. Quia manare lac
& mel scriptura terram illam commemo
rat. Et re vera dominus mel post resurre
ctionem suam comedisse legimus. Loco
huius vt sciat reprobare malum, alij non,
vt, legunt, sed quia, vt Burgēsis, Quia sciet
reprobare malum, & eligere bonum, hinc
colligens scientiam infusam in Domino
fuisse priusquam ederetur à virgine ma
tre in lucem hanc. Butyrum enim inquit
comedet, &c. quia sciet, &c. Igitur prius
habuit scientiam, quam ciborum gustū.
Alius verò legit propterea quod sciet re
probare malum, & eligere bonū. At qui
sensus manifestus est, in lectione nostra,
quæ Hebrææ literæ consona est, vt sciat.
Vt sit à posteriori collectio, comedet bu
tyrum, & mel, ergo sensum verum habe
bit, gustabilium, verusque homo erit. Ta
met si prius est habere sensum discretiū
boni, & mali, quam vesci. Nobis tamen
prius innotescit vesci cibarijs, indeque gu
stum colligimus in nobis adesse. Quapro
pter Esaias quod erat nobis patentius ve
sci cibis primo expressit dein verò quod
erat occultius gustu præditos esse subiun
xit. Et si secundum se hoc primum est. Di
uus Damascē. ex hoc loco Christum ha
buisse non discursiuam sciētiam, sed citra
discursum credidit habendum esse libr. 4.
de fide ca. 14. At locus hic parēter nō illud
indicat, quāquā verum sit quod Damascē
nus autumat, vt nos in prologo. 2. differui
m°. Verū sciscitaberis forsità & quale hoc
cōsequēs butyrū & mel comedet, vt sciat
reprobare malū & eligere bonū. Nūquid
Esus butyri aut mellis, sciētia donat repro
bādi mala, & eligendi bona? nō arbitror.
Plērique istis & alijs potioribus vescūt
alimentis, qui reprobandis & eligendis bo
nis sunt quam ineptissimi. Quod si ad my
sticam intelligentiam hæc referas butyrū
& mel comedet, idest, doctrinam docebit

euangelicā, quæ pinguis & vberima gra
tiarum est & dulcis & suavis est, Tollite,
ait iugum meum super vos quia iugum
meum suaue & onus meum leue. Hoc est
butyrum, hoc est mel quo ipse vescabatur
dominus & vescendū à nobis, docuit nos.
Proptereaque reprobauit malum, idest, le
gem veterem, & elegit bonum idest gra
tiæ legem. Neque malum in script. culpā
præferebat semper: nonnunquam enim la
boriosum & tædiosum malum appellat.
Porro lex illa vet° tædio afficiebat obser
uantes, vt Petrus docuit Acto. 15. Hæc au
tē ad allegoricū sensum puto magis cōdu
cere, quā quod literæ huius genuinū sen
sum aperiāt. Dixerim igitur nō de sciētia
mentis hæc Esaię verba capienda esse, sed
profuso vocabulo, sensio etiā sciētia quæ
dā est, quā experimentalē nostri Theolo
gi vocitāt. Neq; de malo & bono, vt sunt
trāscendētis significantiæ voces, hīc agit
Esaias, sed de vtili vitæ, & nociuo: illud bo
num hoc malum ex vulgato sermone vo
cat. Idest vescetur puer butyro, & melle,
habebitq; gustum sibi cōuenientis cibi vt
amet, & gustum læsi, vt repudiet. Diuus
Augustinus in annotationibus in Iob. ca.
20. butyrum & lac ad tropologiam con
uertit: per pinguedinem butyri charitatis
vbertatem intelligendam voluit, per dul
cedinē verò mellis mentis hilaritatē. Istis
nos vesci oportet, si eligere cupimus bo
na, & respuere mala. Qui enim in benedi
ctione, idest, abundanter seminat in agro
dominico, abundē quoque & metet vitā
æternam, & butyrum comedit: qui autem
parcē seminat, non in pinguedine spiritus
operatur, sed in carnis ariditate. Rursum
quæ ex tristitia operat & veluti coactus Deo
obsequium impendit non melle vescitur.
Hilarē nāq; datorē diligit deus. 2. ad Cor.
9. Tametsi mel in sacrificijs suis deus olim
nō admittebat. Quippe quod homo ī suis
operibus sibi gratuletur sibiq; accepta fer
rat, quæ dona Dei sunt, deus summo opere
fastidit & odit. At vero tropologijs suis
loc° destinatus est: ideo valeāt ista modo.

Matth. 11.

Paulus & E
saias sibi cō
sentiunt.

2. ad Cor.
cap. 9.

¶ Quia antequam puer.^a) Quasi dicas non vobis subeat in mentem hoc signum dudum à me prolatum in foribus esse: tempore ageretur multa, antequam virgo hæc concipiat. Nāq; anni ferè. 500. à verbo hoc Esaiæ ad aduentū

domini sunt elapsi. Idcirco ait antequam puer hic carne assumpta gustet sibi delectabilia & auerſet sibi noxia, rex Samariæ peribit, & Damascenus itidē rex, qui ambo vexabant Achaz regē. Etenim Syrus rex, qui Israelitas trāstulit in Mædos, ille quoque Damascū diripuit: & titiones fumigātes fumum iræ & furo ris contra Achaz deposuerunt. Verū opportuna quæstio. Cur ergo nimis longinquū signum præsentis victoriæ à domino exhibetur? Vtique vt palam dominus faceret, infidelitatem populi Iudaici, quæ in capite & rege suo Achaz significabatur, esse quidem puniendam per puerum hunc, per quem non victoriam istam solum, de duobus infidelibus regibus, imo de vniuerso orbe reportaturus esset trophæū: vt de morte, de Satana, de peccato. Quasi dixisset Esaias si tu Achaz de vero Messia, qui puer iste est, verā habuisses fidē, non dixisses nō petam, & non tentabo dominum, sed contra, potius immensam Dei indubitata fide profitereris potentiā. Nanque qui carne accepta debellaturus est Satanam, & orbem, quid mirum si antequam carnem induat, te à rege Damasci, & Ephraim eruat? Deus autem suam demonstrabit virtutem hos deiiciens reges: tu autem in obsecratione tua deflenda diē postremum agēs. Ambrosius vero lib. de incarnatione. cap. 7. hūc versans locum se conduxit in eam persuasionem, vt crederet in Dño Iesu ignorātiā infan-

tile fuisse: quia Esaias ait, Anteq̃ puer sciat reprobare malū, & eligere bonum. Porro reclamat Paulus, In ipso, ait, sunt oēs thesauri scientiæ, & sapiētiæ Dei, ad Colos. 2. & Ioan. 1. Plenum gratiæ & veritatis.

Dominus super te,^b & super populū tuum, & super domū patris tui dies qui nō venierunt à diebus separationis Ephraim à Iuda cū rege Assyriorū. Veritas enim ad scientiam refertur. Quare etiā sub infantia Saluatoris plenitudo sciētiæ est cōfiteāda: imò etiā antequam in lucem hanc à virginis clausula p̄diret. Nisi velit Ambrosius ex-

perimētalem ignorantiam tradere, quā nos quoq; asserimus vt nostrates Theologi. in. 3. lib. Sētēt. dist. 13. in sciētia experimentalī Christi profectū vñanimi, cū Magistro Sētē. decernūt, decreto. Ad cuius sermonis libellam illud Lucæ intellectum volunt, Proficiebat Iesus ætate & sapientia. Locus ergo noster apertus est. Antequā puer experiatur sensu & bonum, & malum, & dulce, & amarum relinquetur terra, quam tu detestaris à facie duorum regum suorum. Etenim vt prædiximus Phace filius Romeliæ interfecit ab Osea: & sub hoc translati sunt Ephraim in Assyrios. Rasim verò rex Damascen⁹ à Teglathphaasar deuastatus est, qui Damascenos trāstulit in Cirenem. 4 Reg. 16. ¶ *Adducet Dominus super te.* b) Per hyperbaton legere oportebit hūc locum.

Etenim verba consolatoria, & diuini fauoris Esaias prosequens de repēte mutat sermonis formam, & in vindictam, & in furorem contra Achaz vertit sermonem. Cōminatur nanque modo calamitatem grauissimā Achaz & Iudæis venturā, qualem non sunt passi, qui erant regni Iuda à tempore separatiōis. 10. tribuū à duabus tribubus, quas Iuda vocitat iuxta morem sæpē repetitū. Hanc autē calamitatem per regē Assyriorum futurā ostendit. Quod nos le-

gimus

4. Reg. 16.

Opportuna quæstio.

Ambrosius exponitur de ignorantia seruato ris infantili

Lucæ. 1:

Prophetis est familiarē repente mutare in aliud propositum sermonem.

gimus cū rege Assyriorū. Alius clariustrā fert, nepe regē Assyriorū, idest hunc regē Assyriū adducet dñs contra te Achaz: & aduersum populū tuū & vires vestras franget, & dissipabit. Etem Theglathphaasar

2. Paral. 28. plu

rimū in modū deuastauit Achaz & suos, & sua. Et nullo (inquit) resistēte illū vastauit. Id q̄ summā infortūnitatis erat, nullis subsistere viribus, quas hosti obijcerent. ¶ Et

erit in die illa. Si

bilabit. a) Nico-

laus Rabbi Salo-

monis amās pla-

citum: hoc totū

ad obsidionem

Senacherib re-

tulit. Hic enim

venit cū nume-

rosis copijs de-

uastatur Hiero-

solymā: sub Eze-

chia rege. Et co-

pias, quas secū

cōuexit, muscas

& apes ppheta

metaphoricōs

vocat muscas

ob multitudinē

apes ppter cursus velocitatē, & armorū

instar aculeorū paratissimā nocēdi facul-

tatē. Muscē, inquit, quē in extremo flumi-

nū AEgypti. Per muscā non arrisit sub au-

dire AEgyptios Nicolao quia nō incolūt

extremas Nilipartes: sed Lybies subaudit.

Quos dicit iugēdos Assyrijs similibus api-

bus ob velocitatem, & in arte sagittas eia-

culādi peritiā q̄ oēs cū Senacherib in Hie-

rusalē obsidendā conuenerūt. ¶ Et requie-

scēt. b) Sequit metaphora priorē. Etenim

Et erit in die il-

la: sibilabit^a Do-

min^o muscē quē

est ī extremo flu-

minū AEgypti,

& api, quē in ter-

ra Assur: & ve-

nient, & requie-

scēt^b oēs in tor-

rētibus valliū, &

in cauernis pe-

trarū, & ī oībus

fruteris, & ī vni-

uersis foramini-

bus. In illa die ra-

det Dñs^c in no-

uacula cōducta

in his qui trās flu-

mē sunt, in rege

Assyriorum, ca-

put & pilos pe-

dum, & barbam

vniuersam. Et e-

rit in die illa: nu-

triet^d homo vac-

cā bou, & duas

oues, & prae hu-

bertate lactis co-

medet butyrū:

butyrum enim

& mel mandu-

cabit omnis ho-

mo, qui relictus

fuerit in medio

terræ. Et erit in

die illa: omnis lo-

cus vbi fuerint

mille vites, mille

argenteis, in spi-

nas & in vepres

erunt. Cum sa-

gittis & arcu in-

grediētur illuc:

vepres enim, &

spinæ erunt in

vniuersa terra.

muscæ & apes ad torrētes, valliū, ad cauer-
nas petrarū sese colligunt: in frutetis, in fo-
raminibusq; nidulātur, ita copiae Senache-
rib istar apū, & muscarū, cōfertim se rece-
perūt locis p̄dictis. Et q̄ sequit. ¶ In illa die

radeq; dñs. c) Intel

rit in die illa: nu-

triet^d homo vac-

cā bou, & duas

oues, & prae hu-

bertate lactis co-

medet butyrū:

butyrum enim

& mel mandu-

cabit omnis ho-

mo, qui relictus

fuerit in medio

terræ. Et erit in

die illa: omnis lo-

cus vbi fuerint

mille vites, mille

argenteis, in spi-

nas & in vepres

erunt. Cum sa-

gittis & arcu in-

grediētur illuc:

vepres enim, &

spinæ erunt in

vniuersa terra.

lectū volūt, in

die illa qñ dñs

miserebit Eze-

chiae & Hierusa-

lē occidet ange-

lus à dño missus

185000. militū

Assyriē & pede-

striū, & eq̄striū,

et ipsū deniq; Se-

nacherib, q̄ bar-

be cōfertur, tra-

det occisiōi. Et-

em filij Patrē in-

terfecerunt. 4.

Reg. 18. & 19. &

Esa. 37. Angelū

igif nouaculā vo-

cat cōductā. i. à

dño in vindictā

gloriosā hostiū

destinatam & a-

dornatā. Et qđ

seq̄t. ¶ In illa die

nutriet. d) Ad tē

pus Ezechiae re-

gis referūt isti.

Quo tempore

post adeptā ex

Assyrijs victo-

riā, vberimā futurā esse Esaias p̄uidit Hie-

rosolymā. At vero congruētiore est alia, q̄

amat Hiero. iterptatio. Putat. n. Hier. ver-

ba hęc Esaię populi illius miseras vēturas

p̄dicere, & cōnectit cū prioribus Esaię ver-

bis. Quasi dixisset Esaias. O Achaz isti ti-

tiones fumigātes, te conturbāt, & populū

tuū: at hęc nihil sunt si cōtuleris ad vētura

mala. Sibilabit enim dñs muscæ. i. AEgypt

ij premēt te. i. deuastabūt posteros tuos.

In Paral. 2. cap. 35. Nechaonem legimus

AEgypti

Aegypti regem, sanctum Iuda regem Iosiam, interfecisse. Et eodem libro cap. 36. de Ioachaz similiter legimus Iosiae filio, a rege Aegypti sublatum, & a throno regio submotum esse, & translatum demum in Aegyptum, terramque subactam tributis talentorum auri & argenti, & fratrem Ioachaz, Eliacim pro fratre suffectum in regem, mutato nomine Eliacim in Ioachim, eadem scriptura commemorat. Sub quo translata est Hierosolyma in Babylonem. Sibilabit dominus muscae, id est, muscis Aegyptiacis, id est, tradet Iudaeos in manus Aegyptiorum, quos vocat muscas, quia multitudine, & immunditia idololatriae, cuius erant superstitio fisisimi, muscas referebant. Vnde & Beelzebub princeps muscarum, aut deus muscarum interpretatur. Qui erat idolum cuius nomine & autoritate Iudaei blasphemabant, dominum eijcere demonia. At Assyrios transfuuiarios, qui transflumen Euphratem habitabant, apud Esaias vocitatur, propter illorum velocitatem, & sagittandi peritiam. In quorum potestatem redacti sunt, sub Ioachim a Nabuchodonosor: abacti enim sunt in Chaldeorum regiones. Hos vocat propheta nouaculam conductam, aut acutam, ut etiam Hieron. legit. Acutam sane, quia ad intima usque illius populi penetrantes Assyrii, vniuersa deuastarunt: conductam vero Esai. vocat, quod dominus veluti conductum illos, qui punirent populi illius immania delicta. Et quia & regem, & primarios duces Iudaeorum, & artifices ceterosque populi viros in captiuitatem redegit Deus, Idcirco ait, pilos pedum, & capitis, & barbam vniuersam rasuros transfuuiales Assyrios. Quidam honesta voce pilos pubis, pedum dictos pilos putant, Hebraismumque esse. At verò sensus planus est. Pili dati sunt in decorum, & protegmen, quia caput a frigore pilis defenditur: cetera

Matth. 12.
Lucas. 11.

Assyrii transfuuiales.

Et omnes montes qui in sarculo sarrientur, non veniet illuc terror, spinarum

regumque partes pilis honestantur. Barba vero sunt virilitatis signum pili. Esaias ergo omnem pulchritudinem, omnem honestatem, fortitudinem, Hierosolymam ostendit esse amissuram ut Hieron. cap. 25. Late prosequitur. Et quod & veprium, & erit in pascua bouis, & in concultationem pecoris.

cōtinuò adiungitur in Esai. ¶ In die illa nutriet homo vaccam. Id est, sub vastitate illa Babylonica terra squallescet, & sterile scet, adeo

ut gregibus & armetis multis pascendis desideretur terrae vbertas. Quae tamē sterilitas versa in vbertate est, abactis cultoribus in Babylonem. Imo etiā praedam armentorum, & gregum, cum ceteris optimis Iudaeorum suppellestilibus Nabuchodonosor abegit in Babylonem, cum praecipuis terrae cultoribus. Quapropter numerofo grege captiuo cum dominis, superstites boues, vel vaccam, vel oues paucissimae remanserunt, quae pascebantur gramina, & pauperibus paucis relictis lac, & butyrum praebent in alimentum. Quia paucos greges erat terrae gramen & fenum, ut vegetaretur: & apiaria itidem mel illis pauculis abunde subministrare poterat. Itaque pauci & pauperes superstites, deliciosius vitam ducere, & facilius minori impendio poterat, quam prius. Et locus ubi erant mille vites pretiosae, quia mille constabant argenteis, ante captiuitatem, sub captiuitate viluerunt: quae culturae operam desiderabant, qua fraudatae squallore & sterilitate, & vepribus, & spinis obrutae sunt. Itidem si ad Senacherib obsidionem velis literam accommodare, idem sensus reddendus. Quia obsidione ingruente vineae non poterant tuto cultorum accessu gaudere. Quare veprescebant vineae & vites, sub inde valore pristinum destituebant. Necesseque erat dominis vinearum sagittis, & arcu sese obmunire, ut ingrassatores hostes ab iniuria depellerent: aut propter serpentes reptantes, inter spineta quae succreuerant vinearum, cum armis gradiendum erat, ut illas interficerent. ¶ Et omnes montes. a) Istud

vfu

usu ventre promptum sub pressuris hostilibus est, ut homines incolente slocā infestata bellis, quando in planis tutō vitā frui non datur, ad montium se conferre altitudines, præsertim in montosis regionibus: qualis Iudæa erat, illosque colere & à lapidibus expurgare: ut montes elapidati, & culti, non indigeant vomeribus, iam, ut proscindantur, aut ligonibus. Sed farculo sarriantur: ut instar terræ mollis, & planæ vertatur. Significat ergo Esai. montes in pascua reddendos boum, & veluti in hortensia loca: tanta erit vastitas, & terræ

planæ desolatio! Neque ibi terror spinarū in spinetis, aut vepretis, spinarum aculei timentur: qui timor non erit in montanos cultores, quippe sua opera illa vniuersa abegerunt. Demum adnotandum est, pro eo quod nos nouaculam conductam legimus: in hoc cap. Septuaginta nouaculam inebriatam ediderunt, & verè: siue Babylonij siue Assyrij sub Senacherib ebrij furore & ira cruenta & phrænetica perciti, Iudæis mala intulerunt. Quibus Hieremias capit. 25. Bibite, ait, & inebriamini vomite & cadite.

DE SENSIBVS TROPOLOGICIS ad Caput. 7. appendix.

TROPOLOGIC A declamatio septima. De salutifera, & ineffabili diuini verbi incarnatione, deque augustissima Virgine Maria. Cuius prothema est. Ecce Virgo concipiet. Esai. 7.



ECCE VIRGO CONCIPiet & pariet filiū. Verba hæc ut inter exponendum vatem, nostrum agebatur, esse magnificentissimum diximus, & rarissimum imò prodigiosum esse & insolitum signum, quod Achaz regi Iuda idololatæ, domin⁹ ultro obtulit: qui cū cætera oblata signa respuisset, quæ utique magna & non vilipendenda neque vulgaria signa erāt: hoc tamē signum quod illis à rege impio reiectis successit, vniuersa quibus fulgere cælum potest signa, aut infernus deterreret, hoc signum quod in manibus versamus longo tramite superare quis non credet? Nam si virginem hanc consideras ex humana carne, ossibusque compactam, ut cæteras cernes: & quod foris oculis videntibus videndum obijciebat nihil plusquam mulierem promittebat: terram incolebat virgo hæc, sub domicilio terreno latitabat, cibus & potu indiga ut cætera fœminæ vestimentis fouebat, quo se tueretur

ab algoribus & æstibus, & hoc genus alijs premebatur indigentis ut cætera muliere. Imò neque eo cultu resplendebat exteriori, neq; illa nitebat sodalium pompa, qua cætera fœminæ nitere curant. Porro autem neque cælum habet creaturam, qua ornetur amplius, neque terra habet quicquam quo locupletetur vehemētius, neque infernus habet quicquam, unde de terreat formidabilius, virgine hac beata, quæ Emmanuelē gloriosum mundo ædedit. Hæc nanque est illud signum magnum quod miratur Ioannes Apocalyp. 12. Signum inquam magnum, quod apparuit in cælo mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius. Mulierem vidit, quod nomen infirmi sexus est, at solaris amictus infirmitatem sexus in miraculum videntium conuertit. Mulierem rursus vidit, quæ olim sublunaria amans perdidit cœlestia, at hæc mulier tam procul à sublunaribus est mundi commercijs, & solatijs, ut lunam ipsam habeat sub pedibus suis. Quibus ornamentis

Visio Apocalypsis exponitur.

tis adiectum est postremum capitis virgini ornamentum. Et in capite (ait) eius corona stellarum duodecim, id est, Apostolorum. 12. ¶ Fulget ergo huius virginis corpus claritatis solaris indumento: pedes lunaribus coruscant radijs: caput stellari splendore splendet. Demum vndeunque hanc virginem spectes, micantem radios videbis. At corpore fulgentissima extat, quia concepit, & peperit filium Dei, verum iustitię solem: nam inuenta est in utero habens de Spiritu sancto, Matthæi. 1. Stelliferam gestat coronam virgo hæc, duodenarioque consertam stellarum numero. Quippe duodecim tribus Israel, duodecimque patriarcharum illarum familiarum duces, & patres in hanc unam virginem intentos tenebant oculos, quando illa conceptura erat, & paritura omnium gentium spectationem Christum. Nam si Paulus quibusdam aiebat, Vos estis gaudium & corona mea, quid si virgo Apostolis, quos in discipulos habuit, & prophetis, quos in maiores habuit eadē promat verba dicens, vos estis gaudium, & corona mea, & ipsa quoque virgo totius Christianę ecclesię gaudium & corona est. Regum liber. 3. cap. 18. & 17. Quanta sub Achab fames presserit Israelitas Helia cœlum precibus claudente ostendit. At Helias Carmeli verticem tenens, puero suo iubet, ut cœli faciem aspiciat, quam videre septies repetens, nubeculam inspexit vestigiij humani referentem speciem. Id quod Helia ministro referente, Helias in nubecula grandem pluuiam imminere aduertit. Et cuius rei hoc gestum, quod modo tibi retuli typum esse putas, nisi eius quod dudum dicere cœperam? Clausum extiterat multis retroactis seculis: cū etis enim non patebat hominibus ante Christi aduentum cœlum. Non cœlum hoc dico nimbosum, vnde pluuię cadūt. Id quod est media aeris regio, at cœlum aliud in sinu, quod spirituum sanctorum est locus, quod cœlestis sanctorum est habitatio hoc clausum erat. Stillicidia

enim diuini spiritus, rarissima erant, anonæ cœlestis, quæ refectio est humanę mentis, cara olim erat: nulli denique etiam sanctissimo Baptistę patebat accessus. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, Ad Gal. 4. factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret. Ista plenitudo temporis septenarius est ille numerus vultum cœli contemplantis pueri. Etenim sub nouissimo tempore, quod per septenarium designatur, puer Helia, id est, sancti prophetę, qui sunt domini pueri, nubeculam præfenserunt venturam hanc virginem, scilicet, matrem, virginem beatissimam, quæ ut nubecula visa est: Quia respexit Deus humilitatem ancillę suę. Ancillamque se proficitur, quam in matrem suam eligendam duxerat Deus. Ante hanc nubeculam, antequam hoc signum magnum appareret in cœlo, sterilis erat humana natura, fame torquebatur diuini verbi, exiguum erat viroris in humana mente, squalida enim tota, in operibus mandatorum implendis & iners erat. At verò apparente in cœlo hac nubecula, coruscante in orbe virgine sacra, sonus grandis pluuię est. Nam hæc nubecula grandem gratiarum, & diuinorum benedictionum vbertatem in orbe inuexit. Apertę sunt sub hac nubecula catharactę cœli, & spiritus in igneis linguis donatur discipulis domini: sub specie flatus donatur Apostolis, ut remittant humana delicta: & in specie columbę insedit supra largifluum & in exhaustibilem fontem omnium charismatum Christum. Supra baptizatos id temporis quoque spiritus itidem sanctus visibili forma micabat. Quare hæc, ut post tantam spiritus sterilitatem, tanta fruamur spiritus vbertate? Quia signum magnum hoc, magna præferebat. Quippe ut nubecula hæc est virgo: in humano conspectu vilis extabat, quæ textrinum opus versabat. At quis queat huius nubeculę denarrare vires, qui fontem aquarum viuientium, qui cœlestia & terrena

Ad Phil. 4.
1. Ad The. 2

Egregia figura ad cōmédationē Dei pare.

3. Reg. 18.

Gene. 7.

A Ro. 2.
Ioan. 10
Mat. 3.

A Ro. 10

Maria stilli-
cidio suæ
gratiæ ho-
mines & an-
gelos infun-
dit.

1. Pet. 1.
Ivan. 8.
3. Reg. 18.
Lucæ. 2.
Mat. 22.
Lucæ. 7.
Lucæ. 11.
Lucæ. 18.
Maria signū
pacis & for-
deris & re-
conciliatio-
nis.

& terrena sua exūdandia irrigat (qui Chri-
stus Dominus est) in orbem terrarum stil-
lauit? quæ pacem cum Deo, & angelis, ho-
minibus cōciliauit? quæ suo vberissimo stil-
licidio, rigat montes, cōplutos reddit col-
les, terramque vniuersam cœlestibus suis
imbribus inebriat. Sunt enim montes an-
gelicæ mentes, quæ stillicidio virginis Ma-
riæ rigant. Etenim stillicidiū hoc chrs est,
in quē desiderant Angeli prospicere. Col-
les compluuntur ab hac beatissima virgi-
ne. Etenim Patriarchæ, & Prophetæ a lō-
ge hanc nubeculam spectantes, exultaue-
rum. Abraham (ait dominus) exultauit vt
videret diem meum: vidit, & gauisus est.
Qui dies beatissimus cœpit esse quando
sonus cœpit esse grandis pluuiæ, quando
Angeli canoro iubilo, vocibus nouis, glo-
riam canunt Deo, pacem hominibus reso-
nant, pastores euangelizant salubre e-
uangelium, vt iam sub Christi pueri cre-
pundijs vaticinium Domini exequeretur,
pauperes euangelizantur. Quandoqui-
dem pastores custodias aut excubias no-
ctis agentes, quæ annuntiauerunt & dixe-
runt Angeli firma fide receperunt & di-
dixerunt, Transeamus vsque Bethlehem,
&c. Lucæ. 2. Sub hac terra, quam hac glo-
riosa nubecula imbribus suis inebriat, ter-
reni sunt homines peccatis dediti, qui qui-
dem ab errore viarum suarum precibus
huius virginis ad viam rectam reuocan-
tur. Est enim pro peccatoribus ambitiosis-
sima patrona, ne pereāt ij, quos filius suus
Iesus Christus sanguine abundē in noxio
fuso sibi per gratiam suam in fidem traxit
suā qui onus peccatorum sarcina grauif-
sima, diuinā reueriti maiestatem, ad eum
se conferre non audent: quia oculos in cœ-
lum leuare timent instar illius publicani
euāgelici. At verò virgo hæc, q̄ deus in sua
Ecclesia erexit in signū pacis, in signū foe-
deris, & recōciliationis, hominū erga deū
est, vt olim arcus ille cœlestis, qui varijs re-
spersus coloribus, in nube à Deo veluti pe-
nicillo diuinæ manus de pictus, in foe-
deris signum exhibitus fuit hominibus:

vt certi essent non iam demergendos in
vastissimiscataclysmorum gurgitibus: sed
pace certa esse potituros. Genesis. 9. Tale
hoc est virgineum signum, in quod qui se
exceperit peccator diuina reconciliatio-
ne fruatur. Ad hanc igitur virginem se con-
ferunt criminosi, & culpati noxique ho-
mines: ad hanc se prouoluunt, ad huius
accidunt pedes. Est enim veluti nubecula
interposita inter Deum & homines, vt
per illam Dei clementia rorem suæ gratiæ
in nos deferat habuit nanq; arcum illum
intra beata viscera impressum cœlestem
quando concepit Dei scilicet verbum di-
uersis eandem distinctum coloribus, qui
est Christus dominus. In quo varietas na-
turarum & hipostatica vnitas, vnum velu-
ti arcum cœlestem reddunt. Hic est arcus
ille, de quo Ecclesiasticus meminit. 43. Vi-
de, inquit, arcum & benedic eum, qui fecit
illum. Valde speciosus est in splendore suo,
gyrauit cœlum in circuitu gloriæ suæ: ma-
nus excelsi aperuerunt illum. Quid enim
splēdidius Christo qui est lux vera, quæ il-
luminat omnē hominem venientem in
hunc mundum? qui splendor est gloriæ pa-
ternæ & figura substantiæ eius. Gyrauit cœ-
lum in circuitu gloriæ suæ, quia cœlū ter-
ra plena sunt maiestate verbi diuini incar-
nati. Gloria huius verbi omnia circuit: nō
est qui se abscondat à calore eius: omnes
ad se vocat, omnes rapit. Si exaltatus (ait)
fuero à terra omnia traham ad me. Vtiq;
cœlum gyrat Dei verbum, quia cardines
cœli perambulat. Est enim Dei sapientia
oculatissima: suaque notitia incomprehē-
sibili, non solū cœlestia omnia gyrat, quin
etiam & abyssos intuetur. Quas scripsit
Dei sermo ab hac sapientia circunualari,
Et gyro (inquit) vallabat abyssos. Quip-
pe vniuersa, quæ in profundissimis lati-
tant tenebris, huic verbo palam sunt. Ma-
nus excelsi aperuerunt hunc arcum: quia
Spiritus sanctus manifestauit huius arcus
gloriam, quæ hominibus occultissima
erat. Vide igitur hunc arcum, contem-
plare illius splendorem, & benedic Deo,
qui

Christus ar-
cus cœlestis
Locusec-
lesiastici ape-
ritur.

Locusec-
lesiastici ape-
ritur.

Ivan. 12.

Psal. 18.

Iob. 22.

Prouerb. 8.

qui gratia Spiritus sancti irrorante super
nostram beatissimam nubeculam, verbū
suum carnem fecit. Nubes enim roscida
radiatorum solis in se concipiens splendo-
re, arcū aspectibus humanis semper mira-
bile (vt Meteorologica Arist. docet) edūt.
Et beatissima hæc virgo non virili semi-
ne rotida, imò Spiritus paracleti rore cœ-
lesti perfusa, radioque diuinitatis illustra-
ta hanc, quam diximus, plusquam cœlestē
Iridē in se formauit, id est, Dominū Iesum
in se cōcepit. Quod si huius nubeculę ori-
ginem curiosius desideras intueri aperiā
tibi. Non enim aliam habet originē, quā
nubium est origo: quæ à terra suæ substan-
tiæ capiunt initium, & à solis calore in al-
tum lata, pluuias stillant, foecundandis ar-
uis aptissimas. Ex terreno itidem semine
cōdita est virgo sacra hæc, vt & cæterę fœ-
minæ. Porro autem calor solis æterni, Spi-
ritus sancti charitas à terrenis sic abstraxit
commercij, ab omni humana sic subdu-
xit contagione, vt adhuc agens in terra,
adhuc in natali folio versans, terrenū non
sapiebat: terrena virguncula non terram
sed cœlos versabat: sub ergastulo carniscō-
renta, carnalibus vinculis non detineba-
tur, quo minus ad cœlestia perniti sese a-
geret volatu. Iam ergo sic alta atque in su-
blime prouecta, nubecula hæc cōcepit di-
uinum rorem, Dei filium, huiusque diui-
ni rois natiuitate & gloria, & foecundita-
te, & cœlum asperfit & terram. Neq; ne-
gligendū duxeris quod diuinus sermo nō
virginem hanc, vt cunq; protulit, at ve-
nerabili, & emphatico articulo illā expref-
sit, & honorauit: Ecce (ait) illa virgo. Ita e-
nim Hebraicē legimus in Esaiā, in u haal-
ma, ecce illa virgo. Septuaginta quoque
translulerunt, ἰδὲ ἡ παρθένος, ecce illa vir-
go. Id quod nō in consultē aut temerē fa-
ctum, aut adiectum credas, sed vt eximiā
hanc virginem singularemque intelliga-
mus, non esse vulgarem virginem futurā
imò virginum omnium principem & ma-
gistrā. Nanq; virginitatis gloriam, quæ
apud veteres patres oblita iacuerat, (quia

opprobrio dabatur tūc virginitas) quippe
quæ sua sterilitate Dei populum non au-
gebat: Maria virgo prima valde erexit: quæ
sua integritate extitit gloriosa, & foecun-
ditate diuinæ prolis, cunctis amabilis red-
data est, & admirabilis. Hæc virgo prudē-
tum virginum ductrix est, & tympanum
crucis dominicæ pulsans, choros sanctarū
puellarum post se ducit, vt olim Maria il-
la Mosi & Aaronis soror. Ab hac pruden-
tissimā virgine pediseque virgines oleum
diuinæ charitatis, & gratiæ petunt, & illud
ab ea facile impetrant. Hæc est, quæ prior
ornauit lampadem suam, obuiam exitura
sponso suo. Etenim sponsus hic, & filius
eius est, & sponsus eius, quia Deus & ho-
mo est. Suscepit sponsum ante omnes vir-
gines, in thalamum suum, quia intra suo-
rum viscerum beatitudinem, eterni patris
concepit filium, & mater fit gratiæ, & mi-
sericordiæ est progenitrix. Quosdam in
sacris extitisse oraculis cœlibes, id est aga-
mos, seu non coniuges credimus, vt de Io-
sue primario Hebrææ gētis antesignano,
de Helia, de Heliseo, credidit Hieron. ad-
uersus Iouinianum, itidem de tribus illis
Chaldæis pueris, in fornacem illam conie-
ctis, quos fert Hebræorum placitum eunu-
chos extitisse. In prophanis quoque lite-
ris, virgines quasdam multis encomijs ab
historiographis prosequutas legimus, vt
Hyacintidæ virgines, Protogenia, & Pan-
dora, quæ pro liberanda ab hostibus patria
se mactandas tradiderunt, vt & Calcechus
virgo, patria peste laborante, gratia profl-
gandæ pestis petitur & rapitur ad necem,
& populus in columis redditur. Sibyllarū
laudes quis nescit, quas virgines fuisse me-
morię proditum est. Fuere quoque Vesta-
les virgines, quas Numa Pompilius insti-
tuit. Dianæque Tauricæ, fuit virgo Iphi-
genia, quæ in eiusdē Dianæ cultum sacer-
dotisse munere fungebatur. At verò quod
de sacrorum hominum prædiximus cœ-
libatu, quanquam memoriæ ab autoribus
fit consecratum, certa tamen fide non re-
nemus, etiam si probabili coniectura con-
iectare

Marianubis
instar origi-
nem habet
& operatio-
nem.

Exod. 15.

Mat. 23.

Hyacinthi-
dæ virgines

Emphasis in
scriptura.

Septuaginta

Maria prima omnium
virginitatem
est professa.

Matth. 15.

iectare liceat. Quod vero ex musis profanis protulimus, de virginibus, quas tanti fecit antiquitas ut in illarum morte, vitam quidam populi collocarent propriam, & dijs illas dicarent in præcipuum cultum, non abrogat, neque detrahit quicquam virginis gloriosæ Mariæ laudibus dudum de narratis, illam, videlicet, habuisse primam virginitatis gloriam. Etenim virginitatem proferri nullus virorum sanctorum aut sanctarum foeminarum, aut virginum, quas protulit gentilitas ante Mariam cepit. At verò virgines gentiles nihil opus facto longo ductu sermonis laudibus virginitatis celebrare. Nam erant quasi stultæ illæ virgines non habentes oleum in lampadibus suis, integræ corpore, mente corruptæ, non cultrices veræ sempiternæque deitatis: sed creaturarum. Et Corporis virginitas sola & integritas, commendationem sibi non poscit coram Deo. Hæc namque cum naturæ sit opus, infantulæ enim eduntur claustris integris, ideo virtutis non est laus solum integras esse corpore. Propter ea enim quæ nobis natura donat laudis, aut vituperij, docente Aristotele, non sumus digni: at mentis synceritas, animi incorruptio, hæc est Deo gratissima. Corpore namque integro mentem corruptam gerere laudis non est, sed probrii. Idcirco oleum in vasis non ferebant virgines istæ unde tandem repudiandæ à iudice Christo sunt. Si quæ verò virginitatem mentis & corporis cum verò Dei cultu iunxerunt, ut apud patres veteris legis, de quibus meminimus, utique non principatum tenuit illa virginitas, quæ vel cogitatione, vel consensu vel subreptæ suggestionem nonnunquam maculabatur. At virgo beatissima neque cogitatu, neque consensu, neque carnis titillatione subreptæ, mentis integritatem, aut corporis incorruptionem læsit: idcirco sancta corpore & spiritu, & utroque integerrima fuit. Id quod Paulus suis Thessalonicensibus optat, Ipse, ait Deus pacis sanctificet vos per omnia, ut integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela in aduentu Domini

nostri Iesu Christi seruetur. 1. ad Thess. 5. Hanc autem per omnia sanctificationem hæc sola virgo obtinuit: quibus & accedit illam apud se decretam perpetuam vouisse virginitatem Domino inspiratæ, ut ex mundissima virgine rex virginum Christus citra omnem labem assumeret sibi carnem. Quapropter hæc una virgo est, quæ corona virginum est: hæc virginis tatis una est tenens primiceria: hæc est, à qua cæteræ posteriores integritatis mentis & corporis, ut à fonte purissimo riuulos limpidissimos deducunt. Quod si virginitas est in carne corruptibili, perpetuæ incorruptionis meditatio, ut Autor est Augustinus, quanta obsecro erit Mariæ virginitas, quæ antequam nata esset, sanctificatione gaudebat, antequam in hanc visibilem lucem ederetur, iam luce inuisibili diuinaque claritate fruebatur? Corruptibile ferebat corpus, at in corruptissimis meditationibus animum iugiter imbuebat. Et quod virgunculæ nostræ ut cultæ, & comptæ, in publicum prodeat operæ & olei impendunt, hæc virgo ut Deo grata esset, impendebat. Illi cultam, illi comptam, illi ornatam, illi pulchram, per omniaque gratam sese exhibere summopere satagebat. Quam obrem hæc virgo est inter omnes foeminas, ut lilium inter spinas. Cæteræ namque si qua fulgent castitate, illam inter spineta vix custodire queunt. Pungitur namque sepiculæ castitas carnis illecebris, turbatur voluptatibus, sæculi. Titillatur sensualitatis affectibus. Hæc sunt spinæ, aut spinarum aculei, quibus nonnunquam, utinam non semper castitas offenditur, periclitatur aliquando, ne dicam sæpissime perit. At beatæ Mariæ virginitas nullis est puncta harum spinarum spiculis, nunquam turbata neque pellecta incontinentiæ blanditijs, sed inuiolata perstitit. Cæteræ sicut castimoniarum lilia sunt, at, ut diximus, inter spineta consita, ab illisque læsa: inter quas omnes ab omni harum spinarum iniuria illæsa Mariæ virginitas permansit. Inter omnes rosas hæc floret, imo florentissima rosarum

Maria virginitatis obtinet primiceria.

Maria virginitas inuiolata.

Eccl. 24.

est omnium virginū decor, & diuinum ornamētum. Hæc enim est instar rubi illius, quæ tota flāmans, tota ardens ignis nō sen sit ardore, quia Deus illā obumbrās ignis submouit incēdia. Spiritus (ait) sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obūbrabit tibi. Cōcepit filiū, peperit filium. Quis crederet Mariā citra concupiscētiæ incendiū, ardoris opus, quale conceptio est habuisse. Videbatur ardere, videbatur incendi, atq; libidine copulæ carnalis comburi: at procul hæc ab hac virgine. Nescit ardere, nescit vri. Quæ sine virili semine obumbrāte Spiritu sancto vniuersas libidinis flāmas in virgine suo obūbraculo refrigerat, vt sicut verbū æterni patris nō coitu, nō libidine, nō intercedente semine, sed ineffabiliter cōcipitur à Patre à quo & producit, idē quoq; verbum in carnali sua ex virgine conceptione, illā æternam & mētalē quo ad fieri licebat referret, vt citra viri amplexū, proculq; ab omni libidinis scintillula Maria verbū Dei ex carne mortali indueret. Quapropter nostrates Theologi fomitem in virgine hac non agnoscūt, mūltis obnixē contendētibz in vtero Annæ matris etiam num cōdita extinctū fomitē esse, qui ad peccata committenda acutissimū est porritamētum, Alijs verò ligatū id temporis extitisse, sub conceptione verò verbi diuini penitus extinctū, tradentibus. In quorū ego placitum libens accedo. Quippe ad cōceptū Dei verbi virgini dictum est Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Hæc autē obumbratio cōmodē aptabitur ad fomitis carnalis extinctionē, vt Calsianus libro de incarnatione aptauit. Porro extinctum, aut ligatum fomitem, in gloriofa virgine concedimus semper extitisse. Hæc nanq; virgo damna prioris scēminæ restauratura & refarcitura venerat. Priorem autem Satanas deiecit, & decepit: hæc autē posterior cōtritura Satanæ caput accedit. Et ipsa (inquit) cōteret caput tuum. Illa prior de terra terrena, hæc posterior de terra nō terrena sed cōlestis: illa quidē

quæ cōdebatur à Deo præsciēte eiūsdem peccatum futurum, citra fomitem tamen cōdita est. Quid quod posterior scēmina sine fomite subsistat, quæ nō ad culpā patrandā imò delēdam suo ministerio cōdebatur? Hæc virgo est deserti petra illa, de qua Esaias meminit, Emitte, dicēs, agnum dominatōrē de petra deserti. Etenim deserta est hæc petra ab omni culpa, & culpe vestigio. Nō em̄ fas erat petrā scēdari unde excidēdus erat lapis ille angularis, q̄ facit vtrāq; vnū, excidēdus inquā sine manibus, vt Daniel meminit: quippe natus est ex hac petra seruator noster Christus nō naturalē nascētium seriem obseruans sed insolito & incōsuetō, præter naturam modo. Idcirco sine manibus obstetricātibz, sed obstetricante Spiritu sancto, cuius opera claustris pudoris illēsis lux mundi Christus, ex illa ortus est. Aduersus hanc petram portæ inferi non preualuerunt. Si Petro Dominus hæc, quæ dicebamus verba dixit, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meā, & portæ inferi &c. Quid, putas ne, si aduersus Domini discipulum nō præualuere portæ inferi, præualituras aduersus Domini matrē Mariam? Sunt autem inferi portæ peccata, aut peccatorum fomites & incentiua, per quæ ad inferos descensus paratur, & ingressus. Petra sanē deserta est virgo hæc ab omni siue primitiua, quæ originalis culpa est, siue à quauis alia consequente, quæ non ex origine infecta, sed ex nostro arbitrio ortum habet. Quam mortiferam, & venialem vocamus. Quod si Paulus omnes homines dixit in Adam peccasse, illud quidem diuinæ legis decretum esse quis hæsitabit? At principum est suas pro tempore moderari leges, & æquitatem vti quando æquum est. At quanta sit æquitas, vt virgo hæc candidissima, cuius tot retro actis temporibus, à Propheta Esaiā à cæterisque sacris vatibus memoria celebrat, ab omni culpa penitus sit subtracta vniuersis patet. Christus immunis à culpa, & cōcipitur, & nascitur, quia Dñs est, & sanctus sanctorum est.

Mariæ & Euz collatio.

Esai. 16.

Dani. 10.

Math. 16.

Porte peccatorum non præualuerunt in mariam.

Ad Rom. 1.

Exod. 3.
Lucæ. 2.

Maria rubi
Mosaicæ ab
spiritu sancto obūbrata.

Maria à fomitem peccati abhorrens.

1. ad Thi. 2.
Gene. 3.

1. ad Co. 15

At

Maria virgo
immunis
a peccatis
be.

Luce. 2.

Maria quæ
Iesum subdi-
tum habuit
nō subiecta
fuit Diabolo.

Locus Pau-
li exponitur

1. Pet. 2.

Notandus
Typus.

At virgo hæc quippe cōiūctissima Domi-
no est, quippe quæ mater Domini est, &
dominum sibi cōciliat, vt dominetur spi-
ritibus omnibus malignis. Quod si istis do-
minatur vt illis subditam aliquando cōsti-
tuemus? Nam si labe originali infecta fuit
etiam paruula mora, Satanæ subiecta erat.
Verum matres, in filios ius maternum ha-
bēt & dominium: id quod facer Lucas, nō
tacuit. Erat, inquit, subditus illis. Quod si
virgo hæc sacrosancta habuit sibi subditū
vniuersorum dominum, quis credat illam
aliquandiu Satanæ, qui hostis est Deo infe-
stissimus subiectā fuisse? Paulus ad Rom.
11. Si delibatio (ait) Sancta, & massa: si ra-
dix sancta, & rami. Quibus verbis à sancti-
tate patriarcharum, colligit gentis Iudai-
cæ sanctimoniā. Nam p delibationem seu
primitias vt Theophylactus legit, patres
subaudit, id quod etiā per radicē, subaudit:
per massam verò & ramos, omnē illā pa-
triarcharum prolem, qui fuere veluti fer-
mētū quoddam ex quo tota Iudæorū po-
steritas fermētata est intelligit. Iam verò
si à sanctitate parentum posterorum Pau-
lus puritatem colligit, veluti à causa de-
ducens effectū, mihi liceat à prole sanctis-
sima etiam genitricis puritatem eximiam
colligere. Etenim si caro Christi, quæ ve-
luti massa ex purissimis virginis sangui-
nibus pista erat (vt est Damalce. autor. in
3. de fide) sanctissima est, ipsa quoq; deliba-
tio, ipsum principiū, vnde massa hæc coa-
gmentata & confecta est, sancta & immu-
nis à culpa semper extitit. Quod si Chri-
stus, qui quatenus à virgine natus est, ra-
mus virginis est (sunt enim filij veluti por-
tio quædam parentum Aristote. Autore)
hic autem ramus peccatum nesciuit, vt Pe-
trus est autor, si ergo ramus ab omni culpa
abhorruit, & radix quoq; nullius cōtagio-
ne culpæ fædata fuit. ¶ De ciuitate Hieru-
salem Esaias. 37. scripsit. Non intrabit ciui-
tatem hanc, & nō iaciet ibi sagittā, & non
occupabit eam clypeus, & nō mittet in cir-
cuitu eius aggerē. Et est sermo de rege Af-
syriorū, qui sub Ezechia gloriosam Hiero-

solymorū vrbē, expugnare tentabat, & se-
dulo adnitebatur. Quanto satius de beatif-
sima virgine, quæ ciuitas Dei est hæc dice-
mus quā Dñs sua præsentia. 9. mēsis no-
bilitauit. In hanc vrbē cōlestē rex super
filios superbiæ Satanæ non iecit sagittam,
neq; occupauit eā, neq; quādo cōcipere, &
neq; post cōceptā, neq; misit in eā fomi-
tē, qui velut vallū est, quod Satanæ capien-
dis animabus erigit. Curauit sanē Satanæ
solertissimē hanc cōlestē vrbē expugna-
re: sciebat nanq; sub mundi exortu, se mu-
lierē capissē inditionem suā. At verò diui-
no etiā præsciebat oraculo à muliere quo-
q; se deterrēdū, vt per easdē causas per quas
culpa se infundebat in orbē per easdē rese-
cāda, & abstergenda esset. Inimicitias, ait,
ponā inter te & mulierē, & inter semē suū
& semē illius: & ipsa cōteret caput tuum.
Gen. 3. At inter semē mulieris Christū, qui
sine semine, est semen virginis, id est virgi-
nis proles: inter hanc prole lōge beatā & Sa-
tanā immititæ cōsertissimē fuere & sunt
& erūt. Nullæ sunt in istis pugnis inducię,
nulla pacis fœdera ex inimicitijs istis spe-
rare licet. Tales quoq; accipe inimicitias
inter mulierē & Satanā: nā nullo pacis fœ-
dere iūctę vnquā sunt, imo infinito trami-
te distāt, beata hæc virgo, & antiquus ser-
pēs Satanæ. At verò si culpā in ea aliquan-
do admiseris, prius amicitias, quā inimici-
tias fateri inter virginē, & tortuosum colu-
brū oportebit. At quis animus cādus nō
horrescit, quæpię aures hoc ferāt, matrem
Dñi aliquādo amicitia cōciliassē cum Sata-
nā, subindeq; inimicā Dei aliquando exti-
tisse? Imo dicamus cū Ioā. Apo. 12. Iratus
est draco in mulierē, & abiit facere præliū
cū reliquis de semine eius. Draco iste Sata-
næ, virgini nocere tētauit: at frustratur il-
lius callidæ machinē, nāq; integra perseue-
rat inter vtrūq; inimicitia, quā Dñs quōdā
prædixerat, vt dudū aiebā. Irascit draco in
mulierē, Satanica fœdera respuētē, ideoq;
in sanctos Dei bella noua molit, qui perti-
nēt ad Christū qui semē est mulieris huius
hoc est delectabile illius germen est.

Maria & Sa-
tanæ sem-
per hostes,

Lege infra
declamatio-
nem de con-
ceptu virgi-
nis.

T R O P O L O G I C A D E

clamatio secunda de salutifera & inef-

fabili incarnatione diuini verbi ex

eodē prothematē.



V R S V M E R G O
prothema repetentes prio-
ribus addamus, iusta causa
Septuaginta trāstulisse, Ec-
ce virgo cōcipiet, vocabu-

lum hoc halma generale ad virgines & coniugatas in speciale virginum nomen transferentes. Etenim, γῆν, Græcis, & ad mulierē, vniuersaliter se diffundit, & iā ad vxores significandas vsurpatur. Vnde locū illum Pauli. 1. ad Corint. 9. Non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi: ἀλλ' ἐλϕω γυναικα, idest sororem mulierē, quidā trāstulerunt in vxorē. Quibus decretum est Apostolos post euāgelicam gratiam vxoribus vsos fuisse. De qua re alibi cōmodior erit sermō. Huius enim duntaxat memini, vt vocem Græcā ostenderem hanc, γῆν, esse generalem ad mulierē, & vxorē, vt adolescentula latinis, & ad integrā, & nō integrā setendit, & halma item Hebræis, & mulier Hispanis (vt Græcis) ad mulierē, & vxorē pfundit suā significationē. Nanq; Hispani vernaculo idiomate suas vxores, suas mulieres vocitāt. Iā ergo Esaias etiā si cū Hebræis asseramus, halma nomen ætatis esse, at verò vsus Esaias est voce hac ætatis, vt significaret ætatē, integritatēque & fæcūditatem. Nāq; vocū cōmunē signifiatiā ipsa rerū circumstātia ad particularē sæpē coarctat. Ex cōnexis nāq; quæ sit vocis significatio colligitur optimē. Quapropter Esaias p halma virginē sensisse, ex magnitudine signi quod cōmemorat vt prædiximus facile colligitur. Est enim signū hoc quod miratur vniuersa natura, imo hoc signum pauēt cœli, & cœlorū colūnæ. Est enim triūphale signū, nam est victoria nra aduersus Satanam, aduersus inferorū potestates ca-

teruasq; omnes, nrm est trophæū, angelo rū est exultatio: corpus totū peccati hoc signo destruitur, iustitia & sanctificatio ex hoc signo stabilitur, regna cœlorū miseris homūcionibus patent: drachma multo iā æuo perdita inueniūt. Prodigus filius qui substātiā suā luxuriose seu deliciose viuēs insum pferat, & satietatē famis ex porcorū filiquis sibi cupiebat, per hoc nouū & insolitū signū iā in amplexū paternū, quē contempserat excipitur. Hoc signū est, quod veteres patres illi, totius naturæ humanæ nomine, summis poscebant votis. Quorū ardētissima vota Cantic. 8. exprimuntur. Quis mihi det (ait) te fratrem meū, sugentē vbera matris meæ, vt inueniā te solū foris, & deosculer, & nemo me despiciat. Hæc nanq; virgo beatissima Dei filiū Dominū & creatorē hominū fratrem fecit hominū. Hūc inuenerūt angeli in die nataliū foris in carne mirabiliter subsistentē, sub carnis nube obtectū, & exinanitū, forma seruili accepta, & quē cœli & terra nō capiebāt, in pusillo præsepio iacetē inuenerūt. Hūc foris inuenerūt pastores, excubias sup gregē suū eadē nocte agētes: hūc Magi stella cōspexerūt duce, foris & solū inuenerunt cū maria matre. Hoc signū admirātur & reuerētur Angeli, osculantur pastores, & Magi adorāt. Et ante omnes virgo mater beatissima filio paruulo, quē genuerat dudū, oscula mollia in recēternatas infantis gēnas dulcissimē & reuerēter impsserat. Vt te (ait) deosculer, & me nemo iā despiciat. Neq; enim fas est vt natura humana, quæ Deo & angelis despicibilis erat, despiciat deinceps, quippe quæ iā fratrem habet Deū. Si rex quispiā puellā etiam si fœdissimā, & vilissimā in vxorē duxerit, totam puellæ cognitionem regio splendore illu-

Ad Rom. 6.
Lucæ. 15.

Maria Deū
fecit fratrem
esse nostrū.

γῆν

Halma.

Maria est
triumphale
signum.

lustrat.

stat. Deus ergo naturā humanā sibi copu-
lās, diuinis honoribus humanū genus pro-
sequutus est. ¶ Iā verò non ab re erit expē-
dere quæ sunt, quæ hoc beatissimū signū
in nostrā deducūt notitiā: siquē signo est
hæc germana natura, aliud à se demonstrā-
re. Omnia autem diuina signa quò diuina
sunt, eò magna præsegerunt. Hoc autē, quò
omnibus antestat signis, qualia rogo pu-
tas præseferet? Hoc nēpe signum nō natio-
ni vni Iudaicæ, quin vniuerso orbi signū
est. Nam cætera signa diuinitatis potētia,
sapiētia, bonitatem, iustitiam &c. indicant
hoc autē non solū hæc, imo & pleraq; alia
abstrusissima ostēdit. Potētiæ sanē summæ
est virginē cōcipere, & virginē parere, id
quod vniuersæ naturæ vires facilè superat
summæ sapiētiae est, occultissimæq; atq; di-
uinæ artis est formā nosse, quomodo po-
tētia prædicta in exequutionē veniat: deni-
q; & diuinæ bonitatis est humanæ salutis
gratia, naturæ iura in miraculū cōuertere.
At potētiā, sapiētia & alia diuinitatis attri-
bura hæc ante virginē cōceptū præstitit
Deus nō semel. Nāq; mare Rubrū mediū
diducitur, vt Iudæis se calcabile præbeat:
stat sol cōtra Gabaonitas, vt Iosue cōcupi-
ta fruatur victoria: retrogado incessū retro-
cedit sol, vt Ezechia regi salutis certū ex-
hiberet indicium: & vellus cōpluitur sub Ge-
deone terra circūstāte arefcente, & rursus
vellere sicco vniuersa terra madet cōpluta
& id genus nō pauca quæ Deus vt suā mor-
talibus notā faceret potētū, sapiētia, inex-
hauribilēq; bonitatē opportunis demon-
strauit tēporibus. At verò virginēus cōce-
ptus, quod hæc præstiterūt signa, præbuit
& multo præclariora. Quippe per priora
tot quot illa fuere, nō Triadis æternæ ma-
iestas indicata est. Id quod per nostrū hoc
quod versamus præexcellsum signum, du-
bio procul innotuit. Etenim filius cōceptus
à virgine, nō viri filius, sed æterni patris fi-
lius est. Pater filiū hūc sub destinata tēpo-
rū plenitudine, de regalibus sedibus suis in
honestissimū virgūculæ vnius vterū mis-
sit, & illū humana veraq; vestiuit forma.

Est enim habitu inuētus vt homo. Virgo
Porro hæc virū nesciens, angelico verbo
admonetur, huiusmodi cōceptionē nō ex
virili fœmineiq; feminis (si tamē semē fœ-
mineum dicēdū est) cōmixtione esse coa-
gulatā, imo Spiritus sancti obumbratione
potius diuinaq; potētia celebrādū hoc e-
rat magnificētissimū signum. Virgo nāq;
materiam suorum purissimorū submini-
strauit sanguinum diuina tamē fauēte ope
& Spiritus sanctus vt supremus artifex ex
materia primas puritatis tenēte partes, car-
nē diuini verbi fabricauit, nō per moras tē-
porales, vt nostra, quæ ex embrione se trās-
fert in fœtū, alijsq; peractis mutationibus
animatur tādē. At verò non itē Christi ca-
ro. Citra temporis enim interualla coagu-
latur sanguis in carnē, organizatur in hu-
manā formā, animatur in hominē verum
anima rationali, & copulatur Dei verbo.
Fit deniq; verbū caro, & caro verbum. Et
si incremēta corpusculum illud diuinum
per tēporis spatia, vt nostrum, suscepit.
Ideoq; hæc incremēta in Mariæ claustro,
vbi baiulabatur Dei filius, nouē mensium
spatio suscepit. Aspicias ne, vt Patris Filij &
Spiritus sancti splēdescit iā maiestas? Aspi-
cis vt mysterium Triadis à seculo occultis-
simum, per virginēum panditur conce-
ptum. Non ergo nuda Dei potentia, sed
paterna Dei potentia, non nuda Dei sa-
pientia, sed diuini verbi sapientia non
nuda Dei bonitas sed Spiritus sancti bo-
nitas, cūctis iam per verbum conceptum
hoc, patēt. Desine iā mirari solis stationē,
sub Iosue: desine mirari retrogressum so-
lis sub Ezechia: desine mirari vellus cōplu-
tum, & aridum, sub Gedeone. En tibi solē
iustitiæ Christum Deum hominē, in vtero
virgineo cœu in nouo recōditorio cœ-
lo splēdidiorē, & illustriore omni cœlesti
machina stātē, nouē mēsum ducentē mo-
rā, inibi quietus & immobilis stat, vt tādē
ex honestissimo talamo egrediēs, vt gigas
Gabaonitas id est Tartareas vincat furias.
En tibi in eodē vtero eundē veluti retro-
gadum solē. Etenim æternus fit tēporalis,

Caro Domi-
ni sine tem-
poris spatijs
cōcipitur.

Typi egre-
gij ad virgi-
nis cōmen-
tationem.

Psalm. 118.

Ad Phil. 2.

Maria diui-
nam maie-
statē pādīt.

Exod. 14.

Iosue. 10.
Esa. 37.
Iudicū. 7.

Sapien. 18.
Ad Phil. 2.

& Deus fit homo, & semetipsum exinanivit. Nō ne hæc videbitur tibi retrocessio, quodā modo, à propria degenerare natura? Nō quod filiū Dei degenerē credas, secundū se (quippe in eadē substitit maiestate, antequā à virgine cōciperetur, & post cōceptum) at verò, quia vidimus eum & nō reputauimus Esai. 55. & suā instituit claritatē obtegere, vt redemptioni locū cederet. Hac ratione intellectū puta & qđ Paulus, & quod nos diximus. Retrocessit ergo sol iste micatissimus & suā interim imēsam obnubilauit claritatē, vt salutis humanæ certū porrigeret indicatiū. En tibi tādē cōcham, seu peluim, rore ex vellere expresso plenā, Mariam videlicet diuino pręgnantem verbo. Vellus cōpluitur, rore q; madet, terra arente. Quādo enim lex illa vmbatilis Deo grata erat, & sanctos prophetas ceteros Deo placitos patres alebat, rorē habebat lex illa diuinę gratiæ, atq; fidei. Illa nāq; Christū gratiarū elargitorem profitebatur vēturum. Atqui illa madente hoc rore cœli, & abundauit pinguedine terræ. Quia opima terræ bona itidem lex suis cultoribus pollicebatur. Terra verò arida erat: quippe caligo infidelitatis gentes tunc opprimebat, & tenebrę errorum sparsę erant super nationes vniuersas alias. Illa sola lex lucem vnus veriq; Dei tenebat. At verò ex vellere exprimitur ros, quando quod lex promittebat, in vtero beatissimę virginis infundit. Fœlix cōcha hæc, fœlicissima peluis, quæ tanto ac tam glorioso rore perfunditur, & impletur. Concepto ergo Christo & nato, incipit arescere vellus, & terra gentiū madescere cœlesti pluuiā. Effunditur à virginea cōcha ros iste cœlestis, in Bethlehem Iudæ: oriū pręter hæc stella, & ecce Magi ab Oriente veniunt, & quærunt solertissimē & exequētissimē, vbi est qui natus est rex Iudæorum? Aduertis nē, vt hoc cœlesti rore iam suffunduntur gentes? Hierosolymam petūt, sacerdotes Hierosolymitas cōsulant, de huius roris exortu: ad ingressum illorum turbatur Herodes rex, & om-

nis Hierosolyma cum illo. Ecquid turbatur? Nempe, quia expresso à vellere rore, iam siccatur vellus quādo cœpit madescere terra. Nā Paulo docente. ad Ro. 11. Iudæorum delictum diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorū, diuitiæ sunt gentiū. Quasi verò dixisset, illorum exiccatio gētium est irroratio: illorum sterilitas, gentiū est vbertas. Iam ergo vellus illud legis Mosai cæ aridum prorsus est, & exitium cultoribus confert, & gloria Iesu, & diuitiæ in gētibus regnant. Rectē autem velleri lex illa confertur. Vellus nanq; in carnis tegumētum conceditur, quā lanugine sua ab iniurijs cœli defendit. Lex quoque illa lanuginosa tota, cæremioniosa (vt ita loquar) tota erat, vitalis quidem nō erat, at vero vitam tuebatur. Sacrificia nāq; & onerosi cultus illi pristini Christum verā vitam sub se, vt sub signis continebant, illiusq; fidem tuebantur. Erat nanq; lex illa vt pædagogus nutriens Iudæos, & erudiēs in fide venturi Christi Paulo testante. ¶ Porro autem mecū obsecro paulisper gradum tene: mētem tuam mecum Paululum fige in maiestatis huius incomparabilis conchę contemplatione, quam cœlesti rore infusam diximus. Etenim vt tradunt Phisici contēplatores conchæ marinæ cœlesti rore concepto margaritas siue vniones generant: virginem autem Mariā vtero suo cōcipiētē diuinum rorem idest verbum æterni patris, qualē putas margaritam genuisse nisi Christum Dominum? Ex quā (ait) Matth. 1. natus est Iesus, qui vocatur Christus. Hic est illa margarita, de qua ipse d̄ seipso loquens, Simile (inquit) est regnū cœlorū homini quærenti bonas margaritas: inuenta autem vna preciosa margarita abiit, & vēdidit vniuersa quę habet &c. At omnes quot quot sunt homines bonas margaritas quærunt. Scripsit enim Aristot. 1. Ethic. in principio omnia bonum appetere. Bonum enim omnes inhiant: in bonum affluendum creata vniuersa incumbunt: nullus malum appetit. Quod si in malum feruntur, illud sanē sub lenocinio boni. Falli-

Iudæorum
exiccatio gē
tiū est irro
ratio.

Ad Gal. 3.

Matth. 13.

Locus ex
Matthæo
gregiē ex
ponitur.

Iudi. 6.
Typus pul
cher ex lib.
iudicum.

Esai. 60.

Matth. 2.

Lege infra
declamatio
nem de epi
phania Do
mini.

Matth. 2.

mur enim specie recti. At ut pisces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur, quia illecti esca inescantur (ad bonum utique sese agebant, at vero sub bona esca, illorum nihilominus comprehensio & captura latitabat) ita quoque homines capiuntur de repente à malo sub specie boni fulgente. Ut dixit Salomon. Eccl. 9. Denique vniuersa, quæ desiderantur aut bona sunt, aut bonitatis fucum præsegerunt. Quærimus igitur omnes bonas margaritas, sed pro dolor non omnes in illam margaritam singularis & incomparabilis prærij offendimus. Sed Maxima hominum pars alias sibi refodiunt, quas putant esse sed falso margaritas: quia nihil minus quàm margaritæ sunt. Quidam voluptatem æstimantes summum esse bonum, hanc exquisierunt, quo ad potuerunt, alij diuitias, alij potentiam, alij honores, alij denique virtutem quærebant, margaritum hoc sibi summo studio parare curantes. Et demum unusquisque quod sibi arridet & quod pluris facit, & alijs præponit vniuersis, hoc suum est, quod sibi conquirat, margaritum. Porro autem margaritum euangelicum, non ab æstimatione cuiuslibet pretium habet, sed secum defert valorem suum. Verum hoc margaritum, quod virgineum claustrum mundo exhibuit, ex cœlesti rore concretum, non quiuis inuenit, non quiuis quærit: quàmquam in cuiuslibet facultate situm est, ut quærat & inueniat. Est tamen occultissimum id quod manifestissimum est. Nihil enim Deo notius est, nihil Deo rursus occultius est, ut Dionysij verbum celebratur. At qui diuina ducente gratia hoc inuenit margaritum, cæteris vniuersis anteposit, ut Paulus aiebat: Propter Christum, ait, omnia detrimentum feci, & arbitror ut stercora, ut Christum lucri faciam, ad Phil. 3. Est enim Christus lapis pretiosus omne superans pretium: quia inæstimabilis est. Qui de monte idest patris sinu egrediens, & de materna claustra carnem gestans in orbem est introductus statuam illam sublimem, & admiran-

dam, quam viderat Nabuchdonosor, ex varijs conflata metallis, figulinis tamē pedibus innixā, comminuit, & conquassauit totam. Quia omnia mūdāna etiam si præclarissima sint vana tamen esse sua diuina demonstrauit voce. Et dissoluenda tandem quia tanquam vas figulinum tandem confringenda erunt, ut illa demum quæ terrenum habent, ideoque frangibile fundamentum. ¶ Nisi oscitāter legisti, quæ Deo optulante hactenus diximus satis arbitror te habere, quid velit, pthema nostrum, Ecce virgo concipiet & pariet filium & vocabitur nomen eius Emmanuel: idest vocabitur Iesus Christus, qui est nobiscum Deus idest homo Deus. Hūc Dominum Iesum Ecclesia vocat, Ioseph vocat, Matt. 1. Maria vocat, Luc. 2. & inibi angeli vocant, vniuersus denique orbis vocat. Quia nō est datum aliud sub cœlo hominibus nomen, in quo vita æterna parata sit nisi in nomine Iesu, nisi in hoc Emmanuelis nomine. Datus est autem nobis hic Emmanuel, quando ex candidissima virgine Maria conceptus est. 25. die mensis Martij feria. 6. anno à mundi creatione ter millesimo non gentesimo sexagesimo circiter completo, secundum Hieronymi Hebraicam calculationem, & sub media natus nocte proxima diei Dominico. At verò huic calculationi non concinit, quod Martyrologium Hieronymo ascriptum refert Dominum natum, à mundo condito elapsis 5199. annis, & à celebrato diluui. 2957. & à Davidis regno. 1032. & Danielis hebdomada. 63. hoc est à Danielis verbo anno. 441. Est autem Danielis verbum quod apud eundem legimus capitul. 9. ab exitu sermonis ut iterum ædificetur Hierusalem. Quanquam mea sententia exactius istæ hebdomadæ ab alijs computantur & quod ex Daniele indicatum est vaticinium, Hieremiæ esse puto de restauranda Hierosolyma capitul. 29. 31. & 33. Et hoc vaticinium est ille sermo, quem Daniel ait ab exitu sermonis subaudi Hieremiæ. At oraculum de reparanda vrbe editum.

Iob. 4.
Psal. 2.

Repetitio
thematicis.

Acto. 4.

Hebdomada
des Danielis
exactè explicantur.

Singuli homines proprium quod putant quærunt bonum.

nihil Deo notius nihil occultius.

Dani. 3.
Ad Hebr. 1.

dit Hieremias anno. 12. imperij Nabuchdonosoris, à cuius imperij anno. 34. hebdomades istę suam rationem ducunt. Etenim. 34. anno Nabuchdonosoris, accedat Euilmerodach. 23. & Balthazaris. 3. etsi tertius huius imperij annus imperfectus extiterit, illiusque ratio non habenda est in numero septuaginta annorum captiuitatis Babylonicę. Tribus Balthazaris adde. 2. Darij, & Cyri. 4. qui omnes collecti summam. 66. annorum conflant. Cui summę adde secundi templi moram, quę fuit. 466. anni: qui alijs annis copulati colligunt annos. 532. A quibus subtrahe. 42. annos à morte Domini ad exterminium secundi templi defluxos, & supersunt. 490. anni quos componunt Septuaginta hebdomadę. Et obserua Daniele primo dixisse. 70. hebdomadas, dein vero. 69. hebdomadarum meminit. Quippe in medio vltimę hebdomadis septuagesimę, Christus prædicauit, & in fine moritur. Quod verò tandem. 62. hebdomadarum mentionem facit, eò est quòd. 7. alias iam numeratas intelligamus, vt sint. 69. hebdomades. Proptereaque abbreviatis illas dixit: tametsi Beda ad lunares annos confugerit: de qua re alibi fufius. Anno igitur Octauiani Cæsaris. 42. Octauo calen. Ianuarij, hoc est. 25. die mensis Decembris ab vrbe condita. 752. anno. Consulibus Caio Lentulo & Marco Messala olympiade. 194. sub Herodis legitimi regni anno. 1. (siquidem. 31. annis Iudaicum tyrannicę regnum prius occupauerat) Virgo sacra quando vniuersus orbis pace fruebatur Christum veram mundi cum Deo pacem nobis edidit. Mortem autem pro nobis tulit anno Tyberij decimo octauo nam decimo quinto eiusdem anno prædicare cœpit. Cui si tres prædicationis adieceris, conflant decem & octo annos olympiade autem ducentesima secunda, Domi-

nus passioni se tradidit. Indicat porrò cronicon Eusebij sub hac olympiade Phægonem nobilem olimpiadarum scriptorem dixisse, vniuersale solis deliquium accidisse, adeo vt stellę medio die vt in profunda nocte micarent. Septuagesimam igitur hebdomadam mors Domini compleuit. Natiuitas verò medium ferè sexagesimę sextę tenuit. Memento qui hæc legis hebdomades has annorum esse, id est septenia.

¶ Longusculè diuertimus orationis cursum, ad priorem igitur sermonem regrediamur. Cum Daniele capite tertio hæc signa, quę Deus in Maria ostendit esse profiteamur mirabilia, & fortia, & magna. Signum vnum equidem expressit Esaias. Ecce, inquit, virgo concipiet &c. quod tamen potestate vniuersa Dei mirabilia comprehendit signa. Nanque nihil mirabilius, nihil fortius, nihil sublimius, quam quod virgo vna in vtero gestet illum, cui vniuersitas rerum angustissima est. Nam altior cœlo est, latiorque vastissimo Oceano, longiorque terrena mole: at vero in arctissimo angulo virginis vteri contentus est. Cætera profecto signa extra se fecit Deus, hoc verò in semetipso gessit: quia homo factus est, & inferos penetrauit & cœlorum verticem pedibus calcans Christus, in cœlo sursum, & in terra deorsum & in abyssorum profundo, hoc signum exhibuit. Doleat igitur Achaz Rex Iuda, qui signa diuina respuebat: doleant infideles, qui tanquam cæcucientes, huius mirabilis signi fide veracissima orbantur: gratias Deo summas agant fideles, qui in hoc signo vniuersa mundi tentamenta su-

perabunt: cuius denique stupenda freti virtute, cœlestes sibi tandem auxiliante Christi fera virgine parabunt in æternum sedes.

DILV-

Hebdoma-
dum suppu-
ratio secun-
dū lunares
annos,

Iob. 11.

DILVCIATIO IN

Esaia Caput octauum.



T dixit Dominus ad me.³) Interpretum diuersitas & ca. huius ambiguitas ipsum in intellectu reddiderunt difficillimum. Cōmentarius Di

uo Tho. inscriptus super Esaia sātis planē locum hunc

primū huius ca. elucidat, hanc prophetissam dices vxorē esse Esaia filium au

Et dixit Dominus ad me, ^a Summe tibi librum

tē eius nomine, quod hīc proponitur accelera, spolia, prā dare, appellatū esse, vt palam fieret, & citra omnē controuersia, terrā Israeliticā spoliandā & deprādandā esse celeriter. Ideo adhibiti sunt testes proph

tico Esaia testimonio, vt Iudeorū duritiā & infidelitatē cōfunderet. Et vt semel dixerim cōtextū hunc ad Christū nō retulit Thomas. Nicolaus tamē inuehitur in hāc expositionē, & ad cōceptū virgineū q; partū, totū hoc ca. aptat. Ante quē Hic. eūdē sensum sibi quoq; plausibilē duxit, illumq; amplectitur adeo, vt verba hāc, Accessi ad prophetissam, non nihil violenter torqueat ad Spiritū sanctū, qui capacē tantī mysterij Dominicā incarnationis instituerit Esaia. Vnde accessus prophetæ ad Prophetissam donata capacitas, Esaia & illustratio est. Ducitur autē nō vehemētī argumēto, quo prophetissam vocet Spiritū sanctū: quia Hebræo idomate, Spiritus sanctus, Ruha, vocatur genere fœmenino, quale prophetissæ genus est. Item quē testes adhibitos Vriā, & Zachariā filiū Barachia, non ad personas refert, sed rei aptat nomina. Nā Vriā illustratio, aut doctrina, interpretat, Zacharias Dñi memoria, Barachias demū dñi benedictio. Hęc sunt quæ omnia dñicū testatur aduētū, & prophetis Esaia & aliorū attestatur sermo-

nibus. Nāq; Dñicus aduētus illustratio est tenebrarū, quibus orbis totus cecutiebatur, & est Domini memoria. Nihil enim tam excitat torpētia corda, quā Dñi aduentus. Itidē benedictio cœlestis in vniuersos fideles per illum impartitur, vt Abraham lō-

grandem, & scribe in eo stylo hominis.

ge ante Deus p̄miserat dices, In semine tuo benedicent omnes gētes Gen.

12. Et quod additur. Et cōcepit, & peperit. &c. duriusculē hāret cū prioribus. Vt enim, si spiritus sanctus subaudiendus est per prophetissam, vt ergo cōcepit, & peperit filiū? Nisi tropū intelligamus, quem Paulus in vsum suū asciuit, loquēs de eodē Spū sancto. Postulat (ait) p nobis gemitibus inenarrabilibus, id est facit nos postulātes, reddit nos gemētes Spūs sancti gratia. Qui tropus, aut dictiōis schema est familiaris diuinis musis. Sic ergo cōcepit Spūs sc̄tus. i. fecit virginē cōcipere, & parere filiū suū primo genitū Iesum, qui de p̄datus est Tartareas potestates, & spolia detraxit, ascēsurus in cœlū. Ideo puerū illo insignire nomine, accelera, spolia, prā dare iubetur Esaia a Domino. Nicolaus in eundē tēdit scopū, at diuerso iaculatur modo, quā Hieronymus. mutationemq; personæ subitam tradit in cōtextu Esaia esse aduertendam. Quādo enim ait, & adhibui mihi duos testes sub Dei persona non Prophetæ subaudiendū voluit: & quod paucis interiectis adijcitur, Et accessi ad prophetissam, ad beatissimā aptat virginē: quā esse prophetissam qui hymnum illum magnificat recoluerit non hāsitabit, aut audiat, quæ oraculo vaticino protulerit. Ecce enim ex hoc beatā me dicent oēs generationes, quia fecit mihi magna qui potens est. Accessit Spūs

Ad Rom. 9

Lucæ. 2.
Matthæ. 1.

Ad Colo. 2.

Mutatioper
sonæ in scri
ptu.

Ruha.

Domini in
carne aduē
tus est illu
stratio men
tis, memo
ria diuino
rū munerū,
& benedi
ctio natio
num.

sanctus qui verus Deus est, ad virginē sacra illam fecundando, quippe quæ cōcepit, de Spiritu sancto. Testes autem, quos hīc adhibitos esse cōmemoratur, Vriā scilicet sacerdotē, & Barachiz filium Zachariā nō esse secūdū corporalem præsentiā adhibitos ait Nicolaus repugnans Diuo Thomæ. Hic enim Vriā sacerdotē credit illum esse, de quo narratur in libr. 4. Reg. ca. 16. Qui ad exēplar altaris sacrilegi, erecti in Damasco fecit aliud simile Hierosolymis Achaz impij iussa explens. Qui Vrias fidelis vocatur, non q̄ fide vnus Dei præditus esset, sed quod fideliter suum testandi ministrasset officiū: Zachariā autē censuit esse illius tēporis sub Achaz Prophetam. Nicolaus verò contra contendit Vriā sacerdotē nō esse illū, quē Thomas asseruit. Etenim hic Vrias describitur sacerdos & fidelis. Sed quæ fidelitas si idolo latra erat? Neq; fidelis testis promeretur appellationem fide Dei abnegata. De Zacharia autē fictū putat sub Achaz fuisse Prophetā hoc nomine. Quamobrē Vriā hūc testē fidelē illū Prophetā esse, de quo Hier. 26. memorat, qui captiuitatē Chaldæorū cū Hieremia vaticinabatur, qui lōgo æuo elapso Esaiā sequutus est siquidē fuit Hieremiæ coæuus. Ideoq; nō fuit adhibitus, imò potius adhibēdus suo tēpore. Zachariā autē vnū de nume. 12. minorū Prophetarū putat fuisse: cuius liber propheticus extat apud nos. Isti ergo Prophetæ adhibendi erāt à Dño, & Vrias & Zacharias. Ille enim est testatus Hierosolymorū excidiū, & Iudæorū extremā miseriā: hic autem testatus est per Christum futura totius orbis solatia. Prædixit enim. ca. 9. Ecce Rex tuus veniet tibi iustus, & saluator, ipse pauper & ascēdēs super asinam. &c. Hæc Nicolaus collegit ex translatione Chaldaica, quam ipse indicat, & Rabbi Salomonem testem sibi citat: tu vide apud eum. Et demum hic puer, de quo hīc meminit Esaias, prophetissæ filius, est idē, qui supra nominatus est cap. 7. Emmanuel. Vnde ceperunt Hebræi ansam, vt

dicerent illū Emmanuelē, cuius. c. 7. mentionem Esaias fecerat, filiū Esaiæ fuisse. At verò Emmanuelis mētio hoc ca. refricat implēs latitudinē tetragræ tuæ ò Emmanuel. Sed nū iste Emmanuel erat filius Esaiæ? nequaquā, vt nos dicemus. Quare figmentum Hebraicum vilipendendum est. Est enim Emmanuel hic verus Christus Dominus, non Esaiæ, sed Dei patris & virginis secundum carnem filius.

Hebraicum
reijcitur cō
mentum.

¶ Inter has autē interpretationes mediā aliā mihi esse duxi sectandā. Etenim si allegoricos sensus inuehere curandū esset modo, scripturā sic exponere licuisset: vt alij exposuerunt: at literalē in præsentia venamur sensum. Quapropter quod sub proprietate sermonis, explanare possumus, dāda est opera vt illam seruemus, sin proprietas obseruari nequit, tunc ad alias significationes ex sanctorū decreto diuertere licebit. Quapropter quod hoc cap. si ne mutatione personarum, sine schemate dictionis, aut citra figuratū sermonē poterimus elucidare solerter conandū est, præstare. Etenim etiā si figuratus sermo non est insolens scripturis verū figuratū quærere vbi fides, aut ratio non cogit, superflū esse æstimo. Iam ergo audiamus Esaiam. ¶ *Et dixit ad me Dominus.*) Quod præcedente ca. vaticinatus fuerat, in præsentia quoq; vaticinatur, id est Damasci captiuitatē, & etiā. 10. tribuū: repetitioq; sermonis cōfirmatio est prophetiæ. Id enim quod repetimus certū esse significamus: vt de insomnio Pharaonis Gen. 41. dixit Ioseph. Quod autē vidisti secūdo ad eandem rem pertinēs somniū, firmitatis indicium est. Sume igitur, ait Dominus, librum grandem & scribe in eo stylo hominis. Diuina scriptura liber grandis est scriptus stylo humano. Grādis sanē liber est, quia grandia sensa paruo cōprehendit volumine. Et dictator huius libri Spiritus sanctus est: & Prophetæ & Apostoli dictata diuina, excipiebant. Si ergo volumen sacrorum librorum à sapientia diuina, quæ ineffabilis est profectū habet, quā grande hoc

In scriptu
ris quando
licuerit ser
uāda est ser
monis Pro
prietas.

Scriptura
sacra liber
grandis nō
quantitate
sed qualitate.

hoc cēsendū sit volumē, nullus expēdere pro dignitate quibit. Verū quia scribebat nō Angelis, sed hominibus, more humano, characteribus, & idiomate humano, scriptū est. Accipe (ait) librū grandē, librū vastū, qui chara

cteribus maiusculis inscribat ut sine negotio legi possit, à decē tribubus: vbi legāt imminētē

Velociter spolia detrahe, citò prædare. Et adhibui mihi ^b te-

illis desolationem. Tūc nāq; imminebat, quia quartus regni Achaz annus voluebat, quasi apertū dixisset, scribe stillo aperto, & Israelitis noto. ¶ *Velociter spolia.* ^a) Hebraica litera habet, lemaher, id est festināti, salal, aut schalal festināti spolia subaudi diripere. Et est tāquā titulus, qui præscribitur regi Assyriorū: qui ex animo cupiebat de prædā Samariā, & Syriā. Est velut præscriptio Epistolæ, quæ in vsu Hispanis est. Hęc inscriptio duobus verbis illis prioribus Hebraicis cōprehēditur. Et quod sequitur, has-baz, festinat, præda, sunt veluti epistolæ verba. Et sensus est intra paucos annos Samaria, & Syria, à te expugnabuntur. i. à te ò rex Assyriorū, cui titulus ut diximus inscribatur. Et hæc duo verba festinat, præda, apud Hebræos sunt monosyllaba, ut tēporis breuitas sub qua propheta Esaiæ implēda erat significaret. Quamquam autem Esaias nō expresseit se hūc librum ex diuino iussu scripsisse: at subaudiendū est illū ab Esaiā diuino Imperio scriptū ex adiecto, quod ait. ¶ *Et adhibui mihi.* ^b)

Quidquid dicat Nicolaus, hæc nō in persona Prophetæ esse accipienda. Quippe ex sermonis consequētia, libro scripto ab Esaiā adhibiti sunt testes, qui viderent scripturam, quā diximus, illāq; ut certissimā Prophetiā euulgarent, ut vel sic respicerent Israelitæ, & ne in tantū malorū barathrū laberentur, ut scriptura epistolaris indicabat. Et vocat in testes Esaias Vriam sacerdotem, & Zachariam: quos ait testes fideles: etsi septuaginta homi-

nes fideles trāstulerint. Vrias hic, reuera non est ille, quē putat Rabbi Salomon & post eum Nicolaus. Etenim ille fuit propheta, cuius liber nō extat, & lōgo temporis tractu fuit posterior hac scriptura E-

saia, ut supra di-

stes fideles, Vriam sacerdotē, & Zachariam filium Barachia:

ximus. Vt ergo poterat testimoniū exhibere veltur^o libro Esaię? Quid quod hic Vrias sacerdos

ab Esai. pronuntiāt? qui verò est apud Hierem. 26. c. filius Semei sacerdos fuisse nō scribitur sed Domini vates. Restat ergo ut vel sit Vrias sacerdos ille, qui contēporaneus Esaiæ extitit. 4. Regū. 16. Qui etsi idololatra fuisse significetur, poterat tamen resipuisse à scelere, ut mereretur fidelis testis ab Esai. pronuntiari: aut fidelis appellatur, ut Cyrus Esaiæ. 44. à Domino vocatur pastor meus: & 45. Christus Domini, & Esai. 13. euersores & deuastatores Babyloniorum sanctificatos suos appellat Dominus. Et est consueta in scriptura phrasis, non ad personæ qualitatem, sed ad officij meritū spectare. Quare Cyrus Christus & pastor, nūcupatus est propter beneficij magnitudinem, quod in Iudæos collocauit, libertate illos donās: Persas quoq; qui vlti sunt Iudæos pœnas sumentes de Babylonijs (id quod opus sanctū erat, atroces scilicet iniurias Iudæis illatas vlciſci) idcirco eos, quia hoc muneris sunt exequuti, sanctificatos vocat: in eundem quoq; modum & Vrias fidelis, & Barachias, quia testimoniū fidele præstiterunt libro Esaiæ. Barachia autem filius Zacharias, non est ille, cuius liber extat, ut Rabbi Salomon & Nicolaus decepti putāt, propter priorē rationē. Neq; est Zacharias ille, cuius Matthæ. meminit. c. 23. filius Ioiadæ Pontificis. 2. Paral. 24. Nā hic antiquior lōge est quā Esaias: & iam vita defunctus erat: ut prōptū erit regū Iuda annalia cōputanti. Superest ut sit alius, qui hoc appellabatur nomine.

Notandum in scriptura quæ nonnūquam in nominando personas nō ad qualitatem, respicit bonitatis, aut malitiæ sed ad officij meritum.

¶ Et

¶ *Et accessi ad prophetissam.* ^a) Quia nō cogimur ex sermonis contextu ad tropos, & schemata confugere, non devirgine sacra intelligēdam literam arbitror, sed de vxore Esaiæ. Quæ quia Prophetæ cōiux prophetissa nominatur vt olim sacerdotum vxores, sacerdotissæ: ad quā accessit Propheta vxorio commercio, ex quo fecūda peperit filium. Quem iussus à Deo Propheta nominat accelera, spolia, detrahere, et si in codice Hiero. nō detrahere, sed detrahe, transfertur: & si militer in Hispaniēsis biblij. Hebr. verò, *ma her salal hasbaz* idest accelerans diripere, festinans prædæ subaudiendum: aut vt sic efferatur accelerans, diripere, aut festinās prædæ. Quæ verba indicant tempus captiuitatis instare. ¶ *Quia antequam.* ^b) Inculcat quod dixerat tempus calamitatis imminere, quia antequam infantis lingua soluatur, ad loquelam infantilem efferendam quæ, est patrē vocare suum, aut matrem. Hæc enim sunt quæ prima loquūtur pueri: vt Arist. dixit primo Physico. ¶ *Diripietur Damascus, & Samaria.* ^c) Fortitudo autem hoc loco omnia monimēta Damascenorū indicat. Coram rege Assyriorum, idest illo corā astante, & vastante hæc deuastatio erit.

& accessi ad prophetissam, ^a & cōcepit & peperit filiū. Et dixit Domin⁹ ad me, Vocanōmē ei⁹, Accelera, spolia detrahere, festina prædari. Quia an quam^b sciat puer vocare patrem suum, & matrē suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ^c coram rege Assyriorum. Et adiecit Dominus loqui^d ad me adhuc, dicens, Pro eo quod abiecit populus iste

Forte etiam est exaggeratio antequam puer sciat vocare patrem suum. &c. idest quam citissima erit hæc vestra calamitas. ¶ *Et adiecit Dominus loqui.* ^d) Germana vidē loci huius expositio hæc. Populus em̄

aquas Siloe, quæ vadunt cum silentio, & assumpsit magis Rafim, & filiū Romeliæ: propter hoc ecce Dominus adducet super eos aquas fluminis fortes & multas, ^e regem Assyriorum, & omnem gloriam eius: & ascendet super omnes riuos eius, & fluet super vniuersas ripas eius, & ibit per Iudā inundans, & trāfiens vsq; ad cololum veniet.

Samaritarū plaris fecit Phace filiū Romeliæ, & Rafim Syrū Regē. Inuicē enim reges illi inierūt foedus aduersus Regē & regnū Iudæi supra denarraui: quā Regis Iuda (de quo meminimus) pacē, & regū Iuda priorū, cum quibus bella plerūque habuere, & neglexerūt iura regni Iuda, quæ erāt iura diuina: & tāquā aque Siloe, quæ vadunt cū silentio. Est enim Siloe aut Si loa, fonticulus ad radices montis Siō, qui inter calatis mēsis exundat, & per petrosas subteraneasq; terræ

venas interlabi: in quē Dñs apud Ioannē Fons Silo quis. cæcū abstergēdū misit etiā si modo ficcus visitur. Regnū igitur Iuda huic fonticulo cōfertur, quia quæta erat sub Dauid, & Salomone subditorū gubernatio, secūdū dei legē, cui obstricti erāt Iudæi. At recalcitrātes sub Roboan, elegerunt sibi Hieroboā tyrannū, & idololatrā, qui velut fluius rapidus, tyrānidē in. 10. tribus exercuit, vel idcirco ait. ¶ *Adducet Dñs super eos aquas fluminis fortes, & multas.* ^e) Quippe adduxit Theglathphasar. 4. Reg. 15. & 17. & Senache-

Senacherib: qui etiam Samariam obiter depopulauit. Etenim Rapsaces Deos gloriabatur non eripuisse Samariam de manu sua. 4. Reg. 18. Alijs collibuit non sic, sed aliter interpretari in hunc modum populus Iuda arbitratus est

suas vires exiguas esse, cuius regnum ut siloa erat fonticulus scilicet exiguus, & tranquill⁹. Nam regnum Iuda tametsi exiguum erat collatum Israelis regno, at illud erat innoxium, quia fide v-

nus Dei profitebatur: nihilominus sua exiguitate deiiciens animum, sponte subijci volebat, Phace, & Rasim. Idcirco quia de domino diffidebant, adducet super eos Dominus aquas fluminis. i. Euphratis multas & fortes. i. copias militares Senacherib transfluviales regis Assyriorum, qui multas urbes Iuda cepit, & depopulans, penetrauit ad Hierusalem usque; quam veluti usque; ad collum induxit, id est tantum non suffocauit. Aquae namque; quae usque; ad collum hominis pertingunt proclamatum est de hominis vita. ¶ *Et erit extensio.* ^{a)} Alas vocat acies militum, quae instar alarum distribuuntur. Extensio igitur Senacherib alarum harum ad Hierosolymam usque; accedebat, implebatque; terrae latitudinem Emmanuelis. Deliri proculdubio sunt Hebraei qui Emmanuelem hunc putant filium Esaias, cuius nulla celebratur mentio, fuisse filium Esaias Dominum Hierosolymorum, quam obrem diuinitatem Domini nostri Iesu Christi subobscurè indicat Esaias. quippe vniuersorum est Dominus, & non solum Hierosolymorum. Idem & natale solum Christi secundum carnem subindicat. Etenim Senacherib, ut ceteras urbes Iudaicas ita Bethlehém inuasisset quis non credet? Est autem hic apostrophe ad Emmanuelem: nam ad ipsum apostrophat modo Esaias, quasi

tacitas preces ad Emmanuelem enasciturum fundens, quasi demum precaretur hac forma: Misereere o Emmanuel, o Deus nobiscum misereere, huius regionis tuae, quam beatis tuis pedibus carne de virgine accepta cal-

fortamini, & vincimini, accingite vos, & vincimini, inite consilium, & dissipabitur: loquimini verbum, & non fit: quia nobiscum Deus.

catur⁹ es, & tua diuina praesentia illustraturus. Achaz impij crimina ne obserues obsecro ut regnum Iuda funditus perire sinas: imo potius considerate filium David futurum ex stemate Iudae exoriturum.

Quare vires infirmas Iuda, & imbelles, contra Senacherib aspice, & manus auxiliares huic tuo regno exhibe. ¶ *Congregamini.* ^{b)} Esaias veluti Emmanuelis animae quior auxilio redditus, Assyrijs populis loquens ait, Congregamini, & vincimini. Sic oportet legere, ut Hieronymus iuxta Hebraeum & non vincimini, ut nostra biblia legunt. Et sumenda sunt ironice, id est parate militares copias o Assyrij: inuadite Iuda regnum: illud depopulamini, quia proderit vobis nihil: incassum cedent conamina vestra, vincimini: roborate acies vestras, & vincimini: accingite vos gladios & enses, & vincimini: inite consilia bellica, & dissipabuntur. Quia non est consilium contra Dominum, omnia quae in Regnum Iuda adornatis mala, in caput vestrum retorquebuntur. Quia Emmanuel: id est, nobiscum Deus. Cachinis sunt ridendi Hebraei, qui Emmanuelem dixerunt Esaias filium. Num in suo filio tantam collocasset fiduciam Esaias? Aut filius ille tam potens fuit qui erueret Regnum Iuda, à Senacherib? Cum certo constet diuina Emmanuelis ope, quam suppressè implorat Esaias, ab inundatione exercitus Syriaci, regnum Iuda fuisse erutum.

¶ Hec

Diuinitas Iesu Christi in Esaias.

Apostrophe in scriptura.

¶ *Hec enim ait Dominus ad me.*^{a)} Aduerte dum est in primis, vt horum verborū sensus liquido reddatur, regnum Iuda maximo timore concussū fuisse à duobus regibus illis supra memoratis, & Phace & Rasim. Quiduo coniurationē, fecerant, vt regnū Iuda euellerent, & pessandarēt, vt cap. 7. fuit denarratum Iudæi igitur illorū viresatq; bellicam potestātē, summo opere formidantes, deiecerunt suæ liberationis spem, & illis manus victas tradere disposuerāt. Esaias verò à Dño in manu forti, idest illustratus insigni prophetico lumine non vulgari, sed forti, idest admirabili

ter à Domino eruditus, illos aduersarios Reges, non esse timendos docebat. Neq; credendum illos potentiam habituros aduersus diuinam potentiam, ob idq; impavidus erat Hebræus populus nihil formidans aduersarias vires. Vnde Esai. docebat populū Iuda, vt nō deponeret animū, sed corde impavido vel paulisper Dei misericordē opem expectaret. Hac causa ait in manu forti se esse à Deo eruditū, ne iret in via populi illius, idest, ne formidaret aduersarios Reges, vt potentia Dei quicquā detraheret, quemadmodū populus Iuda detrahebat, diffidēs de eius auxilio. Ne dicatis (ait) Esaias, cōiuratio, &c. idest. Nihil vos deterreat horū regū cōiuratio, & fœdus quod inierunt aduersum vos. Hoc est quod in ore vestro circūfertur, illos cōiur-

rasse contra vos. At verò nihil timete illorū terriculamēta: Dominū timete: ipse est omnipotēs. At isti duo reges qui sunt coram Deo? Deum sanctificate, & colite, ne pereatis malo Achaz Regis vestri exem-

plum, qui deū sanctificare neglexit, inanem prætexēs colorem, se nolle tentare Dñm. Vos autē non itē sed diuinæ potentia fide; ipse sit Assylius vester, tutissimūq; vmbra: depellit timorē mundanum: concipite diuinum ipse Deus sit pavor vester, coram quo colūne cœli pauēt, ipse terror vester, in cōspectu cuius Tartareæ potestates (quæ sunt potētissimæ) cō-

ster, & ipse terror vester.) Et erit vobis in sanctificationē. In lapidem autē offensiois, & in petra scandalum duabus domibus Israel, in laqueum & in ruinam habitantibus Hierusalem. Et offendēt ex eis pluri, & cadent, & conterentur, & irretientur, & capientur.

Iob. 26.
Iacob. 2.

tremiscunt. Quod si fidē illi dederitis, erit quoq; vobis in sanctificationem, idest sub vmbra manus suæ vos proteget, & ostendet vos esse legitimos suæ diuinitatis cultores, curāq; exequētissimā vestri habere demonstrabit: & hæc erit vestra sanctificatio. At si contra, Dominū Deum recta fide nō prosequimini, non vos fauoribus vt suos fideles prosequet, imo lōge secius agget. Nā erit in lapidē offensionis, in ruinā & scādalū vobis: id qđ euentus indicauit. Etenim. 10. tribus abactæ sunt in Assyrios & deletū regnū illorum est, quia increduli perstiterunt, & regnum Iuda similiter. Ideoq; lapis offensionis, in quē impegerunt Iudæi; atque petra scandalum aut ruinæ Deus ab Esaia appellatur. Per duas autem domos Israelis Hiero. ex Nazaræorū doctri-

trinis,

Strinis, colligit Phariseorum familias & scribarum esse, quibus Dñs Iesus Christus offensionis lapis fuit, & petra ruinæ. Vt de illo Simeon Luc. 2. prædixerat, Ecce hic factus est in ruinā & resurrectionē multorum, & di-

uus Petrus Epi- **Liga testimo-**
stola. 1. Cathol.

c. 2. elegāter, vt Iesus est lapis offensionis incredulis, docuit: & similiter Paul. ad Roma. 9. Etiā si nō ita indicet locū, vt hīc ab Esaia scriptus est. Ait em̄ ecce pono in Siō lapidē offensionis, & iūxit huic alium Esa. locū. 28. Vt ergo Deus olim Iudæis fuit offensionis lapis, & petra scandali, quia de infidelitate illorū poenas durissimas accepit: tā de. 10. tribubus, quā de regno Iuda. Itaque post acceptā carnē, in Iudæos autē tā amātes infidelitatē, Deus ipse hō Christus Iesus, suā quoq; exercuit æternā iustitiā. Et ideo illos sub Vespasiano acerrimē puniuit: & quotidie illos, punit sinens in cæcitate teterrima perseuerare cordis. Vt autē lapis, si quis impegit in eum, nō est culpandus, sed potius is qui vel sub tenebris gradiūt, aut incautus & nihil cōsiderās iterfacit, aut cæcus sine duce viam lapido sam ingrediūt, ita quoq; & Deus inculpabilis est, & ab omni offensione innoxius. At nostrū est vitiū, quia fide spreta eius, aut lege illius oblita, securi degere volumus. Deus ergo & sanctificatio est, & lapis offensionis est, incredulis ruina est & offensio, credētibus autē sanctificatio. Et scitē ad modū Esaia Chri immiscuit sermonem modo, vt in ruina Iudæorū, quā suo tēpore aduētātē præsenferat, futurā quoq; ruinā sub Chro veturā cōminisceretur. Hęc si plana tibi cupis esse, vt dñs sit lapis offensionis, vide dilucidatio. nostrā in. c. 6. Esaia.

¶ Et quanquam Hieronym. ex Nazaræo decreto duas domos, Phariseos tradat & Scribas esse, mihi tamē videtur hoc verum esse sub Christi aduētu. At ante Christi aduentum, diligenter exquirere opportunū est, quæ sunt istæ duæ domus Israel, quibus Deus comminatur lapidem futu-

rum se offensionis. Nam de habitantibus Hierusalem patet, qui sint. At verò. 10. tribus, non simul omnes redactæ sunt in captiuitatē. Nam Theglathphaasar partem abegit, idest duas tribus cū dimidia. 4. Re-

gū. 15. & Salma
niū, ^asigna legē ī nasar sub Eze-
chia reliquas. 4.

Regū. 18. Siquidē quēdam tribus citra Iordanem, aliæ ultra Iordanē locatæ sunt sub Mose. Nicolaus autē domū Phacæ Regis Israel, & domum Oseæ Regis Israel intelligit per has domos, interlinealis vero incredulos regni Iuda vnam domū putat, & incredulos regni Israelitici aliā. At coacta est expositio siquidem infideles regni Iudaici, non sunt pertinētes ad domū Israel. Quidquod hīc expressa mētio fit de infidelibus regni Iuda? Ait enim & habitantibus Hierusalē. Ego priorem expositionē magis amplector. ¶ *Liga testimonium.* 2) Dudū dicebā de Christo Esaia intermiscuisse sermonē: id quod locus iste satis indicat, & Pauli testimonio, qui Hebræis scribens oraculū, quod mox subdet Esaia, in Christū refert. ¶ *Liga testimoniu.* Cohæret hic locus cū prioribus. Etem quædam horrēda dictu dixerat Esaia, Deū lapidē esse offensionis, petrāq; offendiculi. Quē vidētur prima frōte, Deo nō cōgruere. Id circo hæsitatiū dubio subueniēs ait, Signa legē, liga testimoniū, idest hæc verba Dei iussu subinuolucris obtege ò Esaia, & erūt veluti obligata, & obsignata, quæ nō præferūt quid intro gestēt. Et Dñs Matthæ. 11. Se obtexisse sermonē Euāgelicū parabolarū integumētis facile ostēdit dicens, Vobis datū est, &c. De qua re plerāq; tradidimus Prolo. 2. in Esaia. Idcirco & Dñs iubet Esaia in p̄sentia velare diuina oracula propheticaq; respōsa: quē hoc loco lex vocant. Etem lex ad multa significāda suā porrigit significantiā, vt in Prologo. 1. ad Esaia ex Hiero. sentētia denarrauimus. Et apertū est hoc, qđ in manibus versamus testimoniū. Signa ait legē, nō equidē sensus est, de decalogi præceptis, quæ nullis ænigma-

Sub Mose
nume. 32.

Prophetica
oracula lex
dicuntur.

De re hac
lege supra
declamatio
nem de ex-
cæcatione
cordis ad
capit. 6.

De est san-
ctificatio
sanctorū: &
ruina impio-
rum.

Hieronym.
exponitur.

ænigmatibus inuoluuntur, sed de propheta oraculo Esaiæ intelligendum venit verbum hoc, signa legem. Quod subdit. ¶ *In discipulis meis.*^a) Adnotante. Hieron. in doctrinis etiā meis reddi pōt. Idest sint doctrinæ meæ

inuolutæ, vt videntes non videant. Esaiæ. 6. Quorum tamē sensa discipulis Dei, idest Prophetis reſerata erant, vt discipulis Domini Euāgelica mysteria.

discipulis meis.^a Et expectabo^b Dominum qui abscondit faciem suam à domo Iacob, & præstolabor eū.^c Ecce, e-

Matth. 13. Vobis datum est (inquit) nosse mysteriū regni Dei: & aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas. ¶ *Expectabo.*^b) Idest expectabo Iesu Christi aduentum: qui abscondit hæc testimonia & legē à maxima parte nepotum Iacob, idest Iudaici populi.

Lucæ vlti. Adhuc enim velamen habent expansum ante oculos suos cum sacram scripturam veterem legunt, & Euangelium Dei illis opertū est, vt Paulus meminit. At Chr̃s incredulis abscondit faciem suam, si enim Dominum gloriæ cognouissent, ne utiquā crucifixissent. Et hic cuius vultus ab Esaiā absconditus narratur: reuelauit faciē suā fidelibus suis. Ipse est enim agnus qui dignus est referare signacula libri signati: & vt Sol fulgentissimus resplendens, debiles cæcat pupillas, at fortes illustrat. Lege tropologias ad sextum Esai. capi. Quo loco fusē hæc differimus. Et demū Ioā. 1.

3. Ad Co. 3. Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus, qui est in sinu patris ipse enarrauit nobis. ¶ *Et præstolabor eum.*^c) In limbo patrum Esai. cum cætera sanctorum patrum caterua expectauit Christum, qui illuminauit abscondita tenebrarum. Possemus hūc interpretari locum, Deum subtracturum fauorem suum à Iudæis, non tamen ab Esaiā, sed germanior est prior expositio.

2. Ad Co. 4. ¶ *Ecce ego & pueri mei.*^d) Qui ad Esaiā & discipulos Prophetarū hæc referūt, quos

1. Ad Corin. th. 2. Esai. 55.

Apocal. 5.

alio nomine scriptura filios Prophetarū vocat, in modum hunc elucidant locum. 4. Reg. 4. Ecce ego & pueri mei idest discipuli mei qui meæ doctrinæ herent, & mores meos assequuntur diuina gratia: illos namq; mi-

hi morigeros dedit Dñs, qui facti sunt in prodigium, in signū, & in portentum Israel. Subaudiē dumq; est præstolabimur Dominum, idest in tāta calamitate quantam ego &

discipuli mei præsentimus venturam, diuinæ misericordiæ fidimus. Et quanquā vos rebelles sitis, & diffidentes, cum vestro Achaz Rege, ego tamen & pueri mei fidentissimi sumus: neq; lædendos vos, neq; nos, à Phace Rege Samariæ, neq; à Rasin Syro Rege, neq; à Senacherib. Ideoq; vobis desperantibus, nos præstolabimur diuinam clementiā: cuius suauitas in omnes nos effundenda est, etiam in discolos. Quia ergo Esaias & discipuli eius, quos pueros quoq; vocat, quippè illi famulatū præstabant, erant impauidi, cæteris omnibus Iudæis pauescētibus, ideo ait in signū eos esse & portentum conciuibus Iudæis. Et quod addit à domino exercituū, qui habitat in Sion, idest quod simus signum, & portentum, idest vobis simus mirabiles & mirabilia pronunciemus vobis futura, opus Domini est, qui habitat in Sion, idest cuius sedes, & domicilium in Siō est. Ego verò mallet ad Christum & Apostolos suos cum Paulo aptare hunc sermonem. Etenim Christi iam insinuauit Esai. mentionem, vt diximus: etiam si diuus Paulus in aliud propositum locum hūc deduxit: quo videlicet colligeret verum esse hominem Christum. Quia ergo (ait) pueri communicauerunt carni, & sanguini, & ipse similiter participauit eis dē. Quæ verba lucidè pauli scopum fuisse quem diximus

Ad Hebr. 1.

mus indicant. Nihilominus dicamus hæc verba Christi esse: Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi deus, quasi dixisset apertius Christus, ego nondum natus secundum carnem, hoc tamen natale solum, hanc patriam futuram meam, quando Bethlehemitica vrbecula me exceperit protegam: & à regibus, duobus ve terribus famigantibus, & à Senache rib tuendam iam sulcipo. Non quod diffidentia vestra tanto donari beneficio mereatur: sed quia natalia hæc mea inibi futura hoc exigunt, hoc clamant, ut hac libertate vos donent. Quod si in præsentia diffiditis me hoc præstare posse, ecce ego qui futurus sum Emmanuel postquam ex virgine natus fuero, longe maior signa & portenta editurus sum: quo modo non solum ego, quin etiam discipuli mei, maiora oculis vestris obijcient, quæ hæc sunt. At dominum Iesum simul atque natus est orbem impleuit signis, & portentis. Angeli vocibus angelicis infantivniuersorum domino dulces hymnos perionant, fanturque Dei magnalia: pastores choris angelicis laudes iungunt: quibus Magi non solum laudes, sed & munera addiderunt. Et demum Ioannes innumera Christi signa, unico verbo comprehendens, liberos dixit nullo sat esse scribendis Christi miraculis illa si singulatim scriptis mandanda essent. Ioan. ultimo. Pueri quoque Christi, id est, Apostoli domini, hoc namque illos dominus appellauit nomine, pueri nunquid pulmentarium habetis Ioan. ultimo. Isti igitur domini pueri mirabiles extiterunt, Ioan. 14. Qui credit in me opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. Non solum igitur portenta, quæ Dominus, imò maiora præstiterunt pueri domini. Magis namque orbem deterruit piscatores & de infima plebe homines, tam mirabilia & monstruosa edidisse opera, quæ quod Dominus Iesus Deus & homo illa edidisset. Ideoque Paulo & Barnabæ honores diuinos obtulerunt Licaoniæ Acto. 14. & Petro & Ioanne sanantibus claudum, stupuerunt omnes Acto. 3. & Zacha. 4. ami-

cos Iesu sacerdotis, viros portendentes vocat. Quia signorum & prodigiorum virtute, & Iesus noster sacerdos magnus, & amici eius Apostoli atque discipuli fullere. Ut Petrus de Domino dixit, Viri Israelitæ audite verba hæc: Iesum Nazarenum virum approbatum à Deo in vobis: virtutibus, & signis, & prodigijs, quæ fecit deus per illum, in medio vestri. Acto. 2. & Ioan. dudum de credentibus dixit, quia non solum pueri domini isti portentosi extiterunt, quin etiam & fideles alij. Qui etiam si cum domino consuetudinem non habuerunt, ut 1. Ioan. 1. Apostoli, & discipuli, neque manibus suis verbum contrectauerunt vitæ (ut Ioannes, inquit,) qui denique non videndo Iesum, illi fidem præstiterunt, sunt nihilosecius in signum, & portentum infidelibus. Mirabilia namque exhibent, si non visibilia, miracula, certe inuisibilia. Quis non dabit miraculo id quod sapiens ille dedit. Beatus (ait) vir qui non abiit post argentum, & aurum, neque sperauit in pecuniæ thesauris: quis est hic, & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita sua. Et Paulus ad Heb. 10 de quibusdam, qui magnum certamen passionum sustinuerunt spectaculum factos esse videntibus tradidit. Et demum renuntiare affectibus, superare carnis illecebras, equo ferre animo stultorum & impiorum iniurias, mundum conseruare cor, peccata admittenda dignis abstergere fletibus, à morte peccati ad vitam se reuocare, & in gratia Dei accepta ad exitum usque persistere, & id genus alia innumera, quæ veri fideles opere præstant, ut Deo gratos se exhibeant, nonne hæc prodigia sunt atque portenta? Sunt sane non quæ vulgus miratur, sed quæ Deus ipse miratur. Quædam enim Christus multa prosequutus est laude dicens, amen dico vobis non inueni tantam fidem in Israel: lacrimas mulieris commendat, & affectum feruentissimum. Lucæ. 7. & Ioannis præcursoris præclaras doctes dominus laudibus euegit Matth. 11. at præcursoris miracula non laudat. Hæc enim in illum scopum tendunt, ut fidem & cha-

Fideles veri sunt mirabiles.

Eccle. 31.

Matth. 8.
Lucæ. 7.

ritatem Dei homines sibi concilient. Et operosiores duxit animi in Deum conuersionem Augusti. in Cōm. ad Ioan. quā cōlū & terrā cōdere. Cur ita? quia in operibus miraculosis nihil est Deo obfistens. Vniuersa nanq; natura Deo parent: at humana voluntas deo resistit Acto. 7. Vos semper Spiritui sancto resististis.

2. ad Cor. 1

Hanc igitur vincere non violentam sed spontaneam trahere in diuina, quæ oculus non vidit, neq; auris audiuit: & propter hæc quæ sensum & humanam rationem fugiunt, visibilia omnia prorsus calcare, non solum opes, amicos, cognatos, seculi gloriam, imò & ipsam floccipendere vitam, ut sancti martyres fecerūt, quis sapit qui hæc maxima portenta neget esse? Ioānes Cassianus quendam monachum vastæ eremi accolam, cōprehensum narrat aliquādo à Saracenis fuisse: quæ Saraceni percōtati sunt, quæ sunt miraculosa gesta quæ à vestro Christo edita referuntur, à sanctis quoque quos venerationi habetis? iam nulla cernimus, cessauerunt omnia. Quibus monachus sapienter respondit, Et modo quoque; miracula sunt nō pauca credētium in Deum. At illi, quæ illam respondit seruare Dei fidē à culpis pœnitere, cūcta visibilia spnere, cōlestiū inuisibiliū bonorū amore teneri. Iam ad Esaiæ verba referamus pedem. ¶ *Ecce ego & pueri mei.* a) Mei nō est in Hebraica litera, neq; in Septuagita editione: quæ textū nostrum sic effert, Ecce ego & pueri, quos dedit mihi Deus, & erunt signa, & portenta, in domo Israel. Est autem hoc loco nomē, Iehoua, loco cuius transfertur deus, et obserua mecum significatissimē dictū, Erūt signa & portenta. Etenim fuerūt apostoli, & discipuli dñi miraculosi homines: qui orbē ad stuporem & extasim verterūt: ut Paulus inquit, spectaculū facti sumus mūdo & angelis, & hominibus. 1. ad Corin. 4.

Neq; enim solū suscitantes mortuos, morbos curantes portenta & signa ediderunt sed etiā ipsi solū à deo pēdētes portenta & signa maiori digna stupore, q̄ opera quæ spectatū oculis subijciebāt. ¶ *Et cū dixerint*

ad vos. b) Septuagita si dixerint ad vos q̄rite vates, & de terra loquētes, et vana loquētes q̄ de vētre loquūtur. Anceps sermo si hoc Esai

nibus suis: Nunquid non populus à Deo suo requirit visionē p̄ viuis à mortuis?

ias pueris suis dicat, an non ad pueros suos verba hæc dirigat solū, imò ad omnē populū? Quæ ut elucidemus in memoriā gestū Saulis regis reducamus: qui calamitate p̄fusus, ad Pythonissam se cōtulit, ut à mortuo iā Samuele, de à se gerēdis de exituq; suarū rerū oraculū cōcederetur. Cū ergo Iudæi id tēporis, quo p̄phetia hæc edebat, (ut sepe diximus) angustijs tenebantur artissimis, quas cap. 7. docuit. Ne ergo populus dilabere ad pythones, & diuinos, q̄ stridoribus dētiū, & despumantes & furētes respōdēt, idcirco monet illos verbis p̄positis. Et cū dixerint vobis quærite à pythonebus, &c. Erat autē ab istis delusa gentilitas: & delusio hæc irrepsit etiā in Hebræos quibus p̄suasum erat animas defunctorū veras iā in deos, futura p̄scire. Quapropter cadauera mortuorū prestigijs quibusdam sub fictis vmbris ad respōsa trahebāt. Appellati aut sunt isti vaticini pythōes, à dracōne quodā serpēte, qui diuinatoriū spiritū habebat, quo q̄ corripiebātur pythoneci dicebant. Quæ olim engastrimithō vocabāt Plutarcho authore. Hūc autē dracōnē iaculis interēptū fuisse ab Apolline infante ferūt: ideo Apollinico nomē dedit: pythius enim appellat Apollo. ¶ *Nunquid nō populus.* c) Ambigua lectio. Etenim Septuagita legūt requirēt de viuis mortuos. Quæ sensū & n̄ra lectio habet, & Hebraica litera idē habet: & est sensus, Nū est gens, aut natio, ita desipiens, ut viuorū negotia, à mortuis sensibus priuatis, requirat? Imò

1. Reg. 11

Pythones & Pythonis se vnde.

Engastrimithon quid.

Notandum apud Cassianum responsum heremitarum.

Iehoua nomē diuinū.

potius

potius à dijs quos deos suos ducūt esse, ab istis cōsilia requirēt, nō ab stupidis cadaueribus. Vt sit argumētū à maiori, Si gentes idolis deditē nō tāta agūtur furia, vt mortuos cōsulant de viuorum causis, sed deos suos cōsultāt, nū quid vos magis dīspietis vt mortuos putridaq; ossa deo praeferatis? Et hanc lectionem itidem in Hieronymi. codice aduertimus. At verò in lectione Hieronymo tributa ex Hispaniensibus biblijs, non ita legimus, sed cum coniunctione ac pro viuis ac mortuis, & non pro viuis à mortuis. Et est sensus multò à priore diuersus, p̄inde enim est ac si obiurgāsmortuorū cōsultationē dicat, Et qd nō est vobis deus à quo requiratis visionē, id est, oracula & respōsa, tā de rebus viuorū quā mortuorū? At hic sensus nō ita cōcinit vt prior. Etenim defunctorū res nō sollicitabat Hebræos, neq; gētes, vt de illorum premerentur cura, vt Deum consulerēt de illis. At propriarū angustiarū solictiores ad mortuorū ymbras cōsulēdas quidā olim necromātici dicti declinabant. Et hoc magis cōsentit cū lectione Septuaginta quæ sic habet, Quid requirent de viuis mortuos. At hāsitas cū mos iste inoleuerit apud gētes, manes cōsulere, & ymbras, cur ait nūquid non populus requirit visionē à Deo suo pro viuis à mortuis. Quī igitur cōueniet cū sensu à nobis reddito. Et re vera difficile cohæret expositio n̄ra cū textu hoc, nunquid nō populus requirit visionē à Deo suo pro viuis à mortuis. At prior expositio nō huic textui vt iacet cōsona est. Exponebatur enim gētes deos suos, nō mortuos consulere: siquidē respōsio parata est mortuos etiā cōsulere: quippe quos deos fieri à morte putabāt gētes. Hęc ergo interpretatio ad literā Hebraicā & Septuaginta germanior est. None inq̄ lectio Septuaginta gēs ad Deū suū requirer, quid requirēt de viuis mortuos? Et sub audiendum est, nū requirent de viuis mor

Ad legē magis,
& ad testimonium.^a Quod si

tuos si prudēter, & nō stupidē fecerint? Si quidē dubio procul mortuos necromantica prestigiosaq; ars requirit, & consulit: vt Saul Samuelē. 1. Re. 28. At hoc stupidi est ingenij, in cadaueribus putridis numē sub

nō dixerint^b iuxta verbum hoc, nō erit eis matu-

esse cogitare. Quare si primā interrogatiōem repetam⁹, vt Septuaginta inter

pres repetunt dilucidior erit huius loci explanatio in modū hunc: an nō vnaquæq; gēs suos deos cōsultit? nū pro viuis à mortuis? quasi dicat, Quod si vnquam consulerit, stolidi consultiō ab orbatis mente, & sensu venturorum veritatem exquirere est. Nō quod hīc probetur deos cōsulere, at collatum hoc cum mortuorum cōsultatione, consultius agitur, si dii consultantur, vt sapientes rerumq; humanarum consij, quam si mortui consulantur ab omni rerum cōuersatione penitus alieni.

¶ *Ad legem & testimonium.* ^a) Sunt qui credant hęc iurantē esse Esaia verba: & virtūt, in, in, per, id est, per legē & testimoniū. Quasi dicat quosdam futuros iuro in populo hoc, ita mente captos, vt asciscant sibi diuinos, quos consulant. At mea saltem sententia coacta est explicatio. At vero plus consentit prioribus, si dixerimus negligite Pythones, & diuinos, ad legem dei & prophetarum testimonia accedite: hęc consulite in causis vestris gerendis: neque sapiatis plusquam oportet sapere: sed sapite ad sobrietatē. ¶ *Quod si non dixerint.* ^b)

Id est, nisi gesta vestra moderemini iuxta verbū dei, nō erit vobis lux matutina, quæ noua luce oculos aspicientium perfundēs totos latificat. Fauorē dei propitiū illis de futurum pronuntiat, si legē dei, id est, diuinā scripturam contēpserint. Hoc nāq; loco lex ad omnia contenta in sacris dei musis se extendit. Et concinit cum hoc sensu Septuaginta lectio legem in adiutoriū dedit, vt non dicant secūndum verbum hoc, id est, deus populo suo legis adminiculo prouidit, vt non quærāt pythones atque diui-

Ad Ro. 12.

nos. ¶ Et transibit per eam. ^a) Filum prioris materiae interruptens in alia digreditur Esaias. Et quantum cōiecto ad Romanam captiuitatē verba hęc tendunt. Sub qua gens Iudaica maximē afflictata est fame, vt Iosephus autor est. Per eā igitur transibit Romanus Imperator & corruet Hierosolyma, & esuriet, & cū esurierit irascet. Etenim Esuries furorē concitat: & maledicet regi suo, id est, Romano imperio in hoc enim maledicta congerunt Iudæi: vt vltimæ suæ calamitatis autorē, & Deo, quia Deum blasphemant, qui in tot mala populum coniecit. Et suspiciet sursum

tina lux. Et transibit per eā, ^a & corruet, & esuriet: & cū esurierit, irascetur, & maledicet regi suo, & Deo suo, & suspiciet sursum. Et ad ter-

ram intuebitur, & ecce tribulatio, & tenebræ, & dissolutio, & angustia, & caligo persequens, & non poterit auolare de angustia sua.

tiuntur Iudæi) esse hęc Esai. verba intelligenda dixisse: ab hac enim auolare nō possunt, incredulitatis tenacissimē vinctis obstrictissimi.

tio succedet vehemens & pressura intolerabilis, & hęc citra remedij spē accidet. Ab illis. n. auolare nequebunt. Ex quo tibi sublucebit, recte nos de postrema captiuitate (quam modo quoquē pa-

DE SENSIBVS TROPOLOGICIS ad Caput. 8. appendix.

TROPOLOGICA declamatio prima, Quid duo Esaiæ adumbrent filij, quāque pauci sint electi ostēdit, cuius prothema est, Voca nomen eius accelera, spolia decrahe, festina prædari.

Duo filij Esaiæ.



I rectē superiora tenemus duos cōmemorauit scriptura Esaiæ filios: alterū qui Ia sub, vel Hebraicē Sear-Ia-sub: alterū verò, qui hoc nomine fuit donatus quod, pthema exposuit, Hic autē pphetissæ filius memoratur ille verò nō. Vterq; tñ filius, non nihil portēdebat, prior sanē reliquias Babylonicæ captiuitatis esse seruādas, aut maxima parte ne potū Iacob in infidelitate pereūte, paucos adhæsus furos Christo domino, posterior de niq; citum esse, & veluti in manibus decē tribuum excidium, festinoq; Israelitas perdendos. Vterq; autem Esaiæ filius typus Iesu Christi extiterunt. Nanq; Chri-

stus in carne in mundum veniens, non omnes Iudæos, qui illum expectabant à gehennæ flammis adseruauit, nisi pauculos qui sibi cohæserunt per fidem & charitatem. De qua re Michæam lege cap. 7. Factus inquit sum, sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ: nō est botrus ad comedendum. Collectis nanq; botris primoribus, pueris & pauperibus racemuli supersunt, quos vineæ dominus propter exiguitatē decerpēdos superflui laboris esse ducit. In vinea ergo illa, quæ domus Israel erat, supra. 5. non collegit vineæ dominus primores botros: satanas illos decerpit, Quare expostulans cum illis ait non est botrus ad comedendū, id est, Pharisei,

pharisei, scribae, pontifices, & Iudaeorum principes qui erant veluti botri huius vineae, hos non collegit dominus illius vineae, id est, Christus, sed autumnales racemulos id est, pauperes Apostolos, & idiotas discipulos: hos traxit ad se, qui erant velut reliquiae huius vineae. Id quod Paulus. 1. ad Cor. 2. egregie expressit: Videte vocationem vestram fratres. Quia non multi sapientes secundum carnem, non multi nobiles non multipotentes, ecce botros, quos non inuenit Christus: sed stulta huius mundi elegit deus ut confunderet sapientes. En tibi reliquias, quas adseruauit Christus: en tibi autumnales racemulos, qui confundunt gradiores botros. Et Esaias. 24. ca. non abhorretem a Michæa induxit collationem. Quo modo, inquit, si paucæ oliuæ, quæ remanserunt, excutiantur ex olea, & racemi cum fuerit finita vindemia. Gens etenim Iudaica vel tradente Paulo ad Roma. 9. oliuæ conferitur: at primas præcipuasque oliuas illas non decussit sibi Christus, quia magistratus Iudaeorum credere noluerunt gloriam Dei spernentes gloriam seculi quærentes. At verò paucæ oliuæ superstites, illius plebis, veluti purgamenta, ut Paulus narrat. 1. ad Cori. 3. has sibi decerpit Christus, ex Iudaica lege, in euangelium suum transferens, legemque illam absolvens seu implens finiuit Iudaeorum vindemiam. Unde pendens in cruce consummata esse omnia clamat. Ex illa quoque vindemia pauculos sibi racemulos selegit, qui non nobilitate stematum, aut literarum magnitudine, aut principatus terreni terrore, nouas Christo plantarent vites, sed spiritus ostensione, verbi prædicatione, vite demum integritate. Et ne repetitio nauseam tibi pariat ad literalem huius cap. sensum te referas si lubet, ut de hac re plura discas. Ob hanc igitur causam prophetae nostri prior filius, satis Christi typum gerit. Iam verò posterior, cui nomen est accelera, &c. expressius Christum adumbrat. Hunc namque legimus prophetissæ filium extitisse: id quod de priore non narratur: quo nomine Christum abunde præferu-

lit. Est namque Christus beatissimæ Virginis Mariæ filius: quam qui volet prophetissam vocare sapientissimè nominabit, tantum abest ut ineptiat. Nam si Ioannes domini præcursor plusquam prophetae nomen adeptus est, quia indice iubar cœlestis regni splendidissimum Christum prodidit. ecquid de virgine sacra, quæ non solum pastoribus, & Magis ut credibile est indice agnū Dei mundi scelus auferentem prodidit, quin prophetarum dominum, & utero gestauit, & peperit, & paut? & ut rem exactius capias tibi exempli causa considera. Si manu pomum odori ferū diu versas, manibus versantibus odor pomi hæret: si cum doctis agis hominibus doctrinæ ramenta tibi concilias: si oleum tractas & versas, & reuersas, oleosus euadis, ut contra sapiente admonente qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. Porro virgo candidissima sola digna inuenta est, quæ versaret pomum illud æternorum collarum (ut verbo Mosaisico utar,) id est, Dei verbum. Sola Dei sapientiā, sola oleum diuinæ propitiationis concepit. Quantum ergo odoris cœlestis, quantum diuinæ sapientiæ, quantum misericordiæ sibi hæserit, colligat qui poterit, expende etiā si libet, hanc virginem prophetissam fuisse, quia si Ana Samuelis mater, prophetissa extitit, nūc mater Iesu christi hoc orabitur munere? Elisabet visitur a Maria & exultat in gaudio infans in vetulæ contentus utero, & mater prophetat quia plusquam prophetā gestabat, & domini prophetarum omnium gerulam prophetissā negabimus esse? Et demum quasdam foeminas veteris legis ut Mariā sororē Mosi & Deborah hac dote, prophetica præclaras fuisse legimus, quare eadē dote par est & multo eminentiore, virginem sacrā fulsisse triūque prophetiæ graduū, quos in posteriore prologo in Esaiā denarrauimus, Mariā virginem optimum assequutam fuisse. Hæc prophetissa filium suum Iesum Christum vocat, accelera, spolia, detrahe, festina prædari. At dices Iesus Christus in orbem veniens nostrum, non eodem venit quo nostra tolleretur, at eodem venit ut sua largiretur:

Maria prophetissa.

Egregia comparatio.

Eccle. 13.

Deu. 33.

Prophetissæ mulieres ex veteri testamento.

Maria optimè assequuta est prophetiæ gradum.

Ioan. 5.

Christus racemulos colligit ex vinea.

quid ergo est quod spoliatorē, & depræ-
datorē illū exprefsit Esaias? verū prophe-
ta vterq; germaniffimo pueri huius pro-
phetiffæ filij ingeniū exprefsit, ad hoc fi-
quidē in noſtra de ſuis ſe contulit ex cœle-
ſtibus ſedibus, vt celeriter ſpoliet homi-
nes, & feſtinò humanā deprædetur natu-
rā. Ipſum iam adultū & ætate vigentē, ſi
mihi nō creditis, quid dicat audite. Cū
exaltatus fuero à terra omnia traham ad
me. En tibi quid præſtiturus eſt puer Ie-
ſus cū adoleuerit, vtiq; quod oīa ad ſe
trahet, qui etiam nū præſepio agēs pannis
iuuolutus, quia nō erat illi locus in diuer-
ſorio, nondū rurfum exaltatus, ſed præſe-
pio inclinatus decūbens, ad ſe traxit cœle-
ſtes angelorū choros, ad ſe traxit paſtores
Iudæorū primitias, ad ſe traxit Magos gē-
tium delibationē longē à ſe ſitos, & demū
propē agētes & lōgē diſtātes ad ſe ſilens
& tacēs mira arte potentiſſimāq; virtute
ſpontaneos ad ſe incitauit, & traxit. Vtiā
verē de puero hoc dictū Esaiæ putes. An-
tequā puer ſciat vocare patrē ſuū, & mā-
trē ſuam, auferetur fortitudo Damafci, &
ſpolia Samariæ, corā rege Aſſyriorum. Vt
ante nos diuus Auguſtinus. 4. ſermone de
dñi epiphania adnotauit. Porro ſubduca-
mus ſi vacat rationē, quæ ſit hæc Damafci
fortitudo? quæ iſtæ ſint opes Samariæ,
quas puer hic deſpoliaturus deſcribitur,
quæ inquam ſint huius ſeculi vires, quibus
Deo rebellare nititur, & populo Dei, hoc
eſt, ſanctis quos in mūdo ſelectos ab omni
carne ſeruat Deus? Vt. n. olim Damafcus
& Syria in Hieroſolymā cōiurabāt: ita &
modo mūdus, caro, ſanguis, & Satanas, ad-
uerſus cœleſtē illā Hieruſalē, & ciues eius
futuros Dei ſeruulos, pactū inierūt, ingraf-
fandi in eā, & debellandi quoad potuerint
illā. At fortitudinis ſi diſcere amas ſuæ vi-
res opes ſunt, pōpā, & ambitio ſeculi ſunt,
ſapientia deniq; huius ſeculi & vaſra cōſi-
lilia, quæ Deo inimica ſunt. Etenim teſtā-
te Ioanne omne quod eſt in mundo aut
cōcupiſcentia carnis eſt, & concupiſcētia
oculorū, & ſuperbia vitæ. Hæc enim ſunt

vniuerſa armorum genera, quibus noſtri
hoſtes inuiſibiles viſibilibus armis nos im-
petunt, & cōſodere nitūtur. Et hæc quoq;
ſunt quæ dñs Ieſus Chriſtus ſpolia feſtinā-
ter detraxit. Siquidē vitæ ſuperbiā, quā ſa-
pientia huius ſeculi fouet, tunc ſpoliauit,
quādo ſtultā illā reddidit: vt Paul. 1. ad Co-
rint. 1. Sapienter admonuit. Vbi Sapiens
ait: vbi ſcriba, vbi inquiſitor huius ſeculi!
nōnē ſtultā fecit Deus ſapientiā huius mū-
di? Nā quia in Dei ſapiētia non cognouit
mūdus, per ſapientiā Deū, placuit Deo
per ſtultitiā prædicationis, ſaluos facere
credētes. Et Esaiæ. 3. locus à Paulo indi-
catus idē oſtēdit. Perdā (inquit) ſapientiā
ſapientū & prudentiā prudentū reproba-
bo. Et Iob. 5. Apprehendit ſapientes in
aſtutia eorū. Quæ omnia facile quæ dixi-
mus ſpolia demōſtrant. Siquidē Deus hu-
manæ ſapiētiae pompā & apparatū, huma-
niq; ingenij vires, opes deniq; mūdānāq;
potētiā ad callendā Dei ſapientiā vitāq;
æternā conſequendam nihil ſufficere do-
cuit. Qua propter in illis ſtatuit humanæ
ſalutis fundamēta, quæ hominibus vide-
rentur ridicula, & deſpicabilia: qualia ſunt
quod Deus fieret mortalis homo, ex vir-
gine natus paupercula, pauperculāq; du-
cens vitā, tandemq; ignominioſam ſuſti-
nens mortē crucis, quæ vt ceperunt orbi
clareſcere myſteria, Iudæis fuere ſcanda-
lum, gētib; autē ſtultitia, at verò diuina
operāte gratia ſeculi ſapientes, magniq;
noīs philoſophi huic ſtultitiæ ſuā cōceſ-
ſerunt ſapientiā: ſeculiq; magnates, huic
paruitati, ſuā ſubiecerūt magnitudinē: ſe-
culi deniq; diuites, huic paupertati, ſuam
ſubdiderunt opulentiam. Vt verē dixeris
Chriſtū verū eſſe ſpoliaturē, & prædato-
rē noſtrorū bonorū humanorū: & nō ſpo-
liat, vt ſpoliet, ſed vt nos ditet. O foeliciffi-
mā cōmutationē, ſpoliat humanā ſapien-
tiā, & donat diuinā: ſpoliat opes & huma-
nā potentiā, vt cœleſtes opes cœleſtemq;
potentiā offerat. Vt iam qui ſibi ſapientes
erant, ſibiq; potētes, & ſibiipſis gratulabā-
tur, per ſtultitiā prædicationis ſibi ſtulti,

Chriſtus ſpo-
liauit Sata-
nam.

Ioan. 1. 1.

Chriſtus ad
huc infans
ad ſe rapuit
omnia.

Chriſtus no-
ſtra ſpoliat
vt ſua nobis
donet.

sibi

Efficacia euāgelij mira est hominibus.

Locus Lucæ exponitur.

Diabolica arma quæ.

Gent. 3.

sibi infirmi, sibi pauperes, & tenues videantur: omnemq; sapientiam, potentiam, opulentiam, in fide Iesu Christi solum iacere credant. Hæc sunt spolia, de quibus is ipse, qui spolia hæc detraxit, meminit Lucæ. 11. Cum fortis (inquit) armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet: si autem fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius aufert, in quibus confidebat, & spolia eius distribuit. Vtique Satanas fortis est armatus iste, qui per peccatum vniuersum sibi subiugauerat orbem, & tyrannidem hanc, quam in homines exercebat, pacificam & tranquillam tenebat. Certò nanq; Diabolus sciebat, humanas vires impares esse, vt se à suo imperio tyrannico extricarent. Nam etsi liberum arbitrium maculare se potest, emaculare tamen se non sufficit. Arma verò, in quibus tyrannus iste & grassator humani generis pestilentissimus, confidebat, quæ putas alia esse, præter ea, quæ hæcenus diximus? Quæ sunt mūdāna sapiētia, potentia, opulentia, mūdānaque voluptas, humani ingenij in malum semper procliuvis libido. Et demum vniuersa hæc visibilia bona, quæ oculis nostris abblandiuntur, & vniuersa visibilia mala, quæ vt declinemus à via recta proprio horrore nos sollicitant quæ omnia Ioannes verbis dudum commemoratis assequutus est. Hæc sunt arma, quibus fretus Satanas primum hominem adortus est, & prostrauit, atq; deiecit. Appetens nanque illa prima humani generis mater, sapere, plus quàm oportebat sapere, auidaq; sciendi bonum, & malum, delectataq; pomi aspectu, gustuq; eiusdem illecta, cum sibi consentiente viro suo Adam truci Satanæ manus victas dederunt: totaq; posteritas cum illis labe factata est. Aspice igitur quæ & quanta sit huius fortis armati armorum vis, atq; potestas. At superueniens Christus in mundum, oriens de sinu cœlestis patris, in ventrem intemeratum terrenæ venit matris: hincque carne humana vestitus,

carnisq; natiuitate profiliens in orbem cum hoc armato forti congreditur, illumque superans, arma eius abstulit, spolia detraxit, & distribuit. Neque solum in cruce moriens huius tyranni prædicti trophæa reportauit, sed simul atque natus est de virgine sacra, adhuc infantili fragilitate impeditus, & humana non potens formare verba, neq; Deum patrem suum infantili laudare lingua, neque virginem appellare matrem (quia puerili se subiecit conditioni) sub tanta infirmitate, cū forti congreditur armato: illius deijcit tumorem, & arrogantiam. Etenim fortis hic, angelus est, qui diuinos appetijt honores: at Christus cū Deus esset exaniuit semetipsum, formam serui accipiens: id quod plurimum Satani cum deiecit fastum. Quod si alium cupis cernere huius pueri cum Satana congressum, adhuc sub ipsis crepundijs vagientis, lege Matthæ. capit. 2. Apud quem Satanæ cum infantulo confertam pugnam reperies. Quid enim aliud est beatissimis Magis Hierosolymam ingressis, Herodem regem cum tota Hierosolyma turbari? Quid est astu fraudulentoque consilio, infantis recens nati natalē locum solerter exquirere, vt loco natali inuento infantem Christum Herodes occideret, nisi in rege, aut per Herodem regem Diabolum, vt per membrum suum, cū Christo committere bellum? At verò fortior erat paruulus quam regia Herodis atque Satanica potestas: quæ quidem delusa est à Magis, qui per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Atque in hunc modum Christus Diaboli arma abstulit, illiusque vaftrum & versipelle ingenium fefellit, Herodisque denique conatus frustratus est. At verò percontabitur aliquis vt Christus festinanter spolia detraxit, celeriterque depreçdatus est: quandoquidem multa exacta sunt secula, quibus fortis armatus custodiuit atrium suum, diabolicæque seruitutis plus quam ferreo iugo humana natura pressa est? Vt ergo ce-

Christus etiam nū infantulus e diabolo triū phat.

Esaiæ. 14.

Ad Phil. 3.

Christus in
spoliando ho-
ste festina-
uit lentè.

Sapi. 7:

Pauli locus
exponitur.

Locus Pau-
li elucida-
tur.

leriter Diaboli spolia sunt detracta, & arma sunt sublata? Sed meminisse oportet ut res arduę rectè gerantur, festinandum esse lentè. Tunc autem lentè festinatur, quando tempore congruo res ipsa operi mandatur. Qui enim tempus hoc antevertit, noxiam habet celeritatem: qui verò tempus congruum præterierit, lentus est: quippe qui tempus negotio gerendo aptum non arripuit. Deus igitur qui dux sapientiæ est, ad congressum cum Satana inenndum, ad spolia detrahenda, hostemque humani generis subigendū, non ita festinauit, ut tempus opportunum anteuerteret: neque rursus lentus ita fuit ut temporis opportunitatem præteriret. Imò verò, ut in Paulo legimus ad Galatas. 4. ubi venit plenitudo temporis misit Deus filium suum &c. Fuit ergo celeritas cum tarditate, & tarditas cum celeritate cōiuncta: fuit festinatio cum mora & mora cum festinatione copulata. Ut Habacuc propheta facilè indicat: Si moram fecerit (inquit) expecta illum, quia veniens veniet & non tardabit. Neque tamen à disputatione vacat cur in tam longæua sæcula huius modi Satanæ deiectionem & spoliationē produxerit Deus. Et quidem ut succincto breuique rē istam comprehendam sermone, dixerim medicum prudentissimum, qui de leuando morbo infirmi cogitat vnde sibi parare gloriam cupit, furere nonnunquam morbum finire, quem in statum suum cum aduerterit processisse, ne mortem inferat, extrema mendicamenta infirmo ad-mouet. In eundem propè modum humanum genus peccato languidum, atque infirmum non in lāguoris principio, extremum medicamentum (quod erat mors Christi) adhibuit Deus, sed peccatum incrudescere in dies permisit, atque in statum suæ malignitatis vehementissimè turgere: ut postquam omnia conclusa essent sub peccato, promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus, Ad Galatas capitulo. 4. Et quale putas hoc ver-

bum Apostoli esse? aut quid sibi vult scripturam omnia conclusisse sub peccato? Non aliud putes quàm diuinam scripturam arguere, & indicare omnes homines peccati morbo subiacere: ut Paulus ad Romanos. 3. palam tradidit in hæc verba dicens: Causati enim sumus Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse. Id quod multis colligit & inculcat, & tandem ait: Omnes peccauerunt & egent gloria Dei. Si uirgitur Deus homines multis temporum curriculis hoc morbo letali culpæ opprimi, neque medicum illum cœlestem Christum (qui solus tanto poterat succurrere morbo) sub morbi exordio misit. Sed diutius tanti medici distulit præsentiam: ut post multa patriarcharum, & prophetarum vota flagrantissimasque preces, medicaturus veniens, & gloria Dei in tanto tamque prolixo morbo medendo patefceret, & homines cautos deinde redderet, ut peccata vitarent: utpote quę in tantum malorum exitium deduxerant, quæ tanto denique medico eguerunt, ut sanitati redderentur. Etenim ad illa curanda neque lex naturæ, neque lex scripta, sat fuerunt. Imò hæc languidum hominem spoliatum, & vulneratum, in vulneribus iacere dimiserunt: quousque Samaritanus ille verus Christus iter in hoc seculo faciens, misericordia motus, illius alligauit vulnera, & oleo, id est, diuini spiritus vnctione, & vino, id est, sanguinis sui effusione, in sanitatem mirabiliter, potenter, & misericorditer restituit. Lucæ. 10. Et quanquam in vtraque lege de remedio, de curaque peccati prouidit Deus, exactum tamen remedium & quod alterum non desiderabat, nunquā humano generi præstitum est, vsquequo Samaritanus iste, cuius meminimus, vulnera alligauit, & sanitatem absolutam donauit. At quantum lex scripta præstiterit, nos fusè diximus indilucidatione ad caput 1. Quare huius rei hîc esto periodus. Hæc enim obiter indicasse sat est:

ad prioremque sermonem nostrum referamus stylum. Deus igitur etsi moras videtur duxisse in deuincendo hoste maligno, at festinè id fecit: quia tunc fecit quando facere opportunum iudicauit. Rectè ergo nomen pueri Iesu, thema huius tropologiæ illud esse proclamat, quod diximus: accelera, spolia detrahe, &c. Quid quod natus puer Iesus non segnis fuit in superando hoc hoste, in detrahendisque spolijs istis? Quippe cum annus illi ageretur tricesimus tertius, mortè subiuit temporalem, & Tartarea fregit vincula, & sepulturæ mandatus, tertio surgit à morte die, post què numeratis quadraginta diebus, iuga cœlorum petit, prædamque Tartari tulit, & spolians principatus, & potestates, traduxit confidenter palam triumphans illos in semetipso ad Coloss. cap. 2. Et denique ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem ad Ephes. 4. Hæc sunt spolia, quæ celeriter detraxit: hæc est præda festina: nā modico tempore apud nos viuens, & moriens, spoliavit Tartara, & ditauit cœlestia. Neque solum Tartara spoliât, quinimò suos contubernales Apostolos, atque discipulos, vitam ducens adhuc mortalem, spoliavit. Audi enim quid ipsi dixerint: Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Et parum est sic spoliassè Apostolos exigua enim erat illis supellex, nisi & illorum affectus & desideria longè vehementius spoliasset. Quo ibimus inquit Domine, quæ verba vitæ habes. Penduli enim erant à Christi sermone, & in Christum suum de fixerant affectum. Quin & dominus post ascensionem suam adhuc spoliât, & prædatur. Quotquot enim possessores agrorū aut domorum erant, vendentes afferebāt pretia eorum, quæ vendebant, & ponebāt ante pedes Apostolorum. Non ne hoc tibi videtur Christi spoliū, cuius gratia id temporis fideles vniuersa, quæ habebant, pauperibus donabant, & se opibus terrenis nudabant, vt pauperes Christi vestirent? Et demum quid dicam de martyri-

bus Christi, de confessoribus, de virginibus, de sanctis omnibus? Nonne hos omnes verè dices spolia esse Iesu Christi? Et enim hos omnes sicut ceteros homines diabolus in suam ditionem redegerat. Illos nanque primi peccati labe inficiens, suos effecit: nam qui facit peccatum seruus est peccati. At quos fecerat suos diabolus peccati tyrannide, illos Christus redemptionis iure à diabolo sustulit. Et sicut olim Dauid. 1. Regum 17. pascens gregem patris sui de ore leonis, & vrsi, oues raptas liberabat, & depredantem leonem & vrsū interficiebat: ita quoque verus pastor Christus, oues gregis & pascuæ suæ (qui homines sunt) raptas cernens à Satana, qui vt leo est circuens & quærens, què deuoret, & tanquam vrsus est, omnia pedibus suis conculcans, & deuastans, quæ humanæ sunt virtutis: ab hoc singulari ferro æternus pastor oues raptas rapuit, & depredatas iniuste animas rationales iuste depredatus est. Suaque dignissima spolia fecit, atque distribuit. Quosdam enim homines martyrio coronauit, qui nō solum substantias suas quinetiam & vitas suas (id quod est omnium charissimum) Christo concesserunt. Alios verò diuina sapientia fulgere fecit. Qui humani ingenij fastum humanæque philosophiæ pompam, pili ducentes cum Paulo non aliud iudicauerunt se scire inter homines, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum: qui ecclesiæ Christianæ doctores sunt, totius vniuersi quæque orbis splendidissima lumina. Rursum alios varia & ornatissima virtutum cœlestium supellectile, ornatissimos effecit: quos in exēplaria morū castigatissima ecclesiæ suæ cōtulit. Et demū pro varietate donorū Spiritus sancti, de quibus meminit Paul. 1. ad Corin. 12. pro varietateq; talentorū, quorū meminit Matth. 25. hæc spolia fortissimus Christus, ex forti armato sustulit, & sublata distribuuntur. Nullus igitur iam dubitationi pateat locus. Verè nanque Christus accelerauit spolia detrahere, verè festinauit præ-

Ioan. 8.

Notāus typus ex libr. Regum.

1. Petri. 5.

1. Corint. 3.

Christus vniuersa spoliât.

dari. Neque ab hoc spoliandi & prædandi officio cessat hucusque. A natiuitate enim temporali ex beata virgine Maria in finem vsque seculi à prædis & spolijs istis non cessabit. Sunt enim Christo hæc grata officia, & puero & viro & mortali, & iam immortalī. Puer siquidem hæc spolia exercere coepit, & in finem mundi exercitium hoc consummabit. Puer nanque cœlos angelis spoliavit, illos ad se trahens, qui sua natalia angelicis celebrarent vocibus: agros pastoribus spoliavit, quos ad se pellexit, qui infantilis suæ carnis testimonium exhiberent, Persiam Chaldæam Magis illustribus viris aurum, thus, & myrrham deferentibus spoliavit, quos stella coruscante ad præsepium suum vocat, ut procidentes, humique ad pedes infantis prouoluti, sub nouella carne nati pueri diuinitatem æternam profiterentur. Quam verò in hæc spolia incubuerit Christus iam adustus, ipsa sacra eloquia testantur. Turbæ nanque irruerant in Iesum Christum dominum, & ipsum comprimebant, stupefacti in verbis gratiæ, quæ procedebant ex ore eius. Neque ciborum, aut domorum, aut propriarum rerum cura detinebantur, quominus Christi vestigia sectarentur, adeo ut per deserta loca auido velocique cursu ipsam sequerentur. Lucam lege capi. 8. & 9. & Ioannem. 6. Matthæum. 14. Marcum. 6. Et iam iam moriturus asinæ infidet Christus dominus, & Iudæorū turbæ ab illo spoliari affectantes illi acclamant, Osanna filio David. Benedictus qui venit in nomine Domini: & proprijs se spoliant vestibibus & arbores ramis nudant, quæ calcanda à domini Apostolis, à pedibusque asinæ Saluatorem ferentibus, sternunt. Atqui vox illa, Osanna, vox precatoria est. Significat enim Salua obsecro, precantesque sibi salutem, spoliari à domino affectant, id est exuere hominem veterem, & induere nouum hominem, qui secundum Deum creatus est,

in iustitia & sanctitate veritatis. ad Ephes. 4. Et tandē ne in omnia discurrendum nobis sit, quotidie hoīes extrahens Christus à desiderijs carnis, quæ militant aduersus animam, & in desideria traducens spiritus (quæ animæ nræ patrocina sunt) filiosque gehennæ in filios lucis commutans, spolia hæc celebrat. In quibus inueniēdis spolijs plurimum lætatur dñs, non quia spolijs indiget istis (non enim spoliatur, aut prædatur, quo ditior euadat, amplius editefcatur) sed quò nos locupletiores efficiat. Et quid mirum si celeriter, & propero gressu spolia detrahat, festinetque prædari, si spoliando, & prædando Satanam, maximopere lætatur? Nam deliciū eius est esse cum filijs hominum: hoc amat, hoc cupit, ut velimus ab illo spoliari, & prædari: hoc clamat ex euangelio. Venite ad me omnes (inquit) qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Etenim cum à Domino rapimur, reficimur: at cum à Satana abducimur inficimur. Quam ob rem si vitam transigimus istam, & in domini prædam, & spoliū, non transimus, id quidem non eo est quò Dominus iners est, festinus nō est (festinat nanque prædari, ut prothema prædixit) sed huius moræ atque tarditatis obstinatio nostra in causa est. Ille nanque semper pulsatur, semper clamat, citra morā nos ad se trahere varijs modis curat. Quod si pulsanti corda nostra claudimus, si vocanti obtemperamus, si trahenti repugnamus, nostræ conuersionis in Deum moram Deo obijciemus? absit. Ille enim festinus est & in opus hoc conuersionis nostræ nescit tarda molimina Spiritus sancti grā. Nos ergo parare oportet, ut peccata post tergum mittentes, in Dominica spolia, Christi que beatissimam prædam, trāsferamur.

¶ Istis quoque accedat, ut nouum Tropologicum sensum priori prothemati addamus, doctores ecclesiasticos spoliatores, & prædatores oportere esse. Nam ex diuinis scripturis sacras extrahentes doctrinas, quibus populum Christianum imbuant, spoliato-

Prouer 311

Matth. 11.

Christus festinat prædari nos vero torpemus ne prædemur.

Doctores sancti spoliatores sūt.

res sunt, atque deprædatores. Neque solum à sacris codicibus hæc beata spolia detrahenda sunt, quinetiā & à Philosophicis, poeticis, oratorijsq; musis: à quibus, vt ab iniustis possessorib⁹, veritates suffragantes fidei Catholicæ sunt spoliandæ vt August. est autor. Vt em̄ olim Hebræi diuinis parentes iussis A Egyptios spoliauerūt, & auri & argenti, variæq; supellectilis opimam retulerunt prædam, ita quoq; & ecclesiastici doctores, ab infidelibus sapientibus, quæ ad testimoniū diuinæ veritatis cōducunt detrahere debēt. Sic Pau. fecit Epimenidis verba indicans ad Titum. 1. capi. Cretēses semper mēdaces &c. & 1. ad Corin. 15, Menandri verbū citat, Corruptū bonos mores colloquia praua. Et Act. 17. Sicut quidā (ait) vestrōrū poetarū dixerūt: Ipsius em̄ & genus sumus, id quod hemistichion est heroicū ex Phænomenis Arati. Quāq; nonnulli nostratum doctorū hoc munere abutentes, non solum ex gentium doctrinis vera, sed fabulosa multa & superuacanea decerpentes, sacris oraculis inferunt, sacra miscētes profanis. Sunt autem quidā alij diuinās scripturas violētē torquentes, & ad sua praua desideria coaceruantes, qui Satanæ sunt æmulatores. Qui tentans Chrm̄ in deserto, sacra protulit oracula, in aliū retorquens sensum, q̄ Spiritus sanctus dictauerat, vt Deut. 1. sermonē. c. 8. Nō in solo pane viuit homo, illo detorsit, quōd experiret Chri diuinitatē, si lapides verterēt in panēs. Itidē de alijs locis, quæ referunt apud Matth. ca. 4. Tales sunt hæretici, q̄ sacras literas peruertunt, sensibus intortis: tales sunt vaniloqui prædicatores, q̄ sanam doctrinā fidelibus non instillāt: sed ad fabulas conuertunt. Quos Pau. notat. 2. Timo. 4. Isti sunt, in quos aduertit Esaias in cap. hoc dicēs pro eo quod abiicit populus iste aquas Siloe, quæ vadunt cum silentio, & assumpsit magis Rafim, & filiū Romeliæ, adducet super eos aquas fluminis fortes. Sunt autem aquæ Siloe diuinæ scripturę documēta. Hæc sunt, quæ vadūt cū silentio. Contentiosa enim

nō amant, neque clamosa verba, vt Pau. 1. Cor. 11. tradidit. & ca. 1. eiusdē. & 2. Cor. 12. Idēq; cū silentio decurrūt aquæ istæ: captiuare em̄ oportet intellectum nr̄m in obsequiū fidei. 2. Cor. 10. Verbū em̄ Dei in mansuetudine suscipiendū est. Sine strepitu enim per venas nostri cordis decurrit fons viuus diuini sermonis, qui salit in vitā æternam. Verba humana frigida sunt, & mortua: animā nanq; nō viuificant, quantumlibet clamosa sint: & perstrepera. At diuina verba sub silentio decurrentia, humanā mentem abluunt, & viuificant. Citra disputationem, citra affectatas picturas sermonis, citra pompā & apparatus orationis, sed simplici contenta est diuina scriptura eloquio. Quapropter cum silentio vadit. Qui verō huiusmodi silentia nō amant, sed potius Rafim, & filiū Romelię (quorū prior interpretat̄ varians eos) posterior verō magister frangens laborātes. (hoc enim sibi vult Phace) sunt hi, qui doctrinis varijs, & peregrinis discipulos, abducunt cōtra Apostoli decretū ad Hebr. 12. Humanæ em̄ doctrinæ variæ sunt: quippe quæ pcedunt ex humana mēte, quæ varia est, neq; sibi constās. Quare solē nō cōsolidant peccato laborantes, sed potius illos frangunt, & eneruant. At verō diuinæ doctrinæ non variæ sunt, etiā si multæ sunt. Etem̄ à simplicissimo Dei spiritu, qui semper sibi idē est, dimanāt. Vnde se in humanum pectus insinuant: illud reficiunt: à peccati labore, illud purgant ab spiritualibus sordibus, illud pacant & serenāt à tētionum turbulentia. Tollite (ait) iugum meum super vos & inuenietis requiem animabus vestris, quasi clarius dixisset, Suscipite doctrinam meam, & omnium bonorum cumulus aggregabitur vobis. Qui igitur has silētes diuini verbi neglexerint aquas, adducet Dñs super eos aquas fortes. Id est in voraginē stupendorū errorū dilabent. Omnes enim qui à veritate Dei, quam scripturæ sacræ docent mentē auertunt, necessarium est, vt amoto veritatis clauo in falsitatis horrendos scopulos impingant.

Paulus poetarum testimonia non dedignatur suis scriptis intexere.

1. Tim. 4.

Hæretici sacras literas vt diabolus peruertunt.

Sacræ scripturæ sunt aquæ Siloe quæ vadūt cū silentio.

Mali prædicatores quales

Matth. 11.

Lutherani
corripiunt.

pingant. At scio hæreticos mihi obiecturos, se has silentes aquas amare, solumq; illis adhærere: ideoq; iniuste à me accusari dicet, q; aquas has Siloe negligat. At verò iustissimam in eos obtedo accusationem. Etenim Iudæi vetus instrumentum suscipientes cæcitate cordis adhuc laborant: quippe non illud suscipiunt, vt oportet suscipere, quia secundum sensum Apostolicum & Euangelicum Codices sacros non intelligunt. Sed ad sensum, quem ipsi commentantur, & de proprio cerebro fingunt, diuini verbi intelligentiam ferunt. Ad quem quoq; modum etiam si hæretici diuinas scripturas recipiunt, in illisq; gloriantur, vana est illorum gloria. Etenim non exponunt scripturas secundum Ecclesiam Catholicam legitimum sensum, sed potius secundum machinamenta proprii ingenij à regula ecclesiastica toto cœlo aberrantia. Et mirum est de perulancia hæretica, quantum insolescat, vt ne neglecta ecclesia catholica spretisq; doctoribus ecclesie, autoritatem sibi usurpant, in propriè hereseos fauore conantes diuinas intelligere imò peruertere scripturas: vt illis apte congruat qd Hieremias vaticinabatur: de reliquerunt fontem aquarum viuentium, & foderunt sibi cisternas dissipatas. Quippe magisterium ecclesie Romanæ, fons est sapientie, & vitæ. Verum hæreticorum libri etiã si ornatissimo splendeant sermone, cisternæ sunt dissipatæ: aquam vitæ continere non possunt, sed aquam cœnosam, & omni falsitate limosam. At rursus dicent, se intelligere scripturas secundum sensum & usum

Hiere. 22.

Locus Hieremie exponitur contra hæreticos.

primitiue ecclesie, & non secundum sensum presentis Romanæ ecclesie. Porro responsio hæc stolidus est. Namq; ecclesia hæc, & illa, & quæ persisteret in exitum vsq; seculi, vna est, vnoque vegetatur spiritu, eodemq; Spiritu sancto potitur doctore, eademq; gaudet autoritate, eodemq; pollet magisterio, interpretandi scripturas, ecclesia hæc nostra, vt & primitiua. Quamq; labentibus temporibus, quædam fanciunt noua, quæ priora secula non tenuerunt. Quia pro temporum diuersitate autoritatem habet ecclesia noua condendi iura, & quæ latebant primæuis temporibus, lucida facere. Et quanquã ecclesia ius diuinum, neq; sacram scripturam condere valeat, explicandi tamen penes ipsam solam autoritas residet. Etenim si ad corrigendum fratrem in ecclesiam est postremus recursus. Matth. 16. quid quod ad corrigendum hæreticos, qui vt cancer serpunt, & venena hæretica doctrinæ nunquam non fundunt, ad ecclesiam ipsam, idest ecclesie præsides, Papam, & Pontifices recursus habeatur? Quod si ecclesie est munus hæreticos corripere, eius quoq; est docere, illos & illuminare. Quapropter ecclesie Catholice sensus expetendus est, ne in scrip. allucinemur. Nō ergo hæreticorum spolia, quæ ab scripturis detrahuntur affectemus: sunt enim leprosa spolia, & inficiencia possidentem: vt spolia Giezi pueri Elisæi, quæ à Naaman Syro fraudulenter detraxit. 4. Reg. 5. Spolia autem doctorum catholicorum auidè quæ ramus, & inuenta læti possideamus.

Ecclesia habet autoritatem pro temporum varietate variare condere iura.

2. Timo. 1.

DILUCIDATIO IN Esaiæ Caput nonum.

Præfatio in
Caput nonum
quæ describit
duas Galilæas.

PER AEPRETIUM duxi, prius quam expositionem huius capituli aggrediar, de Galilæa regione nonnulla præmittere, quæ momenti erunt, vt capituli huius litera patentior reddatur. Et quidem Iosephus libro. 3. de bello Iudaico capi. 2. duas esse Galilæas tradidit alteram superiorem, alteram inferiorem, ambasque cingi Phœnice & Syria. Superior ab occidente habet Ptolomaidem, ab oriente Ioppen, & Gadarim, à meridie Samaritin, & Scithopolin, vsque ad flumen Iordanem,

danem, à Septentrione Tyriorum finibus terminatur. Inferioris quoque terminos describit admodum longos esse, ex Tyberiadē vsque ad Zabulon. Denique superior Galilæa se tendit in Arctum: inferior verò in Austrum. Vtranque Galilæam magnitudine, siue terræ dilatatione constare ait, gentesque bellacissimas ferre, vbertateque fructuum abundare. At in Galilæa superiore Salomon Iram regi Tyrio oppida viginti concessit. 3. Reg. 9. Et quanquam vtraque Galilæa gentium populis cingeretur, at hæc superior seu maior Galilæa gentium est appellata ab Esaia. Quippe in ea, vt prædiximus oppida Tyrijs subiecta locata erant. Vnde commercia gentium frequentiora inibi esse quam in Galilæa minore credibile est. Hæc Galilæa maior via maris ab Esaia traditur, esse trans Iordanem: quia per hanc Galilæam à Iordane in mare Mediterraneum via patebat. Et si quis attente verba Esaie aduerterit duas has Galilæas ab eo insinuat as intelliget. Etenim primò meminit terræ Zabulon, & terræ Nephthali, quæ ad minorem Galilæam videntur pertinere, quam cepit Theglathphaasar armorum vi. 4. Reg. 15. Dein verò meminit Galilææ gentium. Itaque Galilæam inferiorem seu minorem insinuat, & maiorem expresse. In Galilæa hac minori multæ sitæ erant vrbes, quas sacra Evangelica commemorat historia, vt Tyberias, Bethsaida, vnde ortum duxit Philippus Ioan. 1. Corozaim, quæ pertinebat ad fines Zabulon, & Nephthali vt legis in Matthæo cap. 4. Seceſſit (inquit) in Galilæam, & relicta ciuitate Nazareth, venit & habitauit in Capharnaum maritima in finibus Zabulon & Nephthali. Hieronymus autē libro de locis Hebraicis Galilæam gentium conterminam tradidit esse Tyrijs, in tribu Nephthali iacentem, aliam vero in tribu Zabulon ad Itagnum Genesareth, & Tyberiadem, sitam. Iam verò prophetam audiamus.

Galilæa maior cur via maris trans Iordanē ab Esaia appellatur.

In Galilæa minore quæ vrbes.

Matth. 11.



P R I M O ^a tempore alleuiata est terra Zabulon, & terra Nephthali.) Diuus Hiero. trifariam locum hunc exponit.

Primò de prædicatione Evangelica vult intellectum locum, quam Galilæi pertinentes ad Galilæam minorem, primò susceperunt. Etenim regio hæc fuit prima, quæ verbi dominici illustratione radiata fuit, vt Euangelistæ tradunt. Etenim à Ioannis baptismo dominus regressus est in Galilæam: & Galilæis euangelizare cepit Matthæi. 4. & Luc. 4. & Marci. 1. & Ioannis. 1. Ex quibus locis Apostolos primos, Galilæos fuisse constat, Petrum & Andream, Philippum, Ioannē, atque Iacobum. Quare Actorum. 1. viri Galilæi nuncupantur. Itidem & prima celebrata miracula apud Galilæos extitere.

Lucæ. 23.

Galilæa minor illustris dñi prædicatione, & Apostolica tali & miraculorum præmi-
nitate.

Ioā. ca. 2. & in Galilæa à resurrectione sua Apostolis suis se videndū exhibet. Matth. 26. & 28. His ergo Esaie verbis primo tpe (subaudi) euangelicæ prædicationis alleuiata est à pondere peccatorum, terra Zabulon, & terra Nephthali. Etenim sermo euangelicus Galilæos primum mūdauit, quam alios: vnde & Apostolis suis dñs ait, Iā vos mūdī estis propter sermonē meū. At verò quia præcedēte diuini verbi prædicatione, Chro repugnarunt Galilæi, & ceteri Iudæi: propterea subdit Esaia nouissimè aggrauata est via maris trans Iordanē Galilææ gentium. Per mare hoc loco lacu Genesareth, in quē influit Iordanis, intelligit Hiero. Et quod sequitur. ¶ Populus, qui ambulabat in tenebris vidit lucē magnā^b). Aper tam habet intelligentiā. Quia in synagogis Galilææ, dño sepe prædicatē lucē magnā viderunt

monē meū. At verò quia præcedēte diuini verbi prædicatione, Chro repugnarunt Galilæi, & ceteri Iudæi: propterea subdit Esaia nouissimè aggrauata est via maris trans Iordanē Galilææ gentium. Per mare hoc loco lacu Genesareth, in quē influit Iordanis, intelligit Hiero. Et quod sequitur. ¶ Populus, qui ambulabat in tenebris vidit lucē magnā^b). Aper tam habet intelligentiā. Quia in synagogis Galilææ, dño sepe prædicatē lucē magnā viderunt

derunt audientes. ¶ *Habitantibus in regione vmbre mortis lux orta est eis.* ^{a.}) Repetitio est verbi prioris, hæc expositio radices habet in Matthæ. capit. 4. Etenim Dñus Matthæus capi. 4. locum hunc induxit dicens, Vt adimpleretur, quod dictum est per Esaiam prophetam, Terra Zabulon, & terra

Habitatib^a in regione vmbre mortis lux orta est eis.

Secunda expositio.

Nephthali &c. Secūda expositio Hebræorum est pendens ab historia sacra. 4. Reg. 15. & 18. Etenim decem tribus non sunt simul redactæ in captiuitatem, sed primū Zabulō, & Nephthali, & Galilæa. Et quia exonerata est terra ab iniquis incolis, quos captiuos duxit Theglath phaaſar, ideo inquit Esaias alleuiatam esse terram primo tempore, id est sub prima captiuitate. At verò post hanc captiuitatem subsequuta est & alia per Salmanasar regem, quæ longè grauior fuit prima. Quia Abraſit à terra illa omnes decem tribus: ideo ait, Nouissimo aggrauata est terra &c. Quia verò post harum ablationem, Galilæi, qui tempora Christi attigerunt, Christum dominum cognouerunt, & peccata sua cognoscentes pœnituerunt ideo ait, Habitatibus in regione vmbre mortis lux orta est eis. Rectè enim vmbra mortis crimina dici possunt, quippe stipēdia peccati mors: quanquā quia tantis perdum viuitur spes vitæ æternæ est, propterea peccatum vmbra appellatur mortis. Galilæis igitur, qui in vmbra hac mortis habitabant, lux cælestis coruscante illis euangelio orta est.

Roma. 6.

Tertia expositio.

¶ Tertia expositio est Nazaræorum primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & Nephthali. Quia per euangelicam gratiam primo cœpit lucere Galilæis, onus legis Mosaicæ excutiendum esse à Iudæis. Nouissimo vero tempore per Apostolicam prædicationem gentes legi non esse obnoxias innotuit. Quod verò ait, aggrauata est via maris trans Iordanem, ad grauitatem prædicationis referunt Ioan.

6. durus est hic sermo, &c. Nicolaus Liranius mediam harum expositionum vituperat, tanquā Hebræis germanam, & catholicis non consentaneam. Rursum si prima captiuitas alleuiavit, cur secunda grauat? Quippe vtraq; iniquos Israelitas submouit: at prompta est responsio. Etenim vt diximus, prior captiuitas fuit leuior, posterior verò grauissima. Et quantum videtur prior captiuitas minoris fuit Galilææ, posterior verò Galilææ maioris, quam diximus viam esse à Iordane, in mare Occidentale seu Mediterraneum. Tertiò quoq; Hebræorum hanc reprehendit expositionem. Quia Matthæus capi. 4. hunc locum Esaiæ in Christo docuit impletum esse. Verum neq; reprehensio hæc rationē habet perēptoriam. Scimus enim locū scripturæ vnum literalibus sensibus nōnunq̃ potiri multis: vt in principio creauit Deus cœlum & terram, ad principium temporis retulit Chaldæa translatio, cadmin em̃ initium temporis Chaldæis significat: ad filium quoque referri potest in principio, id est in filio: vt nos latè prosequuti sumus in Tropologia de sancta Triade, ad cap. 6. Quare & locus Esaiæ gemino potest donari literali sensu. Aduertendum autem Matthæum non retulisse verba Esaiæ integrè vt iacebant. Quia in hæc verba retulit, Terra Zabulon, & terra Nephthali, via maris trans Iordanem. Et nihil meminit de alleuiatione, vel aggrauatione. Id quod consuetum est Euangelistis vt sæpè adnotauimus, retento prophetico sensu, verba variare. vt Hieronymus autor est in libro de optimo genere interpretandi. Præter hæc adnotare etiam in Matthæo oportet (Via maris trans Iordanem) non appositiuè legendum esse, vt intelligamus Zabulō, & Nephthali, sitas esse ad mare Mediterraneum. Hoc enim pertinebat ad terras Aſſer, Ephraim, Isachar. Nisi velit aliquis per mare locum Genesareth subaudire: vt glossa ordinaria cum Hieronymo subaudit, vt nos supra diximus. Circa quem lacum terra

Quarta expositio.

Vnus locus scripturæ duobus literalibus sensibus aut pluribus donari potest.

Zabulon

Zabulon sita erat, Genesis 49. Zabulon in littore maris habitabit: & Iosue 19. Zabulon vsque Sarid, ascenditque de mari. Quanquam de terra Nephthali nō istud legamus. Quapropter via maris adhuc duo terra Zabu-

lon, & terra Nephthali apponi nō potest, ut dudū dicebamus.

Multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiā^a.

Tandem ex his

collige mediam expositionem, quam Hieronymus protulit non tam in vituperio esse quam Nicolaus putat. Quippe de Christo negari non potest, intelligendam esse prophetiam hanc: quia Matthæus illam de Christo intellexit. Cæterum nihil obstat de duplici prædicta captiuitate, admittat quoque intelligētiam. Istis accedat Theophilactum in commentario ad Matthæum capit. 4. per umbram mortis cuius Esaias hīc meminit legem Moysi intellexisse: & consequium est, ut habitantes sub hac umbra Iudæi sint intelligendi. Atqui non me-

Theophilactus expenditur.

Hebræi. 10.

latet Paulum Apostolum legem illam vocare umbram, mallet tamen illam vocare umbram vitæ, quam mortis. Quippe Christum vëturum adumbrabat, qui via, veritas & vita est. Quare per umbram mortis cæcitas & ignorantia, quibus tenebantur Iudæi, quæ sæpè Dominus Pharisæis & Scribis in euangelio obiecit, aptius sumenda sunt. Quod si in anagogico sensu ludere quis volet, Christum à gemina peccati captiuitate mortales asseruisse nō ineptè dicet, primum quidem, quando Apostolos, & discipulos sibi sociauit, dein verò, quando in omnem orbem tuba euangelica sonuit. Vnum tamen est, quod præterire non licet, Hebræorum expositionem verbi illius Esaiæ, populus, qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, repudiandam esse: quippe in libertatem sub Ezechia rege donatam Hierosolymitis à violentia Senacherib, locum hunc referunt: & ineptiunt. Etenim locus hic nihil de Iuda meminit, sed de alijs tribubus,

quæ Galilæas incolebant, quibus lucem exortam fuisse dicit. Et cum lux hæc de libertate illis præstita intelligi non possit, quippe captiuitate postrema sub Ezechia sunt pressi, antequam Senacherib inundasset Iudæam, restat ut de luce spirituali, quæ Christus est iuxta Matthæum locus hic intelligendus veniat. ¶ *Multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiā^a.* Ad victoriam referas, quam reportauerunt Ezechias, & Hierosolyma, de exercitu Senacherib. *Multiplicasti.* Quidam hoc referunt ad victoriam prædictam. Quia etiam si nocte una Assyriorum 185000 perierint, multiplicataque est gens occisa, non tamen magnificata est lætitia: quippe lætitia victoriæ tantæ stragis mœrore immixta fuit. Verum reiiciendus est sensus. Etenim victores Hebræi non habebant unde mœrore afficerentur. Quippe in casu hostium mirabili, proprioque celesti triumpho, non erat, cur non magnificarent summopere lætitiā. Aptiori ergo sensu donabitur hic locus, si consequenter ad primam expositionem dixerimus multiplicatam quidem esse gentem, euangelio obedientem, Apostolis per totum orbem à Deo missis, at verò Apostolos doluisse, quod euangelica gratia in gentes diffunderetur, & non in contribules suos Iudæos. Id quod Paulus satis indicat ad Romanos 10. dicens, Tristitia magna & continuus dolor cordi meo: optabam enim ego esse anathema Christo, pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem. Idcirco non est magnificata lætitia, id est omnibus suis numeris absoluta: aut quia multi sunt qui suscipiunt & susceperunt fidem Iesu Christi, à qua tñ delabuntur. Ut olim Pharisæi, suscepta Ioannis Baptistæ doctrina ab illa defecerunt. Id quod dñs Ioan. 5. insinuat dicens, Ille erat lucerna ardens, & lucens, vos autem voluistis ad horam exultare in luce eius. Propterea etsi multiplicatur gens credendo, non magnificatur lætitia in fide perseverando, & bonis operibus eandem demonstrando.

4. Reg. 19.

Paulus Esaiæ expositor.

Hebræorum expositio rejicitur.

¶ *Lætita-*

¶ Latabuntur coram te, sicut qui latantur in messe.^a) Messoribus, & victoribus, propria est læticia, illis quidem quia messem ex facto grano referunt, istis verò, quia victoriam de hostibus. Apostoli quoque Iesu Christi eisdem no-

minibus exultant, & quia gētes veluti messes Christo subiugarunt, & euāgelij hostes terrenos principes atque Philosophos fidei simplicitate deuicerunt.

¶ Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius &c. ^b) Lætitiæ rationem subdit, quia virgā, iugum, & sceptrum, hostilia superata sunt à fidelibus. Etenim vt gesta Apostolica testantur, magnam tyrannidem Iudæi exercuerunt in Apostolos, & discipulos Domini, quam primum in eūdem dominum exerceuerant. Vt ipsemet prædixerat, Si me persecuti (inquit) fuerint & vos persequerentur. Aqua tyrannide fideles Chri liberati sunt sub Vespasiano principe, qui Iudæos omnes extrema affecit calamitate. Et quia huius victoriæ tanta fuit gloria, quanta illius, quam assequutus est Gedeon contra Madianitas, ideò ait sicut in die Madian. Iudicum. 7. historiam lege. Vel dicamus Iudæos olim tribus insignitos fuisse, præclaruisseque dotibus, & legis diuinæ doctrina, & sacerdotali vñctione, & Regia potestate. Quæ tria fortassis significantur per iugum, virgam, & sceptrum. Lex em per iugum etiam in euangelicis literis significatur: Iugum (ait) meū suauē est &c. quia lex euangelica non tanto onere premit, quanto Mosaica premebat. Per virgam verò, sacerdotale munus non ab re erit intelligere: quando quidem florente virga Aaronis sacerdotium cōfirmatum est, & filiorū Israel contentio de sacerdotali functione, repressa est. Numer. 17. Per sceptrum verò quod potestas regia significetur, apertius est, quā quod testibus egeat.

Quod verò iugum oneris eius dicatur, satis congruit legi Mosaicæ, cuius onera importabilia gesta Aposto. docent. 15. capi. Itidemq; & aptè apponitur virga humeri eius. Etenim sacerdotum est, &

dunt spolia. Iugum enim oneris eius, & virgā humeri eius^b, & sceptrum exactoris eius superasti.

Matth. 18. pontificum, plebes supra se ferre, vt pastor ouem, docendo, arguendo, increpando, infirmitati populi consulendo, vt de Eliacin filio Helciæ infra vigesimo secundo demonstrabit Esaias. Et inter vestimenta pontificis alterum erat, superhumera- Superhumera- le, quod humeros eiusdem super induebat, in vtroque gestans latere duos onychinos lapides, in quorum singulis nomina tribuum Israel insculpta erant, Exodi. 28. Id quod haud dubium populos à pontificibus supra humeros ferendos esse, vt illos fulciant, & ne ruant in peccata detineant, significat. Ac cōmodatè itidem sceptrum exactoris dicitur. Etenim dignitas regia, exactionibus, pensionibus, tributis grauat sibi subiecta regna: vt coram Roboan tribus Israeliticæ de Salomone patre eius cōquestæ sunt. Et istis tribus omnibus, ante Christi incarnationē floruerunt Hebræi, etsi regia dignitate à Babylonica captiuitate non floruerint. Sed ducibus Hebræis Regebantur: quibus quoque iam aduentante Christo, à Romano imperio orbati sunt. Lucæ. 3. & 2. Iuxta propheticum verbum Patriarchæ Iacob Gene. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda, neque dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est. Porro per Christi euangelium abrogata est lex Mosis, per iugum gratiæ & suauitatis, iugum oneris & asperitatis: per iugū spiritus iugum carnis ablatum est: per sacerdotium rursum Iesu Christi, qui est sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, sacerdotiū Leviticum de-

Matth. 18.

Superhumera-
le.

τ. Paral. 13.

Lex Christi
iugum gra-
tiæ lex Mo-
si iugum on-
eris.

Ioan. 15.

Tria olim
Iudæorum
præclaramu-
nera.

Iugum.
Virga.
Sceptrum.

letum

letum est, & per virgam virtutis (qualis est Christi pontificatus) deuorata est virga in firmitatis, qualis erat Aaronis pontificiū.

Ad Heb. 9. Id quod neminem potuit introducere in vitam cœlestem, vt Christi pontificatus.

Non per sanguinē hircorū aut taurorū, sed per

ficut in die Madian. propriū sanguinē introiuit semel in sancta. Et demū trāsato sacerdotio necesse erat, vt legis translatio fieret. Quin imò neque solum iugum oneris, & virga humeri, superata sunt à Christo : quin etiam & sceptrum exactoris, idest dignitas regia Hebræorum ab eodem Christo superata est. Quippe hoc in signum certissimum aduentus Christi exhibitum erat. Genesis. 49. vt paulo ante indicabamus, Iudæos sci licet sceptro Regio & ducatu Hebræo priuandoseffe, proximè ante messia natalia. Istud enim est, quod Esaia ait, Iugum oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius, superasti, subaudi, tu Christe. Et sumuntur præterita profuturis, idest superasti, pro superabis.

¶ Sicut in die Madian. ^a) Est autem duplex Madian, alia equidem ad mare Rubrum sita, regia Amalechitarum: qui sunt Arabes Arabiam desertam incolentes: alia est Madian iuxta Arabes Nabathæos locum habens, fines terræ promissionis occupans. Et de priore hic propheticus sermo vertitur: vt ex libro Iudicum promptum videtur capitul. 7. Nunc prophetam elucidemus. Idest huius Christi triūphi, quo triumphabit de lege, de sacerdotio, de Iudaico demum regno, præcessit typus in Gedeone iudice & principe Iudeorum, qui Madianitarum immensam multitudinem paucis sibi ascitis militibus, & non armorum vi sed tubarum clangore, & lagenarum fragore, & lucernarum splendore deuicit. Ita & Christus omnia superauit paucis Apostolis in orbem missis, qui verè per trecentos Gedeonis milites adumbrantur. Nam trecentos Græci per. T. literam significant,

quæ crucis symbolum est: quam Apostoli eiusdem crucisque salutifera mysteria mundo euulgarunt. Qui non violentia armorum, vt temporales duces, & antesignani, imo potius prædicationis,

dian.^a

velut tubæ cœlestis clarissimis resonantibus vo-

cibus, laguncularum fractura, idest proprijs tribulationibus propriæque vitæ dispendio, atque iactura Christi ecclesiam auxerunt. Quarum laguncularum, idest corporum Apostolicorum, quanta fuerit concussio, qui discere velit Paulum legat. 2. ad Corinthios. 11. Neque miraberis si Apostolica corpora lagunculas dicamus, si Apostolum tenes dixisse, Habemus thesaurum istum absconditum in vasis fictilibus. 2. ad Corinthios. 4. At verò lagunculis istis fractis, lux emerfit quæ exterruit infideles omnes. Nam Apostoli, & sancti martyres, sanguine suo testimonio irrefragabili, Christi euangelio attestati sunt. Christus quoque miraculis innumeris sanctorum suorum mortem decorauit, & illustrauit. Vt Stephani protomartyris mors vel vna est nobis testimonio, qui lapidibus obrutus, cœlos vidit apertos, & Iesum stantem a dextris Dei actorum. 7. Eodem quoque accedat somnium denarratum in eodem libro Iudicum & capitulo de subcinericio pane hordeaceo, deuoluto in castra Madiā, quæ subuertit & funditus terræ coæquauit. Quod equidem somnium propheticum fuisse quis negabit, idem præseferens quod Esaia locus hic docuit? Et enim subcinericius ille panis hordeaceus, qui de cœlo descendebat in castra, nihil aptius significat, quam Christum, qui de cœlo descendens, nostræ mortalitatis cineribus se asperxit: & instar hordei, quod folliculi asperitate grani lenitatem occultat, Christus sub crucis, & mortis asperitate, spiritus dulcedinem, & lenitatem continebat. Descendit hic igitur panis vitæ de cœlo in castra Madian, idest

Locus ex libro iudicū egregiè tractatur.

Somnium Gedeonis propheticum.

Locus ex libro iudicū exponitur.

in mundum, qui castra fixerat iam contra Deum, & subuertit mundana omnia, vt Paul. 2. ad Corinthios. 10. inquit, Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo, ad destructionem munitio- num, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollen- tem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigen- tes, omnem in- tellectum in obsequium Chri- sti.

¶ *Quia omnis violenta prædatio cum tumultu.* a) Si ad Vespasiani imperatoris trophæum hæc referas, sensus promptus est. Nam magno impetu facto in Hierosolymam, tumultuosa ab hostibus Romanis deprædatio Hierosolymorum facta est: & hostes belli crudissimi cædibus, sanguineq; maduerunt: & denique urbem, & templum, insauillas redegerunt. Hoc est quod ait, Erit in combustionem & cibus ignis. Quod si ad captiuitatem Babylonicam retuleris, nihil in commodi facies. ¶ *Paruulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis.* b) Aperit Esaias quæ sit illa lux, de qua dudum dixerat, Habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis, hæc subdens, paruulus enim natus est nobis, quasi dixerit, En vobis lucem depulsuram tenebras, à cordibus vestris. Paruulus vnus est aut puer vnus (iuxta Septuaginta) qui natus est nobis ex virgine sacra, & filius vnus, qui datus est nobis à Deo patre, pro asserenda libertate nostra. Hic est vera lux, quæ in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Puer est, & filius est, puer nascitur, & filius datur: non quia filius non nascitur, (quippe filius necessario à patre nascitur) at si sola esset hæc æterna natiuitas, filius Dei non daretur homini: at

quia natiuitate temporali paruulus natus est nobis, propterea & filius Dei datus est nobis. Quia verbum caro factum est & habitauit in nobis. ¶ *Et factus est principatus.* c) Præteritum hoc factus est,

bus ignis. Paruulus enim natus est nobis, & filius dat⁹ est nobis^b, & factus est principatus super humerū ei⁹:

vt præterita proxima vertenda sunt in futura, vt sæpè admonuimus: id est fiet, nascetur, dabitur: quia tempore Esaiæ nondum natus erat Dominus. Per principatum pa-

Paraphrasis
Chaldaica,
Matth. 5.

raphrasis Chaldaica legem intellexit, quam quia Dominus impleuit, quia iota vnum, aut apex vnus non præteribit à lege donec omnia fierent: cuiusque dominium Christus gessit. Est enim Dominus filius hominis, etiam sabbati Marci secundo & in Psalmo 2. Ego autem constitutus sum Rex ab eo, super Sion montem sanctum eius. Qui locus de Christo est intelligendus: qui tamen si neque latum vnguem discessit à lege implenda, tamen vt Dominus legis, illam soluit postquam impleuit. Aut per principatum seu imperium Christi ecclesiam intelligamus, cuius ipse est imperator, & princeps: quam non calcatur sub pedibus, illam premens iniurijs, vt tyranni faciunt, sed humeris gestat, vt pastor ille de quo Lucas meminit. 15. qui ouem inuentam humeris imposuit. Dilatum est hoc imperium Christi: nam & in terram omnem distenditur, & in cælum vsque pertingit, ipso testante, Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra. Et hoc imperium seu regnum iuxta Daniele sempiternum est, vt Lucas inquit. c. 1. Regnabit in domo Iacob in æternum. Sunt qui referant hunc principatum in crucem, quam sibi baiulauit Dominus super humeris suis, sed istud allegorijs aptius congruet.

Matth. 28.

Dani. 9.

¶ Et ve-

¶ *Et vocabitur nomen eius.*^{a)} Capite septimo huius pueri nomen dixerat vocandum esse Emmanuel: hinc autem multis nominibus Emmanuelis huius maiestatem ostendit dicens, Vocabitur nomen eius, admi-

rabilis, consiliarius &c. Aduertit autem Hieronymus hæc

nomina singula, singulis comatibus esse legenda, ut sex nomina pueri esse cognoscamus, quæ cum nomine Emmanuel septem faciunt. Admirabilis igitur est horum nomen primum. Et reuera vnde vnde Christum Dominum consideremus, siue verba, siue facta, siue originem diuinam, siue humanam, siue vitam, siue mortem, siue sepulturam, siue resurrectionem, siue ascensionem in cælos, admiranda planè sunt omnia. Etenim si admiratio ex singularitate & insolita rei magnitudine ortum habet, nihil inconsuetius, quam Christi verba: quæ quidam apud Marcum capitulo. i. admirantes dixerunt, quænam doctrina hæc noua est: & rursum, Quomodo hic literas scit, cum non didicerit eas. Ioannis. 7. & apud Luc. doctores legis stupent, in admirandis huius pueri Responsis, & interrogationibus. Facta autem eius miraculosa, & cætera quæ diximus, quantæ fuerint admirationi me silente scriptura clamat. ¶ *Consiliarius.*^{b)} Quippe Christi consilia diuina sunt: quæ non de emendis aut vendendis rebus, aut de parandis diuitijs, honoribus aut voluptatibus, sed de contemptu huius seculi, de vitæ spiritualis perfectione conquirenda, tandemque de vitæ æternæ regno conciliando, Christi sunt consilia. Quibus accedat sacrum euangelium in præcepta, & consilia, distributum esse.

¶ *Deus.*^{c)} quia hoc paruuli huius nomen scribitur ab Esaia, diuinitas Iesu Christi ex illo colligitur, ut Hieronymo placeat: & Cassianus libro secundo de in-

carnatione ex nomine hoc & nomine Emmanuelis, diuinitatem Christi colligendam quoque putat. Loco huius Hebraica litera habet, El, quod in nomine Emmanuel finale est. Quod si quis

nomen, El, dixerit non conuincere diuinitatem Iesu Christi, quia est nomen,

quod ad Deos etiam per participationem refertur, manifestè refellitur, huiusmodi cauillus, cum hoc nomen etiam naturam diuinam significet. Et hoc loco ex annexis naturam diuinam esse in Christo colligit. Etenim seculorum pater, aut æternitatis ut alius vertit, nomen Christi quoque est. Deus autem solus est pater seculorum. Tum quia in Hieremia legimus de Christo vaticinium hoc, germinare faciam Dauid germen iustitiæ: & infra & hoc est

nomen quod vocabunt eum Dominus iustus noster Hierem. 33. Et litera Hebraica

loco domini habet, Iehoua, id quod solius diuinæ naturæ nomen est. Et Septuaginta & c, translulerunt. Quidquod pleræque sunt testimonia in diuinis literis euangelicis, quæ diuinitati Iesu Christi attestantur, ut Ioan. 1. In principio erat verbum. Quem locum in tropologia de beatissima Triade satis expressimus: & Ioan. 8. extat locus idem conuincens, Ante quam Abraham fieret ego sum: & 1. Ioan. 3. In hoc cognouimus charitatem Dei quoniam ille animam suam pro nobis posuit, id est mortuus est pro nobis Deus.

Hoc enim est ponere animam Ioann. 15. & ingestis Apostol. capitul. 20. in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos, regere ecclesiam Dei, quam acquiuit sanguine suo. At qui sanguis hic suus, referri non potest ad Spiritum sanctum, qui incarnatus non est. Restat ut ad filium referatur qui est ecclesiæ caput. Quam acquisiuit sanguine suo. & 1. Ioan. 5. Tres sunt qui testimonium dant in cælo: Pater, Ver-

bum

Hieremias & Esaia cō cordes.

Iehoua Christus est.

Testimonia diuinitatis Iesu Christi.

Nomina Iesu Christi septem sunt ab Esaia. con scripta.

Diuinitas Iesu Christi ex Esaia.

In adno. ad
Ioan. epi.

bum & Spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt. Quamquam Erasmus multis contendat, locum hunc in antiquis exemplaribus Græcis non extare, imo & in Latinis nonnullis & assutum esse codicibus Latinis, in quibus extat, Sed hoc fortis^a, nihil nos moretur. Quandoquidem quando hoc defuisset testimonium, & autoritas eius eleuaretur, multa adfunt quæ diuinitatem veram Iesu Christi demonstrant. Ad Romanos enim. 9. Paulus ait, Ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula amen. Qui locus irrefragabilis est. Et ad Phil. 2. In Christo Iesu qui cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Quem locum agens Hilarius. 12. de Trinitate, esse in forma Dei (inquit) est esse in natura diuina: & recte. Nam formam veram naturam & rei speciem philosophi vocant. Et Paulus per formam serui, quam opposuit formæ Dei, veram humanam naturam intellexit. Igitur per formam Dei veram diuinam naturam, quam habet pater, Christum habere intelligamus oportet. Neque enarrasse crediderim legitime Erasmus locum hunc. Ait enim non esse textum hunc telum, quo Arriani configantur: quia illi non negabant Christum esse Deum, sed non esse Deū vt pater est. Id quod locus hic Pauli non conuincit. Sed re vera locus Pauli conuincit. Nam esse in forma Dei est veram habere naturam Dei: & esse æqualem Deo, est esse Christum æqualem patri. Quasi Paulus dixisset apertius, Christus cum esset verus Deus, non rapuit diuinos honores, neque iniuriam fecit patri vero Deo, dicens se æqualem patri. Testatus enim est ego & pater vnum sumus. Et ad Coloss. capitulo. 1. In ipso, ait, complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare. Quæ verba tractans

Hilarius in fine libri. 8. de Trinitate & in principio. 9. horum verborum sensum reddit dicens, plenitudinem diuinitatis habitare in Christo quia non per participationem Christus Deus est: sed vera natura diuinitatis est in Christo. Id quod præcedentia verba Pauli idem significant. Ipse est ante omnes & omnia in ipso constant. Id est æternus est Christus, & ex ipso vniter pendent visibilia & inuisibilia. Et ad Hebræos. capit. 1. Qui cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius &c. Item inibi, Christus heri, & hodie, & vsque in secula, quæ verba Chrysostomus narrans in commentario, æternitatem & diuinitatem Iesu Christi ex illis colligit. ad Hebræos. 13. lege diuum Hilarium Pictauiorum episcopum in libello de patris & filij vnitate. Vbi præclare multa diuina oracula in hanc rem colligit. Quapropter etsi ex Ioannis Epistola prolatum testimonium Erasmo daremus, infirmum esse, ex alijs multis diuinitas Christi probatur. Quid quod sufficit nobis, generalis Ecclesiæ vsus: quæ testimonium illud recipit. Sed de his satis in alio loco vberius disserendis. ¶ *Fortis.*^a Puerum præ teneritudine ætatis infirmum, fortē nominat. Vtiq̃ vt teneram & pusillam carnis imbecillitatē infantis nobis nati tu considerans sub infirmis integumentis diuinam fortitudinem fide teneas: & qui in consiliarij nomine pueri paruuli huius sapientiam reuereris, in hoc nomine fortis potentiam eiusdem contremiscas. Est enim virtus Dei atq̃ sapientia & iustitia & sanctificatio & redemptio nostra. Hūc Esaias inferius propugnatorem ad iustitiam vocabit. Illumq̃ diuina sapientia durū debellatōrē insimulatū habētē diuinū imperiū gladiūq̃; acutū vocat Sapi. 18. Ad Hebr. 4. Vt enim olim angelus Dei descendens in Aegyptum, primogenita vniuersa interfecit, & populū Dei à iugo durissimo eripuit, ita quoq̃ paruulus hic veniens in mundum, huius mundi primogenita occidit. Etenim vitia, & peccata humanæ naturæ

Peccata sūt
primogeni-
ta naturę hu-
manę.

1. Cor. 1.

Hebr. 4.

1. Tim. 3.

turę sunt primogenita. Etenim primò maculamur labe peccati (vt Dauid gemens testatur dicens, In iniquitatibus conceptus sum), quàm virtute potiamur. Hęc ergo primogenita, per natiuitatem, & mortem paruuli huius, delentur: vt populus dei libertate gaudeat. vt Ambro. expendit libro de paradiso & refertur. 15. quęsti. 1. c. nec is. Et demum si sermo Dei Paulo autore efficax est, & penetrabilior omni gladio ancipite: pertingens vsque ad diuisionem animę, & spiritus, quid putas de paruulo hoc qui verbum Dei essentiale est. ¶ *Pater futuri seculi.* a) Aut pater æternitatis vt alia editio ait. Ipsum nanque futurum seculum Christus genuit. Paulus Deum regem seculorum immortalem & inuisibilem vocat, quia omnia secula sub diuino imperio decurrunt. At Esaias paruulum nobis natum, patrem dicit futuri seculi, vt vel ex hac nomenclatura diuinitatem paruuli credas. Nanque qui pater est futuri seculi rex quoque seculorum est. Sed superest inquirere quid velit Esaias per futurum seculum & nihil aliud, quàm æternam vitam, regnaque cœlestia: quę gratia paruuli huius, hominibus donantur. Hoc est futurum seculum, cuius pater est paruulus hic, qui natus est nobis, & filius qui datus est nobis. Qui tamen si filius est, pater quoque est: virginis filius, pater Christianę ecclesię, patris æterni filius, & vitę pater æternę. Hanc enim æternam vitam paruulus hic hominibus genuit. Illam enim suo sanguine nobis comparauit, qui deuicta morte æternitatis nobis aditum referauit. ¶ *Princeps pacis.* b) Quia per sanguinem crucis eius pacificauit siue quę in cœlis, siue quę in terris sunt. ad Colo. 1. & ipse est pax nostra, qui fecit vtrąque vnum medium parietem macerię soluens. ad Ephesi. 2. Vt autē pacem hanc celebrauit Christus, in dilucida

tione ad. c. 2. Esai. nos fusē diximus. Quod si curiosus aliquis inquisitor emergat, cur tot nomina multiplicat Esaias, quādo quidem paruulum appellare Deum sat videbatur? Quia in vera diuinitatis appellatio-

cabitur eius imperium^c, & pacis non erit finis:

& est fortis, & est admirabilis, &c. At verò fortassis eo factū est, vt dilucidius omnibus constet, qualia erant paruuli futura munera. Ideo speciatim illa prosequitur Esaias, non contentus in genere, aut in virtute illa dixisse, si diceret solum, Et vocabitur nomen eius Deus. Rursum si quęrat aliquis, vt colligitur diuinitas Iesu Christi ex nominibus istis, siquidem Esaias solum modo dixit, Vocabitur nomen eius, & nō dixit erit Deus, vt neque supra dixit erit Emmanuel, sed vocabitur Emmanuel? Quam quęstiunculam immedium protulit Cassianus in libro. 2. de incarnatione: verum non absoluit exactē. Quapropter dixerim vt in diluci. ad. 7. cap. per verbum vocabitur in diuinis literis non aliud significari, quam congruentiā nominis ad personam. Itaque vocabitur, admirabilis, fortis, &c. Perinde est ac si dixisset hæc nomina congruent & aptissimē consentient cū paruulo nascituro. Quare vocabitur æqui pollet, aut verti potest in erit. ¶ *Multiplicabitur eius imperium.* c) Ex dictis patet quid velit. Et Paulus Apost. 1. ad Cor. 15. huius multiplicationis mentionem fecit dicens, Cum tradiderit regnum Deo & patri, Cū euacuauerit omnem principatum, & potestatem, & virtutem &c. Vsque in verbum illud omnia subiecit sub pedibus eius. Qd accepit Paulus ex Psal. 8. & de Christi imperio quod adeò multiplicandū est vt omnia illi sint subdenda intellexit. In eo autē, quod omnia ei subiecit nihil dimisit non subiectum ei: vt Pau. interpretatus est ad Hebrę. c. 2. & Lucę. 2. multiplicatio huius

ne comprehendantur omnia, quę in cæteris nominibus prædictis inueniuntur. Deus enim

Cap. 7.

Quęstio
Cassiani.

imperij traditur. Et regnavit in domo Iacob in æternum: & regni eius non erit finis. Et Danielis. 2. in diebus inquit regnorū illorum suscitabit Deus cœli regnum quod in æternū non dissipabitur. Et quod Paulus dudū dixerat euacuaturū Christū omnem principatū & potestatem, Daniel quoq; prædixerat, & consumet vniuersa regna hæc & ipsū stabit in

super foliū Dauid^a, & super regnum eius sedebit: vt confirmet illud, & corroboret in iudicio,

significās imperium Iesu Christi, quod successit quatuor monarchijs, id est Assyriorū, quæ à Nino cœpit, & in Sardapalo expleta est, quæ fuit monarchia prima. 2. Persarū & Medorum, in Alexandrum vsq; Macedonem, quo pereunte, & monarchia periit Græcorum. Quāquā Græcanicum Dominiū in multa dilatum est tēpora, cui successit Romanorum regnum ad Iulīū vsq; Cæsare, in quo primo fulsit Romana monarchia, cui Augustus Cæsar successit, sub quo natus est paruulus iste cuius meminit Esaias, mundi seruator qui princeps cœli & terræ est. Quare eius monarchia non terrena est, sed cœlestis, quæ omnē monarchiā mundanā delebit, & cōsumet. Suūq; imperium stabit in æternum. Quod si plura de istis te scire iuuat lege Aug. li. 4. & 12. de ciuitate Dei. ¶ Calumniam nō grauabor sub hæc referre Iudaicā, quā texuit rabbi Salomon, qui legit nō vocabitur, sed vocabit: vt sit sensus qđ Deus ipse, qđ est fortis, & mirabilis, vocaturus nomē seu illustraturus est Ezechie regis. Sed inconcinna & violēta est expositio. Et quāquā Hebraicē legatur, vocabit, Hebræi tamē tertijs personis vtūtur imperionaliter, pro, & vocabitur. Sicque vertit Chaldaeus paraphrastes. ¶ *Super foliū Dauid.* 3) Paruulū, de quo dixerat genus ducere ex Dauidica stirpe, verba hæc demonstrāt. Quæ patet legēti Matt. 1. Lucę. 2. ad

Roma. c. 1. & 9. & c. ¶ *Zelus Domini.* 6) Id est quod paruulus iste nascatur nobis, & filius detur nobis, non meritis ascribamus humanis, sed benignitati, & humanitati diuinæ: vt Pau. ad Titum. 3. Cū autem benignitas ait, & humanitas, apparuit saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiā saluos nos fecit. Zelus

& iustitia à modo & vsque in sempiternum: zelus Domini^b exercituum faciet hoc.

ergo Domini, quo zelatus est humanā naturam & studium quo salutem humanā prospicit, Deum optimum & maximum paruulum fecit. Zelus autem tradente Aristotel. in rhetoricis, amoris singularis & vehementis indiculum est, vt vir uxorem amans, illam zelo prosequitur, itidem & vxor virum, & amicus amicum suum. Et denique amicus si vehementer amat, zelo fertur in amicum suum, doletque si alium viderit ab amico singulariter amari. Suspiciantur enim zelotypi, ab amore esse depellendos, si amoris proprii socios habeant. Sublato igitur amore protinus & zelus, & cura rerum perit. Vnde Apostoli Christum cernentes de templo Dei vendentes, & ementes abigere, honoresque diuinos impense curare, recordati sunt verbi Psalmi. 68. zelus domus tuæ comedit me. Et Helias propheta Deo quærenti, quid hęc agis Helia? respondit zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum: vt curam eximiam diuinarum rerum se habere ostenderet. In eundem quoque modum metaphoricē diuinæ literæ zelum Deo tribuunt, vt amorem & curam non vulgarem humani generis Deum habere demonstrēt. Et Iacobus. 4. capitul. inquit, Ad inuidiam concupiscit spiritus, qui habitat in vobis, vt vehementiam diuini zeli erga homines indicet. Non quod

in Deo

Monarchia
mūdi prima
Assyria.
Persica. 2.
Græca. 3.
Romana. 4.

Rabbi Salomon
mon reijci-
tur.

Chaldaeus
Paraphra-
stes.

Paulus Esaiam
exponit

Zelus quod
ex Aristotele.

in Deo inuidiæ affectum doceat, sed quod qui insigniter zelat inuidia afficitur, si singulariter non ametur. Deus igitur, quippe qui singulariter ex toto corde, & ex tota anima, & ex totis viribus amari vult, inuidere dicitur, si sic non ametur.

Deus zelat
fideles suos

Et equidē nullo maiori supplicio Deus hominem interim dum viuit afficit, quam si hoc zelo suo hominē orbet. In Ezechiele enim legimus. c. 16. & requiescet indignatio mea

in te, & auferetur zelus meus a te, & quiescam, nec irascar amplius. Id quod vsu venire solet, quando ob multam peccatorū obstinationem tradit eos Deus in reprobū sensum ad Ro. 1. Tunc requiescit indignatio Dei, & zelus, non peccatorū bono, sed ingenti malo. Quia quos non torquet hīc transitorijs pœnis, reseruat torquēdos æternis. ¶ *Verbū misit Dominus.* 2) Huc vsque mysteria Iesu Christi occasio

Hyperbatō
in scrip.

ne ex formidine Achaz arrepta prosecutus est Esaias. Quæ formido latē patet. ca. 7. nunc autem post longum hyperbaton, seu parenthesin, ad eadem regreditur tractanda, quæ coeperat. c. 7. de euerfione scilicet decem tribuum. Ne tēnsq; se superioribus, Verbū (ait) misit Dominus &c. Id quod ad potestatem regiam Dauidi regi collatam, & posteris suis, nonnulli cum Hieron. interpretantur. Nam per Iacob Duas tribus intelligendas esse frequentissimē à me suprā commemoratum est, ut per Israel decem alias, in quas ait propheta, cecidisse verbum Domini. Quia Hieroboam, qui fuit Ephraita, promotus est in Regem: sed quia iniussu Deo promotio celebrata fuit, propterea inquit verbum cecidisse. Aut per verbum Domini intelligamus Esaiæ vaticinia, & alio-

rum prophetarum. Esaias nanque vaticinatus est contra Iudam, & itidem contra decem tribus. Propterea inquit verbum Domini missum fuisse in Iacob, & cecidisse in Israel, Et sumitur præteritum

dine cordis dicētes, Lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus ædificabimus: sicomoros succiderunt, sed cedros immutabimus.

pro futuro: cecidisse idest cadet. Quod autem discreuit, hæc, misit, & cecidit, eò discreuit, quia sæpè diximus captiuitatem Iudæ esse tandem restituendam, ut fuit sub Ciro, & Dario, restituta.

At verò decem tribus sic lapsæ sunt, ut nunquam erigendus sit earum lapsus. Propterea aduersus Iacob misit Deus verbum, seu mittet. Aduersus vero Israel, verbum Dei cadet, idest ab illo opprimetur in perpetuum. ¶ *Et sciet omnis populus Ephraim.* b) Demonstrat causam irreparabilis lapsus Israelitarum, siue Ephraitarum, & Samariæ, quæ erat regia ciuitas regni decem tribuum. Atqui causa hæc est superbia eorum, & magnitudo insolentia, fastusq; cordis. Fidentes enim proprijs viribus, diuina auxilia spernebant, dicentes: Lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus ædificabimus: idest & si mala patimur maiora bona succedent: & si infirmæ domus nostræ collabuntur, quia lateritiæ sunt, muriq; nostri deiiciuntur quia ruinosi sunt, erigentur muri longe solidiores, ex quadris lapidibus constantes. Et si sicomoros succiderunt, idest hostilis violentia sicomoros succidit arbores viles, cedri subrogabuntur. l. hoc illò referēdum est, ut intelligamus Israelitas superstites à captiuitate sub Theglath phaaſar, nihili ducentes hanc ruinam suæ gentis dixisse verba hæc prædicta Esaiæ: idest hæc ruina duarum tribuum cum dimidia nihil dolēda est: quia nos illā in meliora perdidit

refarciemus. ¶ *Et eleuabit Dominus hostes Rasim super eum.* ^{a)} Liberationē Iudæ prædicat, quæ fuit cum rex Syriæ occidit Rasim. 4. Reg. 16. & inimicos eius. Id est hostes Rasim regis Syriæ conglobabuntur in vnum vt veniant in Syriam, & habitet in ea. Adducet Syriam ab oriente terre sanctæ, & Philistim ab occidente & deuorabunt Israel totum ore id est auidissimo affectu. ¶ *In omnibus ijs nō est auersus furor eius.* ^{b)} Id est quāquā per prophetas suos Deus minaretur Israelitis adhuc indurato perstiterunt corde, neq; diuinū furorē placauerunt. Ideo manus eius extenta ad puniendū. Neq; aduertebant ad percipientē se, qui est omnipotens, Dominus q; exercituum, quem non inquisierunt. ¶ *Et disperdet Dominus.* ^{c)} Per caput & caudam intelligit nobiliores, & ignobiliores, & principes, & prophetas falsidicos, qui sunt instar caudæ canis ab blandientis. Vt enim canis cauda ab blanditur homini, sic falsi prophetae, vt adulentur principibus,

& magnatibus, mendacia constringunt. Loco huius incuruantem, & deprauantem die vna, quæ est lectio nostra, Septuaginta legunt & magnum, & paruum. Alia vero translatio interpretatur ramum, & iuncum die vno: & ita, chi-
pha ramum ligni seu fureculum Hebræis sonat: sicut goma. Igemon iuncū, Quæ voces hīc sunt in text. Hebrai. Est autem sensus quod fortes, & debiles dissipaturus erat Dominus. Cætera, quæ sequuntur patent & sequitur. ¶ *Propter hoc.* ^{d)} Significat captiuitatē crudelissimam futuram, quæ non commiserabitur paruulorum, & viduarum, quæ digna tamē sunt commiseratiōe: quia principes eorum prophetis mendacibus fidem præstiterunt. ¶ *Succensa est quasi ignis impietas.* ^{e)} Per impietatem impios ipsos intelligit, quos succendendos igni declarat. A quo itidem veprem, & spinam esse inquit voranda id est homines noxios, fraudulentos, & iniurios, alijs, perituros in densitate saltus.

Siqui i.

Falsi vates
conferuntur
canibus.

Siquidem vt in saltibus densissimis ignis succeditur vehemensissimus, ita in magnis copijs Assyriorum ignis, iræ, & furoris, implacabilis succensus, qui deuorabit decem tribus. ¶ *Et conuoluetur in superbia fumi.*^a)

Perfumū iram & vindictę appetitum Assyrium intelligit. Densitatem ergo saltus conuoluendam esse inquit, in superbia fumi. Quippe hostes Assyrij præ nimia iracundia elati contra decem tribus irruerunt.

¶ *In ira Domi-*

ni. b) Describit verbis istis & sequētibz in calcem vsq; capitis venturæ tunc captiuitatis mala, quæ turbatura erat Israelitas. Et fame afficiet, & gladio, belloque intestino vel ciuili conficiet: vt tribus in tribum mutua cæde dimicet neque tamen tantis pressi calamitatibus respuerunt. Quapropter diuinus furor non est auersus ab eis, sed hucusque diuinam sustinent vindictam.

ad sinistram, & non saturabit: vnusquisq; carnē brachij sui vorabit. Manasses Ephraï, Ephraim Manassen, & simul ipsi contra Iudam. In oībus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extēta.

DE SENSIBVS TROPOLOGICIS ad Caput. 9. appendix.

TROPOLOGICA Declamatio. 1. De diuini verbi secundum carnem temporali natiuitate cuius prothema est, Paruulus natus est nobis.

SCRIPSI TEsaias verba hæc, quibus natiuitas secundū carnē dñi nostri Iesu Christi lōgē antequā fieret, ab eo præuisa est. Qui vt in prologo diximus, hoc singulari ceteris præminet sacris alijs vatibus, qđ Christi mysteria apertius patefacit. Cōceptionē aperuit igitur Dñi. c. 7. dicēs, Ecce virgo cōcipiet. Natiuitatē autē modo tradit hoc. c. 9. Paruulus dicens natus est nobis, quasi dixisset, Qualis sit virginis conceptus, & partus, palā volo facere. Est enim paruuli cuiusdā, qui mirabiliter nascitur non sibi sed nobis. Nō enim est instar aliorū paruulorū, qui sibi nascūtur: hic autē nō sibi sed nobis nascitur. Nascitur em̄ vt saluum faciat quod perierat: nascitur, vt ouē erratē, & per abrupta seculi dispalatē in

ouile caulā, id est coelestē sanctorū patriā reducat: nascitur vt drachmā perditā inueniat, i. vt rationalē animam, quæ sicut drachma est, aut numisma, cui diuinę Trinitatis imago impressa est. Quæ tñ primæ labis cōtagione ita fœdata est, vt diuinitatis in ea vix super fuerint vestigia. Quā imaginem vt in suum Deus reformaret principiū, paruulus iste nascitur. Quippe animæ rationalis hæc reformatio, drachmæ est inuētio. Quā quidē vt Dei verbū inueniret, instar mulieris illius Euāgelicæ, quæ totā domū euerit, & accēdit lucernā, & quærit diligēter, vt perditā drachmā inueniat, sic & Dei verbū euerit domū. Nam quæ maior euersio totius vniuersi, quam quod cœlum descendat in terram, & terra ascendat in cœlum? Et longe mirabilior euersio est qđ cœlorū dominus homo

Ani^a rationalis drachma perditā à Christo inuenta. Lucæ. 15.

Tom. I. T 5 terre-

Lucæ. 19.
Lucæ. 15.

Lucæ. 15.

Dilucida. & decla. in Esai. Prophetam. 2

terrenus fiat, & terrenus homo vniuersi
 cōditor de virgine nascatur: qui accēsa lu
 cerna Euāgelicę prædicationis, diligētissi
 mē. i. ocyssimo tēpore mortē crucis paties
 hoc drachma inuenit, humanāq; naturā
 in pristinū splendorē reparauit. Neq; solū
 reparationē humanę miserandęq; ruine,
 paruulus iste nascendo fecit, quinimo &
 vniuersa creatura, quę vanitati subie
 cta est non volens, vt Paulus Roma. scri
 bens enarrat liberata est à seruitute corru
 ptionis, in libertatē glorię filiorū Dei. Si
 quidem humani generis protoparens A
 dam, diuinum præceptū trāsgressiens, vā
 nitati se subiecit, (omnis nanq; culpa vā
 nitatis est) continuoq; omnis creatura vāni
 ti obnoxia facta est. Nam creaturę in mi
 nisteriū hominis à Deo factę sunt. Quare
 seruientes homini transgressori, vanitati
 seruiebant: proinde vanitati subdebantur
 non volētes tamē. Etenim creaturę appe
 titus est summę veritati, qui Deus est, nō
 vanitati, quę homo est per peccatū, inser
 uire. Vt David carmine cecinit, Vniuer
 sa vanitas omnis homo viuens. Ab hac igi
 tur fugacissima vanitate peccati paruulus
 hic nascēs hominē asseruit, à peccato vici
 licet hominē abstergens, & sanctorū An
 gelorū gloria participē faciēs. Et qui olea
 ster amarus erat (amaritudine enim culpę
 homo infectus iacebat) nascēs hic par
 uulus in oliuā pingue inferuit, ad Rom. 9.
 Etenim in paruulo hoc, & diuinitas, quę
 pinguis est oliua, & humana natura, quę
 ad oleastrū prius pertinebat, ita connectū
 tur, vt amaritudo nulla oleastri in natura
 humana extet. Tota enim est diuinitatis
 pinguedine imbuta. In paruulo enim hoc
 omnis plenitudo diuinitatis corporaliter
 inhabitat ad Coloss. 2. & vbi abūdauit de
 licitum per puerum hunc super abunda
 uit gratia, ad Romanos. 5. Nanq; delicti
 abundantia hęc est quod primus parēs à
 deo discessit, & per ipsum posteri discesse
 runt. At verò gratię excrescēcia lōgē ma
 ior est: siquidē plus coniunctus est homo
 Deo in Christo, quam discesserit homo à

Deo. Nam discessio hominis gratię diui
 nę priuatio fuit: at vero accessio noua ho
 minis ad Deū in Christo, non solū gratię
 fuit restitutio, sed diuinitatis & humanita
 tis in vnā personā constitutio. Atqui si po
 steri Adā in illo perierūt: qui in Christo re
 generātur in ipso viuificantur. 1. ad Cor.
 15. Porro autem denarrāte Euangelica le
 ctione filius prodigus, substantiam suam lu
 xuriosē viuens prodegerat, in eumq; arti
 culū inopię sese adegerat, vt porcorum si
 liquis suū explere ventrē cuperet, dein ve
 rò pater in ipsum paterna viscera effun
 dens, filij misertus, in eius ruit amplexus,
 stolaq; prima, annullo, calceamētis, orna
 uit. Est autem prodigus hic filius homo
 ipse: qui à domo paterna, id est paradiso de
 liciarū, in quo Deus illū collocauerat, trās
 grediens diuina iussa discessit: & substantiā
 suam luxuriosam vitā agens profudit. Est
 autē hominis propria substantia nō diuitię
 terrenę: quę flatibus fortunę subijciūtur,
 sed mens ipsa arbitrijq; libertas, hęc sunt
 propria hominis substantia, quam nemo
 ab homine auferre poterit. Hanc substan
 tiā prodegit homo, libertate arbitrij abu
 tēs. Quā enim Deus cōdiderat in propriā
 gloriā, homo profudit in offensam: aduer
 sumq; Deū luxuriāns mens humana, atq;
 libertas, diuinos, id est quos præscripserat
 Deus limites transfiliens, de vetita arbore
 comedēs, à paradiso exulat: & sub misera
 bili exilio fame premitur, quā pascit por
 corū esca. Quia homo cū in honore esset
 nō intellexit, & factus est similis iumentis
 insipientibus. Neq; solū fame diuiniverbi
 laborabat, sed diuinorū omniū penuria te
 nebatur. Illius nanq; mens cæca, & liber
 tas ad bona sequēda imbecilla reddita est,
 & ad mala procliuis. Sensus nanq; & cogi
 ratio hominis ad malū prona sunt, ab ado
 lescētia sua. Et vt semel dicam prodigi hu
 ius calamitates, à patre suo alien^o erat à do
 mo paterna exul, nudus, pauper, peregri
 nus, famelicus, & extranei domini seruus,
 quia qui facit peccatū seruus est peccati.
 Hūc autē prodigū pater cœlestis à lōge vi
 dens

Paulusegre
 giē exponi
 tur.

Lucę. 15.

Parabola fi
 lij prodigi
 differitur &
 obserua ex
 positionē.

Psal. 48.

Gene. 8.

Ioā. 8.

Ad Rom. 8.

Pauli locus
 explicatur.

Pauli locus
 explicatur.

Ad Rom. 5.

dens visione æterna hominisq; calamito-
sam sortē prospiciēs, filiū suū dedit nobis
(qui est paruulus qui natus est nobis) qui
filij prodigi mala cōmiseratus sustuleret.
Hic enim filius qui à patre procedit, prodi-
gū filium, qui à patre discessit, in patrem
suū deduxit, atq; reduxit. Paruulus enim
qui natus est nobis arcto conditus præse-
pio, vagiens & illachrymans, vagitibus &
lachrymis suis, hominē ad pœnitentiā, ad la-
mētā, & gemit⁹ incitat, & incitādo donat,
vt tādē prodigus hic post lōga exilia, post
grauissimas calamitates, mentis oculos in
cœlū leuet, & in verba hæc prorūpat, Pa-
ter peccauī in cœlū & corā te: iam nō sum
dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnū
de mercenarijs tuis. Et pauper rursus de
virgine sacra nascēs, diuitias spūs ab homi-
ne dissipatas, eidē homini parat. Quoniā
propter nos egenus factus est cū esset di-
ues, vt illius inopia nos diuites simus. 2. ad
Cor. 8. Peregrinat in hoc seculo, vt ad pa-
triā cœlestē hominē reducat: famescit in
deserto, vt famē nostrā depellat: sitit ad pu-
teū Iacob, vt sitim nostrā extingat: ad eun-
dē de itinere fatigatus accedit, vt quietem
donet: terrenis principibus atq; iudicibus
se subdit, vt à Satanica tyrānide, cui homo
vltrò se subiecerat hominē eriperet. Vnde
Luc. 2. Ascēdit Ioseph cū Mariā despōsata
sibi vxore pgnāte, vt edicto Cēsaris Augu-
sti obtrēperaret. Vbi huius paruuli immen-
sam clemētiā, & dignationē aduertat: ante
quā ex vtero matris prodiret edictis impe-
rialibus se subdit is, per quē reges regnant,
& legū conditores iusta decernūt. Iā verò
natus atq; adultus iudicio iniquo pōtificū
Annæ, & Caiphæ & Pōtij Pilati se tradidit
iudicandū, vt cōmeritū iudiciū Dei, in qđ
homo sua exigēte culpa lapsus fuerat, sol-
ueret. Et planē cōmeritū iudiciū. Nāq; di-
gnissimis prodigus homo arctabat angus-
tijs, qui cœlestis patris misso suauissimo
cōmercio peregrē per creaturarū deuia
p̄cipitia euagat. Quas angustias vt par-
uulus leuaret noster oēs (culpa excepta)
in se tulit. Et q̄a malē substātiā suā pfude-

rat, filius hominis, vt viciōsam nostrā pro-
digalitatē emēdaret, nō aliud, quā suū pro-
fudit sanguinē, vt nocēs substātiæ nostræ
profusio, innoxia sanguinis immaculati
agni profusione repēderetur. Gliscit ani-
mus meus dicere verbo, quod vt efferā to-
ta trepidat lingua, at verò efferā quod mi-
rās apud me cogito, nēpe prodigū vnum
abs prodigo altero adseruatū esse. Imo vt
prodigū adseruet hominē prodigū se fe-
cit Deus. Quæ nanq; maior absq; prodiga-
litate prodigalitas quā in absterfionē no-
strā & vt nos lauaret crimine, sanguinē to-
tum effundere, cū alioqui ex Ecclesiæ de-
creto guttula sat erat, vna vt prodigū filiū
in pristinū repararet statū? Natus octauo
die circūciditur, & proprio infans madet
sanguine, vir iā prouectus flagris cedit, spi-
nis pūgitur, in crucē leuatur, & manus, pe-
des, crura, latus, vniuersaq; mēbra sangui-
ne rubētia atq; diuinū cruorē manātia spe-
ctātibus obijcit. O mirā agni innocentia, o
ineffabilē paruuli charitatem, qui pote-
rat sola potētiā hominē eruere, noluit po-
testate, sed iustitia: & qui iure agēs vel mi-
nimo labore facere satis poterat, noluit:
sed in angustias oēs spontaneus sese cōie-
cit. Neq; hoc illi satis, at dispēdio incōpa-
rabilis vitæ suæ, & sanguinis diuini largissi-
ma effusione prodigū hominē liberauit:
modo hæsita si libet an istud fuerit prodi-
galitatis an parsimonie? & quale illud est
qđ in luca legimus, patres illos p̄excellē-
tes sermonē habuisse cū Ch̄ro, de excessu
quē cōpleturus erat in Hierusalē. Sed quis
excessus obsecro hic erat? nōne mortis, q̄
passurus erat in cruce? nōne sanguinis quē
fusus erat? nōne clauorū, flagelorū? Ex-
cessit ergo Christus hæc ferēs: at non vitij
fuit excessus, sed eximie charitatis super
abūdātia. Tradēte Paulo, ad Ephe. 2. Deus
aūt qui diues est in misericordia, p̄pter ni-
miā charitatē suā, qua dilexit nos, & cū es-
semus mortui peccatis conuiuificauit nos
in Ch̄ro. Nimius igitur ille pater cœlestis
prodigū hominē diligēdo: nimius paruul⁹,
qui natus est nobis, & filius, q̄ datus est no-
bis,

Deo voluit
ex iustitia
agere cōtra
diabolū qui
potuisset so-
lapotestate.

Pater ni-
mius in amā-
dis homini-
bus & filius
amando, &
patiēdo.

bis, eundem prodigum redimendo. In pa-
tre nimietas est charitatis, in filio verò &
charitatis & tormētorum, quæ passus est,
vt inimicum hominē sibi reconciliaret: &
infestum Deo patri adeò gratum suo san-
guine redderet, vt ipsemet cœlestis pater
in iam sibi grati hominis ruat amplexus,
nudumq; discoloribus vestibus, hoc est di-
uerforum charismatū vestibus induat: an-
nulum cœlestis gratiæ pignus, qui est Spi-
ritus sanctus, humanæ menti conferat. 2.
Ad Cor. 1. Gestaq; Christi in exēplar vitæ
gerēdæ vt Petrus. 1. c. 2. Christus (ait) pas-
sus est pro nobis vobis relinquens exem-
plum, vt sequamini vestigia eius. Hęc sunt
præclara cogitationū humanarū calceamē-
ta, quæ pater æternus per filium suū homi-
ni, qui perierat, iam reuiuiscēti donat.
Iam ergo non est cur mireris si diuinam
prodigaliratem, humanam miserandāq;
prodigalitatē repēdisse diximus. Iam igitur
quanta sit huius paruuli, qui nobis na-
scitur, magnificētissima futura liberalitas,
vt cunq; sermone nostro enituit. ¶ Cuius
natalia præsenferat quoq; diuino afflatus
spiritu Balaam vates ille. Cuius liber Nu-
merorum. c. 24. meminit: cuius vetustissi-
mum vaticinium (vetustiusque quā Esaiæ
prophetia, quā in prothema accepimus)
denarrare nō pigebit. Orietur (inquit) stel-
la ex Iacob, & consurget virga ex Israel:
& percutiet duces Moab. Stupenda hęc
verba sunt, & omni admiratione digna.
Quis enim stellam ex Iacob Patriarcha
exoriturā assequetur? Iacob enim homo
fuit: num ex homine quispiā vnquā pro-
genitā stellam vidit? neutiquam. Etenim
stella cœlestis quidem est, homo vero ter-
renus. Cœlestia ex terrenis ipsa natura do-
cente, quis non nasci non experitur? Vnū
quodq; enim ex sibi secundū naturā ger-
mano enascitur: vt homo ex homine, oli-
ua ex oliua, & id genus. At inter stellā &
hominē nulla est naturæ germanitas, imo
prorsus nimia disparitas. Et quale quoq;
est quod nō solū stellā ex Iacob, sed & vir-
gam ex eodem Patriarcha exoriturā vari-

cinium hoc commemorat? Quale enim
cōmerciū virgæ & stellæ? hęc quidē incor-
ruptibilis, splendens, tota vitalis, sublimis,
ætherea, illa verò longē ab istis diuersa.
Porro autem sub ænigmatico sermone di-
uinæ sapientiæ laticem conditum petere
nos oportet: vt aqua sapiētiæ inde exhau-
sta auditorum mēs refocilletur. Stella igitur
hęc non est de numero stellarum illa-
rum, quas sparfit in cœlestibus globis mū-
di supremus artifex Deus: lōge enim hęc
præcellit alias omnes. Quā equidē stellæ
omnes, imò & Angeli vniuersi veneran-
tur, vt in Iob legimus. 3. 8. cum me lauda-
rent astra matutina, & iubilarent omnes
filij Dei. Per filios Dei Angelos intelligit
qui cum astris matutinis quo tēpore sum-
mē micant, eximijs laudibus hanc stellā,
quam prosequimur modo, efferebāt. Est
enim stella hęc, verbum Dei caro factū,
per quod non solum stellæ omnes, sed vni-
uersa condita sunt. Idcirco laudibus cele-
brant autorē suum. Hęc stella orta est ex
Iacob, quippe verbum Dei carnem acce-
pit, de virgine sacra, quæ ex Iacob genus
duxit, & originē. Matth. 1. Et quanquam
Matthæus generis Iacob lineam nō dedu-
cat in Mariā, sed in virū suū Ioseph, nihil
impedit, quo minus credamus virginē ex
Iacob, per Dauidicam stirpem prosapiā
deducere suā. Satis em̄ est aperuisse Mat-
thæū Ioseph Dauidis genus habere, vt in
de & virgo sacra ad idē genus pertinere
credat: siquidē Iudaico more vir & vxor
cōtribules erāt. Quare Lucæ. 2. Ioseph &
Maria ascēdūt in ciuitatē Dauid, quæ voca-
tur Bethlehē parituri descriptioni Cæsaris
Augusti, eò q̄ ambo ad tribū Iuda per-
tinebant. Orta ergo est stella ex Iacob, qñ
paruulus natus est nobis, & filius datus
est nobis, paruulus est, & stella maxima &
micātissima est, paruulus est, at Sol iusti-
tiæ est. Malach. 4. Orietur sol iustitiæ timē-
tibus nomē meum. Paruulus est, & cādor
lucis æternæ est, filius est, & splendor gloriæ
paternæ est. Et vndecūq; paruulū hūc spe-
ctaueris, siue qua verbū est, siue qua caro
est totus

Vaticiniū
Balaam Pro-
phetæ expli-
catur.

Sapient. 7.
Ad Heb. 11

est totus lux est. Vt enim verbum est, candor lucis æternæ est: id est lux æterna, ab æterna luce procedens. Lux enim cædida est, vt Aristote. tradit in Meteoro. Quare lucis cædor lux est: originē tamen à luce habēs. Et idem est quod Paulus aiebat ad Hebr. c. 1. De filio, qui cum sit splendor gloriæ, gloria etenim claritatē eximiā significat. Splendor igitur gloriæ, splendor est paternæ diuinitatis, quæ immēsa claritas est. Est igitur splendor gloriæ, quia vt candor à luce, & splendor à claritate, ita filius à summo patre procedit: & vt candor est coessentialis luci, & splendor claritati, sic quoque verbum est homouision patri. Vt autem Christus homo est, lux est, ipso testante, Ego sum lux mundi, ipse est Sol iustitiæ, qui post nouem menses, quibus obtectus erat, in ventre virgineo, veluti sub cœlesti quadā nubecula, tandem prodijt, vniuersum sua micatissima luce illustrās. Est enim sol iustitiæ, qui ortus est timentibus nomen Domini, ante cuius exortum tenebræ, vmbraque mortis totum mūdum occupabant. Hoc verò sole exorto, tenebris depulsis, claritas Dei circumfulsit, & in omnia se diffudit. Hæc Psalm. 103. insinuans canebat. Posuisti tenebras & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestię Syluæ: catuli Leonum rugientes, vt rapiant, & quærant à Deo escam sibi: ortus est Sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur: exhibit homo ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad vesperam. Vtiq; ante paruuli huius, solisque iustitiæ exortum, tenebræ erant, nox erat quando nemo poterat operari: in ipsa pertransibant bestię Syluæ, catuliq; leonum qui sunt maligni spiritus, qui etiam, testante Petro, leonibus rugientibus, & rapien-
tibus cōferuntur. Omnes namque homines ad se rapiebāt. Ante Christi enim natalia clausa erat ianua vitæ: lux æterna etiam iustissimis quibusque non lucebat: ad inferos patebat descēsus, ad ætera tñ occlusus erat ascēsus: tenebras versabāt homines, in tenebris cōmorabātur: bestię syluæ quæ dæ-

mones sunt, humanā naturā cōculcabant, & veluti vilissima mancipia ad se trahebāt diuinitatis vera notitiavix & pauculis Hebræis fulgebat, idolorū cultura in omnes alias nationes sparsa erat: Deoque permittē te vniuersos mortales spiritus nequā veluti escam deuorabant, & infernus tantis ac tot deglutitis escis dilatabat animā suam. At verò ortus est Sol iustitiæ, & has disculsi tenebras, has abegit syluæ bestias, Leonum confregit dentes, illosque in sua cōpulit abire domicilia, furentemque Satanæ potestatem non ita debacchari in hominem vt solebat, finit. Fidelis enim Paulus ait, Deus est qui non permittet tentari vos, su-
pra id quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum. Ortus igitur Sol est, & fera hæc animalia incubilibus suis collocata sunt, ne ita grassent in homines, vt vsu illis erat. Ortus rursus sol iustitiæ est, & exhibit homo ad opus suum. Etenim nocturna frigiditas hominē torpere facit, vt ab opere desistat. Namque luce Solis absente, & frigent omnia, & torpent omnia, & mœrēt omnia, & cæcantur omnia: qua ad uentante soluuntur, hilarescūt, excitātur, viuificantur, illustranturque vniuersa. Cur enim brumalia tēpora mœsta sunt, obscura & sterilia? nēpe quia Sol plurimum sese deiiciens in tropicū Capricornij vsque, exiguas apud nos moras ducit. At verò verno tēpore vernāt omnia, arbores frondefcūt, herbæ germināt, auiculæ cātibus perstreptūt, humana torpedo atque tristitia depellitur, totusque mundus nouis viribus assumptis veluti reuiuenscit. Quorū causa solis ad nostra accessio maior est. Quòd si solis huius visibilis ad nostrū hemisphærium maior mora, maiorque accessio, orbi hæc quæ retulimus eximia impartit muna, quæ demirati gētiū poëtæ patrē illū Deorū, atque hominū dixerūt, & alij desipientes, honores diuinos illi tribuerūt, quid de sole iustitiæ dignē proferem⁹ qui huius visibilis solis cōditor est? Cui⁹ beata natalia vt homo ad op⁹ suū exeat, & ad operationē suā vsque ad vespērā dederūt, nempe frigiditate

Christus cædor lucis & lux.

Locus Psal. exponitur.

1. Petr. 5

Aristot. 2. De Gene. tex. 56.

frigiditatē diuini amoris excussa, iam & umbra mortis deuicta, & torpedine decussa, qua homo ante huius æterni solis exortum cōpressus vinciebatur? Quippe ante exortum hunc fœlicissimum, humana opera corā Deo aut insipida erant aut grata non erant, aut nondum plena erant si grata erant donec Deus huius pueri pater, in dilecto hoc filio (qui datus est nobis) nos sibi gratificauit. Et simul atq; nascitur paruulus, en tibi pastores deposita torpedine, Transeamus, aiunt, vsq; in Bethlehem, & videamus hoc verbum quod factum est à Domino. Magi ab Oriente veniunt adoraturi paruulū hunc, Simeon in vlnis gestans celebrem illam Domini laudem deprompsit, Nunc dimittis seruum tuum Domine. &c. Anna prophetisa filia Phanuelis simul cum Simeone, domino cōfiteatur, testimoniumq; de puero tulit omnibus expectantibus redēptionem Israel Luc. 2. Et demū paruuli huius Euangeliū, in omnē orbē peruagatur: quod Apostoli prædicāt, martyres sanguine fuso testantur, ceteriq; sancti vniuersi & fide, & morum sinceritate profitetur. Cur hæc? Népe quia ortus est verus Sol clarissimè ex Maria micans. Ideoq; exiuit homo ad opus suū. Disruptis nanq; vinculis, quibus sub peccati nocte à diabolo captiuus tenebatur, exit iā ad opus suū. Est aut verè humanū opus, nō emere, aut vèdere, nō comedere, aut bibere, aut bella gerere aut tranare maria, aut flumina, nō hæc humana sunt opera, etiā si hominis opera sint: sed Deū colere, in Deū credere, vitā æternā promereri, hæc testāte Arist. Ethicor. 10. humana sunt opera: hoc suū hominis opus est, hæc q; sua operatio. Per paruulū igitur natū nobis inertia suā atq; torpedinē expulerūt à se homines, quā multis seculis ante paruuli natiuitatē in cognocendo, & amādo vero Deo habuerūt. Iam verò ab eius natalibus ad verā diuinitatis & Trinitatis cōfessionē cōuocarunt, & studijs æternæ vitæ assequendæ sese māciparunt. Quæ quāta quāq; exequētissima suc-

rint, neq; mēs neq; lingua nostra retegere poterit. Perdurabuntq; studia hæc vsq; ad vesperā, idest ad finē vsq; seculi, qñ laboriosa sanctorū certamina palmas æternas assequetur. Hic Sol est, cuius Ecclesi. c. 1. meminit, Oritur Sol (inquit) & occidit, & ad locū suū reuertitur, ibique renascēs gyrat per meridiē, & flectitur ad Aquilonē. Oritur enim hodie ex sacrosancta virgine Maria, & qui erat sub nubilo sui vëtris clara luce refulget natus nobis seruator mūdi, occidit aut qñ cruci affixus clamās voce magna expirauit, & reuertitur ad locum suū, quando sepulturæ traditur. Corpus nanq; Christi elemētarium erat, atq; terrenum: quare iacens in sepulchro in locum suum reuertebatur: tamen si non incineres resolui poterat, vt nostra, vt Petrus testatur in gestis Apost. c. 2. Sed quando à sepulchro deuicta morte surgit, ad immortalē vitam resurgens, atque renascens fuit. Est enim resurrectio autore Hilario in Psalmum. 2. regeneratio & renascētia quædam, imo autore Christo. Qui apud Matthæum in regeneratione inquit, cum federit filius hominis in sede maiestatis suæ sedebitis & vos. &c. Matthæ. 19. cap. Quæ verba planè ad resurrectionem finalem referenda sunt: quam scriptura sapienter regenerationem appellat, quia mortuus homo prorsus in nouam vitam mori nesciam restauratur. Sol ergo noster renascens, à sua renascentia gyrat per meridiem, quia post quadraginta dies ascendens in ætera, cœlorū vertices calcauit: flectetur tamē ad Aquilonē, quando abundante iniquitate, & refrigerēte multorum charitate, iudicaturus veniet orbem, lustrabitq; vniuersa & illuminabit abscondita tenebrarū, & manifestabit cōsilia cordiū. 1. ad Cor. 2. Iste est flexus Christi in Aquilonē nouus descensus in frigentem fide & charitate orbem. Est enim Aquilo mūdi argentissima pars. Patet iam nifallor, vt paruulus hic, qui natus est nobis, est stella illa quæ ex Iacob exoritura à Balaam prænunciata erat: quæ

Locus ex Ecclesiaste exponitur.

2. Mach. 11

Resurrectio est quædam renascētia lego infra declarare resurrectione.

Quod sit humanum opus.

Mat. 24

itidem

in idē & virga percussura principes Moab
prēdicta est. Vt in rerum admodum dispa-
rium commercio, stellæ inquam & virgæ
vñionem diuini verbī, & humanæ carnis,
quæ longe magis discrepant, quā stella &
virga, vaticiniū adūbraret: vt nemo mire-
tur si propheta stellam dixerit virgam, &
virgam stellam futuram esse, & vtrāq; ex
Iacob enascitura. Nanq; etsi dixerit virga
cōsurgat ex Israel, Iacob ipse est Israel Ge-
ne. 32. Nā ipsum verbū homo est, & ipse
homo verbum est: & vtrūq; paruulus est
iste qui nascitur nobis, & filius est iste, qui
datus est nobis. Is ipse stella est illuminās
omnē hominē venientē in hūc mundū: is
ipse est virga percutiens principes Moab.
Quia nouissimo veniens die positurus ra-
tionē cū seruis suis, tūc principes terræ re-
get in virga ferrea, & tāquā vas figuli con-
fringet eos Psal. 2. Et quemadmodum. 1.
Reg. 5. introducta arca testamēti in tēplū
Philistinorū Azoticū, ab arca percutitur
Dagō Deus gentiū illarū, nō simplici sed
gemina percussione (primò em iacuit pro-
nus in terra, dein verò iacuit super faciē
suā in terra, corā arca Dñi, abscissis capite,
& palmis manuum, & deniq; solo trunco
superstite) ita quoq; introducto vnigeni-
to Dei in orbem terrarū vt Paul. loquitur
ad Hebræ. c. 1. qui verè est arca testamēti,
arca fœderis, & propitiationis inter Deū
& homines, Paulo testante ad Roman. 3.
Quē proposuit Deus propitiatorem. &c.
Introducta igitur hac arca per carnis nati-
uitatem, Dagon ruit hoc est Satanas per-
cutitur, & pronus in terra iacet, nam etiā
inuitus maiestatem Christi reueretur, vt
Iacobus testatur, Dæmones credunt & cō-
tremiscūt. Et in Matthæo legimus. c. 8. &
in Marco. c. 5. & Luc. 8. Dæmones Chri-
sti potestatem cōfessos legimus: ipsumq;
obsecrantur, appellantes ipsum filiū Dei
altissimi. Quid mihi & tibi (aiūt) Iesu filij
Dei altissimi: adiuro te per Deū ne me tor-
queas, & paucis interpositis, Et deprecabā-
tur eū multū, ne se expelleret, extra regio-
nē. Et deniq; collapsis dæmonum simula-

cris, Christi virtute, Dagon corruit, corā
ista cœlesti fœderis arca: vt verè dixeris
Christū in primo aduētū principes Moab
percussisse. At cū venerit iudicaturus, ma-
ior erit ruina Dagō, maiorq; lapsus huius
seculi principū. Sic enim Pau. spiritus ne-
quā vocat ad Ephe. 2. & 6. Tunc enim in
nouissimo die iacebūt principes isti, in ter-
ra trūci & decapitati, sine manibus, & pe-
dibus. Etenim tantisperdū seculū hoc suis
delabitur momētis, spiritus diabolici ca-
put sæpè erigūt in sanctos: manus violen-
tas in ipsos iniiciūt, pedibusq; proculcant,
vt in libro Iob legimus. At verò postrem⁹
ille dies ab hac tyrānide filios Dei vindica-
bit, cum vox illa terribilis rugietis leonis
Christi insonuerit, Ite maledicti in ignē
eternū, qui paratus est diabolo & Angelis
eius. Tūc igitur cessabit potestas & princi-
patus diabolicus, & fraudes oēs, atq; ma-
chinamēta peribūt, princepsq; huius mū-
di id est mūdānorū Satanas, qui nato Chri-
sto cœpit foras eijci, prorsus eijcietur, abci-
so capi. 1. ablata nocēdi potestate, & mani-
bus & pedibus. i. omnibus impijs homini-
bus qui sunt veluti manus, & pedes diabo-
li, penitus abscissis: quia traditi erūt flāmis
sempiternis, vt iā diabolica cōsilia iuuare
nō valeāt. Verè igitur paruulus noster &
stella est, & virga est, percutiēs principes
Moab. ¶ Hūc paruulū nobis dedit Bethle-
hemitica Dauid ciuitas: vnde & Dauid o-
lim aquæ potum de cisterna inibi sita con-
cupierat vehemēter, quā sibi allatā noluit
bibere, sed libauit eam dño. 2. Reg. 23. Cu-
ius instar & Iudæi longo tēporum tractu,
Christū, qui aqua est sapientiæ de cisterna
cœlestibus solūmodo imbribus infusa. i. Eccl. 15:
de beatissima virgine enata, cōcupierunt:
& vehemētissimo desiderio expetierunt.
At nato saluatore mūdi aquā salutarē illis
propinatā, noluerunt bibere. Et Christo fi-
dē pręstare neglexerunt: imo Christum
Dño, id est Deo patri libarūt, illū appēden-
tes cruci. Bethlehē autē esse Chri natalē lo-
cū Micheas expresit ppheta clarius Pro-
phetis cæteris. c. 5. Tu Bethlehē Ephrata
paruu-

Exod. 25:

Iob. 1.

Matth. 23:

Impij sunt
tanquā ma-
nus, & pe-
des diaboli,

Typus ad-
uertēdus ex
lib. Regum

Eccl. 15:

Iob. 1.

Notandus
Typus ex
lib. Regū.

Christ⁹ per-
cussit Da-
gō id est Sa-
tanam.

Dilucida. & decla. in Esai. Prophetam.

paruulus es in millibus Iuda: exte mihi egredietur qui sit dominator in Israel. Cuius vaticinij retenta mente, verba variauit Matthæ. cap. 2. in hæc verba. Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda. &c. Id quod vt sæpè adnotauimus consuetum est Euangelistis. Michæas etenim oppidum Bethlehem paruulum dixit, quantitatem loci considerans: Matthæus vero dignitatem expendens paruulum esse negat. Tu itidem aduerte vt in vaticinio Balaã duo in vnũ iungebantur disparia, & stella, & virga, illa cœlestis, & hæc terrena, ita & in oraculo Michææ duo sociantur suapte natura non focia, & ducis Christi egressus à terra Bethlehem, & eiusdè egressus ab æternitate. Subiecit enim & egressus eius ab initio, à diebus æternitatis. Obserua quanto interuallo hæc inuicem discrepent, & à terra ortum habere, & ab æternitate originem ducere. Et planè inter hæc duo immensum chaos interiacet. Nam quod à terra ortum habet terrenum est, quod ab æternitate vero æternum. At quam diuersa sint hæc duo nemo ita cæcutit, vt non videat. Hæc autè duo in paruulo nato nobis conuenerunt, qui vt homo terrenus, & temporalis est, vt filius autem Dei, est cõditor terræ & æternus. Dignum sanè veneratio ne vaticinium hoc, qui Bethlehemiticum puerum Iesum, dominatorem Israelis de terra egressurum, & ante omnem terram & consequenter ante omnia secula, egressum eius pronuntiauit. Hæc Bethlehem est quæ domus panis interpretatur. In eam namq; natum est granum illud cœleste. Primoq; Nazareth conceptum in terra illibata, idest virgine sacra, & mortuum tandem Hierosolymis in cruce, multum fructum attulit. Ex quo grano panis cõficitur, quo qui vescitur habet vitam æternam Ioan. 6. Hæc est illa ciuitas parua, cuius Salom. in Ecclesiaste meminit, in qua inuentus est vir pauper, & sapiens, qui liberauit urbem per sapientiam suam. Paruulus namq; non ster pauper sanè natus est, & vixit: at verò

sapiens vir erat et si paruulus erat, quia eterna sapientia patris est. Hic ergo paruulus per sapientiam suam liberauit urbem, imo orbem, ab obsidione hostili, qua totus mundus obsessus à diabolo & Angelis eius erat, & tradidit nos libertati spiritus, quam Paulus commemorat. 2. ad Corin. 3. Vbi spiritus Domini ibi libertas. Nam si filius nos liberauerit verè liberi erimus Ioan. 8. Et quod sequitur aptissimè congruit: Et nullus deinceps recordatus est. Quia tanti beneficii præstiti humano generi, minima pars est hominum, quæ memoretur, & memorando veneretur. ¶ At nos dignum est tanti muneris memoriam perpetuo refricare, & renouare, non solum fide credendo, Deum paruulum factum esse pro nobis, verum ardente charitate cordialibusq; amplexibus illud retinere. Paruulus enim fit qui magnus erat, vt nos paruulos homunciones filios Dei, atq; magnos faceret. Vt deiiciat quoq; humanum tumorem, quo turget hominis superbia, ipse paruulus nascitur, vt humilibus nos cõsentiamus, & iam non alta sapiamus, idest nõ locum affectus nostros in terrenis opibus & honoribus, quæ mundana sapientia sublimia esse putat, imò potius cū Paulo dicamus, mihi absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Propterea igitur paruulus nascitur nobis humilis, & abiectus, vt quæ mundus tanquã humilia & tanquam abiecta despicit, nos & amemus & æstimemus, Christi gratia. Paruulus namq; nascitur, & paruulos amat: Sinite (ait) paruulos venire ad me, talium enim est regnum cœlorum & rursum, Nisi efficiamini sicut paruulus iste, non intrabitis in regnum cœlorum. Quod si paruulos amat Christus, superbos & fastuosos vt odit est necesse. Proptereaq; & humilem matrem elegit & humilia natalia. In stabulo enim pascēdis animalibus deputato loco peperit eum mater sua, & reclinauit eum in præsepio, quia nõ erat ei locus in diuersorio. Luc. 2. Hic sanè si scire cupis est natalium Christi splendidus locus hæc regia na-

Consuetudo
Euangelista-
rum retēto
sensu Pro-
phetarū ver-
ba mutare.

Egregie ex-
penditur lo-
cus Michæ.

Io. 1. 12.

Capit. 9.
Locus in Ec-
clesiaste elu-
cidatur.

Christi per
sapientia suā
asseruit à
tyrannide
mundum.

Christinata
lia turgentē
hominis de-
primunt su-
perbiā.
Ad Ro. 12.

Ad Gal. 4.

Matth. 18.
& 19.

gia natalium domus, imbricamentis fulgens cedrinis, & laquearibus oblecta cupressinis, stabulum videlicet animalium brutorum locus, praeseptumque, quod alimenti brutalis locamentum est. At verò paruulus ibi, qui est panis vitae, qui de coelo descendit, infantilibus membris suis collocandis, atque fouendis locum elegit. Et non temere iacet in praeseptio, sed ut denotaret se alimentum iam hominum esse, qui instar brutorum erant. Præter hæc quoque; & in vitae progressu & pauperes discipulos elegit, pauperemque; victum, & vestitum amat, sequi; vulpibus & auibus coeli pauperiorem proficitur dicens, Vulpes foveas habent, & aues coeli nidos, filius autem hominis non habet ubi reclinet caput suum. Verbo igitur, & opere, à natalibus suis ad crucem usque; ubi nudus clavisque; confixus pendebat, paupertatem coluit, & obseruandam à suis sectatoribus docuit. Erubescat igitur humani ingenij elatio, atque ampullosa superbia,

quæ cum cinis, & pulvis sit, ad sublimia seculi semper aspirat: erubescat humana avaritia, in congerendis diuitiis modum non tenens. In quos Esaias aduertebat inquit cap. 5. Væ, qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis. Illos quidem pudefaciat Dei magnitudo sub tanta vnius infantis condita paruitate: hos verò deterreat diuinæ diuitiæ sub tanta paupertate latentes. Recumbamus igitur in nouissimo loco cum paruulo Christo, qui re-

Lucæ. 14.

Lucæ. 9.
Christus ab
initio vitæ
in finem usque
paupertate
amauit.

DILVCIDATIO IN Esaia Caput decimum.



AE qui condunt leges iniquas. Nonnulli de Romana captiuitate intelligentes capitis huius principium, causam dicunt exprimere modo

Esaia Romanæ captiuitatis, eamque esse legum iniquarum constitutionem quam Hebraice non ad legum conditores, sed potius ad iudices, qui ferunt sententias iniquas, & actuarios, qui easdem sententias literis mandant referri, ut sensus sit. Væ iudicibus, qui precibus, aut pretio, subornati, iniustas pronunciant sententias: væ quoque actuariis, qui latas chartis

excipiunt. Hieronymus. verò non hæc expositionem, sed aliam sequutus est, de Phariseis namque; intellexit & scribis pessimè & sinistrè interpretantibus diuinam legem traditionesque; iniquas stabilitibus, ut in Matth. 15. legimus: Quare vos transgredimini mandatum Dei propter

& vim facerent causæ humilium populi mei: ut essent viduæ præda eorum, & pupillos diriperet.

in usu erat primatibus Iudæorum rem publicam suam statutis, & decretis iniustis gravare, & onerare, quibus & diuino honori detrahebatur, & propriæ auaritiæ consulebatur.

Tom. I.

V

Potest

Potest itidem & commodè ad captiuitatem decem tribuum hoc totum aptari. Namq; reges Israel idolorū cultores erāt, quare & leges iniquas cōstituerunt decul tu idolorū celebrando. Itemq; verisimile est & multa alia

populos grauan tia sibi subditos sanxisse. Et siue hoc modo, siue aliter Esaiā habeamus plana li tera est. Et quod subdit. ¶ *Quid facietis in die visitationis?* Tropus scripturę est visitationē vsur

Quid facietis in die visitationis^a & calamitatis de lō gē venientis? ad cuius confugietis auxiliū: & vbi de relinquetis gloriā vestrā^b, ne incuruimini sub

pare in malū, & in bonum. Hoc em loco vindictā acerbā significat, alibi verò consolationē. Vnde dñs Lucæ. 19. primum ad uentum suū qui pacificus erat, visitationē vocat, quem quia non cognouerūt Iudei, illos à Romanis deuastandos esse prædixit. Quid facietis igitur, ait Esaias, in die visitationis, & calamitatis? Quo cōfugietis videlicet qñ Romani vos circumdederint vallo, & coangustauerint vos vndiq; & p ftrauerint nō relinquētes lapidē super lapidē? Luc. 19. Hæc aut calamitas à tpe Esaiæ ad quingentesimum annū, Iudæos pressura erat, ideo illā vocat de longē venientē, à qua quidē sola diuina potestas eripere Iudæos poterat. Subtraxit tñ Deus sua patrocina, suisq; orbauit Iudæos præsidij, Romanæ libidini & furori illos permittens. Quippe mortis decretum illud quod in Christum tulit, Pōtius Pilatus, opera Phariseorum, & Scribarum studio, populiq; clamore latum est, quod autorem vitæ inter fecit, vt Petrus in Actis Apost. in concione publica apud Iudæos habita denarrat. Quare indignissimi erant, qui viuerent, qui autorem vitę mortī tradiderūt. ¶ *Et vbi derelinquetis gloriā vestrā^b*. Iudæi in multis gloriabant & se esse filios Abrahæ: Ioā. 8. Semē Abrahæ sumus, & nemini ser

uiuimus vnq̃, gloriabant in legis sciētia vt Paul. tradit ad Rom. 2. Si aut tu Iudæus cognominaris & requiescis in lege, & gloriaris in Deo, & ad Roma. 3. Iudæis credita sunt eloquia Dei: gloriabant in tēplo illo

vinculo, & cū in terfectis cadatis? Sup oibus his nō est auersus furor ei⁹, sed adhuc manus eius extenta. Væ assur^c, virga furoris mei & baculus ipse est, in

celebri Salomonis: Hierem. 7. Nolite inqt cōfidere in verbis mēdacijs, dicentes, templū dñi, templū dñi, templū dñi est. Perinde ergo est qđ dixit Esaias, ac si dixisset, Vbi reponetis gloriā vestram, id est,

libertatē & alia quæ iactatis, ex Abrahæ filiatione, legis autoritatē, & templi magnificentiā, quæ vos ptegāt, & præsto sint in vris pressuris in vestrū auxiliū. Ne incuruimini sub Romanorū vexillis: quasi è vestigio respōderint, nullibi reponetis. Vra em libertas in captiuitatē vertet, vra filiatio nulla ducet, quia seruitute opprimemini, quia opera Abrahæ nō facitis: vrm templū flāmis deurentibus patebit: lex carmoniaq; vræ abrogabunt in vniuersum, & deficiet. ¶ *Væ Assur^c*. Hebraicē, Heus Assur & est velut clamātis Assyrios vox. i. O Assyrij venite, & accingimini, perditū Israelē. Lege histo. sæpē à me cōmemorātā. 4. Re. 18. vbi Salmanasarē vides. 6. Eze. anno Israelē dissipasse, & Senacherib itidē Assyrius rex, Samariā itidē cepisse. Quæ vt operi celeriter mādēt, adhortatio pphe tica hæc videtur. Heus tu ò Assur. 1. duces Assyrij. Nō qđ Deus, aut pphe ta, quēquā ad facinus hortei, aut excitet, sed quod futurū prænuntiāt, precatorio modo, ex Hebraica phrasi prænūtiari solet. Appellatur autē Assyrij virga furoris. Assyrij virga furoris dñi fuerūt: qā per illos Deus accepit pœnas de Iudeorū pfidia. Est autē phrasis hæc loquēdi cōsuetā ī scripturis, vt & Paul. ad Rom. 9. impios quorū impietatē Deus

vlcisce-

Visitationis nomen pro multis vsurpatur in scriptis.

Iudæi vitæ indigni, quæ vitæ autorem interfecerunt. Acto. 3.

Ex multis gratulabatur sibi Iudæi.

Hebraica phrasis notanda.

vlcisceſ, vaſa iræ vocat, & apta in interitū, ſanctos vero, in quibus oſtēdit Deus diuinitas gloriæ ſue, vaſa vocat miſericordiæ. In quæ quoq; modū Eſaias Aſſyrios appellat baculū, & virgā diuinæ iræ: quia per illos vt per inſtrumē

travtionem erat accepturus dñs.

¶ *Ad gentē fallacem.* Id eſt mā

dabo Aſſyrijs vt cōtra Iſraelitas, q̄ Deos fallaces colūt ineant pugnā, & eoſdem bello deuāſtēt. Vtiq; fallaces erāt illæ decē tribus, q̄a cultores deorū falſorum erant, & admonente Dauid, ſi miles illis fiant, q̄ faciunt ea, & oēs, qui cōfidūt ī eis. Nā q̄ falſos venerant deos, fallaces quoque eſſe eſt neceſſe.

¶ *Id eſt mā*

dabo Aſſyrijs vt cōtra Iſraelitas, q̄ Deos fallaces colūt ineant pugnā, & eoſdem bello deuāſtēt.

¶ *Id eſt mā*

dabo Aſſyrijs vt cōtra Iſraelitas, q̄ Deos fallaces colūt ineant pugnā, & eoſdem bello deuāſtēt.

¶ *Id eſt mā*

dabo Aſſyrijs vt cōtra Iſraelitas, q̄ Deos fallaces colūt ineant pugnā, & eoſdem bello deuāſtēt.

¶ *Id eſt mā*

dabo Aſſyrijs vt cōtra Iſraelitas, q̄ Deos fallaces colūt ineant pugnā, & eoſdem bello deuāſtēt.

¶ *Id eſt mā*

dabo Aſſyrijs vt cōtra Iſraelitas, q̄ Deos fallaces colūt ineant pugnā, & eoſdem bello deuāſtēt.

¶ *Id eſt mā*

dabo Aſſyrijs vt cōtra Iſraelitas, q̄ Deos fallaces colūt ineant pugnā, & eoſdem bello deuāſtēt.

¶ *Id eſt mā*

dabo Aſſyrijs vt cōtra Iſraelitas, q̄ Deos fallaces colūt ineant pugnā, & eoſdem bello deuāſtēt.

¶ *Id eſt mā*

manu eius indi-

gnatio mea. Ad

gentē fallacē mit

tā eū, & cōtra po

pulū furoris mei

mandabo illi, vt

auferat ſpolia, &

diripiat prēdā, et

ponat illū in con

culcationē quaſi

lutū platearū. Ip

ſe aut nō ſic arbi

trabit, & cor ei⁹

nō ita eſtimabit:

ſed ad cōterēdū

erit cor ei⁹, & ad

internecionē gē

tiū non paucarū.

permiſſionē indicat. Iuſtē nanq; diuinā ſa

piētia permiſit Iudæos conculcari à barba

ris nationibus, quippe qui fidē vnus Dei

prius cōculcauerāt. ¶ *Ipſe autē non ſic arbi*

trabitur. b) Id eſt non putabit rex Aſſyrius

diuinā pmiſſiōe

& veluti Deo

mandante deua

ſtaturū Iſraelē:

ſed viribus ſuis

fretus ſibi pſua

debit rē gerēdā

& victoriā de Iſ

raelitis aſſequu

turū. Perſua

debit aut ſibi re

mere hāc falla

cem opinionē.

¶ *Dicet enim, Nū*

quid nō principes

mei reges ſunt? c) Id eſt duces mei

regibus aliarum

nationū equales

opibus & virib⁹

Superbia p
fide mentis.

Deos, quos colebant: q̄ tñ nō potuerūt vr

bes ſuas à mea potestate defendere? Neq;

etiā Hieroſolyma poterit meā vim ſubter

fugere. Quibus pſuaſiōibus vſus eſt rapſa

ces Dux Senacherib. 4. Reg. 18. Deū verū

cōtēnens & falſos quoq; deos irridēs. ¶ *Nū*

quid non ſicut feci Samariæ, & idolis eius? d.)

Id eſt, vt contriui idola cæterarū gentium,

quas ſubegi, ita conteram idola Hieruſalē.

Et eſt perſuaſio tertia. Credebat aut Aſſy

rius Deū Hebræorū idolū, & ſimulachrū,

Charcamis,
Calano.
Arphad.
Emath.
quid ſunt.

Dei iuſtiſi
ma permis
ſio vocatur
mandatum.

aliarū duarū Arphath & Emath solū Arabiam transtulerunt, illā per Emath trāsferentes. Hieronymus verò Arphath & Calano in campo Senaar sitas esse credit, ad Babylonem pertinentes, per Emath verò Epiphaniam Syriæ. Tu interim aduerte quā effrenis sit humana libido, quam insolens humana superbia, quæ se Deo potētiorē esse iactat: vt de rege Assyrio dudū Esaias præ dicebat. ¶ *Eterit cū impleuerit dominus.* a) Exprefserat paulò antè propheta trucē furorē regis Assyrij, quē vocat Assur, tanquā caput Assyriorū. Nūc verò punitionē tanti furoris describit, propheta. Cum impleuerit dñs opus suū. i. postq̃ securitate donauerit Hierosolymā Deus à numerosa tēpestare exercitus Assyrij, visitabit Deus Assyrios: deq; illorū tyrannide non leues sumet poenas. Qui oēs illos verter in cineres solis decē superstitibus, vt Hebræi tradūt, q̃ cæteris diuinā vltionē denarrare possent. Lege. 4. Reg. 17. & infra 37. Neq; est vitiū qđ ita Deus puniat, vt est humana insolētia, cōtra diuinum numē. Hoc em̃ est illi ingratissimum, & infestissimū, si homo, qui puluis & cinis est, aduersum diuinitatē se se efferat. Deus enim superbis resistit, humilibus autē grām dat. Quapropter ait, Visitabo super fructū magnifici cordis regis Assur. i. dabit mihi poenas magnificū siue elatū cor regis Assyrio-

rū: quod vocat magnificū, q̃a sua opinione soli suæ potētiae gratulabat. Fructus autē superbi cordis quales putas esse nisi elationē & contēptū. De quo sapiēs dixit peccator cū in pfundū malorū puenerit contēnit.

Fructus carnis & spiritus.

deprædat⁹ sum, & detraxi quasi potēs in sublimi residentes. Et inuenit quasi nidū manus mea fortitudinem populo rū: & sicut colligunt oua, quæ derelicta sunt, sic vniuersam terrā ego congregaui: & nō fuit q̃ moueret pennā, et aperiret os, et ganniret. Nunquid gloriabit securis contra eū, qui secat in ea: aut exal-

Quos fruct⁹ possumos puta, q̃ aduersant fructib⁹ spūs, inter quos Pau. ad Gal. c. 5. fidē & modestiā adnumerat, quæ contēptū, & elationē, & cordis magnificētiā aduersus Deū tollūt. ¶ *Et super gloriam.* b) Alti oculi & gloriosi superbē mētis sūt, quales erāt Assyriorū. ¶ *In fortitudine.* c) Verba hæc in persona regis Assyrij pferuntur, quæ tumida & blasphemata sunt aduersus Deum. Con-

Elat⁹ animus elat⁹ fert verba.

rib vniuersa regna quæ depdari instituerat nidulis auitū, in q̃bus iacēt: gētes autē regnorū ouis. Et tā facile sibi ducebat, rex supbus nationes à pprijs prouincijs abigere, quā facile est nidulātes aues, à pprijs nidulis depellere: regnaq; propriæ ditioni subigere ita paratū esse sibi credebat, vt prōptū est oua ex nido subripere: & in suæ superbix cumulum adiecit. ¶ *Et nō fuit, qui moueret pennam.* d) Quasi dicat, non solū mihi gētes & regna colla subdiderūt, verū meā potentiā trepidantes, aduersum me querimonias texere ausus est nemo, neq; aperire suum os, neq; vel obganire: quanq̃ aues in clamāt aduersus apprehensores. ¶ *Nūquid gloriabitur securis cōtra eū.* e) Verba sunt, quibus prophe-

ta in

ta inuehitur in Senacherib, & Rabfacē, vt magnificentiā cordis illorū, & mentis inanē celsitudinē, iusta animaduersione demittat. ¶ Aduertendū autē est creaturas oēs veluti instrumentarias esse causas diuinæ operationis. Per illas

namq; Deus vniuersa dispenfat, admonēte Pau. 1. Cor. epistola, Adiutores (inquit) Dei sumus cap. 3. Porro in instrumenta ad cau-

tabit ferra cōtra eū à quo trahit? virga cōtra eleuā tē se, et exaltet bacul⁹ q; utiq; lignū est. Propter hoc

sam principalē relata nihili pendēda sunt. Neq; em̄ qui plantat est aliqd, neq; qui rigat, sed q; in cremētū dat Deus. Ablata nāq; diuina influētia vniuersa operatio creaturæ suspēdit, adeo, vt nōnulli ex nratibus Theologis creaturas crediderint orbatas esse vi agendi, sed solum esse signa diuinæ actionis. Itaq; ignis nō calefacit, neq; sol illuminat, sed Deus per has creaturas, prædictas operat actiones. Et similiter in cæteris alijs. Cuius placiti fuit Gabri. in. 4. Senten. libro, alijs theologis ex diametro cū hoc placito pugnātib; Deū credētes naturales has functiones non exercere, sed solum creaturas exercētes cōseruat. Quippe sūt cœlestia corpora, & elemētaria, mixtaq; corpora, q; bus seruatis ipsa sine nouo Dei influxu, aut cooperatiōe suas exercēt operationes. In quā inīam Durādus lapsus est.

Et quantū mea fert opinio Gabriel excessit veritatis tramitē, & Durādus ab eo defecit. Est autem recipiēda veritas hæc, quā Esaias docet hoc loco, creaturas esse veluti securim, veluti virgam, veluti baculum. Deus autē est velut primū mouens, igitur hic, & illa sanē operationē habent. Etem̄ pastor errantes oues, & vagātia pecora ad lineam & caulā virga percutiēs reducit: & heri seruorū inertia latera illorū virgis baculo tundētes discutiūt, & fabri lignarij securi ligna secāt. Et demū q; creaturas vi operadi orbat scripturæ & philosophiæ nō vidēt cōgruere. Alioq; cur Paulus inqt e-

go plantau, Apollo rigauit, cur adiutores Dei vocat Apostolos, & discipulos, cæterosq; ministros. Siquidē si nihil operant vt adiuuāt? vt laborāt? vt fatigant? & Paul. suos denarrat labores. 2. ad Cor. 11. Et vni-

mittet^a dominator Dñs exercituū in pinguib; eius tenuitatē: et subtus gloriā ei⁹ succensa ardebit

uersæ corporales creaturæ, q; s cœlum tegit, in multa operatione lassantur. Et nisi labores temperarent requie, perirēt laborantes, vt in hoīb; in aialibus sensus indicat: in cæterisque rebus vsus nimius absumit, temperatus verò vim conseruat. Quod verò Deus per creaturas semper operet idēq; sit opus à creatura & à Deo pfectū, diuina testant oracula. Vniuersa opa nra, ait Esai. 26. opatus es nobis. Si opera nra omnia sunt Dei opa, nō solū ergo Deus cōseruat naturā operatē, quin etiā ipsum quoq; operat opus. Et Pau. Act. 17. In ipso, inquit, & viuimus, & mouemur, & sumus. Itaq; vita, quæ animæ est opatio, & motus, & natiū esse in Deo sunt, q; portat oia verbo virtutis suæ. Neq;

alia causā natura rei, & opatio in Deo sūt, nisi q; cōseruādo naturā operationē opatur quoq; Deus. Porro de hac re in. 2. libr. Sentē. nos abūdē aduersus Durā. egimus, quæ si dñs dederit in lucē edemus. Rectē ergo Esaias obiurgat Senacherib. Nunqd securis gloriabit cōtra eū qui secat in ea. i. cōtra artificē gloriabitur instrumentū? aut virga cōtra eleuantem se & c? Ferē Paulus idē argumentū colligit aduersus humani ingenij superbiā, ad Rom. 9. Nunqd dicit figmentū ei, qui se finxit, quid me fecisti sic? Id quod ex Esaiā infra 45. & Hierē. 18. accepit Paulus. Et demū scriptura in hoc tota spectat, ne superbiat homo in viribus à Deo acceptis. Quid habes, ait Paulus, qd nō accepisti, & si accepisti cur gloriaris? 1. Cor. 4. ¶ Propter hoc mittet^a.) Præmissa verbi obiurgatiōe adiecit pœnæ & diuinæ vltionis, quā de Senacherib accepturus erat

Hebræ. 1.

Paulus & Esaias sibi cōcinunt.

Creaturæ sunt instrumenta Deus autem est suus premus artifex.

Dislin. 1. & quest. 1.

Lib. 1. sent. quest. 5. Gabriel, & Durand. de fecerunt.

Ecclesi. 30.

Deus, formā. Mitter, ait, in pinguibus copijs militaribus Senacherib tenuitate, quas igne succēdēs extenuauit Deus, vt 4. Reg. 19. liquido patet. ¶ *Et erit lumen Israel in igne.* Quia Deus q̄ erat lumē Israelē illu minās p̄ ignē copias illas militares in cineres redegit: & is ipse, q̄ est lumē Israelis, est sanct⁹ quoq; Israelis, qui in flāma deurente id est, p̄ flammā deurentem vindicabit populū suū, & ab illo hostilē propulsabit iniuriā. Ita Hierony. intellexit.

Michael archangelus Assyriorum euerit castra.

Sūt quos per lumē Angelū Michaelē subaudire iuuat, cui populus ille olim cōmittebat̄ protegendus. At hoc cum priore sensu nihil pugnat. Deus nanq; per angelū suū tantam hominum stragē fecit, vt & cætera alia magnificētissima opera: quale illud quoq; insigne excidiū primogenitorum Aegypti extitit, quos ab angelo deuastatore interfectos Exodus liber tradit. c. 12. Siue igit̄ sit Michael archangelus, siue quilibet alter Angelorū, refert nihil. Translatio correctior legit, *Et erit lumen Israel in ignē, & sanct⁹ eius inflammā*: & est apertior lectio. Quia diuino miraculo ignis creatus est, qui numerosas illas Assyriorū copias inflāmaret & igniret. Et sicut flammē sub repētes indensissimū saltū, vepres, & spinas, quercus & robora absumunt: sic quoq; ignis ille de cœlo lapsus, & milites gregarios, pedites, equites, ducesq; primi pilarios, deuorauit. Et si qui flāmas has euaserunt adeo pauci fuere, vt puer paruulus numerū illorū facillē habere potuisset. Quia decē fuerūt tradētibus Hebræis, vt prædiximus. Et quia visa cæde suorum ter

rore; cōcussus Senacherib, fugit ī patriā suā ideò ait & erit terrore pfugus. ¶ *Et erit in die illa.* 4. Reg. 16. legimus idēq; 2. Paral. 28. Achaz regem Iudę legatos misisse ad Theglath phasar, regem Assyriorū,

Et reliquiæ ligni saltus ei⁹ prę paucitatē numerabūtur, & puer scribet eos. Et erit in die illa: non adiciet residuū Israel, & hi qui fuerint de domo Iacob, inniti super eo q̄ percutit eos, sed innitebunt super Dñm sanctū Is-

amicitiasq; iniuisse cum illo, vt sibi patrocinio esset aduersus regē Syriæ. Quę amicitia Achaz noxia fuit, q̄ illū in idololatriam induxit. At verò Senacherib Assyrij regni successor iura amicitie violauit, cum Ezechia Rege filio Achaz bella gesseret. Hebræi igitur asserti à Se-

nacherib tyrannica obsidione intellexerunt, regum extraneorum patrocinia nihili ducenda esse, sed potius diuinę tm̄ potētis fidendū esse. Cui fidēs Ezechias rex rebellauit, contra regē Assyriorū, & nō seruiuit ei paternę amicitie & seruitutis oblitus. 4. Reg. 18. It̄ ergo quod ait Esai., tale est in die illa, qñ dñs deuret hostes populi sui, nō adiciet residuū Israel. i. duæ tribus Iuda, & Benjamin, quę ex omni p̄genie Iacob solū celebrāt Dei vnus numē, istę duæ tribus nō sollicitabunt, quærere præsidia externorū regū aduersus Senacherib, sed innitebunt super dñm sanctū Israel, in veritate. Et quia externorū regū impetratę amicitie regibus Iuda fuere grandi nocumento, ideò ait. ¶ *Non adiciet inniti super eo qui percutit eos.* Vt autem fuerint nocumento huiusmodi cum exteris amicitie, iam de Achaz diximus: & de Ezechia liber. 4. Regum. refert. ca. 20. & 2. Paral. 18. & 3. Regum. 22. Iosaphat amicitiam, quam iunxerat cum Rege Achab nociuam, & Deo infestam fuisse denarratur.

¶ Reliquie

¶ *Reliquiæ cōuertētur.*^a) Paul. Rom. 9. hunc indicauit locū, quò colligeret Iudæospauculos recepturos fidē Iesu Chrī, quæ tñ in multitudinē gentiū erat ppagāda. Nā de uastatis decē tribubus solū duæ superfuerūt sub psequu-

tiōibus Asyrijs. Quæ tribus, vt reliquæ quædā ex numero Israelitarū seruatae sunt à Deo, q̄a verā & syncerā fidem dei obseruabāt. Hoc igit gestū traduxit Paulus

in exēplū gestæ rei sub Ch̄ro, sub quo reliquæ Iudæorū seruatae sunt à Ch̄ro: cui pauci adheferūt, maxima parte cōtra euangeliū recalcitrāte. Pro reliquæ cōuertentē, Hebra. lectio, habet, s̄ear Iasab, cuius & in. 7. ca. superius nomē erat filij Esaia: qđ diximus in terptari, reliquæ cōuertentē, aut reliquū conuertet. ¶ *Cōsummatio abbreviata*^b.) Septuaginta trāstulerūt, Verbū em̄ consumēs, & abbreviās iniustitia, q̄a verbū abbreviatū dñator dñs exercitūū faciet in orbe terræ

vnīuerso. Quā quoq; lectionem Paulus sequutus est verbū inqt cōsummās, & abbreviās in æquitate: q̄a verbū breuiatū faciet dñs sup̄ terrā. Atqui q̄ verbū trāstulerint interpretes, inde reor factū, q̄ radix hæc, nal, vñ nilaion, significat cōsummauit, p̄fecit, itidē finiuit, aut definiuit, inde verbale nilaiō cōsummationē, & definitionē significare itidē necesse est. Vnde verterūt verbū. Eteim̄ verbum etiā est qđ finit, aut definit, vnde & philosophi definitiōes rerum terminos vocāt. Res em̄ nō solū definitur vt pagus limitibus, sed etiā verbo. Præter hæc quoq; verbum uerterūt, quia quod sequitur, hadus à verbo hadas, significat decreuit, & abbreviauit, aut sn̄iam decreuit de exterminatiōe, vt Danie. 11. id quod septuaginta interpres huc deduxit, vt primū nomē nilaion verbū trāsferret, vt significa-

ret per verbū consumēs & abbreviās diuina sn̄ia, de exterminādis decem tribubus. Propterea verterūt verbū cōsumēs, & abbreviās in iustitia. i. in vindictā iustā. At littera n̄ra cōsummatio abbreviata inūdabit

iustitiā, eūdē sen-
cōuertentē ex eo, sum habet. Id est
cōsummatio ab- apud Deū iā ius-
breuiata^b inunda- sto iudicio de-
bit iustitiā. Con- cretū est vt bre-
summatōem em̄ ui tollat de me-
& abbreviatio- dio Israeliticis
nē dñs De^o exer- tribus. Id quod
cituū faciet ī me- Paul. in suū insti-
tutū egregiē de-
duxit. Quia, vt
olim hoc fuit de

cretū, qđ diximus apud deū, ita sub Ch̄ro
itidem decretū fuit, vt Iudæos oēs puniret
mentis cecitate: & qđ multi ab oriente &
occidēte venirēt & recūberēt cū Deo A-
brahā, & Deo Iacob: & qđ filij regni eijs cē-
tur foras. Itidemq; decretū abbreviās, siue
exterminās fuit. Sub Vespasiano principe
Iudæos oēs ab Hierosolymis reuellere, &
p̄petuo exilio mulctare: vt q̄ patriā cōle-
stē p̄ Ch̄m paratā negligunt, sempiterno
exulēt. Hic sensus cōcinus est cū antecede-
tibus, & cōsequētibus huius capitis verbis,
& ab apostolico sermone nihil discrepat.
Nec me latet p̄ verbū cōsummās, & abbrevi-
iās, euangeliū à plerisq; intellectū: qđ est
cōsummās p̄pter eius p̄fectionē, & abbrevi-
iās, quia à p̄dere grauissimo legis nos le-
uat. Hoc fecit dñs super terrā, q̄a in omnē
terrā exiuit euāgelica p̄dicatio. At verò,

vt diximus, ad litteram prior sensus aptè re-
fert: cetera ad allegoriā fortassis magis re-
ferēda. Verū quia decreta, aut iudiciū deci-
siōes, & sn̄iæ breui sermone efferunt, bre-
uissimisq; lineis scriptis mandant, ideo, ha-
das, Hebræis, decreuit, & abbreviauit, so-
nat. Et verbale abbreviationē & decretū,
vt diximus, de noīe, hadus. Quod verò in-
quit (in medio oīs terre) facilē habet expo-
sitionē: q̄a de Israelitis optimū terræ locū
incolētibus, q̄ idcirco mediū diciū occupa-

Matth. 8.

Euangeliū
verbum ab
breuians &
consummās
cur dicatur.

Hadas.

Hadas.

Paulus se-
ptuaginta
lectionē ali-
quando se-
quitur.
Al Rom. 9.Nal.
Nilaion.

re terrę locū, Dñs pœnas grauissimas sum-
psit. Vt em̃ torrens inundās, aquarū incre-
mentis oīa alluit: ita diuina iustitia veluti
inūdās oēs absorbuit Iudæos, vt iā prędixi-
mus. ¶ *Propter hoc, hæc dicit &c.*) Securos
facit habitatores

Hierusalē à ter-
rorib⁹ Assur seu
Assyriorū, quos
breuissimo tpe
ab iniuriaquā in-
ferebant Iudæis
dñs d̃pulit. ¶ *In*
Virga enim percu-
tiet te.) Paulò se-
cius legimus. 4.
Reg. 19. Iudæos
à Senacheribnō
esse pcussos: q̃
collisionē Hie-
ro. soluit, vt sit
sensus percutiet
leuiter virga, sed

nō gladio occidet. Quia credibile est iacu-
la multa iecisse in vrbē Hierosolymā, sed
q̃ illa modicū læserunt, Deo opitulāte, p-
pterea & virgis pcusserūt, vt hīc Esaias in-
quit, & sagittā non leuauerūt, aut miserūt
vt 4. lib. reg. tradidit. Aut hiperbole est in
4. lib. Reg. in verbis istis, Nō ingrediet in
vrbē hāc, nec mittet in eā sagittā, nec occu-
pabit eā clypeus: neq; circūdabit eā muni-
tio. Quia etiā si sagitta vna, vel altera mit-
teret, modici tñ nō est habēda rō. Aut per-
cutiet in virga. i. animo destinabit vastare
Hierosolymā, sed nō absoluet animū suū
deo oppediēte. ¶ *In via AEgypti.*) Quidā
exponūt locū hūc i. Assyrii inuexādo Hie-
rosolymā sequentē viā AEgyptiorū, q̃ He-
breos olim diuexauerūt. Aliter verò expo-
nere placuit alijs regem Senacherib bella
mouisse aduersus Tarachā regē AÆtiopię
& AEgyptios ac mare Rubrū per viā AE-
gypti: q̃ reuersus de AEgypto cū infinita
exercitus multitudine, p̃tēdebat obsidere
Hierusalē, postq̃ ciuitates alias Iuda obsē-
derat, & ceperat. 4. Re. 18. atab obsidiōe, q̃

Rabfices ei⁹ dux moliebat Hierosolymā
frustratus est. Cuius expositiōis autor est
Hierō. in cōmētario. Ideoq; leuauit cōtra
Hierusalē baculū suū Senacherib, i via Ae-
gypti, q̃ reuersus de AEgypto p̃dere Hie-

summabit indi-
gnatio mea, et fu-
ror meus sup sce-
lus eorū. Et susci-
tabit super eum
Dominus exerci-
tuum flagellum,
iuxta plagā Ma-
dian in Petra O-
reb, & virgam
suā super mare,
et leuabit eam in
via AEgypti.

rosolymitas isti-
tuerat. ¶ *Adhuc*
enim paululū d.)
Id est, breui tpe,
eripiā vos ab im-
minēti calamita-
te. Quib⁹ verbis
idem sensus qui
prioribus illiscō
summatio abbre-
uiata inundabit
iustitiā, vī esse.
Quod em̃ inq̃r,
paululū, & mo-
dicū, ad breuia-
tionē p̃tinet vin-
dictę, & qđ ait,
Cōsummabitur

indignatio mea. i. operi mandabit ultio di-
uina de scelesto rege Assyriorū. Vñ neque
absonū esset priora quę dixit verba Esaias
de supplicio accepto à deo de Assyrijs, qđ
nocte vna accepit, intelligere. ¶ *Et suscita-*
bit super eū dñs exercitū.) Id est percutiet
Assyrios, vt olim pcussit Madianitas in pe-
tra Oreb, & AEgyptios in mari Rubro.
Verba hæc Hierosolymitas ad fidē prouo-
cāt. Erem̃ infidelitas miraculis faciūdis ob-
stat, Matth. 13. Non potuit facere virtutes
multas, ppter incredulitatē illorū: fides ve-
rò cōtra miracula iuuat, vt in euāgelica le-
ctiōe q̃libet aduertere poterit Matth. 21.
Quęcūq; petieritis in oratiōe credētes ac-
cipietis & Marci. 9. Oīa sunt possibilia cre-
dēti & Luc. 17. Quanta vis sit fidei ad im-
petrādū miracula, inq̃r Dñs, Si habueritis
fidē sicut granū sinapis, dicetis huic arbo-
ri moro eradicare, & trāsplātare in mare,
& obediet vobis. Quāobrē dñs p Esaiā fi-
dē Iudæorū firmat duobus in mediū pla-
tis exēplis, de duobus trophæis pdigiosis
quidē, quæ Iudæi retulerunt, alterū de Ma-
dianitis,

Fides mira-
cula iuuat,
infidelitas
vero mira-
cula arcet.

dianitis sub Gedeone, q nō vi armorū, sed diuina opera superati sunt: capita trūcātes Oreb in petra Oreb, Zeb verò intorculari Zeb. Quod etiā in Psal. 82. vt mirabile gestū celebraſ. Alterū autē de AEgyptijs sub Mose, quos

quidē inuoluit

Deus in vortici

bus maris Rubri. Exod. 14. &

carmine Dauidi co celebraſ tro-

phæū hoc Psal. 113. 104. & 77.

Quod verò futurū dixit leua-

bit, præteritū accipe. Sic ergo

hæc duo expōnūtur exēpla, vt

illorū memoriā renouātes in diuina Iudei

virtute totā collocaſſent fidē. Ita quoq; Senacherib cū suis copijs subuertendū esse,

vt quondā alij hostes eiūsdē nationis Iudaicæ subuerſi sunt. ¶ *Et erit in die illa.* a)

Inculcat alijs verbis reportādā de Assyrijs victoriā, capta metaphora ab hoīe onere

presso, quē qui onus tollit leuat, & ab homine quicollū pressum habet catenis, aut

à boue cuius colla iugo cōprimunt: quos ille soluit, q vincula tollit. In eundē modū

grauissima deuastatio (quē erat tanq̃ onus Iudeorū) obsidioq; quā tētabat Hierosolymitis imponere, (quæ veluti iugū durissimū erat) hæc quæ erant sicut iuga, & onera

durissima auferenda prædicūtur. ¶ *Et cōputrescet.* b.) i. Hæc iuga cōputrescēt à facie olei. Quæ cōputrescūt debilia sunt, si-

ne magna opera soluūtur. Significat igit̃ vniuersā molimina Assyriorū, facilē euer-

tenda. Per oleū autē, quo reges vngebant ipsum Ezechiā cuius annus. 14. regni age-

batur id tēporis, quādo hæc gesta referuntur, si quis intellexerit non ineptiet. Cuius

gratia & precibus Deus Hierosolymę immunitatē seruauit. ¶ *Veniet in Aiath.* c)

Oppida quæ recensentur sunt quæ Sena-

Et erit in die il-

la: a auferet̃ onus

eius de humero

tuo, & iugū eius

de collo tuo, &

cōputrescet b iu-

gum à facie olei.

Veniet, in Aiath c

trāsibit in

Magron: apud

Machmas cōmē

cherib reuerſus de AEgypto, cursim per-

transibat, obsessum veniens Hierusalem:

apud Machmas, comēdabat obiter & trās-

cursim sarcinas suas, custodiendasq; com-

mittebat oppidis, quæ ceperat. Aduerte

dabit vasa sua. autē tria oppi-

Transierūt cursim Gaba sedes

nra, d obſtupuit

Rama. Gabaath

Saulis fugit. e Hinni voc tua filia

Galli f attēde Lai

sa, paupercula Anathoth. g Migra

uit Medemena h

verò vox multiuoca est. ¶ *Gabaa sedes no-*

stra d) Subaudi ad pernōctandū. *Gabaath*

Saulis fugit e) Gabaath Saulis nuncupatur

iuxta interl^hnealem, quòd ibi Regia sedes

erat Saulis. Et quanquā in trāslatione, quę

ascribitur Hieronymo in Biblijs Hispaniēſibus. Gabaa profertur prima, quæ scri-

bitur sedes nostra, & Gabaa secūda, quæ

scribitur Saulis, at litera Hebraica priorē

Geba, posteriorem verò Gabaath habet.

Textus autē, quem Hieronymus dilucidat, non Gaba, aut Geba, sed Gebec vocat

priorē, posteriorem verò Gaba. Vt cunq; aut efferant̃ vrbes vt diximus, erāt, quas p-

perans in obsidionē Hierosolymæ in suā Senacherib ditionem redigebat. ¶ *Hinni*

voce tu filia Gallim f.) Hinnire equorū est. Gallim Lirano mons est: filia Gallim ciui-

da esse hoc no-

mine Rama do-

nata, indicante

Hiero. libro de

locis Hebraicis,

alterum in tribu

Beniamin: alte-

rū in tribu Aser:

postremū in tri-

bu Nephthali.

Quæ quanquā

Hebręo idioma

te, variē profe-

rantur, Latinis

Gabaath.

Gabaa.

Geba.

Gebec.

Triplex Ra-
ma in scri-
ptura.

Gabaath.
Gabaa.
Geba.
Gebec.

Gabim colles.

¶ *Habitatores Gabim confortamini.* ^{a)} id est induite viros, ut tātā tyrāni potestati resistatis. Gabim colles significat. Speciaī has dinumerat vrbes, ut significet habitatores illarū aduentū Senacherib formidātes pauidis animis illū nō potuisse sustinere: Sed intuitiora loca desertis natuius, se exceperūt. Septuaginta in aliū videntur torxisse sensum verba Esaiā, quę ad consolationē potius interpretant acceptā de fuga Senacherib, per oppida prædicta. ¶ *Adhuc dies est.* ^{b)} Verba sunt principū Senacherib confortantiū milites suos. Aiebāt. n. dies nō præteribit nos, donec Nobe pertingamus. Erat autē Nobe ciuitas sacerdotalis proxima Hierosolymā: vnde & illā spectare poterāt Assyrij: cuius mētio fit. 1. Regū. 22. ¶ *Agitabit,* id est, leuabunt principes & milites manū suā contra Hierosolymā, ut iā pugnaturi aduersus illā. ¶ *Eccc Dominator Dñs.* ^{c)} Duplicē lectionē Hieron. indicat huius loci Aquilā, & Theodotionis: ille pro lagūcula legit, *νεφελαιον*: hic verò vertit, *ληνον*. Est autē vas fictile li

Nobe ciuitas proxima Hierosolymā.

Pura ramus est & palmes.

2. ad Cor. 4.

nō verò torcular. Vt cūq; tamē legat euer sionē Senacherib locus indicat. Alij verò trāstulerūt pro lagūcula ramū: nā vox He. pura palmitē etiā significat. ¶ Aptissimē Esaias Senacherib lagūculā vocat, quę vas est fictile, ut q̄tā infirmitatis sit humana potētia. ex ipsa voce lagūculę admonēat. Sicut & Paulus nos quoq; admonet dicēs, Habemus thesaurū istū absconditū in vasis fictilibus, quę ad ictū modicū cum confringātur, satis infirma sunt. Obserua quātum discrepet humanum à Dei iudicio. Senacherib enim se potētissimum iudicabat esse, corq; ferebat magnificū, ut superius dixit Esaias: at illum lagunculā infirmam sanē & exiguā Dominus vocat. Et non solum ille quin & omnes creaturę infirmę sunt coram Deo: quoniā, ut momentum staterę sic est ante te orbis terrarū, & tanquā gutta roris ante lucani, qui descendit in terrā, Sapient. 11. Sic ergo Dominus lagunculā hanc cōfregit: & excelsi statura, id est, sublimes p̄cipex Senacherib succindendi erant. ¶ *Et subuertentur condēsa saltus.* ^{d)} id est, exercitus Assyrius multitudine militū quasi saltus syluescens subuertetur. ¶ *Et Libanus cum excelsis eius cadet.* ^{e)} id est, rex ipse Assyrius cum ducibus suis corruet. Nonnulli putant lagūculā hanc Christi corpus esse, quod fractū est crucis morte, quę animā separauit à corpore: cōfracta enim est lagūcula hęc, clauorum fixuris: & valida expirans voce terrorem toti orbi incussit: Sol lūmē suū condit, & Luna splendorē suū retinuit: sepulchra mortuorū aperiūt: lapides cōcutiuntur, & deniq; terrę motus magnus factus est. Quare Esaias dixit dominator Dominus exercituum confringet lagunculā in terrore. Et ut olim confractis hidrijs sub Gedeone Iudi. 7. lux effulsit, quę Madianitas exterruit, & in fugā cōuertit: sic quoq; carne Domini à morte confracta, diuinitas eluxit, quā latentē gerebat. Nā ipso autore, Cum exaltatus (inquit) fuero à terra oīa trahā ad me. Et denique per mortē suā Christus principes mundi huius, diabolum & angelos eius à gradu pristino deiecit. Qui hęc tanquam Allegorica amat, per me amet: at si contenderit literalem esse sensum, refragor, quia prioribus non conuenit.

rius dixit Esaias: at illum lagunculā infirmam sanē & exiguā Dominus vocat. Et non solum ille quin & omnes creaturę infirmę sunt coram Deo: quoniā, ut momentum staterę sic est ante te orbis terrarū, & tanquā gutta roris ante lucani, qui descendit in terrā, Sapient. 11. Sic ergo Dominus lagunculā hanc cōfregit: & excelsi statura, id est, sublimes p̄cipex Senacherib succindendi erant. ¶ *Et subuertentur condēsa saltus.* ^{d)} id est, exercitus Assyrius multitudine militū quasi saltus syluescens subuertetur. ¶ *Et Libanus cum excelsis eius cadet.* ^{e)} id est, rex ipse Assyrius cum ducibus suis corruet. Nonnulli putant lagūculā hanc Christi corpus esse, quod fractū est crucis morte, quę animā separauit à corpore: cōfracta enim est lagūcula hęc, clauorum fixuris: & valida expirans voce terrorem toti orbi incussit: Sol lūmē suū condit, & Luna splendorē suū retinuit: sepulchra mortuorū aperiūt: lapides cōcutiuntur, & deniq; terrę motus magnus factus est. Quare Esaias dixit dominator Dominus exercituum confringet lagunculā in terrore. Et ut olim confractis hidrijs sub Gedeone Iudi. 7. lux effulsit, quę Madianitas exterruit, & in fugā cōuertit: sic quoq; carne Domini à morte confracta, diuinitas eluxit, quā latentē gerebat. Nā ipso autore, Cum exaltatus (inquit) fuero à terra oīa trahā ad me. Et denique per mortē suā Christus principes mundi huius, diabolum & angelos eius à gradu pristino deiecit. Qui hęc tanquam Allegorica amat, per me amet: at si contenderit literalem esse sensum, refragor, quia prioribus non conuenit.

Vniuersa vel potentissima quęq; infirma sunt coram Deo.

Corp⁹ Christi ut lagūcula fractum fuit in cruce

DE SENSIBVS TRO- pologicis ad Caput. 10. appendix.

*TROPOLOGICA Declamatio. 1. Cur multi vocati, pauci verò electi, cuius pro-
thema est. Si fuerit populus tuus Israel quasi arena maris reliquæ conuertentur. Esa. 10.*

Obseruanda
declamatio



ERBA hæc in prothema
huius Tropologiæ accepi-
mus, vt rē profundam satis
nōnulla donaremus Luce.

Cur paucis contingit æter-
na salus, & innumerabiles ab illa patiētur
repulsam. Etenim quod verbis istis Esaïas
ad decem deuaſtatas tribus, duabus solis
immunibus ex omnibus tribus Israel re-
tulit gestum hoc Paulus intellexit Chri-
ſto & Eccleſiæ ex gēribus adūnatæ con-
gruere, in qua reliquæ Iudæorū sunt con-
uerſæ, reliquis omnibus (qui arenæ maris
propter multitudinē conferuntur) auerſis.
At verò Chriſtus rē totā hanc, quod mul-
ti pereant, pauci ſaluētur, vñico verbo cō-
prehendens, inquit, Multi ſunt vocati pau-
ci verò electi, Matth. 20. Etenim etiā ſi
omnes mortales ad vitā æternā vocaban-
tur tunc, peculiariſſimè autē Iudæi vocati à
Deo id tēporis ſūt, quos cæleſti ſuo magi-
ſterio edocuit. Quos quidē omnes etiā ſi
vocauit Deus, vt in Chriſtū crederēt, pau-
ci tamē crediderūt, quos elegit Chriſtus.
Quapropter rectē Esaïas concinit cum
Euāgelica ſentētia: Multi ſunt vocati, pau-
ci verò electi. Perinde enim valet atq; id
quod Esaïas dixit, ex numeroſo populo re-
liquias tantū cōuertēdas. Porro quanquā
Chriſti verbum populo Iudaico cōgruat
accōmodatiſſimè, etiā extendi poteſt ad
nationes oēs, quæ ſub cœlo ſunt: Quoſcūq;
Deus vocat. Huic tamē vocationi minima
pars obediēs eſt. Vt in parabola illa ſemi-
nis prōpterea eſt huius rei intelligētia. Nā ſe-
minis aliud cecidit ſecus viā, & hoc cōcul-
catum eſt, & volucres cœli comederūt il-
lud, & aliud cecidit ſuper petrā, & natum
aruit, quia nō habebat humorem: & aliud
cecidit inter ſpinas, & ſimul exortæ ſpinæ
ſuffocauerūt illud: & aliud cecidit in ter-

Esaïas cum
Euāgelico
cordat.

Aduertenda
parabola Eu-
angelica ſe-
minis que co-
lucidatur.

ram bonā, & ortū fecit fructū centuplū.
Hoc autē ſemen, quod eſt diuinū verbū,
in totū orbē ſparſum eſt per prædicatio-
nem Apoſtolicā. Nā in omnē terrā exi-
uit ſonus eorū. Pſal. 17. Verū quidam hoc
verbum vt infideles prorsus neglexerūt:
Nec ſatū eſt in corde eorum. Quod tan-
quā via publica Satanæ & deſiderijs car-
nis patebat tunc, & patet modo: imò ab
huiusmodi deſiderijs conculcatū eſt. Alij
verò verbū hoc receperūt: ſed à verbo re-
cepto diſceſſerūt, vt hæretici, quales fue-
rūt Galatæ illi, de quibus Paulus ait, ô in-
ſenſati Galatæ, quis vos fascinauit nō obe-
dire veritati? ad Gala. 3. In iſtis. n. ſemē cō-
ceptū aruit, quia nō habebat humorem, id
eſt, obedientiā Euāgelij, quæ eſt tanquam
humor virentē, & ſecundā tenēs mentē.
Humoris huius cito euaneſcētis inopia
arefecit ſemē, & fidē depulit à corde hu-
mano. Sub hæc alij fuēre qui Euāgelio ſu-
ſcepto fidē inuiolatā tenētes, morib; ſunt
corruptiſſimis. Iſti ſunt qui corda vepren-
tia, & ſpinosa ſollicitudinibus & curis hu-
ius ſeculi habēt quæ ſubtilius pungūt, &
acerbius feriūt, quā ſpinæ, & vepres cāpo-
rū. Huiusmodi igitur curæ, & ſollicitudines,
ſuffocāt verbū Dei in hoīe. ne ad ſperatū
fructū boni operis, proueniat. Poſtremò
alij ſunt tanquā terra bona, quibus ſemina
mādata ad ſperatā frugē foeliciter proceſ-
ſerūt. Qui ſunt qui fidē orthodoxā inui-
olatē profitētes, charitatis operā illi iugiter
ſociauerūt. Vt verē iā poſſimus dicere ex
multo ſemine reliquias exiguas duntaxat
ſeruatas eſſe. Quippe ex infinita penēmū-
titudine hoīum, pauci fructificant in vitā
æternā, ceteris oībus aut quia verbū Dei
reiecerūt vt infideles, aut ab illo deſciuerūt
vt hæretici, aut quia iuſta normā huius di-
uini verbi nō vixerūt, vt fideles peccato-

Luce. 8.
Matth. 13.
Mar. 4.

Infideles.

Hæretici.

Fideles ma-
le corati.

Fideles in-
corrupti
moribus.

1. ad Ti. 2.

res in quibus oībus semē Dei frustra iactū est. Et denique ij. seruantur solum qui habēt mysterium fidei in conscientia pura, qui minima equidem sunt pars hominū. Atqui parabola hęc Euāgelica non solū nos docet paucos quidē esse electos, multos verò vocatos, quin etiā causam huius insinuat, nō esse seminis, aut satoris vitium, quod semen terræ mādātū infrugiferum reddatur, sed potius ipsa terra, cui mandatur semē, in culpa est. Est enim terra hęc libera, nō vt terra, quā calcamus pedibus, quæ necessariō suscipit, quod sibi cōmittitur. Illa verò & suscipere potest, & reiicere semina, pro sua volūtate. Quare & quidā homines verbū Dei non recipiūt: alij receptū arefecerūt, alij verò suffocant illud: alij demū ad frugē bonā semen perducunt. At vnde tāta hęc varietas: vnde tāta diuini verbi sterilitas: tamq; exigua fertilitas? Nūquid sator est in vitio? minime. Ille enim exit vt seminet, & seminauit: quod suū erat iā præstitit, scilicet seminare semē suū. Exit nanq; filius Dei à patre & satorus hoc semē diuini verbi, ven-

Christus primarius sator diuini seminis.

Ad Heb. 3.

nit in mandū, illudq; per se & per Apostolos suos disseminauit in orbē. Est. n. Christus Dominus diuini verbi primus magister, primariusq; huius seminis cœlestis sator, vt Paul. Hebræ. scripsit: Cōsiderate (inquit) Apostolū & pontificē confessionis nostræ Iesum. Hic ergo Apostolus, & pōtifex, qui ab initio cōditi hominis in illo feminabat veritatis verbum, & lumine suo hominem illustrabat, at verò ex proprio ore accepta iā carne, qui olim intra feminabat in mēte, interiusq; voce nō sonante, iam sonat, & exterius quoq; vocaliterq; seminat. Nā sedēs in mōte aperīēs os suum docebat eos. Libertas ergo arbitrij nostri culpāda est, quæ semine diuino abutitur. Sed ais, quid ergo libertas arbitrij procliuior est ad malū, quā ad bonū, cur non vice versa procliuior ad bonum quā ad malum? Quod si dixeris, ex inquinata radice concupiscētiae, quæ prona ad malū est, procliuitatē ad malū procedere,

Mat. 5.

Non spernēda de liberi arbitrij facultate quæstio.

obijciā tibi, hominē primū, quē nulla labe infectū Deus cōdiderat: obijciam rursum angelos, quos integerrimos creatos esse catholica cōfiteatur Ecclesia. Vnde istis obsecro ad malum procliuitas, quibus tanta erat integritas? At dixerim cum Paulo Apostolo, ad Roma. 8. vanitati subiecta est omnis creatura. Creatura enim vniuersa quatenus creatura est, eatenus infirma est: lapsūq; suum minatur. Etenim à Deo pendet, cui liberū est eam aut seruare, aut perdere. Maximeq; huic labilitati intellectualis creatura obnoxia est, quia libera est. Quæ quidē ad æterna bona cum aspiet & anhelet, quæ tamē cum suapte natura assequi nō possit, in mala prolabitur, & quæ alioqui debuisset diuina impetrare patrocina, vt ad sempiterna bona à Deo prouheretur, illa nō curat, sed in sua infirmitate inuoluta, in peccata deuoluit? Liberi igitur arbitrij infirmitas infirmaue libertas, in causa est, quod in mala prolabamur. Hęc in primo parente extitit: hęc in angelis, qui lapsi sunt, tāta ruinā fuit initium. ¶ Nec me putes credere primū hominē, aut Angelos, propter hęc, quæ dixi, ex infirmitate peccasse, credere: id quod planē inficior, non enim illi ex infirmitate peccauerūt, qui in integritate cōditi fuerunt. Per infirmitatem ergo liberi arbitrij, defectibilitatem, aut illius labilitatē, quippe quod creatura est, subaudire oportebit. Vnde quæcūq; integritate conditū velis arbitriū liberū, huic labilitati in malū obnoxium est. Integritas nāq; cōditionis naturā eius nō tollit, quæ labilis est. Solū diuinū liberū arbitrium, labile non est, quia Deus est: & qui natura deficere non potest, voluntate quoq; labi non potest. Angeli autem, & homines qui deficere possunt omnes, & in nihil verti, volūtate itidē labilē habēt, & in peccatū ruere, quod tanquā nihil est. Quod ergo angeli beati lapsi non sint, diuini fuit præsidij libertatem Angelicam fouētis, & integritatem cōseruantis. Qui verò lapsi, ex vitio voluntatis in Deum

Labilitas liberi arbitrij & flexibilitas ad malū initium culpe

super-

superbientes lapsi sunt. Itidemque & hominis lapsus libertatis humane fuit. Quod ergo celestis seminis exiguus sit proveni- tus, nobis vitio dandum est, non femini, neque fatori. Cuius infallibilis providen- tia vel ex hoc docetur, quod libertatē no- stram pronam ad malum cernens, ad bo- naque æterna capeffenda creaturam ra- tionalem imparem esse, & angelis & ho- minibus, in conditione sua de præsidio op- portuno providit infirmitatēq; liberi arbi- trij, simul creans naturam, & largiens gra- tiam, quæ & Angelicum arbitrium & hu- manum firmare, & roborare in bono pos- set, quæ & creaturam rationalem poten- tem faceret & amare, & assequi celestia. At verò præsidium hoc quanquam diu- num sit, liberum arbitrium non coge- bat ad bonum, in quod inclinabat. Quare & Angelus & homo lapsi sunt, quia abusi præsidio diuino maluerunt sibi placere, quam Deo. Verè ergò Paulus dixit crea- turā vanitati esse subiectam. Etenim crea- tura ad defectum tendit, nisi à creatore præuenta in integritate perseueret.

¶ Aliam quoque parabolam Dominus docuit Matthæ. 25. de virginibus fatuis, atq; prudētibus, quibus simile esse dixit regnum cœlorū, quæ non in tantam pau- citatem redigere videtur saluandos, vt pa- rabola prior. Etenim quinque fatuis vir- ginibus repudiatis ab sponso Christo, ta- men in sponsalē thalamum aliæ quinque introducuntur. Media ergo pars quantū præfert parabola hæc reproba est: me- dia autem alia pars electa est. At in para- bola de semine quarta parte incolumi, tres pereunt. Porro inter has parabolas nulla est collisio. Etenim parabola de de- cem virginibus ad Ecclesiam Catholicā referenda videtur. Nā per virgines spōsa- tas, animas fideles subaudi quæ ob integrā fidem, quā colunt virgines æqua ratione appellantur. Cæteræ autem aliæ animæ hæreticorum & infidelium non est cur virgines appellentur, quarum corrupta est & mens, & conscientia. Orthodoxæ

igitur animæ sunt virgines, quæ cū Chri- sto in Baptismate sponsalia celebrarunt. Harum verò quædam sunt fatuæ, aliæ prudentes: fatuæ non sumpserunt oleum in vasis suis, quod tamen diligenter in va- sis suis infuderunt prudentes. Nanque fatuæ sine oleo charitatis excesserunt: prudentes verò illo delibutæ, ex hac vi- ta commigrarunt, illæ quidem vacuis va- sis, istæ verò plenis. Propterea quæ illa- rum lampades extinguebantur, harum verò lampades ardentes perseuerabant. Nam opera quanlibet heroica extite- rint, admodumque meritoria, iudicio & humana sententia probentur, diuino ta- men iudicio extincta sunt, si oleo diuinæ charitatis non vngantur, vt luceant corā Deo, vt Paul. non obscure dixit ad Ro- ma. 4. Si enim Abraham ex operibus le- gis iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum, significans verbis istis, ope- ra solum illa gloriosa esse coram Deo, id est, lucis æternæ meritoria, quæ ex fide, & charitate Dei profectum habent. Ve- rū quæ hūc cœlestē charitatis liquorē de- siderāt esto magnifica apud homines cen- scantur, qualia referuntur. 1. ad Corin. 13. apud Deum tamen in gloria sunt. Adu- niente ergò sponso Christo, vt sponsas suas fideles animas in thalamum cœle- stem inferat, parabant se sponsæ istæ om- nes, vt in iudicio sponsi fiant. Hæc autem præparatio est lampadarum or- natus: lampadarum verò hic ornatus, nihil aliud quam consideratio bonorum operum est, quæ ab sponso sponsis man- data sunt. Fatuæ igitur fideles se bona ope- ra aduertent exercuisse interim dum vi- uerent, simulque aduertēt charitate frau- data & meriti esse dignitate orbata, & cō- trā Sanctos aduertent, & charitate nite- re, & meriti dignitate polluisse. Quare appetent has Sanctorum dotes. Id quod est, quod fatuæ prudentibus dicunt. Date nobis de oleo vestro, nam lampades no- stræ extinguuntur. Huiusmodi nanq; ap- petentiam sermone hoc Christus sub- intellexit.

Charitas so-
la operibus
elargitur me-
ritum.

Angelis &
hominibus
in principio
data sunt p-
sida salutis.

Locus Pau-
li. Ad Ro-
ma. 8. expo-
nitur.

Parabola E-
uāgelica ex-
ponitur quæ
videtur prio-
ri non con-
uenire atq; no-
disidet.

Verba epu-
lonis quid
valint expli-
catur.

intellexit. Sicut apud Lucam. 16. diues ille qui induebatur purpura, & bisso agens apud inferos refrigerium petens ad Abraham introducit, in hæc verba: Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam. Quæ verba appetitum natium ad foelicem vitam, fugamque ab infœlici, & misera vita demonstrant. Dammati enim hæc appetunt, & tormenta euadere, & foeliciter viuere non gratia diuini sed proprii boni. De qua re nos fusius diximus in dilucida. ad cap. 5. Responsum autem virginum prudentum: hoc est, Ite potius ad vendentes, ne fortè non sufficiat nobis & vobis &c. Ex hac parte ironiam habet, quia dixerunt, ite potius ad vendentes & emite vobis. Nam qui ob inanem assentationem, aut adulationem, aut inanis seculi factum opera magnifica operatur, ille quidem gloriam temporalem sui laboris pretio emit. Ad assentatores igitur, aut adultores, prudentes virgines remittunt fatuas, & rectè: quia illarum studium fuit, non Deo placere sed humanam beneuolentiam aucupari. Quasi dixerint, Quid à nobis petitis oleum diuinæ beneuolentiæ, & charitatis, quod erat petendum à Deo ipso, quandiu vitam agebatis, id quod non fecistis, imò potius sedulò quæsiuistis mūdani fauoris, & gratiæ blandimenta. Hæc, quæ quæsiuistis, hæc vobis scilicet profint. Et obseruandum est diligenter verbum illud, ne fortè non sufficiat nobis, & vobis. Quod tamen sub nota effertur hæsitatiōis fortè tamen ab omni hæsitatiōe est alienum. Siquidem charitas habenti sufficit, alijs verò etiam si prodesse poterit sufficere non poterit. Charitas enim Stephani protomartyris Paulo quidem profuit, at illi non sufficit. Solum enim Christi gratia & charitas sufficere potest hominibus, qui potens est hominis culpas abstergere, charitatis spiritum infundere, & demum vi-

Charitas &
si alteri pro-
desse pote-
rit, sufficere
nō poterit.

ram donare sempiternam. Id quod homo homini conferre non poterit. Quamquam enim precibus nonnunquam Sancti viri misericordiam Dei peccatoribus concilient, vt Stephanum Paulo credimus conciliaffe, Acto. 7. at neque Stephanus, neque quiuis alter sanctissimus homini alteri potest sufficere. Quippe charitatem Dei, neque peccatorum remissionem donare possunt: imò neque ipsi sanctissimi sibi sat esse possunt. Quid quod alijs non sufficiant? Nullus enim coram Deo se iustificare potest, in cuius conspectu non iustificabitur omnis viuens, nisi gratia Iesu Christi sanctificetur, & iustificetur. Pelagius autem hominem sibi sufficere paremque esse vitæ æternæ assequendæ dixit, & errauit. Quia Christus gratis & sine causa mortuus esset, si homo sibi in negotio salutis æternæ sufficere posset. Lutherus verò in partem diuersam declinauit, liberum arbitrium omnino extenuans, tantum abest vt sibi sufficere posset, omniaque retulit in fide, quæ sola apud ipsum iustificat: & absco po fidei Catholicæ, laudans fidem, Lutherus deuiauit. Fides autem Catholica hæc est, quæ neque putat liberum arbitrium adeo sibi satis esse, vt præsidij diuinis opus non habeat, neque rursus putat liberum arbitrium nullis prorsus viribus subsistere, adeoque extenuatum esse, vt eius cooperationem diuina gratia non postulet. Quam rem nos latè prosequuti sumus supra quando de libero arbitrio agebāt: lege declamationē nostrā de fide & operibus supra. Prudēter ergo prudētes virgines, fatuis responderunt, ne fortè nō sufficiat nobis, & vobis, quasi apertius dixissent oleum quod petitis, vobis impartiri non valemus: quia nobis, & vobis sufficere non potest. Sera est vestra petitiō: tarda est postulatio: dum vitam ducebatis opportunum huic petitiōi tempus erat: tunc accedēdum vobis erat ad thronum gratiæ sponsi Christi Domini, à quo tunc fletibus & lachrymis impetrandum fuisset

Pelagij deli-
rium.

Lutherusfri-
uolus & in-
pud.

Fides catho-
lica media
triūphat in
ter extre-
mas hereses

fuiſſet hoc oleum: tūc ſi à nobis peteretis oleū iſtud diuini amoris quanquam præſtare non poteramus, iuuare tamen præcibus noſtris, vt vobis donaretur vtcunque diuina gratia poſſemus. At quando oportebat vos exequentiſſimas eſſe in quaerendo ſalubri hoc oleo, ad vtranque dormiuiſtis aurem: nunc verò poſt mortem quid quaeritis à nobis oleum vitæ, quando nullus iam poenitentia locuſ eſt? Iam ergo vt huius parabolæ ſenſum abſoluamus virgineſtultæ à comercio ſpō ſi arcentur non quòd virgineſ non ſint, ſed quòd olei liquorem, qui ſibi ſufficeret, vt opera earum lucent poſt mortem coram Deo, ſibi non compararunt. Vbi vides non ſatiſ eſſe integram fidem tenere niſi oleoſa charitatis & miſericordiae opera adiſciantur. Opera nanque illorum ſequuntur illos vt Ioannes in Apocalypſi dixit. Quod ſi fideſ Catholica ſola Catholicis non ſufficit, fideſ hæretica Lutheranis vt ſufficiet? Virginitas ergo, ideſt, fidei integritas ſummopere colenda & obſeruanda eſt. At ſi ſola ſit, fideleſ illam habenteſ apud Deum tanquam virgineſ fatuæ reputantur. Quod ſi fideleſ fide præditi, ſi oleo charitatis illoſ imbutoſ non reſpexerit Deus, fatuoſ eoſ appellat, qua nomenclatura hæreticoſ & infideleſ alioſ à Deo duceſ nominandoſ? Si fidem habenteſ orthodoxam fatui ſunt, qui illam nudam ſanctiſ moribuſ habent, qui fide hac orthodoxa priuantur non ſolū fatui ſed proſuſ ſtupidi iure appellandi veniunt. ¶ Iam verò vt collisionem, quam parabolæ iſtæ duæ propoſitæ prætexunt diſſoluamus, aduertendum erit ſcopum huius poſterioriſ parabolæ non eſſe numerum decernere ſaluandorum, aut damnandorum ſed illò tota pergit, quò ſciamuſ fidē ſolam non ſufficere, niſi oleo diuinæ charitatiſ ſit delibuta operumque integritate niteſcat vt vitā homo allequatur æternam. Sub denario verò numero virgineſ proponuntur, quia in eoſ dirigebatur, qui

ſub vna religione fidei catholicae legem Dei, quæ decalogo continetur obſeruare profeſſi ſunt. Quod verò ſubquinario & prudenteſ, & ſaruæ recenſentur, in peccatoribuſ & iuſtiſ fidelibuſ æqualem eſſe ſi dem indicare parabola contendit. Vnde videas quam deſipiunt hæretici quidam qui ætate noſtra peccatum mortale ſubſtantiam fidei euertere aſſerebant. Quam enim citra charitatiſ commercium fideſ mortua ſit, vt Iacobi protitum eſt verbum. Cæterum quia ſermo hic metaphoricuſ eſt non ita interpretandus, vt perire fidē credamuſ cum hæreticis, ablata charitate (Salua enim eſt etiā ſine charitate) citra quam quia ad vitam æternam non fructificat, ideo mortua appellatur, vt & opera quoque mortua deſtituta charitatiſ ope cenſentur. Vnde & virgineſ fatuæ lampadeſ ſuaſ extingui rectē dixerunt. Etenim fideſ eſt ſicut lampas rationaliſ animæ quæ charitatiſ oleo ſorta, hominiſ viam in vitam æternam lucidam facit. Quo ſomēto ſublato tota tenebriſoſa redditur & ambagibuſ, & offendiſis plena. Vt iam verē dixeris lampadem extingui, quæ viam vitæ æternæ illuſtrare non poteſt. Neque tamen quia extingui diximuſ fidem charitate diſſociatam, propterea colligaſ ſubſtantiam fidei perire. Non enim ſubſtantia perit, ſed fidei operatio, quæ eſt credere in diuina, ſuo fraudatur legitimo ſine, qui vita æterna eſt.

¶ Ad propoſitum iam huius tropologiae initiū ruruſ ſtylum referamuſ illud repetenteſ, Si populuſ tuuſ fuerit ſicut arena maris, reliquiæ conuertentur. Et iſtud ſanè verbum eſt quod multorum diuexat menteſ cū audiunt paucos ſeruandoſ tandē eſſe. Et quidam apud Lucam. 13. a Domino ſciſcitur, Domine (inquit) ſi pauci ſunt qui ſaluantur? cui Dominuſ ſatiſ ſua reſponſione inſinuat, paucos ſanè ſaluandoſ eſſe. Nanque, Contendite (reſpondit) intrare per anguſtam portā: quia multi quaerent intrare, & non poterunt.

Peccatum mortale nō tollit fidem niſi ſit infidelitas.

Repetitio prothema.

Quæ

Aduerte cōtra Lutheranos.

Hæretici fatui & ſtupidi.

Enodatur parabolarum Evangelicarū collitio.

Quæ verba magnum concentum habet cum prothematē nostro. Reliquiæ conuertentur &c. Non pigebit in verbis Domini aliquantisper gradum figere. Ex illis enim cur maxima hominum pars pereat causam petens inuenio, angustā esse vitæ æternæ portam. Ideoque per eam propter eas quibus premitur angustias, numerosa multitudo subintrare non poterit. Imò qui ingredi contendit, violentia irrumpendum est, tanta est huius portæ angustia, quod Dominus verbis suis significauit. Regnum cœlorū inquit vim patitur: & violenti rapiunt illud. Matt. 11. & Petrus magistri Christi verba hæc tenens. 1. Pet. 4. Si iustus, inquit, vix saluabitur peccator vbi apparebit? Has ergo angustias portæ huius, hanc irrumpentium violentiam, hanc æternæ salutis assequendæ arduitatē, immensamque accliuatē, quæ & qualia sint differere sub paucis oportebit. Verū à visibilibus & terrenis gradum faciamus ad inuisibilia, & cœlestia ipsam vniuersitatem hominum lustremus, & periculum faciamus ut ipsa humanavniuersitas ad ipsa humana bona sese gerat. Et planè nullus est hominum, qui hæc sibi parare difficillimum nō ducat, neque solum maximas virtutes, quas heroicas Philosophi vocant, verū etiam mediocres, quales sunt temperantia, iustitia, fortitudo, & prudentia, quas quidem multo sudore sibi homines conciliant. Habet enim homo in semetipso virtutum moralium hostes, cum quibus iugis conferenda & atrox pugna est. Si virtutis amor nos tenet. Sed proh Deum immortalem, quotusquisque est, qui hos Barbaros hostes superet? Habet prudentia hostem sibi ignorantiam, in qua inoluti nati sunt mortales omnes. Habet temperantia ipsam ingluuiem, & edacitatē, & voluptates sensuales, carnis denique illecebras, sibi aduersarias habet, iustitia Philautiam, id est, proprium amorem, qui sua plus nimio curans diligenter & feruiddē affectat alios lædere ut sibi consulat, &

nullus truculentior hoste isto. Cuius truculentiam Paulus exprimens ait, cupiditas radix est omnium malorum, quā quidam appetentes errauerunt à fide & inferuerunt se doloribus multis. Hunc amorem sui ipsius scitè Augustinus fundamentum diabolicæ ciuitatis esse dixit. Demū fortitudo, pusillanimitatem: (quæ homini ad diuina bona aggrediēda natiua est) inimicam habet. Quos quidem virtutū hostes, si rectè obseruas, naturales homini, sibi que congenitos inuenire licebit. Nascimur enim insipientes, & rudes, ad huc brutis rudiores. Est enim anima nostra simul atque creatur, tanquam tabula rasa in qua nihil depictū est, ut tertio de anima Aristoteles tradidit. Ab initio quoque natalium nostrorum voluptatibus mancipamur, ut Plato dixit referente Aristoteli. 1. Ethicorum. Sine voluptate enim vitam seruare natura nequit. Nostri quoque à principio sumus quam maximè amantissimi: & quidquid extraneū amamus propter nos amamus: & amicabilia ad alterū ex amicabilibus ad se profectum habent. Hostes ergo isti congeniti nobis sunt, & à pueritia in nobis à nobis fouentur: virtutes verò non natiuæ, sed proprio Marte comparantur. Hinc ergo infelix sepe oritur pugna inter natiuos hos hostes, & morales virtutes: & ab hostibus ipsis plerūque stat victoria. Etenim cum praua inclinatio nobis natiua sit, etiam diuina scriptura tradente, Sensus (inquit) & cogitatio hominis ad malum prona sunt, ab adolescentia sua, necessarium est, ut vegetas vires habeat, & à nobis arceat virtutes, quippe quæ naturales non sunt. Huiusque pugna quanta difficultas sit, quanquam quis in semetipso si velit virtutem parare periculum faciet: verum quod Dominus dixit, Contendite intrare per angustam portam, & Matthæ. 7. Arcta via est, quæ ducit ad vitam, & quod Paul. ingemiscēs ad Roma. 7. clamat. Infelix ego homo, quis me liberabit à corpore mortis huius? hæc, & quæ diximus alia, ancipitis

Angustia dicitur ad æternā vitā.

Vitiōrū & virtutum iugis & atrox pugna.

1. ad Tim. 6.

Philautiam manifestissimam virtutū hostis.

Gen. 3.

huius

huius pugnae sudores & indefessos labores facile indicant. Namque si contendendum est intrare per angustam portam, si arcta quaerenda est via, si violentia nobis inferenda, si praeuinclinationes, quas dudum Paulus mortem corporis appellabat, subigendae sunt, summa vi adnitendum est. Nam & si in nobis igniculi ad virtutes paradas congeniti sint, verum a maiori flamma libidinis maioris ad mala, remittuntur igniculi isti, & veluti extinguuntur: quaque prorsus extinguere non possunt. ¶ Iam vero in conquirendis virtutibus moralibus tanta est accliuitas, quanta etiam philosophi senserunt Aristoteles tradente virtutem & artem esse circa difficilia. Neque solum incomparandis virtutibus hic sudor est, quae sunt animae bona, imo in bonis temporalibus, quae sunt minima bona, acquirendis quanto labore agatur, ipsos testes voco, qui aggregandis diuitijs studet, & eos qui honoribus captatis inhiat: isti testentur si libuerit, quantos hauserunt & hauriunt labores, ut minimis istis fruatur bonis. Si ad terrena igitur haec bona virtutes, honores, & diuitias, (quae terrena voco, quia proprijs naturae viribus homo cogere sibi potest) si ad haec igitur terrena comparanda tanto studio tanta violentia, tantaque difficultate agitur, ad inuisibilia bona paranda quas putas angustias subeundas? immensas utique has enim exhorrescentes angustias mortales, virtutem sepe negligunt, & vitia amant, & denique minimam reperias partem hominum, quae prudentia polleat, iustitiam sectetur, temperantiam colat, fortitudine vigeat, mirandum ne est si ex numeroso populo reliquiae solum seruantur? difficile ne iam existimabis, si multi vocati pauci vero sint electi? si pauci denique sunt qui saluentur? Si homo ad humana, quae sunt sibi veluti propria adipiscenda bona, difficilis est, ad diuina qualis putas erit, quae naturam humanam transcendunt? Si terrena dixi vobis (ait Dominus) & non creditis, si dixero coelestia quomodo credetis? & Ioannes rursum ait. Si hominem quem vides non diligis, Deum, quem

non vides, quomodo diliges? In quem modum colligam & ego si visibilia haec bona, & terrena, tanta molis est nobis parare, quante putas molis erit, coelestia & inuisibilia? Magna ergo vi irrupendum est si coelestium amor nos tenet, ut coelestia rapiamus: ea autem rapiuntur, quae cum rapientis non sint, violentia tolluntur. Talia sunt coelestia regna quae hominis non sunt: illi non debetur: ideo ut sibi tollat magna violentia contedat necesse est. Se enim perdere oportet, ut illa lucretur. Neque homo potens est, hanc sibi violentiam inferre, nisi Christi gratia illi subueniat. Violenti quidem rapiunt coelum violentus vero nullus nisi is quem diuinae misericordiae anticipat. Nam nemo poterit sine Dei gratia sensibus, & naturali ratione coherere sensibus spiritus fide Iesu Christi ut certiore amplecti, & rationem & sensum omnem fallacem putare, si fidei non congruat: id quod violentia est inferre sensibus, atque rationibus humanis. Aut quis poterit sibi vim facere voluptates seculi, honores, diuitias, parentes, amicos, adhuc & ipsam vitam nihili ducere propter Christum, & demum se ipsum abnegare, & praesentibus bonis renuntiare? Etenim haec est maxima violentia, quam sibi natura inferre non poterit, nisi benigna gratia Christi iuuetur, cuius spiritus iuuat infirmitatem nostram ut nobis ipsis faciamus vim, ut quae sursum sunt quaeramus: quae sursum sunt sapiamus, & non quae sunt super terram. Neque abre Sephora uxor Moysi virum suum, spiritum sanguinem vocat, quia puerum sibi natum circumcidit viri causa. Id quod est typus huius, quod modo versabamur. Christus namque spiritus sanguis est: nam prouidentes virgines quas sibi accipit in sponfas, id est pias animas cultro diuini verbi circumcidit, omnes terrenos affectus resecando, quibus resecatis coelestia desideria in mentibus repullulascere sua gratia donat. Quapropter assiduis precibus nostris sollicitudus est Christus, ut qui suauiter disponit omnia non cogendo nos cogat, sine vi nobis vim inferat: ut violenti simus & tandem violentia nostra coelum rapiat. Tanta est tamen elatio

Regna coelestia magna violentia parantur.

Ad Ro. 8.
Ad Colo. 3.

Exod. 4.

Typus uotatus ex exodo.

humani cordis, ut deo se subdere refugiat
& ut Senacherib magnificum quoddam ge-
rebat cor aduersus Deum, ita humana sem-
per mortalitas superba intumescit mente.
Quapropter non hoc curat, violentiam pati,
& vim sibi inferre: imo contra ad vitia la-
xat habenas: non angustam quaerit coeli por-
tam, sed inferni patet & latam. Haec super-
ba mens (ut iam diximus) angelos a nume-
ro electorum deiecit. Leuauerunt enim sese
aduertus conditorum Deum: gratiam Dei sibi non
esse necessariam, sed propriam naturam pulchri-
tudinem contemplantes, illam esse suam bea-
titudinem parandam crediderunt, pluri facien-
tes propriam naturam, quam Dei gratiam. Ho-
minis ite lapsus hinc initium quoque sumpsit
quia diuinam sapientiam homo sibi rapere vol-
uit. Diuinamque similitudinem plusquam sa-
tis erat affectans, diuinam similitudinem per-
didit: quia similis factus est iumentis in lipi-
tibus. At vero superbiam hanc prudenter admo-
nitione a nobis depellendam esse diligenter
hortatur Esaias dicens, Nunquid gloriabi-
tur securis contra eum, qui secatur in ea? aut ex-
altabitur ferra contra eum a quo trahitur?
En tibi quales sunt creaturae omnes, instru-
menta enim sunt diuinum, aeternumque artis:
en tibi qualis est angelicus & humanus fa-
ctus, quomodo si eleuentur instrumenta
artificis contra ipsum artificem. Angelos
autem esse instrumenta Dei Paulus testatur,
(angelus inquit, sunt administratorum spiri-
tus. Quod si angeli instrumenta sunt Dei,
homines itidem esse. c. hoc. 10. Esaias do-
cuit illos conferens fabrilibus instrumen-
tis. O utinam hoc, quod instrumentarium mu-
neris est, hoc praestitissent homines, & pre-
stassent modo, ut sicut instrumentum sese
motitari, ab artifice finit, ita nos a Deo agi
permitteremus. Sed vix humanam calami-
tatem, non frangis diuinis agi vult, quibus
agi summa libertas est: sed propriis magis
amat duci affectibus: id quod suae elatio-
nis est. Quia ergo pauci haec diuina fren-
a amant, multis vero effrenis libido amica
est, propterea pauci saluantur, & multis per-
ditis reliquiae conuertentur. Perditi autem

sua culpa perduntur: qui vero Deo lucra-
buntur diuina gratia cooperante Deo lucra-
buntur. Habes ergo humani lapsus originem
esse arbitrium liberi superbiam infirmitatem
aut infirmam superbiam. Cui accedit igno-
rantia rerum agendarum, amor proprius,
voluptas sensus, ad diuina bona pusillani-
mitas, quae supra virtutum hostes asserui-
mus esse. Quae sapiens sapienter insinuat,
cum ait, Corpus quod corrumpitur aggra-
uat animam: & terrena inhabitatio depri-
mit sensum multa cogitantem. Tria ergo
sunt, quae animam grauant, ne in superna
paratum habeat ascensum, & ipsum corpus
mortale, & ipsa terrena inhabitatio, &
multa sensus cogitatio, & de visibilibus so-
licitudo. Corpus ergo quod mortale est,
animalis homo est ille, quem extra geri-
mus, cuius Paulus memoriam faciens inquit,
Animalis homo non sapit quae Dei sunt,
quorum ignorantia qui tenetur, ut labatur est
necesse. Hic animalis homo est, qui pro-
prio sui ipsius amore insaniens Dei calca-
ria, diuinorumque sancti spiritus stimulos con-
tenuit: hic est terrenis voluptatibus ita infer-
uiens, ut coelestes non amet, imo spernat: hic
denique animalis homo est humanae mentis
domesticus, & immanissimus hostis: qui
dux est, & princeps peccatorum a quo ut a Ler-
nao capite caetera peccata ut membra pen-
dent, & ductantur, quae mortificanda Paulus
iubet. Mortificate inquit membra vestra,
quae sunt super terram. Membra sunt su-
per terram, ignorantia coelestium, amor
terrenorum, carnis & voluptatum deside-
ria, quae omnium malorum sunt veluti
fcaturigines. Haec mortificanda, haec rese-
canda Paulus docuit. Obserua porro haec
nomina animalis homo concupiscentia,
lex membrorum, lex carnis, lex peccati,
sensualitas, stimulus peccati Paulo esse
promiscui usus. Quae tamen proprie non
sunt peccatum, sed improprie, quippe ex-
peccato protoplasti originem ducunt, & ad
peccatum propedunt. Habes ex con. Tri-
selsio. 5. ca. 1. cum quibus recensetis, fo-
mitem peccati. At resecatio haec ope-
rosa

Primi ange-
li lapsus ori-
go.

Gene. 3.

Confidera-
tio dei iei-
elatione ani-
mi ex Esai.

Frena diui-
na superba
refugit mens.

Origo hu-
mani lapsus.

Sap. 9.

Trias gra-
uant.

1. ad Cor.

Ad Colo. 3.
Ad Ro. 6.

rosa admodum est, idcirco multipereunt quos piget hæc rescindere, & amputare mala desideria. Hæc igitur sunt quibus corpus corruptibile aggrauat animam incorruptibilem. Terrena quoque inhabitatio deprimit sensum idest mentem nostram, quæ si vnquam ad cœlestia meditanda se erigit, à terrena in habitatione veluti graue pondere premitur. Hæc namque inhabitatio terrenis loquitur & terrena sapit, non ea quæ sursum sunt, vbi Christus est ad dexteram Dei patris. Et quia terrena inhabitatio est, habitorem hominem infirmum, & pusillanimum reddit, vt ad æterna se separet assequenda. Arduum enim putat homo terrenus cum sit, cœlestem posse adipisci habitationem. Et cum peccatis sit obrutus, diuinam posse sibi conciliare amicitiam. Docente enim Arist. 8. Ethic. ca. 7. inter maxime dispares, aut potestate, aut opibus, aut virtute, nullam iniri amicitiam.

Ad Colo. 3.

An sit amicitia vocanda hominis ad Deum & contra.

Ioan. 16.

Ioan. 15.

Ioan. 13.

Exod. 10.

Ad Phil. 3.

At quanta disparitas sit inter Deum & homines, perspicuum est siquidem immensa est: vt nulla prorsus sit comparatio hominis ad Deum. & 2. libro magno. Mor. c. 11. hominis ad Deum non esse amicitiam planè fatetur. Quia amor mutuus amicitiae necessarius est, qui inter Deum & hominem (vt ait) non est: & qui cum hoc philosopho saperet, crederet se non desipere: sed desipit planè. Quippe Arist. non audierat Christum loquentem Apostolis suis verba hæc, pater vos amat, quia vos me amastis: & rursum vos amici mei estis, quia omnia quæcunque audiui à patre meo nota feci vobis: & rursum cum dilexisset suos in finem dilexit eos: & sepe alibi in scripturis hæc mutua Dei & hominis amicitia celebratur. Quam equidem ita amat, itaque amplectitur Dominus, vt videns homines terri tanta diuinitatis suæ celsitudine, & terrore exanimis, diuina horrescere & fugere (vt illi erant, qui Mosi seruo Dei aiebant ne loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur) exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, & paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis Esai. 9. vt si

homines Dei sublimitas ab amicitia diuinitatis arcebat, paruuli teneritudo, & infirmitas pueritiæ (quæ omnibus amabilis est) trepidantia corda & pusilla pelliceret ad amandum. Vt iam non excuset homo diuinam inæqualitatem, vt non appetat Dei consortium: siquidem iam verbum caro factum est, & secundum rationem naturæ humanæ hominibus æqualis. Quare si pigeat vnquam Deum amare, iam non nos pigeat modo Deum redamare, qui eo primus fuit amator hominis vt homo Dei esset redamator. Neque solum Christus hæc, quam diximus pusillanimitatem ab humano corde discutit, verum etiā tenebras nostras sui aduentus splendore illustrauit, & amorem proprium quo homo sibi tenacissimè hæret, in diuinum amorem longè tenaciorem conuertit, adeo, vt se, & quæ quæ sua charissima pignora Christi gratia deferat. Cuius quoque amore à terrenis voluptatibus se abstinere: vt cœlestes capiat. En tibi vt hostes humanæ naturæ, quos diximus, Christus superat, vt ad æterna sectanda homo animetur. Hostes quidem graues sunt, sed potentior Christus qui nouit quale est figmentum nostrum, & recordatus est quoniam puluis sumus. Adijcit igitur Christus pulueribus istis vires, ne in terrena delabantur (quæ pulueris est natura) sed potius beata illis violentia illata, in superna vel pugnantibus astris feratur. Nihil ergo nostra interfit, nihil nos terreat, quod maxima hominum pars perit. Illi enim pereunt vt ægrotus pestifero correptus morbo, medicamenta respuēs, & medicum: quare illi necesse est periclitari de vita. Ita quoque, qui Christum fugiunt qui sacramenta ecclesiæ non amant, vt infidiles, & hæretici, confectarium est vt in peccatis suis moriantur. Pauci verò, qui salutis æternæ futuri sunt compotes, mortales, vt cæteri, sunt infirmi vt cæteri, liberrarbitrij, vt cæteri, corpore grauati, terrena in habitatione pressi, & denique ad vniuersa mala procliuēs, vt cæteri mortaliū sunt. At verò Christo hærentes, fidem ca-

Christus superat etiam tenacissimos carnis affectus.

tholicam seruantes, poenitentiam agētes, cœlesti illa voce Christi Ioan. 16. roborātur, confidite ego vici mūdum, & vos vincetis: omniaque possunt superari mala in Christo confortante. vt Paul. ad Philip. 4. de semetipso loquebatur: Omnia possum in eo, qui me cōfortat. ¶ Esaiās porrò hoc c. 10. innumerabilem multitudinem Syriacæ nationis à Deo deuastatam tradidit pauculosque superstites remansisse, quos puer, inquit, scribeb. Id quod ad id, quod in præfenti versatur tropologia, aptissimam habet allegoriam, quæ aptè huic loco at-
textetur. Quia tradente Augusti. 15. de ciuitate Dei. capitulo. 27. rerum gestarum

historia non solum est, vt res gestas discamus, sed etiam vt allegoriam in gestis inquiramus. Quod nostrę curę & studij est, in tropologijs nostris omnibus, quas vt iam diximus in primo appendice cum allegorijs & anagogijs confundit Hieronymus. Iam ergo vt ex innumerabili multitudine copiarum Senacherib pauci seruati sunt, ita ex vniuersitate humanæ naturæ, quæ Senacherib, idest Satanæ funesta vexilla sequitur, pauci seruabuntur, qui vexilla Christi sectentur, & hos pauculos paruulus Christus scribeb. Nam ipse est liber vitæ, in quo electi scribuntur ad vitam æternam.

Regula Augustini obseruanda ad diuinas exponendas scriptu.

DILVCIDATIO IN Esaia Caput vndecimum.



*T*egredietur virga de radice Iesse. a) Caput hoc Hebræis consentientibus cum catholicis, de Christo ab Esaia intellectum est. Vnde

Ambrosius libr. 2. commenta. ad Lucam hæc verba in hūc

Psal. 27.

modum reddi, Et egredietur virga de radice Iesse egredietur vir

ga, quę beata est Maria, & flos ab hac virga ascendet idest Christus, cuius caro re-
floruit in die resurrectionis: ab hac virga ortum duxit. Hieronymus quoque Ambrosio congruit. Virgo tamen sacra profapiam ducit à Iesse, qui & Isai appellatur. Fuit enim binomius Dauid pater. Ab hoc ergo orta fuit virgo Maria, quia ab illo genus duxit, vt in tropologia de Christi natiuitate mōstratū est. Florē autem esse Chm aptissimè Esaia dixit. Est em̄ flos cāpi, & liliū cōualliū. Cā. c. 2. Flos etem̄ ex visceribus terrę erūpit, illa non violata, vt Chrs ex Mariæ visceribus beatissimis in mundū prodijt virginittis gloria integra remanere. Neq; ineptē dixerit, qui virgā

& florē vtraque hæc in Christū Dñm retulerit, qui & virga, & flos est. In flore fragrantia est, & decorus venustusq; aspectus: in virga autem minax est forma, quæ duo in Christo reperias. Ille fragrat, quia carnis & sanguinis sui sacrificium in cruce moriens, celestis, & flos dī radi-
brauit in odore eius ascēdet. rem suauitatis. vt Paul. Ephe-

sij scribens. capitul. 5. Christus (inquit) dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, oblationem, & hostiam Deo, in odorem suauitatis: decorus est, & venustus aspectu. Est enim speciosus forma præfilijs hominum, cuius pulchritudinem, venustatem & fragrantiam liber canticorum exposuit: Fasciculus myrrhæ dilectus meus: rursus pulcher es dilecte mi: & Canti. 5. Dilectus meus candidus & rubicundus. Christus etenim & innocentie puritate, & sanguinis sui fluore, & candidus, & rubicundus est. Fasciculus verò myrrhæ is ipse est, quia vt myrrha cum aromaticitate amaritudinem miscet, sic quoque Christi euangelium cum odo-

Acto. 13.
Matth. 1.
1. Par. 21.
1. Reg. 16.
Ruth. vult.

Christus virga & flos.

Psal. 44.

Canticor. 4.

re cœ-

re cœlestis doctrinæ, amaritudinem habet. Quia ea credenda iubet, & facienda, quæ sensibus humanis amarulenta sunt, ut in tropologia ad cap. 10. amarulentias has aut difficultates, quas homo habet ad diuina sequenda satis diximus. Hic odor est odor agri illius pleni, cuius Isaac Iacob filio suo benedicens Gene. 27. meminit in hæc verba, Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Sunt enim in Christo omnes thesauri sciētiæ, & sapientiæ Dei absconditi: & in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter ad Colossen. 2. ut rectè dixeris vniuersa Christi opera fragrantiam infinitam habere, quia ex nimia plenitudine gratiæ, & Spiritus sancti, exhalant. Non enim Christo datus est Spiritus ad mensuram. Didicisti iam ut floris appellatio Christo est congruentissima. Itidem & per virgam Christum congruè intelligimus, cuius forma minax erit in die iudicii, ijs duntaxat, quibus vox illa tonabit, *Ite maledicti in ignem æternum.* Matth. 25. Est enim virga illa de qua in Numeris. 23. quæ percussura prædicebatur principes Moab. Orietur (inquit Balaam) stella ex Iacob, & consurget virga ex Israel. Cuius rei si plura nosse cupis versanda tibi est tropologia nostra de natali Domini ad cap. 9. Christus igitur est virga, quæ ortum ducit secundum carnem à radice Iesse idest à Daudica familia. Est item flos, qui ab eadem familia ascendit: & verè dixit ascendit. Nam solus Christus est, qui verè ascendit, qui est solus sanctus, & impollutus, & segregatus à peccatoribus. Vnde ipse dixit, Nemo ascendit in cœlum nisi filius hominis, qui est in cœlo. Nam qui ascendunt in cœlum eò ascendunt, quò inserti sunt in corpore Christi mystico per fidem, & charitatem. Solum ergo Christus, qui caput est, cum membris sibi adhærentibus glutino charitatis cœlum ascendit. Dictio Hebraica hoc loco scribitur, *neser*, à verbo Hebræo *nos*, quod significat floruit,

aut germinauit, vnde significat *neser* florem vel germen, itidem & *nisa*. At idem sensus est siue transferas florem, ut nostra translatio, & Septuaginta siue transferas germen ut infra in cap. 60. loco germinis litera Hebraica habet, *neser*, ut hîc. Quidam ecclesiastici tractatores tradente Hieronymo ex hoc loco colligendum putauerunt verbum Matthæi, & Nazareus vocabitur: quibus Hieronymus non subscribit, & prudenter. Etenim Nazareus aut Nazir idiomate Hebraico à radice venit *Nazar*, quod verbum significat abstrahit, seu separauit se scilicet à profanis vsibus, & comercijs secularibus. Inde Nazareus hominem sanctificatum significat, aut profitentem ex voto sanctimoniam tradentibus Hebræis. Sic vocabantur tempore legis, *Leuiti. 2.* Quapropter diuersæ sunt radices, vnde pullulant *Nazir*, & *Neser* idest *Nazaræus*, & *flos*. Et ipsa nomina perse diuersa sunt. Quippe *neser* persade literam, quæ inter. z. & s. stridulum sonat, *Nazir* vero per *zain* litteram scribunt & efferunt Hebræi. Non ergo ex dictione hac, *neser*, quā hoc cap. scripsit Esaias commodè collegerunt Matthæi verbum, *Nazaræus* vocabitur: quod solum significat Christum sanctum sanctorum prædictum esse futurum à Prophetis omnibus. Id quod insinuat Matthæi. capitul. 2. Ut adimpleretur (ait) quod dictum est per Prophetas: quoniam *Nazaræus* vocabitur. Etenim si in Propheta aliquo singulari vaticinium istud de Christo extaret, quoniam *Nazaræus* vocabitur, dixisset vtrique Matthæus ut adimpleretur quod dictum est per Prophetam, à quo sermone abstinuit dicens, per Prophetas. De hac re multa, quæ à multis iactantur missa facio: & in priora redeamus. Et opportuna satis resultat quæstio, cur inquit ex radice, aut ex trunco (quod idem est) orituram virgam, & ascensurum germen siue florem, & non dixit ex arbore? Et enim radix & truncus remotiora sunt, quàm arbor ipsa à germine, & flore. Ra-

Nazir
Nazar inde
Nazaræus
idest separatus.

Exponitur
Matthæi locus.

dix enim veluti fulcrum trunci est, truncus arboris, arbor denique ramorum, & florum, & fructuum. Quid ergo est quod ortum virgæ & floris in radicem retulit, nisi quod radix vilis est sine arboris culmine, truncus ignobilis absq; ramorum vmbra? Nanque & truncus, & radix, sine causa occupant terrâ, quando ad florum & ramorum ornatum & pulchritudinem non se tollunt: quia tunc sterilitate vilesunt. Significanter ergo Esaias ortum virgæ & ascensum floris in truncum, aut radicem solum reduxit, quo ortum Christi ex virgine subindicasset, quæ nullius cõmercio viri, sed Spiritus sancti opera fœcundata est. Ex hac igitur radice sacratissima, sterili sanè, quia virgo intacta, vili quoque secundum exteriorem seculi pompam, occulta quoque vt radix, quæ terræ est infixæ, quia virginis huius dignitas, & merita solus Deus est, qui nouit exactè. Nobis enim etiam multa de virgine prædicantibus tantæ virginis pretiũ & meritum neque explere neque absolue repossimus. Quia illius plura latent dona quàm patent. Verè ergo radix humilis, & occulta, cuius radicis humilitatem respiciens Deus virgã virtutis suæ, idest verbum suum, quod est verbum virtutis suæ, per quod pater omnia portat, vt Paulus Hebræis scripsit portansque omnia verbo virtutis suæ, inserendam in radicem hæc misit omnipotēs ipse de arce summa cœlorum, idest in vterum virginis intemeratum, quàm vestiuit fronde carnis nostræ. Quia in virgine hac Deus factus est homo. Obserua quanta sit radix hæc, vnde tam gloriosa virga exoritur: vnde tam pulcherrimus flos ascendit. Si radicẽ vilem putas, & perse sterilem & fœdam, exortam virgam contemplare, ascendentem florem intueri, & tunc demum vi-

debis quàm latè pateat radicis huius maiestas, atque sublimitas. Virga etenim ex radice hac progerminans virga diuinæ virtutis est. Flos ascendens sua fragrantia & cœlos & terram perfudit. Et virga hæc, & flos hic, non filij & fortitudinis, spūs sciētiae & pietatis. Et replebit eũ spiritus timoris domini: dice vel trunco sibi contrahunt. At verò virga hæc, flos hic non à radice vitam & decorem sibi contraxit, imo diuerso quid quid vitæ, & decoris habet radix, à virga, & flore sibi conciliat & parat. Sanctificata enim fuit radix, quia virgam sanctificantem erat progenitura. Virgo nanque Maria quia conceptura & paritura erat, verbum Dei, ideo præuenta est in benedictionibus Spiritus sancti, qui illam à conceptu suo impleuit, angelo testante, Auè gratia plena Dominus tecum. Est igitur radix hæc sancta à sanctificante virga, à sanctificante flore Christo. Hinc obserua quàm delirent Manichæi hæretici, qui fictam carnem accepisse tradiderunt ex virgine Christum: vnde consequium erat virginem sacram fictam esse Christi matrem. Non aduertebant isti Esaiam loquentem, egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. De radice (inquit) quia de substantia radicis, ex ipsa medulla trunci virga egreditur, germen pullulat, flos proficiscitur. Et Christus Dominus ex substantia impollutæ virginis Mariæ carnis substantiam accepit. ¶ *Et requiescet super eum spiritus Domini.* ^a) Christi regiam profapiã per Prophetam pronuntiatam tenuimus, à Iesse Dauidis regis patre. Eiusdemque Christi vera natalia secundum carnem ex virgine similiter accepimus sub metaphora egressionis virgæ ex radice. Iam verò quanta sit huius virgæ, aut floris præstantia,

Maria ex fructu sanctificatur & flore non flore aut fructus ex Maria, hoc est Maria ex Christo sanctificatur non contra.

Commentū Manichæorū ex Esaiā refellitur.

tia, quanta celsitudo, verbis istis demonstrare Esaias instituit, & requiescet (ait) super eum spiritus Domini. Verè enim in Christo requieuit spiritus Domini, vt Ioã. capitul. 1. Super quem (inquit) videris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto. In nobis enim Spiritus sanctus nõ est manens, & quiescens. Nam primus parès qui totam posteritatem humanam sua in fecit labe, à se & posteris suis Spiritum sanctum depulit. Omnes enim nascimur filij iræ, quem spiritum si diuina gratia vnquã hominibus restituit, & sæpè restituit, illum à nobis nostris malis meritis plerumque reiciimus. Quem ne ab hospitio mētis nostrę depellamus. Pau. hortatur Ephe sijs scribens. 4. capitul. Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in die (aliàs diem) redemptionis. In Christo verò requieuit spiritus Domini. In illo enim a suo conceptu in æternum vsque manet. Neque spiritus simplex vt in nobis, aut duplex vt in Helisæo sed tota plenitudo Spiritus sancti, animæ Christi infusa est. In quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter ad Colo. 3. & vidi mus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, plenum gratiæ & veritatis. Ioã. 1. Propterea quæ septuplex enarratur spiritus hic ab Esaia, vt vniuersitatem, & plenitudinem omnium charismatum Spiritus sancti in Christo requiescere insinuet. Nam numerus Septenarius in scripturis, complementum, & perfectionem significat. Nam septimo die requieuit Dominus ab omni opere, quod patrarat. Horum autem spirituum denarratorum ab Esaia qui dam pertinent ad plenitudinem gratiæ, alij verò ad plenitudinem veritatis. Nam spiritus sapientiæ, spiritus scientiæ, spiritus intellectus, & spiritus cõsiliij, veritatis sunt spiritus: spiritus verò fortitudinis, spiritus pietatis, & spiritus timoris, gratiæ sunt spiritus, siue præuenientis, siue subsequen-
tis, aut concomitantis gratiæ sunt. Qui omnes Septem dona Spiritus sancti fig-

nant. Quæ vniuersa dona vberri-
mè animæ Iesu Christi esse impartita scripturas legenti palam est. Etenim de spiritu sapientiæ & scientiæ. Paul. 2. ad Corinthios. 4. testatus est dicens, in ipso sunt thesauri sapientiæ & scientiæ Dei. Et in medio doctorum adhuc puer sedens testimonium suæ sapientiæ tulit. Mirabantur enim super responsis eius. Spiritum consilij supra indicauit Esaias, Christum consiliarium vocandum dicens. Spiritus præter hæc fortitudinis requieuit in Christo, in cuius manibus abscondita est fortitudo eius. Et Satanam, qui erat fortis armatus, custodiens atrium suum fortior Christus superueniens, inuitum ab atrio suo deturbauit. Et demum ascendens in cœlum, vt fortis leo spoliens principatus, & potestates, captiuam duxit captiuitatem. Pietas requieuit in Christo (quæ cum sit Dei cultus quam Græci theosebiam nuncupant) nullus tamen hominum ita coluit diuinitatem vt homo Christus Iesus: qui suorum magnificorum operum gloriam in patre nunquam non referebat, Pater (inquit) in me manens ipse facit opera. Timoris quæ spiritus requieuit in Christo. Non vti quæ timor, quem seruilem vocant, quia etiam si formam seruilem acceperit, hic tamen timor longe a Christo est. Timor nã quæ hic peccatoribus proficius est, nam pressi terrore peccata declinant. Quare & inter dona Dei legitimè recensetur: & iustè inter Lutheranas hæreses hæc quæ annumeratur, quæ docet timorem seruilem esse fidelibus noxium. De qua re alibi. Sufficiat enim in præsentia concilium Tridentinum ita decreuisse, vt nos diximus. Sessione sexta. Canone. 8. interim lege Rosensem. art. 7. contra Lutherum. Filialis autem timor, qui ex charitate procedit, non eo modo in Christo fatendus est, vt in nobis, in quibus timor hic tunc adest cū peccata vitamus: & nõ quæ supplicij postremi pauore concutimur, sed magis ex horrescentes diuinam offensam. Christus verò non habebat cur de peccatis caueret

Septem dona Spiritus sancti vberri-
me in Christo.

Esa. 9.

Lucæ. 11.

Ad Colo. 2.
Ad Eph. 4.

Ioan. 14.

Lutherus reij-
citur.

Ad Eph. 2.

Spiritus sanctus requie-
scit in Christo.

4. Reg. 2.

Septenarius
perfectionem
indicat.
Gene. 2.

Dilucida. & decla. in Esai. Prophetam. 11

quia alioqui impeccabilis erat. Quare in Christo quatenus homo timorem hunc confiteamur fuisse reuerentiæ & obseruatiæ. Siquidem nulla creaturarum tam est reuerentissima diuinitatis, quam est anima Iesu Christi, vt Paul. scribens non secundum visionem oculorum iudicabit^a, est pro sua reuerentia. Hic est timor, quem Dauid carmine extulit, Timor Domini sanctus manet in æternum. Quandoquidem & beati hoc timore potiuntur. Hic est timor filiorum Dei vt sapientia commemorat. Nunc ergo filij audite me timorem Domini docebo vos. Diuū Gregoriū lege lib. 1. moralium docentem hæc dona inuicem esse connexa, & complexa, vt vnum citra alterius opem inuile sit. Sunt qui hæc dona distribuunt subiungenda forma, quædam horum dona magistrorum, & doctorum ecclesiæ sunt dona, vt scientia, & sapientia intellectus autem discipulorum est, tradente Paul. Intelligite quæ dico, dabit enim vobis Dominus intellectum. In quem modum & diuina sapiētia intelligite (ait) paruuli astutiam & nolite abijcere eam. Et Dominus Iesus absoluta enarratione parabolica subdit intellexistis hæc omnia, dicunt ei etiam. Spiritus autem consilij consiliariorum est: qui de agendis consilia fert. Spiritus fortitudinis executioni operis incumbit. Animum nanque inijcit, vt consilia sancta semel concepta quanlibet difficilia sint, operi mandentur. Timor vero omnibus necessarius: pietatis autem donum, non solum diuinis honoribus consult, quin etiam & hominum, quos non solum reueretur propter Deum sed opem illis administrat. Porro aduertendum est in diuinis scripturis aliquando legi spiritum Domini requieuisse in aliquo singulari homine, vt spiritus Elię denarrante libro. 4. Regu. 2. cap. requieuit super Eliseum. At vero vniuersitas donorum sancti spiritus, in nullo legimus homine requieuisse ex-

cepto Christo, quem quoque allegoricôs septem mulieres apprehenderunt, quæ sunt septem dona Spiritus sancti. Lege dilucida. nostram ad. cap. 4. Nullus tamē ita rudis sit, vt laborantem, & lassum Spiritum sanctum in Christo intelligat à labore requieuisse. Sed tropus est scripturæ, Deo quietem, & laborem tribuere, vt Esaiæ. 1. Laboraui sustinens, & Hier. 6. & sæpe alibi. Deus enim instar laborantis, quæ tædet laboris sui se habet, cum odit peccata hominum, dissimulans illa propter poenitentiam, & instar quiescentis, qui à labore leuatus gaudet, se habet Deus, quando donatis peccatis per gratiā suam inhabitat hominē. In Chro igitur, prorsus requiescit Spiritus sanctus. Nostrates scolastici theologi infudāt satis in excutiendo numero Septē horū donorū illa in vitā actiuā & cōtēplatiuā reducentes. Verū hæc præsens institutū ad se nō vocat: idcirco illa valere iubeo. Porro hac metaphora etiā vsus est, Esaias infra. ca. 14. de radice (inquit) colubri egredietur regulus, & semē eius absorbēs volucrē, quo significatur de genere Regis Dauid egressurū fore Ezechia, q̄ diuexaturus erat Philistæos, vt suo loco aperietur iuuāte Dño. Et. c. 53. Christū Esaias virgultū vocat, & radicē, in hæc verba, Et ascendit sicut virgultū corā eo, & sicut radix de terra sitiētī. ¶ Non secūdu visionē oculorū iudicabit.^a) Christi genus descriperat regiū, virtutū copiā, diuinorūq; donorū sine mēsurā confluxū in Christo esse indicauerat Prophetā: iā verò verbis istis potestati iudiciariā diuinā esse in Chro ostēdit. Et homines testimonio oculato, aut aurito, in iudicijs ferēdis vtūtur: Chrus vero non eget humanis testibus, qui iudicaturus est etiā cogitationes nras, quas eterno intuitu videt. Iesus autem (inquit) euangelista videns illorū cogitationes dixit hypochritæ quid me tentatis? Iudiciū igitur Christi infallibile: quippe non à sensibus vel ab humana

Plenitudo spiritus sancti vnicē in Christo est.

Psal. 18.

Dona spiritus sancti vt distinguntur. Prouer. 8.

Matth. 13.

Christi potestas iudiciaria.

Mat. 13.

mana ratione, quæ sæpenumerò fallacia sunt, sed ex propria & infallibili sciētia dimanat. Apud hunc iudicē nihil opus est facto causas ventillare, & actiones scribere, cui omnia gesta & bona, & mala, etiam antequā fiant in prospectu sunt.

Quare & Iudex viuorum est, & mortuorū. Quā obrem plærunque quæ humana iudicia pro-

Sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro manfuetis terræ:

bant, hic Iudex reprobatur: & contrā quæ humana iudicia calcant & damnant, iudex hic in pretio habet, & absoluit. Vt olim Daniel donatus Spiritu sancto Susannam, quam Babylonij senes suo testimonio in mortem adigebant, à mortis supplicio liberauit. Daniel. capitulo. 13. & Ioann. 8. mulierem deprehensam in adulterio, quam lapidandam lex fanciue-

rat Leuitici. 20. repulso Phariseorum testimonio, à pœna legis, & culpa immunem fecit. ¶ Sed iudicabit in iustitia pauperes. a) Ex priori pendet. Iudex enim cuius sententia à testibus non pendet, sed ab infallibili, & oculatissima scientia ortum habet, infallibile habebit iudicium, & iustissimum. Vocatur autem pauperes, qui à potentioribus iniurias, & calumnias sustinent. Hos quoque vocat mansuetos terræ, qui ultionem de iniurijs acceptis, in diuinum iudicium remittunt. Christus ergo sanctos suos, & electos vlciscei, quos interim dum vivebant multis subiaccere oppressiōibus, dimisit. Veniens enim iudicaturus, oppressores multo grauabit supplicio, & increpabit, illos durissimis sine fine pœnis torquēdo. Hoc est quod ait, Arguet pro mansuetis terræ, id est in fauorem sui pusilli gregis, qui in Christo totam habet fixam fiduciam. Quos interim Dominus animæ quiores esse iubet Lucæ. 12. Nolite (inquit) timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum, in Psalmo. 71. Cuius

initium est, Deus iudicium tuum regi da. Hoc idem præsenferat David, Liberabit dicens pauperem à potente, & pauperem, cui non erat adiutor. Et quanquam Salomoni inscribatur Psalmus hic, at Psalmi verba non omnia Salomoni quadratè aptari possunt: quale est illud, Sit nomen eius benedictum in secula, & illud, Et permanebit cum Sole & ante Lunam in generatione, & generationem. Et Christus non solum in die nouissimo hoc iustum exercebit iudicium, duramque aduersus scelestos increpationem: verum etiam in carne mortali vitam degens, Phariseos increpantes Apostolos quod illotis manibus manducarent, Matthæi. 15. grauiter arguit & partes Apostolicas agens, inquit, Cur vos transgredimini mandata Dei propter traditiones vestras? Et Matthæi. 12. discipulis euellentibus sabbato spicas, vt in ediam leuarent, & Phariseis cauilosè obiurgantibus euulsionem spicarum, Dominus continuo mansuetorum, & pauperum suorum, causam agens, obiecit, Non legistis (ait) quid fecerit David quando esuriijt? Pauperes item in scriptura humiles, dicuntur, quos Matthæi. 5. Dominus pauperes spiritu appellat, qui humiles sunt, tradente Augustino libro de sermone Domini in monte. Et hæc est Deo gratissima paupertas: quippè est paupertas interna, quæ omnem elationem, & tumorem, quæ Deo in gratissima sunt ab humana mente repellit. Cæteræ quoque paupertates sæpè in potestate nostra non sunt, sed fortunæ flatibus subditæ. Nobis enim inconsultis, & inuitis, plærunque opprimimur, & facultates nostras alij rapiunt. At verò paupertas hæc Euangelica spontanea est, idcirco præstantissima est, cuius & infra hic vates meminit: Ad quem (inquit) respiciam nisi ad pauperculum. Esaia. 66. Horum pauperum amantissimus est Dominus, qui superbis resistit, & humilibus gratiam dat. Huius supremi & incorruptis-

Psalm. 71.
Christo conuenit.

Lege infra
declama. in
festi omnium
sanctorum.

Christus Iu-
dex infallibi-
lis.

simi iudicis, qui vices in terris gerunt, Ecclesiæ inquam proceres, atque primates, reges seculi, & optimates, altamente debuissent reponere Esaiæ verbū hoc, iudicabit in iustitia pauperes, & arguet pro man-
fuetis terræ. Cu & percutiet terrā
ra em præcipua virga oris sui, ^a &
de causa paupe-
rum gerenda est, quippe ab illa ferè sem-
per cadunt, quia soli sunt, & vnus, dixit sa-
piens, Ecclesiast. capitul. 4. si ceciderit nō
habebit subleuantem se. ¶ *Et percutiet ter-
ram virga oris sui.* ²) Septuaginta legunt
percutiet terram verbo oris sui. Et satis
concinit lectio cum sequentibus verbis
Esaiæ, & spiritu labiorum suorum interfici-
et impium. Præclara multa expresserat
hactenus Esaias, quæ Christi personam
summopere comendabant. Nunc vero
prædicationis Euangelicæ quanta sit vir-
tus & efficacia verbis præmissis demon-
strat: Et percutiet terram. &c. Nihil enim
aptius per terram subaudire licebit, quàm
terrenos homines, quorum origo terra
est, quorum amor terra est, quorum deni-
que finis terra est. Hos Ecclesiasticus li-
ber reprehendens inquit, Quid superbis
terra & cinis? 10. capit. Hos rursus Chri-
stus percussit vocali virga, idest verbo E-
uangelico. Nunquid non percussit Mat-
thæum quem ex publicano fecit Euange-
listam? nonne percussit Magdalenā, à qua
septem dæmonia eiecit? nonne Paulum
quem ex Ecclesiæ Catholicæ deualtato-
re, principem eiusdem Ecclesiæ reddidit?
Et demum omnes, quos elegit Aposto-
los, aut Euangelistas, aut Martyres, cæte-
rosque sanctos, omnes ex terrenis fecit
cœlestes, ex impijs pios. Istud est interfi-
cere impios: istud rursus est percutere
terram. Petrus in extasi linteum cunctis
animantibus terræ plenum, quatuor ini-
tijs de cœlo submitti vidit, & vocem cœ-
lestem dicentem sibi, Petre occide & mā-
duca, audiuit. Act. 10. Quæ extatica vi-
sio typus erat huius quod in præsentia ver-

samus, Christi verbum interfecisse impie-
tatem, terrenūq; quod gerit homo per-
cussisse. Est enim sermo Dei tanquam gla-
dius acutus pertingens vsque ad animi &
corporis diuisionem, compagum quoq;

spūlabiorū suo- rum. Ad Hebr.
rū interficiet im- 4. Occidit igitur corpus, vt

anima viuat: carnem occidit vt spiritus vi-
uificetur. Sub hæc quoque & spiritu labio-
rum suorum interfecit impium. Nam
Ioan. 20. Insufflauit, & dixit, accipite Spi-
ritum sanctum: quorum remiseritis pec-
cata remittentur eis, &c. Hic est spiritus la-
biorū Christi, qui remittēs peccata, & hu-
mana detergens piacula interficit impiū,
& illum transfert in nouum hominē, qui
secūdum Deum creatus est. Se interfectū
fatebatur ille qui aiebat, Viuo ego iam nō
ego sed viuūt in me Christus. Non viue-
bat Paulus in Paulo, at viuebat Chri-
stus in Paulo. In impijs enim quid viuūt?
sanē impietas. Hac submota per spiritum
Iesu Christi, iam non illa, sed Chri-
stus in homine viuūt: tuncque perit im-
pius & pius subrogatur. Hunc spiritum
labiorum suorum Apostolis insufflan-
do concessit Christus: & quotidie in Ec-
clesia Dei spiritus labiorum Christi im-
pios interficit. Vide labiorum Iesu Chri-
sti spiritum, Ego te absoluo in nomi-
ne patris, & filij, & Spiritus sancti. Hic
est interficiens impietatem omnem: quia
omnia peccata donat (quantum sui mu-
neris est) nisi rebellis obfistat suscep-
tus. Hæc nanque interfectio, hæc ter-
renæ cupiditatis percussio, spontanea
est, & non coacta. Non interficit ob-
fistentem, non percutit repugnantem
sed illum duntaxat, qui hoc in summis
votis habet, & incomparabiles ducit es-
se diuitias, se hoc verbo percuti, se hoc
Spiritu labiorum Iesu Christi interfici:
vt eius spiritus saluus sit in die Domi-
ni. Diuus Hieronymus hæc ad Antichri-
stum retulit, Esaiæ verba, quem Dominus
Iesus

Prædicatio-
tionis Euan-
gelicæ exi-
mia est cel-
situs,

Ad Eph. 4.

Ad Gala. 2.

Sacramēto-
rum verba,
sunt spiritus
labiorum
Christi.

1. ad Cor. 1.

Iesus interficiet in postremo aduentu spiritu oris sui, vt Paulus Autor est. 2. Ad Theſſalonicenſi. capitulo. 2. Et tunc (ait) reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Iesus interficiet Spiritu oris ſui. Quippe

per Angelū Michaelem, Antichriſtus interficiendus eſt.

Quē ſpiritu oris chriſti vocat ſcriptu. Quia vt verbo Dñi coeli firmati ſunt, ita angeli Dei verbo conditi: vel quia ad nutum Chriſto omnes

Angeli ſeruiunt. Interim aduerte Paulum locum Eſaiæ referentē non dixiſſe ſpiritu

Duo literales ſenſus in verbis Eſai.

laborū ſuorum, ſed ſpiritu oris ſui. Eſt em̄ familiaris hic mos Euāgelisſtis & Apoſtoliſ, retento ſenſu verba mutare, vt Stephanus Acto. 13. Indicans locum Pſalmi. 88. Inueni David ſeruū meū adiecit filiū Ieſſe, id quod ſæpē alibi à nobis ex Hieroſententia mōſtratū eſt. Qui volēt ambos hos in literales ſenſus verborum Eſai. retinere poterit. ¶ Et erit iuſtitia.^a) Qualitatē

Ad Heb. 11

tanti iudicis Chriſti rursus inculcat, quem non diſcinctum proponit, ſed ſacerrimis cinxit cingulis, iuſtitia ſcilicet, & fide. Fides autē non ea eſt, quam Paulus ad Hebræ. 11. ſcripſit: ſubſtantiam eſſe rerū ſperandarum: hæc nanq; Chriſto neceſſaria non erat, qui ſimulatq; cōceptus eſt aperitiſſima dei viſiōe fruebat̄. At verō fides in

Qualiter fides eſt in Chriſto.

alias quoq; ſe dilatat ſignificationes: inter quas fidelitatem numeramus. Hanc Chriſtus habuit, qui fidelisſimus eſt & ſe ipſum negare non poteſt ſtudioſe ſi illum quæramus. Fidelisſimus & Deo patri, quippe cum eſſet in forma Dei, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo. Et ſicut olim dux ille Hebrææ nationis fidelisſimus fuit in domo illa vetuſta Dei, quæ erat populorum Synagoga. Numer.

12. Ita Chriſtus in Eccleſia Dei quāquam amplioris gloriæ dignior eſt Chriſtus præ Moſe. Ad Hebræos. 3. Hæc cinctoria parent ſibi qui volunt ſupremo iudici huic placere, iudices iuſtitiam colant, iuſ-

Cinctoria Chriſto gratia.

leo, & ovis ſimul morabuntur, & puer paruul⁹ minabit eos. Vitulus & vrfus paſcentur: ſimul requieſcent catuli eorū, & leo quaſi bos comedet

ra ſeruent, & æquā lācem & pauperibus & diuitibus librēt, & fidelitatē obſeruent, nō torquentes iuſtarū legum legitimū ſenſum: imō ſideliter iura interpretātes, vni cuiq; ius ſuum tribuant. ¶ Ha-

bitabit lupus cum agno.^b) Quam dilatam

Chriſti ſit Imperium oſtendit, quod non ſolum hominibus imperitat, quin etiam & feris beſtijs iugum imponit. Solenne eſt in ſcriptura homines pro qualitate morum appellare non proprijs ſed tranſlatitijs nominibus, vt Leones, ſurientes homines, aut ferocientes, lupos, rapaces, vrfos deuſtatores, vt contra cicures, & mites agnos, aut oues. Euangelica igitur prædicatio ex Chriſti ſpiritu, barbaras, & incultas nationes, quæ ſæua immanitate etiam fera animalia ſuperabant, ita perdomuit vt Chriſto ſpontaneè & alacriter ſubdiderint colla ſua & in corporibus pluſquā lupinis & leoninis corda agnorum gerebant. Rurſum habitauit lupus cum agno quippe in Eccleſia Ieſu Chriſti, peccatores ſunt & iuſti. Eſt enim ſimilis ſa-

Chriſti dilatū eſt imperium.

genæ miſſæ in mari ex omni genere piſcium congreganti. Et eſt ſimilis lintheo illo petro in extaſi oſtenſo, quod ex omni genere animalia comprehendebat. Iuſtos quidem Eccleſia tenet, vt lapides viuos, ex quibus ipſa conſtruitur, & ædificatur ad conſummationem ſanctorum, peccatores vero tenet, quia fortē aliquando donabit illis Deus poenitentiam,

Matthæ. 13. Acto. 1. 10.

Dilucida. & decla. in Esai. Prophetam. 11

2. ad Ti. 2. tentiam, vt resipiscant à diaboli laqueis, à quibus captiui tenentur. Quos verò contumaces nouit Christus, moriturosq; in peccatis, hos in multa patientia, vt vasa iræ sustinet. Quis tibi denarrare poterit ferocissimos, quos tulit antiquitas, homines, quos tamen Christi ad pedes suos deiecit, & plusquam

Agnor. 9. agnos cures fecit? In pröptu est tibi Paulus qui spirabat minas, & cædes, & voce Christi domitus humi deiectus fuit, leoneq; feroci deposito agnus mitissimus emerfit, & verba, non leonis sed agni promittit hæc, Domine quid vis vt faciam. In promptu quoq; est Augu. vt ex multa ferocium hominum Sylua hos duos nunc solum proferat. Quanta enim Augustini fuerit plusquam lupina in oues Christi truculentia, legenti gesta eiusdem palam erit, quem ita cicurauit Christus, vt ouibus suis illustrissimū doctorem, & beatissimū pastorem tradiderit. Et qui tanquam ferus lupo fero Manichæorum delectabatur fastuoso commento, sacrasq; literas, vt pigmentis oratorijs orbatas, negligebat, deposita feritate & cibum mutat & mores, & in pascua diuini verbi totus rapitur, & accenditur: quo adeo vegetatus est, vt Ecclesiam Iesu Christi vberrimis suorum librorum doctrinis, vegetā reddiderit. De istis ergo duobus & cæteris, quos denarrare superfluum est, apte dixeris, quæ erant ceu Leones, at Christi fide subacti ita fuerunt, vt tanquam boues paleas comederent. Misiss enim feris moribus in Euāgelicā simplicitate sese trāstulerunt, quā nomine palarū scriptura vocat. Quippe palarū victus simplicissimus est, quales sunt Euāgelici mores, vt supra docuimus. ¶ Et delectabitur infans

Ab vberibus. a) Diuersa metaphora idē inculge Aristoteli, quod prius proposuerat animalia ferocia, pponit modo venenatissima, vt Aspidē, & regulū, qui & Basiliscus est. Signi

Lex Euāgelica feros homines cures sibi facit.

De Aspidē

De Aspidē ab vberibus. a) Diuersa metaphora idē inculge Aristoteli, quod prius proposuerat animalia ferocia, pponit modo venenatissima, vt Aspidē, & regulū, qui & Basiliscus est. Signi

ficatq; Christi Euāgelium venenū peccatorū purgare, subindeq; venenatissimos homines Euangelico pharmaco epoto venenum totū peccatorū euomuisse, & ad innocentiam puerilē restitutos adeo fuisse,

& in cauerna reguli, qui ab lactatus fuerit, matrem suā mittet. b

q; fides atq; spiritus homines, quanlibet culpatisimos mundat, & purificat poenitentiam donans, quanlibet superbos humiliat, quanlibet feros mansuefacit, quanlibet durissimos molefacit: vt pueros illos dixeris: non quidem sensu, sed malitia, quorum amantissimus est Dominus, vt in tropologia de natalibus Domini late diximus. Infans hic Apostolos, & successores prædicatores significat, qui ex fructu diuinæ prædicationis delectabatur, super foramine Aspidis: & in cauerna reguli. Delectabantur sanē, quia quos venenosos aduertebant fide non suscepta, eadē suscepta, venenoq; eiecto, & moribus Euangelicis formatos esse iam gaudebant. ¶ Qui ab lactatus est, subdit, manum mittet. b) Id est tanta erit mansuetudo hominū (alioqui crudeliū) tantaq; innocentia hominū alioqui virulentorū, post receptā fidē Iesu Christi vt in fantulo recens ab vberibus auulso, cū illis cōmorari liceat. Meminit infantuli: quippe infantulo neq; ingeniū suppetit: neq; vires, quibus ab impetentibus iniurijs sese tueri possit. Qd si infantibus cū istis est cōmoratio, & quibusuis alijs cū venenosis istis hominibus tutissima erit. Pulchrè cōcinit cū Esaiā qd Davidis regiocar mine celebrat, Super Aspidē & Basiliscū ambulabis & cōculcabis Leonē & Dragonē: & Luc. 10. Hæc Dñs sua etiā illustrauit interpretatiōe. Ecce, inquit, dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & Scorpiones & super omnē virtutē inimici: & nihil vobis nocebit. Et iamā Dñs cœlorū

vertices

vertices

vertices

vertices

ut pueri lactantes nihil formidabunt illorum consuetudinem sed cū illis ludere pacificè poterūt. Christi namq;

q; fides atq; spiritus homines, quanlibet culpatisimos mundat, & purificat poenitentiam donans, quanlibet superbos humiliat, quanlibet feros mansuefacit, quanlibet durissimos molefacit: vt pueros illos dixeris: non quidem sensu, sed malitia, quorum amantissimus est Dominus, vt in tropologia de natalibus Domini late diximus. Infans hic Apostolos, & successores prædicatores significat, qui ex fructu diuinæ prædicationis delectabatur, super foramine Aspidis: & in cauerna reguli. Delectabantur sanē, quia quos venenosos aduertebant fide non suscepta, eadē suscepta, venenoq; eiecto, & moribus Euangelicis formatos esse iam gaudebant. ¶ Qui ab lactatus est, subdit, manum mittet. b) Id est tanta erit mansuetudo hominū (alioqui crudeliū) tantaq; innocentia hominū alioqui virulentorū, post receptā fidē Iesu Christi vt in fantulo recens ab vberibus auulso, cū illis cōmorari liceat. Meminit infantuli: quippe infantulo neq; ingeniū suppetit: neq; vires, quibus ab impetentibus iniurijs sese tueri possit. Qd si infantibus cū istis est cōmoratio, & quibusuis alijs cū venenosis istis hominibus tutissima erit. Pulchrè cōcinit cū Esaiā qd Davidis regiocar mine celebrat, Super Aspidē & Basiliscū ambulabis & cōculcabis Leonē & Dragonē: & Luc. 10. Hæc Dñs sua etiā illustrauit interpretatiōe. Ecce, inquit, dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & Scorpiones & super omnē virtutē inimici: & nihil vobis nocebit. Et iamā Dñs cœlorū

vertices

vertices

vertices

vertices

Psal. 93.

Euāgelium interpretatur Esaiam.

vertices petiturus, credentium signa futura esse docuit. In nomine (inquit) meo demonia eiicient: linguis loquentur nouis: serpentes tollent. &c. Marci ultimo. Quæ omnia quantum capere mihi licet non solum de serpentibus, aut scorpionibus, qui repunt super terram, verum etiam, de hominibus, qui sunt longe serpentibus omnibus & scorpionibus nocentiores intelligendum puto. Quos tamen Christi gratia ut prædiximus ita absterfit, & innoxios reddidit, ut in corpus Iesu Christi (qui agnus innocens est) digni habiti sunt, qui transferantur. Et denique quos calcabat Satanica potestas, calcans rursus Evangelium Iesu Christi omne virus depulit. Si animo tibi est in allegoria ludere, verba hæc Esaiæ in alium sunt detorquenda sensum, Delectabitur infans ablactatus ab ubere, & in cauerna reguli. Quippe serui Iesu Christi, qui sunt tanquam pueri ablactati ab ubere, siue delicijs huius seculi, delectabuntur super foramine Aspidis & in cauerna reguli. Aspis autem hæc, regulusque ille est, qui venena, id est scelera hominum ablaturus veniens formam peccatoris accepit, ut de peccato damnaret peccatum ad Rom. 6. Legimus enim in libro numerorum cap. 21. Mosem didici iussu in vasta eremo serpentem æneum erexisse, cuius aspectu Hebræi à serpentibus percussi sanitati restituerentur. Id quod tradente Augustino imo docente Domino Ioann. 3. typus est egregius Iesu Christi, qui in ligno leuatus crucis, clavisque ibidem affixus credentes à venenatis serpentis antiqui moribus, prorsus homines liberat. Is ergo, quo autore mors introiuit in mundum (qui diabolus est) impositurus homini primo serpentis formam accepit. Et erat serpens callidior cunctis animalibus terræ. Dominus quoque, qui tanto veneno antidotum præstaturus venerat, serpentis itidem formam induere instituit, ut serpens innoxius Iesus Christus, serpentis noxij vires absumeret, venena tolleretur, mortem euerteret, vitamque de-

munum donaret æternam. Istud sanè est, quod Apostolica tradebat doctrina, Christum de peccato damnaſſe peccatum, quasi diceret de veneno damnauit venenum. Venenum nullum virulentius est peccato, quod quidè & animam venenauit culpa, & corpus infecit mortis supplicio. Quapropter homo culpatus venenatus est, & peccati poenā instipediū sibi conuehit ex culpæ commercio. Christus ergo, qui peccatum non fecit: neque est inuentus dolus in ore eius: venena culpæ non hausit, neque poterat haurire. Verum, quam sibi conuexit poenam culpa, illam spontaneè subiuit, & peccata quæ nō detulit nos abluendo sustulit. Patiens igitur famem, sitim, iniurias, denique mortem, quæ peccati sunt recrementa, peccator videbatur is, qui purgaturus venerat peccata. Ad huius ergo saluberrimi serpentis, in quo iacent vniuersi veneni præsentanea medicamenta, tantum abest à veneno, confugiendum nobis est. In huiusmodi foraminibus quæ sunt clauorum fixuræ, laterisque Iesu Christi foramen, delectatur fideles quod est latex cœlestis, unde scaturit sanguis, & aqua, sanguis quo stolæ sanctorum lauantur, ut albeſcant, & aqua, qua irrigata Christi Ecclesia cœlestium fructuum fit feracissima. Hæc sunt foramina, quæ præsidio sunt paruulis Christi, quæ rursus illis sunt in tutelam firmissimam, aduersus hostiles Satanæ incursus. In illis demum sancti nidulantur, dulcesque, ut cœlestes aues, Christo personant eximiasque laudes. Secundum quem modum cauernam reguli accipies, qui idem est cum Basilisco, qui omnes ad genus serpentum reducuntur. Neque mireris si per aspidem, aut Basiliscum, aut serpentem, Christum Dominum intelligamus, quandoquidem id autoritate Ioann. fecimus. Quid quod moris est scripturæ per mala bona, & rursus per bona mala significare, ut Gregorius. 3. Moralium capitulo. 21. & Augustinus contra Faustum lib. 22. capitu. 87. docuerunt.

Locus Pauli exponitur.

Christus quare serpens intelligatur.

De plagis x. Ihu. x.

Basiliscus ipse est qui regulus.

Obseruanda
regula Au-
gu. & Gre-
gorij ad in-
telligendam
scrip.

¶ *Non nocebunt, & non occident.*^{a)} Mentio-
nem fecerat de animalibus noxijs, quæ di-
cit non nocitura sub Christo. ¶ *In illa die*
radix Iesse.^{b)} Christū radicē vocat Iesse,
quē vocarat prius virgā & florem ex radi-
ce. Neq; hoc pu-

gnat cum prio-
ri: vtrunq; nāq;
verū est. Chri-
stus etenim &
est filius, & pa-
ter, virginis: vt
filius est, ex ra-
dice est, vt pater
est, radix est,
non solum vir-
ginis, sed vniuer-

forum conditor. Vt ergo vtranq; Prophe-
ta in Christo diuinam, & humanam insi-
nuaret naturam, propterea & virgam ex
radice Iesse, & radicem Iesse Christū esse
Esaias scripsit. Locum hunc Paul. indicat
ad Roman. 15. Verū differentius, quam
Esaias habet: Erit ait radix Iesse, & qui e-
xurget regere gentes in eum gentes spe-
rabunt. Quæ lectio magis consentit cum
lectione Septuaginta quæ sic habet in die
illa radix Iesse & cōsurgit regere gentes.
At vt sapē admonuimus Apostolorū &
Euāgelistarū esse morē, retēto sensu pro-
phético, verba variare, radix ergo Iesse,
quæ Christus est stat in signū populorū.

Est em̄ signū illud cuius Lucas meminit.
c. 2. Ecce positus est hic in ruinā, & in re-
surrectionē multorū Israel, & in signum,
cui cōtradicitur. Quæ tria Christo dño
aptissimē cōgruunt. Etenim ruina fuit nō
credētibus, resurrectio credentibus, & si-
gnū vtriusq;. Et vt olim sub Noe inundāti
bus aquis & vniuersum inuoluētibus suis
vorticibus orbē, signū pacis & veturæ sa-
lutis Noe accepit, cōlestē Iridē qui cōpo-
sita fœdera Dei cū hominibus indicabat:
ita Christus à patre in signū cōpositę ami-
citæ Dei & hominū exhibitus est. Longe
enim grauior est peccatorū inundatio, &
colluuiū, quā aquarū diluuiū. Hoc enim in

uoluit corpora, illud verò æterno mētes.
Christus ergo peccatorū illuuiē siccauit
peccata suo sanguine abstergens, & cruci
affixus, in lignoq; vitæ appēsus, signū est
pacis nostræ, sanctificationis nostræ, liber-

In die illa radix
Iesse,^{b)} qui stat in
signum populo-
rum, ipsum Gen-
tes deprecabun-
tur, & erit sepul-
chrum eius glo-
riosum.^{c)}

volūtate viri, sed ex Deo nati sunt, sancta
cōstitetur Ecclesia. Ad hæc verbū Dei in
sua diuina natura cōsistēs inuisibile, & in-
comprehēbile signū nō erat: caro factū
est, vt signū esset populorū. Et Iudæi, qui
signa quærebāt à signo hoc, quod vniuer-
sa signa superat, cōlestia & terrestria, ocu-
los mētis superbē auerterunt. Est enim si-
gnum, quod capite. 7. Esaias pollicebatur,
quo loco multa designo hoc silubet lege.
Radix ergo Iesse stat in signū Christia-
næ Ecclesiæ, Angelorū, & dæmonum, &
demum totius vniuersi. Christum enim
Ecclesia adorat & colit, Angeli reueren-
tur, & prospicere desiderant, dæmones
contremiscunt, & nulla deniq; natio est,
quæ non miretur, & stupefcat. Quia in
omnem orbem huius signi fama, & præ-
dicatio diffusa est. Ab hoc signo septē san-
ctitatis emanant signa, quæ sunt septem
vitæ fontes, qualia sunt sacramenta septē.
Et quemadmodum Christus ipse non so-
lū est signū, vniuersorū bonorū, sed etiā
autor: in eundem propē modum, & sacra-
menta nō solū sunt salutis signa, quin etiā
instrumētariæ causæ. ¶ *Erit sepulchrum*
eius gloriosum.^{c)} Quidam referunt ad re-
gni Christi tranquillitatem, legunt enim,
eritq; requies ipsius gloriosa. Quia tandē
hostes Euangelij æterno peribūt, & Chri-

Christus in
ruinā, resur-
rectionē, &
signum esse
quo modo
fit accipien-
dam.

Christus re-
gium est
gnum & vni-
uersale.

A Christo
cōlesti si-
gno septem
Ecclesię in-
stituta sunt
sacra signa.

stus

stus cum Ecclesia sua perpetuo triumphabit. Et. 70. interp. ita ferme ediderunt erit, requies eius honor. At dictio Hebr. quæ à radice Noha descēdit quietem sign. quia Noha quieuit sig. in sepulchro autem corpora quiescunt.

Ideo commo-
dior lectio est
de Domini se-
pultura, quæ qui
de gloriosa futu-
ra prædici. Et
pauldubio glo-
riosissima fuit,
quæ corpus diui-
nitati copula-

tum, iacens tenebat, quæ rursus cor-
pus mortuum prorsus incorruptum, &
iniuiolatum ab omni putredine serua-

Lege decla-
rationē no-
stram de re-
surrectione
Domini.
Psal. 17.

bat. Erat enim sanctum illud Dei cor-
pus, cuius David meminerat, Non da-
bis sanctum tuum videre corruptionem.

Psal. 15. & Actorum. 2. Gloriosa præ-
ter hæc sepultura ista est, quæ mortuum
tenebat liberum, mortuum tenebat vitæ
principem, mortuū tenebat mortis euer-

1. Ad Cori.
15.

forem. Destruxit enim inimicam mor-
tem, quia à morte se excitans, victor sur-
git de funere, pede conculcans Tartara.
Videsne quam gloriosum Christi sepul-
chrum est? quod & nouitate fulgebat: cor-
pus enim Domini in sepulchro nouo cō-
ditum est, in quo nondum quisquam po-
situs erat. Aromata summi pretij spira-
bat, quibus dominicum corpus antequā
sepulturæ mandaretur delibutum est. Sub
medijs tenebris Angelorum splendore se-
pulchrum hoc illustratur, & irradiat: ne-
que solum splendore irradiat, quin & ipsa
personali Angelorum præsentia quæ ca-
put, & pedes sepulchri tenebat, & orna-
tur diuinitus atq; coelitus decoratur. ¶ *Et*

Maiestas &
gloria Chri-
sti sepul-
tæ.

Ioan. 19.
Ioan. 10.

erit in die illa adiciet Dominus. a) Diuus
Hieronymus sensum indicatum à qui-
busdam huius loci de conuertendis Iu-
dæis tandem esse tradidit, vt oraculum
Dauidis prædixerat: Conuertentur ad

vesperam & famem patientur vt canes.
Caterum contextus hunc sensum ger-
manum non esse docet. Dispersionem
Israelis congregandam Psalmus Dau-
idicus prædixit: dispersiones inquit Israe-
lis congregabit.

Psal. 58.
Psal. 143.

quæ ab Assyrijs
& ab Aegypto,
& à Phethros,
& ab Aethio-
pia, & ab AElā,
& à Sennaar, &
ab Emath, &

Et vt superiora
te docebunt, de
cem tribus Israe-
liticæ depopu-
latæ sunt ab As-
syrijs superstiti-
bus duabus Iu-
da & Benjamin,
quas veluti reli-
quias, ex vniuer-

fitate tribuum adseruatas esse Deus vo-
luit. Quæ tandem deuastatæ à Roma-
nis principibus post Christi aduentum,
& in coelos ascensum fuere, in omnes
que nationes dispersæ. Quas tamen ad
se reducere Christus per se & per Apo-
stolos suos, impendio curauit. Quare
& omnes tribus Israeliticas tuba Euan-
gelica sonante, ad fidem Euangelicam
recipiendam incitauit: & miraculis &
portentis innumeris sese verum Deum
esse testatus est. Hoc ergo est, quod in-

Actor. 2.

quit, Et erit in die illa (sub audi) beatissi-
ma, quando lux Euangelica coruscante
pristini temporis tenebris depulsis, ad-
iecit Dominus secundo manum suæ di-
uinæ operationis, ad possidendum, quod
reliquum erat & super fuit ex captiuita-
tibus, & deuastationibus, ab Assyrijs, &
ab Aegyptijs, & ab Aethiopibus, & de-
mum ab omnibus gentibus cum quibus
Hebræa natio iniuit suo ingenti malo cer-
tamina. Per Phethros, Arabiam petream
quidam intelligunt. Hebraica litera non
Phethros, sed patros habet. Est autem
patros Partia vnde & Parthi Aethio-
piani vero Chusi appellāt Hebræi. AE-
lam verò variè à Diuo Hieronymo de-
scribitur. Etenim in libro Hebraico-
rum nominum in extremis finibus Pa-
læstinæ iuxta meridianam solitudinem
ad mare

Petri Chu-
si AElam.

Dilucida. & decla. in Esai. Prophetam. . 11

ad mare Rubrum sitam esse regionē putat, cuius regionis Chordoloamor momēta duxit. At verò in libro de nominibus Hebraicis Elarnitas putat Perfidis fuisse principes, nomen & genus ab Elam filio Sem traxisse &

Parthorū & Elamitarum Lucas in gestis Apostolicis meminit cap. 2. Quid autem sit Sennaar, in qua sita erant Babylon, Arac, & Achaz & Chalane in Genesi habesca

pite. 10. Insula verò maris, Græciam significant & regiones occiduas, quæ nostræ sunt. In has ergo gentes omnes dispersæ sunt Hebraicæ nationes, at Christi gratia, volentes ad se traxit: illasq; in vnitatē Ecclesiæ Catholicæ, cui ipse præsidet, conduxit. ¶ *Et leuabit signum in nationes.* ^{a)} Exercituum Imperatores vexilla tanquam bellica signa in altum leuant, vt milites dispersos, & errantes, in exercitum reducāt, & ad conferendum cum hoste, feruētius animentur. Vexillum autem Christianæ militiæ, crux Christi est. Hanc Apostoli, & successores per Euangelicam prædicationem leuauerunt in nationes, & rectē leuauerunt. Quippe crux quæ mortis & maledictionis signum erat, vt in libro Deuterono. ca. 21. legimus maledictus à Deo est, qui pendet in ligno. Quanquam adnotante Hieronymo (à Deo) adiectum est. Synceramq; esse lectionem maledictus, qui pendet in ligno, ab infamatoribusque legis Christianæ adiectum esse, à Deo, vt vel inde maledictionis calumniam & notam in Christum struerent: lege librum secundum commentariorum ad Galatas capite. 3. Maledictionis igitur signum, postquam in illo semen illud, in quo benedicte erant omnes gētes, quod est Christus appensum est, redditum est signum vitæ,

& benedictionis. Hoc vexillum est, sub cuius vmbra sancti requiescunt: hoc est vexillum, quod potestates aduersarias prosternit, Angelicasq; nobis in adiutorium cōciliat: hoc leuatū est in nationes. Quia

auferetur zelus Ephraim, & hostes Iuda peribunt. Ephraim non emulabitur Iudam, & Iudas nō pugnabit contra Ephraim.

crux, quæ tanquam patibulū odio & cōtemptui habebatur, Christi sanguine perfusa, tanquam trophæū diuinum in caput verticibus Imperatores & Reges gestant: & ab omnibus

fidelibus veneratur & colitur. ¶ *Et congregabit profugos Israel.* ^{b)} Expressius dilucidat congregandos esse Iudæos à quatuor plagis, id est à quatuor præcipuis terræ partibus orientali, occidentali, australi, & septentrionali, ex quibus adunandi erant in fidem Iesu Christi. In Ioanne ca. 11. legimus Iesum moriturum esse pro gente, & non solum pro gente, sed vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vñ: quippe Christus ex Iudaica & gentium natione vnam compegit Ecclesiam. ¶ *Et auferetur zelus Ephraim.* ^{c)} Non semel prædiximus Ephraim decem tribus notare, in scriptura, vt Iuda duos. Inter quas tribus quæ conferta fuerint bella annalia regum indicant. Quia regum diuersitas, & multitudo, illas discordes, & inuicem pugnaces fecit, sub Christo igitur omnis diuersitas in vnitatem, omnis discordia in cōcordiam reducta est, vt Paulus luculenter Ephesijs scripsit. c. 2. Et in Ezechiele legimus vaticinium, quod huic, quod versamus appositè concinit. Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego assumam lignum Ioseph, quod est in manu Ephraim, & tribus Israel, quæ sunt ei adiunctæ, & dabo eas pariter cum ligno Iuda, & faciam eas in lignum vnum. Quia sub ligno crucis sub, quo ceu sub vexillo militia nostra agitur: omnes in Christo vnum

Vexillum Christianæ militiæ crux domini est.

Cap. 11.

Notandus Hieronymus.

Genesi. 17.

Capit. 37.

sto vnum sunt, Paulo istis attestante. Nō est Iudæus, neq; Græcus: non est seruus, neque liber: non est masculus, neque fœmina: omnes vos vnum estis in Christo Iesu ad Galatas. 3. ¶ *Et volabunt in humeros Philistiim.* a)

Septuaginta trāstulerunt & volabunt in nauibus, quæ lectio apertiore habet sensum. Etenim Apostoli in nauibus gentiū recepti in omnē orbem volauerunt. Quod verò translatio nostra habet non ad literam habendum est, ita vt quispiam putet, fideles inuolasse in humeros Palestinorum, qui dicuntur hīc Philistiim, sed summam pacem conciliatam Iudæis fidelibus, & gentibus esse per Christum significat.

Per Philistæos autem non solum, qui ad Palestinam prouinciam, verum etiam omnes gentes subaudias oportet, quæ Apostolis & discipulis Domini naues & victui necessaria subministrabant, vt extremas orbis partes declamandi diuini verbi gratia penetrarent. ¶ *Simul prædabuntur filios Orientis.* b) Fœlix præda, quæ à Satana potestate eripitur, & verò Dño Christo restituitur. Filios Orientis vocat consueta phrasi scripturæ orientaliissimas regiones, in quas veluti volantes peruagati sunt Apostoli, vt Thomas, qui penetrauit Indos, & Bragmanas. De præda hac lege tropologiam nostram ad caput. 9. ¶ *Idumæa & Moab.* c) id est, Moabitæ, & Idumæi, parebunt præceptis Apostolicis. Hoc est quod ait, Præceptum manus eorum, Aduertendū est, Moab & Ammon filios fuisse Loth. Gen. 19. Inde Moabitæ & Ammonitæ progeniem & nomen adepti sunt, vt Idumæi ab Edom, qui & Esau

Iacob frater fuit. ¶ *Et desolabit Dominus linguam maris Aegypti.* d) Hieronymus ad tropologiam retulit. Desolabit ait Dominus linguas Aegyptiacas, siue gentium omnium, & quæ aliās blasphemantes erāt

Et desolabit Dominus linguam maris^d Aegypti & leuabit manū suā^e sup flumen in fortitudine spiritus sui: & percutiet eum in septem riuis, ita vt transeant per eū

diuinam maiestatem. Nam suscepto Euangelio Christi, desolata est lingua blasphema: & hymnis, & canticis, Deo cātās lingua noua suffecta est. Nisi uelimus aliter per Aegyptum mare intelligere: nā Aegyptus lambit aut lambere

videtur mare Mediterraneum. ¶ *Et leuabit manum suam.* e) Glossa ordinaria Alexandrum Macedonem refert, Nilum fluium Aegypti in septem diduxisse riuos. At sub Octauiano Augusto Aegyptiacū regnum euersum est, & septem principibus distributum, sub morte Cleopatæ: & Nilus qui immeabilis erat, Romanis illū diducentibus, & ampliantibus, permeabilis redditus est, adeo vt penē ficcis vestigijs se calcandum præberet. Istud est, Leuabit manum suam super flumen, id est, Nilū. Ego verò priorem locum mallet de mari Rubro interpretari. ¶ *Desolabit Dominus linguam maris.* id est, littus aut finem maris Rubri, quod sanē quia vicinum est Aegypto mare Aegypti appellatur, posteriorem verò de Euphrate fluuiο, quem siccandum prædixit Esaias, in fortitudine diuini spiritus, id est, vehemētia impetuoſi & violētissimi venti, vt mari Rubro olim contigit Exodi. 14. Quo exiccante, & diuidente in septem riuos, id est, in variās partes, aquas Euphratis, ducet ventus hic Domini, adeo vt se calcabilem præbeat electis venientibus ab Assyria in Hierosolymā audituris verbū

Domini, suscepturisq; legem Iesu Christi. Aut hæc omnia secundum hyperbolen sumenda sunt in sensum hunc. Doctoribus Euangelij alioqui pauperibus vt in orbem peruagentur, intimasque mundi penetrēt partes, commeatus non deerit, & itineri neq; Maria, neque flumina peragendo

calceati. Et erit via residua populo meo^a q̄ relinquetur ab Assy-

oberunt: neque electis Dei audis vt verbum Christi excipiant, maria aut flumina quæq; obstabunt, quo minus sancta desideria expleāt. Istud est, q̄ subdit. ¶ *Et erit via residua populo meo.^a* .i. vt olim Hebreis ab Aegypto exeuntibus mare Rubrū cefit, & electis quoq; Iesu Christi cedēt vniuersa.

DE SENSIBVS TRO- pologicis ad Caput. II. appendix.

TROPOLOGICA Declamatio. I. De confertissima septem spirituum bonorum septeque malorum pugna, deque beatitudinibus bonis correspondētibz, cuius prothema est. Et requiescet super eum spiritus Domini. Esaiæ. 11.



SEPTIES numerauit spiritum Esaias vt septem dona Spiritus sancti, in Christo confertissimè esse, & pacatissimè quiescere, nobis demonstraret: vt in dilucidatione tibi patet. Iam verò in Tropologia ista, septem illis Spiritibus sanctissimis & benignissimis donis iam relatis, septem alios pessimos & immundos spiritus ex regione opponere instituit. Etenim inter hos spiritus septem & illos, certamen ab orbe condito initum est, perpetuumq; in finem vsq; seculi durabit. In Ecclesia nanq; Iesu Christi, quæ in primo Iusto Abel primas radices iecit, & in postremis iustis consummabitur, hæc munera Spiritus sancti requiescere modis omnibus curant. At illorum pacem atq; quietem seprè spiritus nequam, modis omnibus inturbant. Sunt autem isti spiritus nequam illi septem, de quibus in Matthæo, & Luc. legimus. c. 11. & 12. quos assumptos esse à Satana cōmemorant, in hæc verba. Tunc vadit & assumit septem spiritus nequiores se. Neque video qui spiritus isti nequissimi sint, nisi septem crimina, quæ mortalia vulgò vo-

cantur, superbia, auaritia, ira, gula, luxuria, accedia. Isti spiritus sunt spiritus nequæ, spiritus infirmitatis, quibus grauata mulier illa apud Luc. 13. Sursum cœlum versus respicere nō poterat. Et ecce, ait, mulier quæ habebat spiritum infirmitatis annis decē & octo, & erat inclinata, neque omnino poterat sursum respicere. Nā quem inuaserint spiritus isti, cœlestia amare non sinunt. Isti sunt illi spiritus septem, quos Dominus à Maria Magdalena eiecit, vt Mar. meminit. Porro quā aduersarij sint spiritibus ab Esaiæ enarratis paucis si nō grauamini aperiāmus. Superbia enim spiritui sapientiæ inimica est. Est enim sapientia, diuina cognoscere & recognoscere, id est, cognoscēdo amare, & amplecti. At verò superbia huic recognitioni vehemēter obstat. Non enim sapit quæ Dei sunt, sed quæ carnis sunt. Altū sanè superbia sapit, non quidē de Deo, de quo humile sapit, sed de semetipsa altū sapit. Nōne de semetipso altū sapiebat ille, qui quietus in domo sua, & florens, in palatio suo aiebat. Nōne hæc est Babylō magna, q̄ ego edificauī in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei?

Danielis. 4

Qui sunt septem spiritus nequam

Cap. VII.

Pugna malorum spirituum chobris exponitur.

Esaia. 36. Danielis. 4. & ille rursus qui eadem demētia & furore percitus, Quis est, aiebat, ex omnibus dijs terrarum istarum, qui eruerit terram suam de manu mea, vt eruat dominus Hierusalem de manu mea? Et demum ne in omnia euagemur hoc spiritu maligno inflatus, Lucifer ille angelorum omnium splendidissimus in corde suo dicebat, In cœlum, conscēdam, super astra Dei exaltabo solium, & sedebo in monte testamenti. Aspicias ne quam altū isti sapiant, de semetipsis: quam magnifica gestāt aduersus Deum corda, vt Senacherib *Esaia. capite. 10.* dixit, quamque humile sentiant de diuinitate, cui detrahūt, vt si bi diuinos rapiant honores? Est ergo superbię spiritus ex diametro pugnans cum spiritu sapientię: qui si adsit, illico spiritū superbię abigit, atque depellit. Hic superbię spiritus in cœlicem, & brutalem reddit hominem, vt contrā spiritus sapientię planē beatum atque diuinum. Nam quid est quod sonat illa vox, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorū, nisi beatos esse qui ab spiritu superbię vacant, illiusque paupertate gaudent? Isti enim spiritu sapientię pleni sunt, & spiritu diuino diuites sunt. Est autem spiritus superbię, spiritus excellentiam propriam immodicē anhelans, singularitatem affectans, sibi in omnibus fidens, sibi opulentus, sibi sapiens, se in omnibus præferendū curans? Vt dominus Phariseos de hoc phanatico spiritu arguens aiebat *Matth. 23.* Amant primos accubitus & primas cathedras in foro, & vocari ab omnibus Rabbi. Qualem legimus in sacris veteribusque musis *Ezechielis. 28.* regem illū Tyri fuisse, qui hoc spiritu superbo tumēs dicebat, Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi, & in corde maris. Spiritus nāq; superbię, est spiritus insipientię, quandoquidē pugnat cum spiritu sapientię: quo orbatus dixit insipiens in corde suo, Nō est Deus. Rex enim Tyri, & alij quos supra retulimus, sunt insipientes, qui in corde suo dicunt, Non est Deus. Perinde enim est si-

bi sufficientiam, arrogare, credereq; nullius opera egere, etiam diuina atque fateri se esse Deos, Deumque alium non esse. Hoc ergo putabat hic insipiens ampullosus spiritu superbię inflatus, sibi sat esse Deoque non egere. Quod si hoc verum fuisset, vt superbia eius existimabat, Deus non esset. A Deo enim cuncta pendunt: & illius opera & præsidio sublatis de medio vniuersa peribunt. Et deslēda sanē est hominis natura, quæ tantum facinus audet, vt credat sibi sufficere id, quod diuinitatis tantum proprium est. Egregiē Ioannis Euangelistę Apocalypsis huius fastuosi spiritus qualitatem descripsit reprehēdēs episcopum Laodicēsem, Dicis (ait) quod diues sum, & locupletatus, & nullius egeo & nescis, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. En tibi qualis est iste superbię spiritus, sibi sufficiens, sibi locuples, nullius egens, sibi demum diuinus, & reuera ab omnibus istis longe abhorrens. Quippe miser est, & miserabilis & pauper, & cæcus, & nudus. Nam quæ miseria maior, quæ miseria pestilentior, quæ paupertas vehemētiore, quæ cæcitas tenebrosior, quæ deniq; nuditas nudior, quā homo, qui puluis, & cinis est, & in cinerem & in puluerē vertēdus, qui fragilis est imò fragilior omni vase testaceo, q nescit finē suū, qui de repēte morte præuentus, veluti aues capiuntur laqueo, & pisces hamo inescantur (vt Salomon sapientissimē in Ecclesiast. 9. humanam deslens miseriam docuit,) ita & a malis capitur, & inescatur homo & tantisperdum viuit, in occupationibus magnis, & laboribus educatur & viuit, vt sapientissimus ille dixit, Et graue iugum super filios Adam a diē exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulturę in matrem omnium. Ecclesiastici. 40. Quod quidē iugum premit sedentes reges & principes super sedes gloriosas, qui sibi videntur extra fortunę ludere casus: quid quod premantur etiam homines infimę plebis iacentes in terra, & cinere? Si torquet iugum hoc eos

Apoc. 3.

Describitur
superbia a
Ioanne.

qui hyacinthinis & carmesinis, & holosericeis, varijsq; vtuntur & gloriantur vestibus, quid quod etiam & eos, qui lino crudo operiuntur? Et deniq; quis poterit in singulas hominis calamitates discurrere? quod eas verbo comprehendere? cum quo feliciter agitur, si in sudore vultus sui pane suo vescitur, vt recte vescatur, quæ ipsa terra, quasi odio habes etiam quæ calcatur ipse pungentes spinas, atque tribulos in ultione peccati parit: & hæc sponte parit, quæ ulticia sunt, & veluti repugnās, boni fructus ferax est: aratur nanq; & fodit & multo sudore colitur: quæ vero bonæ sunt frugis, & homini amica & vtilia immenso labore homo sibi parat. Quæ ergo tanta demencia, vt homo, qui est indigentissimus omnium, se non egere putet atq; sibi sufficere? & quod spiritus est vanitatis ab homine diuinitatis esse credat? Scitè admonuit sapiens Ecclesi. 10. non esse creatam hominibus superbiam. Et enim siue natalia sua homo expedit, siue vitæ progressum, siue vitæ periodum, vnde cumq; semetipsum consideret, habet sanè in semetipso huius superbi spiritus, eleuatiq; cordis antidotum, præsentaneumq; remedium. Nam si immunda sua natalia extitisse aduerterit, quippe de immundo semine conceptus est Iob testatè. ca. 14. & 25. Si vitæ progressum, in numeris detrimētis obnoxium sese lustrando dispiciet. Etenim in quouis tēporis momēto humana vita periclitatur vita nunquā non casibus aduersis obnoxia est. Si deniq; periodum terribilem vite suæ futurum homo consideret, habet utiq; vnde sibi medeatur. Et vt cancer in cauda sui proprii veneni gestat medicamentum, & vipera in toto corpore proprię virulentię pharmacum fert, ita & homo si sapit (& debuisse equidē sapere) in vitæ cauda, quæ mors est, & in ipsa vita (quæ cum quotidie ruinā, & hominis excidium minetur, legitime mors potius, quā vita appellāda est) in istis igitur, si verset illa atq; reuerfet, pharmacum habet salutis sita: quibus propellat à se superbiam suā, & humiliet se corā potēti manu Dei. In prōptu habet haud dubium

vnde deponat supercilia, & erectas cristas demittat. Alioqui inuitus deponet tandē, atq; demittet. Vt de superbo quodā protulit Abdias propheta: Superbia cordis tui extulit te habitantem in scissuris petrarū, exaltantē solium tuum, qui dicis in corde tuo quis detrahet te in terrā? Sed vide quid addat, Si exaltatus fueris vt aquila, & si inter sidera posueris nidum tuum, inde detrahā te dicit dominus. Et velut graphice depinxit nobis propheta, superbū, & vetosum hominē. Est enim huius inanis spiritus propriū, scissuras petrarū, id est, loca inaccessa inhabitare. Quia sua vanitate deceptus, sua omnia tutissima & firmissima esse ducit, ideo nunquā non apud se exaltat solium suum: minora nanq; spernēs sublimiorib; inhiat, seq; ipsum perpetuo exaltat, iugiterq; se magnificat: instar aquilarū, quæ in altissimis nidulatur, quibus terra non sat est in habitaculum: idē & ipsi fidereas putant iam habere sedes. Et vt scytharū sciētissima ad Alexandrum habet oratio referēte Q. Curtio si Deus habitum corporis parē animo esse voluisset, orbis te non caperet: altera manu occideret, altera verò orientē teneres. Et præ clara alia multa Alexandro dicta sunt, in præhabita oratiōe, quæ superbis admodum congruunt, qui in corpore exiguo maxima sed inania ferunt corda. Quos quidem contemptibiles, & paruulos reddit dominus, & à siderea habitatione sui cogitatus, in stercora & lutum calcabile magno impetu sæpè præcipitat. Vt de Satana Lucas meminit, Videbam Satanam sicut fulgur cadentem de cœlo. Quā ob rem si nobis cōgenitū est vnde minimi nos faciamus, cur nos tanti facimus? Si nobis non est cōcreta superbia, cur aliunde contra nostrum caput illam vocamus? Neque solū detrimēta hæc, quæ diximus spiritus iste superbiæ secum conuehit, sed habet umbrā, & sordalem se nequiorē. Est autē sodalis hæc ficta humilitas. Vera nanque superbia quod magis turgeat, vt & cætera vitia laruam verarum virtutum sibi affingunt, quo gratiora vitia reputentur, imò non vitia, sed

1. Pet. 5.

Ca. 1.

Descriptio
superbi ani
mi ex Abdia

Notanda cōsideratio quæ
parithumilitatem.

Oratio scytharum ad Alexandrum
obseruanda.

Aduertenda
collatio ex
cancro.

Lucæ. 10.

Eccle. 10.

Desuperbia
itē leg. Tro
pol. nost. ad
cap. 10.

*Vitia humi-
litas socia
est superbi
spiritus.*

sed virtutes, esse credantur. At simulata
virtus, duplex est iniquitas, vt August. in-
quit. Est enim longè nocentior vitium sub
larua virtutis honestatum, quam si nudū
ostentaret vultum suum. Nudum enim
odio patet, tectum vero laudem affectat.
Quapropter spiritus superbiæ, sub vmbra
humilitatis se prodit: & spiritum secū ha-
bet in socium, longè se nequiores. Imò
non solū hac techna spiritus superbiæ uti-
tur, virtutis, scilicet, pigmentis se ornare
vt impia illa Iezabel oculos suos depin-
xit sibi, & ornauit caput suum vt Iehu
imponeret. 4. Reg. 9. quin etiam & cæte-
ra vitia capitalia superbiæ æmula, hoc
idem faragunt, & solite curant. Vt inui-
dia charitatem non veram, sed mendacē,
fraternam correctionem non synceram,
sed fictam sibi sociat. At vero superbus se
deijcit, & in vestium ornamento, & in ci-
borum apparatu, & in loquelæ phrasi, &
*Vitia fingūt
virtutū lar-
uas & vni-
bras.* in omni deniq; cultu, quem singularem,
& notabilem studet habere: & sæpe tā for-
didus est cultus, vt incultum se omnibus
ostentare curat superbus. Atqui derectio
hæc humilitatem præferet, sed nihil mi-
nus habet, quàm humilitatem. Non enim
se deijcit superbus, vt se deijciat, sed vt ma-
gis humanis laudibus efferatur, aut vt faci-
lius atque securis hominibus imponat. Ita
& inuidus fratrum vitia obiurgat, charita-
tem prætexens: at verò huius obiurgatio-
nis non charitas, sed inuidia radix est. Et-
enim quia dolet de bono fratris aliquo, ma-
la eiusdem reprehendit. Ira nonnunquam
se celat, & mansuetudinem se fingit, vt se
curius de iniuria sibi illata vltionem suo
temporeumat. ¶ Auaritia rerum prouiden-
tiam, id est indigentia humanæ subsi-
diæ parare se in congerendis diuitijs simu-
lat: accedia debilitatem, & infirmitatē car-
nis obijcit: gula sub tegumento morborū
edacitatem tegit, & demum omnia capi-
talia, vt lupi rapaces sub ouina pelle se ob-
tegunt, vt seducant & virtutes mentiātur,
quo non formidantur, neque vituperen-
tur: sed laudi habeantur. Et quod dominus

dixit Matthæi. 12. de spiritu vago, & pro-
fugo, qui secum sumpsit alios septem ne-
quiores se hoc de septem istis capitalibus
vitijs, quæ sunt velut septem spiritus mali-
gni, commodè dicere posumus, alios ne-
quiores se, sumpsisse: vt mentem humanā
astutius inuadant: qui sunt simulata larua
tæ, virtutes, de quibus diximus. Iam ve-
rò de altero spiritu nequam, qui spiritus
auaritiæ est, verba faciamus. Hic spiritus
nequam aduersatur spiritui domini, qui
spiritus scientiæ est. Est autem hic spiri-
tus scientiæ qui creaturas pendere docet,
Iuxta earum pensum, & meritum, neque
eas pluris habere, quam par est ostendit.
Et quas creauit Deus in ministerium, & fa-
mulatum hominis, hic spiritus docet non
eas præferendas esse Deo. Porro auaritiæ
hic spiritus scientiam hanc diuinā detur-
bat. Quippe aurum, & argentum terrenā
quæ substantiam Deo præfert, vt Paulus
Ephesijs scribit cap. 5. Aut avarus (inquit)
quod est idolorū seruitus, aut vt litera cor-
rectior habet, qui est idolorū seruus. Ne-
que solum præfert Deo, quin etiam & fra-
tribus. Pluris enim facit obolum, aut tirū-
tium, quam fratris vitam, atque salutem,
& iustius putat pecunias rubigine consu-
mi, aut musco, vestesque tinea demoliri, Iaco. 5.
cibaria putredine cōfici, quàm horū ope-
ra fratris leuare inopiam. Talem legimus
apud Lucam diuitem Epulonem illum, *Lucæ. 16.*
splendide Epulantem, qui de micis caden-
tibus de mensa pauperem Lazarum satia-
re negligebat. Vtiq; carens spiritu diuinæ
scientiæ, quia micæ, mensæque reliquias
quas canes sibi suo iure vindicare solent,
pluris æstimabat, quàm mendicum Laza-
rum, quem Deus tanti fecit, vt à morte in
sinu Abrahæ reponeretur. Videsne quàm
spiritus avarus ab spiritu scientiæ domini
abhorreat? videsne quam rerum creatarū
spiritus iste sit pessimus æstimator? Ipsa
nanque terrena substantia, mentem avari
ignaram facit, & cæcam. Vnde dominus
iudices amat, ab hoc spiritu auaritiæ esse
alienos: nam munera, inquit, excæcant

Locus enan-
gelicus elu-
cidatur.

non avaro
solum
Spiritus aua-
ritie qualis.

Iaco. 5.

Lucæ. 16.

Spiritus aua-
ritie cædat iu-
dices & sa-
pientes.

Dilucida. & decla. in Esai Prophetam. 11

oculos etiā sapientū Deut. 16. Spiritus igitur hic auaritiæ homines facit immiseri-
cordes: quippe viscera charitatis claudit,
ne fratribus egenis aperiantur. Spūs autē
scientiæ nō solū beneficos, quin etiā & be-
nignos reddit. Quia non solū beneficia in-
digētibz præstat, sed etiā hilariter, & sua-
uiter præstat. Hoc enim discrimen est in-
ter bonū & benignū. Bonus nanq; est, qui
beneficus est, benignus verò qui non solū
bona largitur, sed suauiter elargit̃, ex Hie-
ro. Sentētia in Cōmen. ad Titū. Spūs autē
auaritię malus est: quippe fratrū non mise-
retur, tantū abest vt benignus sit, quare in-
foelix spiritus est. Contra verò spūs scien-
tiæ beatus est, Dño in euangelio testante
beati misericordes, quoniā misericordiā
consequētur. Et operæ pretiū est, mea sen-
tētia, vt homo, qui nouit alterius hominis
indigentiam leuare, ab ipso omnipotente
similiter à miserijs, quibus ipse vexatur, le-
uetur. Hoc enim apud Deū fixū est, vt in
qua mensura mensi fuerimus fratres, in ea
dem remetiatur nobis Matth. 7. Et dubio
procul nihil est tā deo cordi, quā misereri
& creaturarū omniū inopiam subleuare,
quā nunquā nō leuat. Quare spiritus aua-
ritię ē regione castra videtur locare cōtra
diuinitatē: & semper illi studet aduersari.
Etenim diuinus spiritus misericors est: &
miserationes eius super omnia opera eius
Psal. 144. At auaritiæ spūs immisericors,
durus, & insuauis, agrestis, & inurbanus,
quia clementiam, & humanitatē erga fra-
tres nescit impēdere, sibi nouit solū cōsu-
lere, quid sit extraneis prouidere ignorat,
instar illius Nabal Carmelitæ, qui ad nun-
tios Dauid in ciuilibus extitit, debitā illis &
Dauidis mercedē denegās. Re. 1. 25. Nec
vacat à mysterio Nabal interpretari stul-
tus, q̃a immisericordes, & duri quales aua-
ri sunt stulti sunt. Nō ab re ergo spūm aua-
ritię, spūm stultitię dixeris sciētię obsistē-
tem. ¶ Est alter spūs nequā, qui diuino spi-
ritui similiter aduersat̃, vt priores, qui est
spūs irę, qui pugnam inicit cū spiritu cōsiliij.
Cādescēte nāq; ira, cōsiliij nullus locus est.

Ira enim, vt auctor Arist. est, Ethi. 7. c. 6. cō-
silia nō expectat: neq; præcepta, sed instar
canū est, qui nullo habito consilio, aut cō-
sideratione, si dominus eius est, qui pulsar
pprię domus fores, an alienus, aduersum
oēs illatrat, & instar famulorū velocium,
qui nondū integrē habitis domini præce-
ptis festinant, iterq; rapiunt velociter, vt
exequatur quæ nō erant in votis domino-
rū. Ita ira præcox est, sine præmeditatiōe,
citra cōsiliū, in vindictā fratris tota se præ-
cipitat, in cōuitia se rapit, temerēq; fratrū
arcana pandit, vt ebrius. Nihilo enim se-
cius ira inebriat, atq; vinū. Feruescente e-
nim sanguine iuxta cor, & bulliente vltio-
nis appetētia de illata iniuria cōsideratio
atq; deliberatio tantū non aut prorsus pe-
reunt. Quapropter & sapientissimus ille
Prou. 27. Graue, inquit, saxū est, & onero-
sa arena: sed ira stulti vtroq; grauior. Vti-
que ira sibi grauis, & fratri, grauissima: si
bi sanē quippe homo incandescēs, & fu-
rore captus neque consilia de agēdis, aut
præstare, aut capere poterit: stultus enim
est, & ab spū consilij summopere abhor-
rēs. Grauiissima verò alijs est. Vt saxū eī
īpingēti molestū, & sepe noxiū, & arena
īgrediēti super illā onerosum præstat in-
gressum, ita ira adhuc lōgē molestior, no-
cētior, onerosior omnibus istis est. Et quā
quā Homerus referente Aristot. 1. Rheto.
c. 3. irā dixerit melle defluente esse dulcio-
rē, ego tamen omni felle amariore esse iu-
dice. Etenim aut vindicta quā cōcupi cit,
potitur, aut defraudatur, si defraudat, nul-
la dulcedo est cōcupitis non frui, sin verò
potiū, magno equidē suo malo. Etenim ira
prius in semetipsam defecit, q̃ in aliū. Ho-
minis nanq; ira interna disturbat, & exter-
na: nā vultū foedat, oculos à natiuo ordine
eliminat, & mēbra cōcucit, & tremefacit,
vt ipsa tremētia irati labra testantur, & de-
mū naturalē hominis dispositionē, & mē-
brorū naturalē concentū peruertit, vt ho-
minē iracundū facile brutum esse credas.
¶ Spiritui autē intellectus, spūs inuidię ne-
quā contrarius est. Est enim spūs inuidiæ
qui

Spiritus irę
pugnat cō
spū con-
siliij

Ira vtebri-
tas reuelat
secreta.

Bonus non
idem quod
benignus.

Spiritus aua-
ritię locat
castra cōtra
diuinitatē.

De auaritia
lege Tropo-
lo. nostram
ad cap. 5.

qui de bonis proborū hominū tristatur. Nā tradēte Aristotele inuidia & indigna tio inuicē pugnant. Quippe illa quod digni afficiātur bonis dolet. 2. Topico. c. 2.

Spirit^{us} inui
diæ pugnat
cum spiritu
intellectus.

hæc verò quod indigni prosperos habeāt successus indignè fert. Quā ob rē inuidia iniqua homines pendit lance: quia quod proborū est, improbis cupit. Hāc scriptura etiā zelū vocat. Vbi zelus inquit est & cōtētio ibi incōstantia & omne opus prauū. Et rursus si zelū amarū habetis, & cōtentiones in cordibus vestris nolite gloriari, & mendaces esse aduersus veritatē. Ex zelo igitur vel inuidia contentio dimanatur, ex cōtētionē gloria inanis aduersus veritatē. Quæ cū ad intellectū pertineat, nō incongruē diximus, spiritū inuidiæ cōtra spiritum intellectus agere. Præter hæc Paulus. 1. ad Corin. 3. Cū sit inter vos zelus & cōtētio nonne carnales estis? idest bestiales atque brutales, & sine intellectu estis? Etenim inuidia, & pugna cōtētio etiā brutis adest: sibi nāq; inuidēt, & de ali mētis præripiendis, veluti inuidia stimulat, & cōtētionē cruētas sæpē conferunt: & paruulū dixit Iob. 5. occidit inuidia, idest, amentē & orbatū intellectu. Et demū spūs hic inuidus protoparētē Adamū diuinis spoliavit bonis, & naturalibus vulnerauit. Hic primū, quem orbis tenuit fratrem, fratricidio cruentauit, & maculauit. Cain nāq; facibus inuidiæ succēsus in fratre temerē exarsit, & vita priuauit. Quid plura? Impudentissimus hic spūs in ipsum vitæ autorem Christū dominū audax manus plusquā sacrilegas iniecit, & morti tradidit. Sciebat (ait) Matth. 27. quia per inuidiā tradidissent eū. Quid iā desiderabistis vt spūm inuidiæ homines demētare, & prorsus inuidos mentis inopes esse dubio procul credas? vnde cū dono intellectus pugnā agere facile creditu est. Quod si ab spū inuidiæ cōtētionē, & iurgia ad monētē diuina scrip. proficiſcūtur, vtique ab spū intellectus sibi contrario pax mēti est, subindeq; corpori. Et illa haud dubiū beatitudine, tāti doni cōpotes gaudebunt,

Zelus vsur
patur p inui
dia.

Inuidus spi
ritus noxi
est, & quæ
sunt eius no
cumenta.

qua beatos esse pacificos euangeliū tradidit, Matth. 5. Beati, ait, pacifici quoniā ipsi possidebūt terrā imō vt dixerim exactius, omnia possidebit qui ab hoc maligno inuidiæ spū abhorret: gaudet nāq; cū gaudentibus, & flet cū flētibus, ad Rom. 14. Nāq; fratrum bona, non aliena esse existimat, sed sua esse ducit, malisq; alienis perinde compatitur ac proprijs. Vt illi in vsu semper erat qui postea ad Cor. c. 11. aiebat. Quis infirmatur, & ego nō infirmor? quis scandalizāt & ego nō vror? Et priore episto. ca. 3. qd sit terrā possidere, qd Matthæus paulo ante indicauit magnificē aperuit dicēs, Oīa vestra sunt siue Paulus, siue Cephas, siue mūdus, siue vita, siue mors, siue præsētia, siue futura, oīa v̄ra sunt. Ecce qd cōferat pacificos esse, quid nō inuidiæ agitari facib, nēpe oīa possidere, ea, quæ Paulus possideri a famulis Chri dudū tradidit. Iā vero ad tres alios spūs, qui partis sunt affectiue, qd sunt pietas, fortitudo, & timor, manū admoveamus: & illorū hostes cū quibus cōgrediūtur, in capū pferamus. Est aut spūs fortitudinis, quē spūs fornicationis dissoluit, vt spūm timoris, edax spūs, qd gulæ est spūs, & postremo spūs accediæ cū spū pietatis colluctat. Singula expediam, ab hoc postremo initiū faciētes. Spūs em pietatis sedulus est in diuinis augēdis honoribus, quo spū se præditū esse abūdē demonstrat Paulus postero. ad Cor. c. 11. p̄ter illa (tā dē post multa dicēs) quæ extrinsecus sunt, instātia mea quotidiana, sollicitudo oīum ecclesiarū. Pietatis nāq; spū refertissimus erat hic vir pijsim, ideo in dilatādo ch̄ria no cultu plurimum insudauit, in numeros passus est labores, & incredibiles sustinuit persequutiones. Quare beatitudo illa euāgelica, Beati, qui persequutionē patiūtur, p̄pter iustitiā spū pietatis germanissima est, & accediæ spūs, qd est pigritia, spū pietatis hostis est, qd labores fugit. Noliū em arare piger p̄pter frigus Prou. 20. Est enim spūs iste iners & otiosus sibiq; indulgēs, sibi deniq; parcēs. Et rectē piger propter frigus arare noluit. Frigiditas nāq; tor

Spiritus af
fectiue par
tis.

Spiritus for
titudinis cū
spū for
nicationis
pugnāt.

Spiritus pie
tatis cū spū
tu accediæ
bellum.

pedinē mēbris incutit, ne operari valeāt. Talis est pigritia, quæ Dei ecclesiam sanctis operibus ornare negligit, aut sanctorū necessitatibus ministrare differt, qui profundo huius spiritus maligni demersus est somno. Cui stertēti & ad utrāq; aurē dormiēti, pietatis spūs, vt somnū profundum soluat, in clamat alta dicēs voce, vsquequo piger dormis, vsquequo de somno cōsurgēs? Parū, inquam, dormies, modicū dormitabis, pauxillum manus conferes, vt q̄scas, & veniet quasi cursor egestas tua. Prou. 6. Vt enim ij, qui laboribus non student, premi paupertate est necesse (nanq; in sudore vultus nostri vescamur pane nostro, domini est decretum) ita quoque vt cœlesti vescamur pane labore, & sudore nostro comparandum nobis est. Et animalculi exemplo, id est, formicę producto dominus, vt excutiamus omnem socordiam & inertiam hortatur. Disce, inquit, à formica, quæ sanē sub feruoribus solis in horreum grana cōgerit quæ sub rigente bruma quādo ex foraminibus exire nō licet sibi parata sint in alimēta. Nos quoque etiā dum in hoc seculo agimus meritum thesaurum congerere oportet. Et enim vita defunctis meritum nō datur copia. Quodcunque potuerit manus tua, monebat sapiens, instāter operare quia neque opus, nec ratio nec sapientia, neq; sciētia erunt apud inferos: Eccle. ca. 9. quasi dixerit, Nullus horum vsus erit in vêturo seculo, qui pro fit vitæ æternæ comparādx. Quare citò dū sumus in via danda est opera, vt spiritu ferueamus, orationi instemus, accedia ne pigritemur. Hæc enim sunt quæ nobis pietatis spiritus conciliat & feruorē in quērēda diuina gloria, & orationi instare & sollicitos ad diuina præstāda nos reddere. At contra spiritus accediē diuersa parat. Frigidus nanque & torpens spiritus est, proximis non seruit, subditos non fouet, orationi non instat, totusq; denique otiosus degit. Est enim ille qui domini talentum vadens abscondit in terra, & qui alia talenta superlucraturus erat ex

sua negotiatione, otio torpens talento nō multiplicato domino suo simplex obtulit. Quē ob id ipse dñs seruū malum & pigrū vocat, donatumq; talētū subripuit, & diligentiori dedit, qui quinq; talenta habebat. In lapide luteo cōmemorat scriptura lapidādū esse pigrū & de stercoreibus boū. Eccle. 22. Immunda duo proponēs & sordida, & lapidē luto maculatū, & boū stercorea, quibus percutiēdū pigrū tradidit. Pigritiæ nāq; datur, si immūda non extergātur, & homines pigros adhuc corporales, sordes abluere piget, & spūs quoq; iste pigritiæ, & proprias mētis & aliorū maculas totus torpēs emūdare negligit. Aut istud sapiēs ait Eccl. 22. De stercoreibus boum, &c. propter Apostolos & doctores ecclesię de quorū stercoreibus lapidādi sunt pigri. Stercora em sunt superflua animalū. Habuerūt aut sanctissimi illi tot, & tā præclarissima opa, tot vigilias, tot labores persēsi sunt, vt ad emūdationē ppriorū peccatorū iā expiatiōes redūdaret: quanq; ad p̄miū vitę æternæ nihil redūd at. Exundās ergo operatio sanctorū, vt Laurētij, Vicētij, & aliorū pudefaciet & increpabit inertiam hominū, qui in necessaria & à Deo p̄cepta opa nō incubuerūt. Aut tertio q̄a semel cœpimus locū hūc edisserere secūdū correctiora exēplaria, hui⁹ loci sensus est, pigrū cōferēdū esse lapidibus cōspurcatis aut stercoreibus sterquiliniij comparādum in quē nemo manus immittit, qui risui nō pateat. Ita quoq; & pigri deridendi erūt in finali iudicio, vt & agricolæ deridēdi merito sunt, q̄ metere satagūt, qui nō seminarūt: tales & pigri sunt, qui cū premia affectēt æterna referre, operibus bonis nō student. ¶ Porro spūi fortitudinis spūs fornicarius, & salacitatis, hostis est, q̄a inimicitias grauissimas gerit cū spū dñi fortitudinis. Hic enim mētē corroborat, ne in desideria carnis diffluet: hic humanā mētē, ne carnis inquinamenti maculetur operam dat: ille verò contra graditur: mētē enim eneruat, & eneruem in carnis spurcitiis immiscet, & carnalibus maculis sordidat.

Neque

Gene. 3.

Pietatis spiritus solers est & sollicitat quæ dei cultus sunt.

Ad Ro. 12.

Locus ecclesiastici exponitur.

Sanctis nihil ad meritum vitę æternę redūdauit ad expiatiōem culpā re-dundauit.

Spiritus fortitudinis & spiritus fornicarius hostes sunt.

Neque solum venerea libido ad spiritua-
lia infirmat, quin etiā ad corporalia bella
faciēda hoīes imbelles reddit. Quia ergo
spiritus fortitudinis mentis mūditiem, &
parat & seruat, illa beatitudine dignus est,
quā dñs in euangelio prādidit, Beati mun-
do corde, qm̄ ipsi Deum videbunt. Qua
equidē beatitudine spūs iste fornicarius,
quia mentem & corpus immūdam facit,
Paulo testāte, Qui fornicat in corpus suū
peccat, & qui violauerit templum hoc di-
spendet illū Deus. 1. ad Cor. 5. orbabitur.
De huiusmodi spiritu in subiungendis quā-
do opportunitas se dederit vberior erit di-
sputatio. Superest iam spiritui timoris do-
mini hostem proferre, aliumque spiritū
nequam restantem exponere: qui spiritus
est gastrimargiæ: qui est gulosus edax &
bibulus spiritus: qui patinis & calicibus in-
cumbens timoris atq; iudicij venturi obli-
uiscitur. Legimus enim apud Matth. 24.
Sicut in diebus Noe ita erit aduentus filij
hominis. Sicut enim erant in diebus ante
diluium comedentes & bibentes & pau-
cis interpositis, Et nō cognouerūt, subdit
donec venit diluium. Qui locus satis in-
dicat vt spiritus iste gulosus spiritui timo-
ris dñi admodum aduersetur. Quippe in
diebus Noe cibis & potibus se ingurgitan-
tes homines verba Noe diluium prāmo-
nentia venturum contemptui habebant.
Atqui contemptū hunc ex spiritu gastrim-
argo processisse Matthæus testatus est
ca. 24. Cuius rei etiā in testem vocare pos-
sumus Esaiam ca. 5. qui aduersus huiusmo-
di spiritum incandescens, ait, Væ qui con-
surgitis mane ad ebrietatem sectādam, &
potandū vsq; ad vespērā, vt vino æstuetis:

cithara & lyra & tympanum, & tibia, & vi-
nū in cōuiujs vestris, & infra, Et opus dñi
non respicitis, & opera manuū eius nō cō-
sideratis. Hoc em̄ est, quod parit spiritus
iste, de diuina videlicet vindicta securita-
tē, diuinæque legis obliuionē. Nam hilari-
tas, & cordis lētiā, quæ ex satietate vētris
hōib⁹ accidit procul timorē Dei depel-
lunt. Timoris enim est luctum & lachry-
mas præ timore diuini horrendiq; iudicij
homini immittere. Cui apta est propter
hoc beatitudo euangelij: Beati qui lugēt.
Lugentes autem neq; tympanum, neq; ci-
tharam, neq; ludicra amāt, sed pauidi sunt
ex consideratione diuini iudicij: & beatus
vir qui semper pauidus est, Prouerb. 28.
Spiritus autē edacitatis & ebrietatis impa-
uidus, ideo infelix est. Totus enim hilare-
scit: totus est lætabūndus: de futuris pœnis,
qbus impij torquebunt, nihil ad illū. Nā q
præsentibus voluptatibus irretitus est fu-
turas pœnas nō cōsiderat. Habes iā quales
sint quæ cōserunt pugnae inter spūs septē
dñi & Satanę malignos spūs, q totidē alios
septē se ipsis nequiores in præsidū suū vo-
cāt, quod violētius in diuinos spūs irruant.
Sed quantūlibet violēti sint spūs nequam,
spūs dñi potētiores sunt, si humana volun-
tas illis adiuuari vult. Hoc ergo ī primis à
nobis curandū est, vt hos spūs Dei semel
receptos, p̄cibus & opibus à Deo cōtenda-
mus vehemētissimē, vt illos incolumes in
pectore nō ipse seruet, maneantq; nobis
verbaque illa discipulorū dñi nra esse fa-
ciamus, Mane nobiscū dñe, qm̄ adueſpe-
rascit, & inclinata est iā dies: & verē ad ve-
sperascit. Quippe multa carnis infirmita-
te circumdati sumus, ad Hebr. 5.

Epilogus p-
dictorum.

Luc. 24.

TROPOLOGICA DECLAMATIO secunda, ex eodem prothemate.

REQUIESCET SVPER
eum spiritus Domini. Diuinus
Apostolus Paulus tripliciter hūc
spiritum Domini vocat. Iam enim spiri-

tum filij. Misit inquit Deus spiritum filij
sui in corda nostra, clamantem, Abba pa-
ter, ad Gala. 4. Et scribens Romanis. 8. ca-
pite spiritum Dei nominat, Qui spiritu,
Y 5 inquit,

Spiritus ga-
strimargiæ
bellum ge-
rit cum spi-
ritu timoris
domini.

Hierony. li.
2. cōmē. ad
Gala. 4.

Psalm. 50.

Lēge infra
declamatio
nem ad San
ctū diem Pē
tecostes.

Spiritus san
ctus datur i
persona, &
in munere
latius disser
ta à nobis re
peries in di
sp. nostris
ad. 1. Sentē.
distin. 14.

inquit, Dei aguntur hi filij Dei sunt: & rur
sum Spiritum sanctum eundem appellat.
Charitas, inquit, Dei diffusa est in cordi
bus nris per Spiritum sanctum, q̄ datus est
nobis. ad Rom. 5. Regius autē vates iā spi
ritum sanctū, Spiritū, inquit, tuum ne aue
ras à me, iam spiritū principalē, Spiritu ait
principali confirma me (qui principalis
adnotante Hierony. eo dicitur, quò patris
spūs est, nam pater principiū est) itidē &
spiritū rectum appellat, quia Spūs sanctus
filij spūs est, qui est veritas & rectitudo.
Quāq̄ verò multinomius est Spūs san
ctus, vna tñ persona diuina & simplicissi
ma est, à patre, & filio procedens, vt in tro
pologia de sanctissima Triade ad ca. 6. abū
dē denarratū est. Vt autem multitudo no
minū personæ simplicitati nihil officit: ita
quoq; & donorū multitudo enarratorum
ab Esaia, donātis vnitati, & simplicitati, ni
hil obssistit. Spiritus igitur Dñivnus & sim
plicissimus est. Multiplicatus tñ in donis,
quæ sunt vt septē liquidissimi & clarissimi
riui, qui à perēni fonte vberriusq; fluuiio,
qui est Spūs sanctus, cuius imperus lætifi
cat ciuitatē Dei, iugiter dimanant & scatu
riunt. Neq; solum riuis istis mentes san
ctorum irrigat, sed propria inundatione il
las alluit & fœcundat. Id quod nostrates
Theologi alia sermonis figura dixerunt:
nam Spiritū aiunt sanctum dari nobis in
donis & in persona. Id quod verū est, quan
do dona hæc collectim infundūtur. Tunc
enim neque dona seiunguntur ab spiritu,
neque spiritus à donis. At verò si seorsim
hoc aut illud donum homini donatur (vt
sæpē donatur, homini extra charitatē agē
ti) tunc sanē fons separatur à riulo, & ri
uulus à fonte. Inter hæc autem, dona quæ
dam vitam exercentes contemplatiuā fa
miliarius & vberius habent. Nam hi sapiē
tia pollent, quæ cum sit diuinarum rerum
notio, qui in cognoscendis diuinis præci
puē incumbunt, spiritu sapientiæ illustrari
plus quā cæteros dignius est. Spiritu verò
intellectus, pphetas vberius donatos fuisse
probabile est. Quippe visionibus pro

pheticis instructi, intellectu superno eru
diti sunt, vt visa sacra, quæ spectabant, intel
ligerent. At qui hoc spiritu magis illustra
bant ēminētius diuina adepti sunt. Si libet
lege secundum Prologum nostrum in E
saïam. Qui verò in actiuam incumbūt vi
tam spiritu scientiæ & spiritu consilij am
plius donātur, vt inferiora, quæ versant, ne
gotia ad diuinum placitum moderari me
lius valeant. Et quod de istis donis ad in
tellectualem partem pertinentibus dixi
mus, de tribus reliquis, quæ affectiuæ sunt
partes, dicere oportebit, non omnibus ex
æquo distribui, sed variē donari. Nam qui
theorici, & cōtemplatiui sunt diuinitatis,
istis pietas maior est, subindeq; spiritu pie
tatis pollentiores sunt. Etenim ex assidua
contemplatione diuinorum feruentius ar
det diuina charitas, & pietas erga Deum
maior resultat. Est enim spiritus pietatis,
q̄ reuereri diuina & superiora amat. Quò
verò Deus ardentius amatur ab homine
eò reuerentius colitur & adoratur. Et de
mum in primo parēte fidei Abraham, hu
ius rei periculum facito, qui diuinitatis sa
pientia præcipuē cum fuisset imbutus, di
uinitatis quoque fait pientissimus: loquar
(ait) ad Dominum meum cum sim puluis
& cinis, Gene. 18. & secundum lectionem
Græcam, in lib. Iob legimus cap. 28. pietas
ipsa est sapientia. Nam theosebia pieta
tem, id est Dei cultum Græcis significat:
loco cuius nos legimus, timor Dei ipsa est
sapientia. Merito autem pietas Dei sapien
tia dicitur, non quia vnum sint (sapientia
nanque mentis est affectio, pietas verò vo
luntatis) sed quia contemplatione æterno
rum qui gaudent, maiori quoq; in Deum
feruntur pietate. Dono verò fortitudinis,
ij eminentius potiti sunt, qui sanguinē suū
p̄ Ch̄so fuderunt, eiusq; gr̄a durissima cer
tamina subierūt. Fortitudo em̄ Arist. docē
te li. eth. 4. circa pericula bellica tota occu
pat, & sctōrū martyrū grauissima fuere cō
tra mūdū bella. Quia ipsi imbelles cū po
tētissimis bella spūs gesserūt. Timoris do
no ij ampli⁹ fruunt, q̄ eo magis p̄ statu suo
egent.

Spiritus pie
tatis est sa
pientia.

Dono forti
tudinis mar
tyres sunt
potiti.

egent. Quales sunt q̄ in studio virḡ actiuae
insudat. Ij em̄ cū negotijs secularibus pro
fratrū indigentis releuādis intendat, peri-
clitantur sapē de spūali vita. Multa nanq;
peccatorū incentiua se se offerunt, hoc ge-
nus negotiorū versantibus, quibus dñs do-
nū hoc timoris auget, quo prāditū & pec-
cata declinent, & a sanctis gestis non desi-
stant. Et vt semel dicamus dona hęc Spūs
sancti oibus in charitate degentibus fami-
liaria sunt, atq; cōmunia: cāterū pro status
fidelium rōne & diuersitate, quidā magis,
alij verō minus illis potiunt. Ecclesia nāq;
Iesu Chri, quæ corpus eius est, ex varijs cō-
pingitur statibus tanq̄ ex varijs membris.
Membra autē in corpore non eundē actū
habēt, Apostolo docēte. 1. ad Cor. 9. Qua
propter quidā in ecclesia Dei fulgēt dono
sapientie, alij scientiæ &c. Porro autem de
gratijs istis aut donis Spiritus sancti Pau-
lus differēs. 1. ad Cor. 12. duorū cōmemi-
nit duntaxat sapientie, inquā & scientiæ.
Diuisiones, inquit, gratiarū sunt: idem au-
tem spiritus & infra. Alij, quidem per spi-
ritum datur sermo sapiētie, alij autem ser-
mo scientiæ secundum eundem spiritum.
Hic autem sermo sapientie operatio est
spiritus sapientie, vt sermo scientiæ opera-
tio est spiritus scientiæ. Esaias igitur dona
expresit, Paulus verō donorum operatio-
nem. Est autem sermo sapientie diuina &
æterna loqui, vt sermo scientiæ de infē-
ribus, id est de sectandis virtutibus cauē-
dis peccatis sermonem habere. Quæ duo
a diuo Augustino primas tenere partes in
ter cāteras Spiritus sancti operationes: de
quibus Paul. loco indicato mentionem fe-
cit, in tractatu Psal. 135. & in lib. confessio-
num c. 13. traditum est. Sapientia em̄ con-
tulit Soli, qui factus est in potestatem diei
& scientiam Lunæ, quæ facta est in pote-
statē noctis contulit: & consultissima col-
latio est hęc. Sapientia enim, vt iam dilu-
cidatio nra differuit, diuinorū est contem-
platrix: diuina autem lumen sunt, & nō ha-
bent partem tenebrarū. Quapropter qui
in sapientia Dei versantur, lucem fulgen-

tissimam versant. Scientia verō hęc, de
qua sermo agitur, inferioribus se immi-
scet, vt diximus, in quibus tenebrarū pars
est. Nam humanæ vitæ negotia quantum
libet fidelis quiuis huius doni luce oppi-
dō perfusus verset, ex ipso hominū cōmer-
cio non nihil tenebrarum, id est, non nihil
inquinamenti sibi comparat. Proptereaq;
Lunæ, quæ nocturnas tenebras illustrat,
neque tamen prorsus fugat, quia quantūli-
bet nox lunaribus illustretur radijs adhuc
tenebricosa est, similis est scientia, vt sa-
pientia luci micantissimæ Solis, quæ non
solum illustrat, sed prorsus pellit tenebras.
Et vt hoc obiter, & p̄functoriē dicamus,
Esaias illa prosequutus est Spiritus sancti
munera, quæ internē operatur ipsemet spi-
ritus, Paulus verō, quæ externæ functiōis
sunt ab ipso Spiritu sancto in vtilitatem ec-
clesiæ elargita. Quas & diuisiones gratia-
rum, & diuisiones ministratiōnū, & diui-
siones operationum vocat: quas fusē Pau-
lus prosequitur cap. prænnotato. Nam quā
quam fidem inter hęc cōnumeret, non ea
fides putanda est, de qua ipse differit He-
bræis scribēs cap. 11. Hęc enim virtus est,
quā Theologicā vocāt, quæ est speradarū
rerū substantia & argumētū non apparen-
tiū. Illa verō, quæ inter grās connumerat,
ad speciale spiritus diuini munus pertinet,
quo plariq; donati miracula & portenta
mūdo ediderunt. Est enim illa fides, cuius
Matth. meminit, Si habueritis fidem sicut
granū sinapis, dicetis mōti huic &c. Quā
quā Hierony. lib. 3. cōm. in Matth. ca. 17.
verba hęc dñi non de montibus, vt ad lite-
rā sonāt, sed de demonibus intellectauit,
quos subigendos & in mari perturbandos
per fidei etiam modicæ efficaciam dñs istis
verbis docet, dissidente tñ Augu. qui ad li-
terā verba dñi accipit. Etiam si hoc gestū
a quoquam sanctorum fuisse non legerit
ipse, nec ego memini me legisse, montes
trāsatos diuino miraculo in maria: etiā si
memini me audiuisse a quodā Aegypto
viro probo, q̄ præerat multæ turbæ mona-
chorū Aegyptiorū, in Aegypto se vidisse

Fides Pau-
lo non sem-
per idem si-
gnificat.

Fides ad mi-
racula qua-
lis.

Locus Mat-
thæi expo-
nitur.

Quid Pau-
lus d donis.

Esai. & Pau-
lus, vt cōne-
pient in ra-
tione dono-
rum.

Sapientia est
tanquā Sol
scientia tan-
quā luna.

Consule Ludouicum grana-
tensem. 2. secundo Sancto
Simonis Et iude folio 429.

miraculū hoc multis astātibus Saracenīs. Gestū autē hoc erat, monachus quidā san-
ctitate insignis cupiēs infidelia frāgere pe-
ctora, p̄cibus à Deo obtinuit, vt mōs qui-
dam à pprio loco auulsus, in mare se tran-
sferret. Et Aegyptius Abbas pr̄noīatus
oculatū ferebat testimoniū de gesto hoc.
Sed huius rei penes autorē esto fides. Mi-
hi tñ videor in hęc, nō oportere nos diuer-
tere dñi verba, sed potius per translationē
montiū, aut arborū, in mare, dñm intelle-
xisse res impossibiles, humanis viribus, q̄
impossibilitatē docet modicā fidē, instar
grani sinapis, superare posse. Itaq; cæcorū
illuminatio, surdorū auditus, mortuorū re-
surrectio, & id genus cætera alia, quæ su-
perant naturæ facultatē, hæc vtiq; montes
sunt, qui transferūtur à fide in mare. Imò
qñ hæc miracula à sanctis gesta sunt, diffi-
ciliora longē opera exhibuerunt, quam si
montes vel arbores transferrent in mare.
Hæc ergo fides est, de qua paulus memi-
nit, quæ etiā si modica sit, magna, & prodi-
giosa operatur. Qua quidem in præsētia
destituimur: etiā si multā fidem de credē-
dis diuinis habeamus. Hac fide fulti sunt,
aut potius donati Chananæa illa euāgelica
laude nobilis mulier, & Ceterio, & cæ-
teri alij, q̄ à dño miracula impetrauerunt.
Nāq; p̄ hāc fidē nō solū miracula edūtur,
verū etiā impetrant. Et vt Hierony. ait in
dialogo aduersus Luciferianos, in Chana-
næa, & Centurione, non erat tanta fides
credendorū, quanta in nobis. Nanq; bea-
tissimæ trinitatis mysteriū, ante dñi resur-
rectionē nō fuit vulgatū, nos ergo expre-
sē credimus patrē, & filiū, & spiritum san-
ctū, vnā esse diuinitatē, cæteraq; fidei my-
steria, quæ id t̄pis nondū ita lucidē clare-
rāt. Cæterū nos tanta fide præditi miracu-
la à dño non impetramus, neque digni su-
mus q̄ mereamur audire (vt de semetipso
Hierony. tradidit) verba illa, Fiat tibi se-
cundū fidem tuā. Id quod Chananæa mu-
lier audiuit. Est igitur hæc fides, energiti-
ca, pr̄optissimaq; in Deū deuotio in dubi-
tataq; ad Deū confidentia: cuius quāta sit

mensura necessaria, vt vel impetrētur, vel
fiāt miracula, ipse nouit, qui donat. Huius
fidei carentia laborabat Petrus, qñ à Dño
increpatur, modicæ fidei cur dubitasti?
Matth. 14. Arbitror autem, quia miracula
hoc æuo necessaria nō sunt ad fidei in cre-
mēta (quippe quæ iā latas egit radices) pro-
pterea fide hac destituimur. Hæc nanq; fi-
des, quæ gratia est gratis data, fidei Catho-
licæ ampliāda gratia, ecclesiæ collata est.
Illa igitur diffusa in orbem, hæc cessat: vt
plēraq; alia, quæ Paulus cōmemorauit, su-
pra, in præsētia etiam desiderantur, vt ge-
nera linguarū, gratia sanitarū &c. Quippe
hæc omnia propagandæ fidei seruibant.
Fides ergo, de qua Paulus loquebatur ad
externam operationē pertinet, & discre-
tio quoq; spirituū, quæ inter gr̄as has col-
locatur, ad exteriorem quoq; operationē
spectat. Est enim ad retegendam diabolicam
vafritiem, quæ per homines tāquam
per instrumenta, sub honestis quibusdam
tegumentis plēraque docet aduersus reli-
gionem christianam: id quod hæreticorū
muneris est. Quod quidem discernere ec-
clesiæ apprimē necessarium, & difficilli-
mum est, vt autor est Augu. libr. 12. super
Genes. Tandem vt finē dicendi faciamus,
in Ch̄so requieuit Spūs sanctus: postquē
in beatissima Deipara maria quietem ha-
bet. Quā sic infudit Spiritus sancti gr̄a,
vt nūquam defereret: vt in tropologia ad
capi. 7. habes. De hinc verò in Apostolis,
Spiritus sanctus cum donorū suorū pleni-
tudine habitauit. Primitias em̄ spūs paulò
testante ad Rom. 8. acceperūt. Tandē gra-
datim in cæteros cōs sanctos huius lucidis-
simi fontis, qui est Spūs sanctus, irriguum
se se dilatat, atq; diffundit, ecclesiā I E S V
Ch̄i viuificans, fœcundās, fouens, corro-
borās, & deniq; in cœlestem patriā dedu-
cens. Hæc nanq; septē dona sunt velut illæ
septem colūnæ, quas Sapi. 7. diuina sapien-
tia, id est Spūs sanctus q̄ est sapientū dux,
& corrector excidit: vt in illas inclinaret
ecclesiæ Catholicæ molem. Istis nanque
donis ecclesia Dei fixa tenetur.

Cur mira-
clorum gra-
tia non ex-
tat iā in ec-
clesia.

Fides ad mi-
racula gerē-
da, & fides
ad credēda
nō sunt idē.

DILVCIDATIO IN

Esaia Caput duodecimum.



T DICES IN DIE

illa a.) Sunt qui referunt caput hoc ad deprefionem Babyloniorum, sunt enim deprefsi, & euerfi à Da-

rio Medorum rege Ciri Perfarum Regis auunculo :

quam quoque, ET dices in die

& prædixit Da-

nie. quinto. E-

go tamen mal-

lem ad tempus

reuelatæ gratiæ

referre: id quod

diem vocat pro

pheta hic, con-

futa scripturæ

phrafi. Nox inquit Paulus præceffit, dies

autem appropinquauit. Abijciamus ergo

opera tenebrarum, & induamus arma

lucis, & id genus, plæraque reperias.

Dicit ergo Christiana ecclesia, ex genti-

bus & Iudæis coalita, Confitebor tibi do-

mine, id est, aperto sermone profiteor,

& laudo te. Hæc enim confessio laudis

est: quæ enim laudamus, illa planè con-

fitemur. Est autem confessio hæc, quo-

niam iratus es mihi: conuersus est furor

tuus. Videbatur enim Deum suæ eccle-

siæ iratum esse, quando fideles suos po-

testati infidelium subdebat, & sub innu-

meris tormentis illos diuexandos sine-

bat. At verò conuersus est Domini fu-

ror quando martyrum tormenta, & cæ-

des in ecclesiæ Catholicæ gloriam, & fide-

lium, honorem versa sunt. Sin verò de Ba-

bylonica destructione res agatur hæc, prò-

ptus est sensus. Barbaris nanq; nationibus

subdens Deus Iudæos, visus est in illos fu-

rore inardescere: sub hæc quoque illos li-

bertate donans, & illorum hostes subigēs,

furorem remisisse, & inclementiam con-

uertisse visus est Deus. Non quod indi-

uinitate mutationem vllam credas: quæ

quidem immutabilis persistit, sed hæc cō-

uersio in opere diuino, tantum est aduer-

tenda. ¶ *Ecce Deus saluator meus* b.). Post

diuinam consolationem, fiduciam hæc

verba fidelium

saluator meus b, cordibus inge-

fiducialiter agā, nerāt, qua inge-

& nō timebo: qā nita, fortitudo

fortitudo mea et sequitur timore

laus mea Domi depulso. Chari-

nus & factus est tas enim foras

mihi in salutem. mittit timorē.

Et rectè eccle-

sia IESV Chri

sti Deum, deum

suum vocat, qui tamen si Deus vniuersorū

est, at iusto noīe suū fatetur esse, quia ver-

bum caro factū est: & habitauit in nobis,

quod est Christus Iesus. Huic innixa ec-

clesia tanquam spōsa super dilectum fidu-

cialiter egit olim, & fiducialiter agit mo-

do: & aget in finem vsq; seculi. Egit quidē.

Apostoli nanq; ibant gaudentes à conspe-

ctu concilij, quoniā digni habiti sunt pro-

nomine Iesu contumeliam pati. Agit ve-

rò modo fiducialiter, Christum creden-

do, & amando, ab illoq; vnice laborū suo-

rū premia reportatura cōfidens: aget de-

niq; quia fideles omnes venturi eadē con-

fidentia Christi fulgebunt: & nunquam ti-

muit, neq; timebit ecclesia Catholica ab

sponso suo roborata. Iustus nanque vt leo

confidens est: & pax est multa diligentibus

dominum: & non est illis scandalum.

Proptereaque Ecclesia sanguine IESV

Christi aspersa, & absterfa, fiducialiter ca-

nit, cum Esaia. Fiducialiter agam nō time-

bo. Certa nanq; facta est à charissimo sibi

sponso Christo in medijs pressuris fouen-

dam esse in medijsq; flāmis non æstuan-

dam:

Roma. 13.

Confessio
laudis.

Acto. 5.

Prouer. 28.

Ecclesi. 5. 1. dam: vt olim rubus ille Mofi, horrendum spectaculum, flammis coruscans, non incendebatur. Ego ait Christus vobiscum sum vsque ad consummationem seculi: & **Matth. 24. Lucæ. 11.** Rursum nolite timere pusillus grex, quia complacuit pa-

tri vestro dare **Haurietis aquas^a** vobis regnum.

Et præter hæc, vt timorem prorsus deponamus, charissima nobis corpora nihili facienda demonstrat dicens. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem occidere non possunt. Sed potius time-
Matth. 10. te eum, qui postquam occiderit corpus, animam potest mittere in Gehennâ.

Quibus omnibus & alijs non paucis sermonibus ecclesiam suam impau-
Esaï. 47. idam facit Christus, qui eam semper pro-
Iob. 17. tegit sub vmbra manus suæ, & iuxta se tan-
quam sponsam suam collocat: vt sic diu-
inè collocata, pugnas, & terrores, non pa-
ueat. Istud enim obtinere ille contende-
bat, qui aiebat, pone me iuxta te, & cuius-
uis manus pugnet contra me. Non ergo

temerè hæc verba ecclesia I E S V Christi promit, Ecce Deus Saluator meus, fiducia-
liter agam, & non timebo. Sed quid timebit? mille clypei pendent ex ea: omnis armatura fortium Cantic. 4. quid rur-
sum timebit, quæ in petra, qui Christus est sua habet iacta fundamenta: & por-
tæ inferi non præualebunt aduersus eam?

Matthæi. 16. quid demum timebit? quæ magis pressa laboribus magis fulsit? de-
uastata magis vehementius multiplicatur: quo magis deprimitur, sublimius effertur. Vt quondam Hebræus ille popu-
lus ab Aegyptijs, quò magis minoraba-
tur, eò vehementius increfcebat: neque solum inter barbarorum gladios mica-
uit, & resplenduit ecclesia: quinetiam in intestinis bellis, quæ hæretici illi parant, euangelica doctrina splendidior emer-
git. Huius ecclesiæ fortitudo & laus est Christus: vt Esaias subdit, fortitudo mea
& laus mea dominus Deus: & factus est mihi in salutem. Non enim ecclesia Iesu

Exodi. 1.

Christi suas invincendis hostibus iactat vi-
res, sed Christo victoriam suam acceptam fert. Non enim apostoli & discipuli do-
mini, principes mundanos domuerunt, ar-
morum corporalium vis: sed signis, & por-
tentis, & verbo

in gaudio de fon- crucis, non so-
lum homines, sed & demones sibi subegerunt. Hæc sunt arma militiæ Christianæ, de quibus Pau-
lus arma militiæ nostræ non sunt carna-
lia, sed potentia Deo. De hac re si iuuat
plura scire lege Tropologias nostras ad
cap. 5. ¶ *Haurietis aquas^a*). Hucusq; confi-
tentem diuinam præconia, certamq; de diui-
na consolatione fortem, & intrepidam in
Deo descripsit ecclesiâ Iesu Chri Esaias.

Nunc gaudibundâ describit dicens, haurie-
tis aquas cum gaudio de fontibus Saluatoris. Aquæ in diuinis literis iam gentes si-
gnificant, vt Ioannes, inquit, Aquæ multæ
sunt populi multi Apoca. 17. iam verò si-
gnificat doctrinæ salutaris fluentia, vt aqua
sapientiæ potauit illos Eccl. 15. & demum
cœlestia charismata, d quibus duobus ver-
ba hæc intelligi valēt. Etenim ex diuinis scri-
pturis fideles ceu ex diuinis fontib⁹ aquas
sacrarū doctrinarū hauriūt: ex quibus qui
bibit nō sitiet in æternū Ioan. 4. has aquas
dñs bibendas, ppinabat discipulis suis, qñ
aperuit illis sensum vt intelligerēt scriptu-
ras. Et qñ spū sancto de cœlis misso, & il-
lis infuso, doctores mirādi diuini verbi su-
bito euaserūt. Hi rursus fontes sunt, Chri-
stiana sacramenta: quæ ecclesiâ irrigāt cœ-
lesti gratia. Hi deniq; fontes sunt duode-
cim Apostoli quorū typus præcessit, i duo
decim illis fontibus diuina opera in deser-
to à Mose repertis, ardentissimæ mitigandæ
sitibundi populi siti. Isti sunt fontes salua-
toris Chri, lucidis defluentes aquis: qppe
ab æterna Patris luce deriuant. Isti rursus
sunt fontes prorsus humanæ mentis sitim
extinguentes. Quia qui hos fontes non li-
bauerit, æterna siti torquebit. Has ergo vi-
tales aquas à fontibus saluatoris petamus,
nō à fontibus Israelis, idest à ceremonijs,

Aqua in scri-
pturis mul-
ta significat,

Lucæ. 14.

Exodi. 15.
Nume. 33.

aut sa-

Plal. 68.

aut sacrificijs veteris legis: quę vmbrales
aquas continebāt, aut à cœnosis Lutheri,
aut aliorum hæreticorum fontibus. ¶ *Et*
dicetis in die illa, Cōfitemini Domino^a. Post
tot, & tam magnifica beneficia recepta
quid restabat ni

si qđ Eſaias mo
do p̄stat, ad lau
des domini nos
puocare, & lon
gēlatēq; diuino
rum beneficio
rum (quę ad in
uentiōes vocat)
notitiam diffun
dere. Et verē ad
inuentiōes sunt,
non quod Deus
quicquam adin
ueniat, in cuius

prospectu omnia sunt nuda, & aperta: sed
loquitur more humano. Homines verō
quando insolita operantur, inuētionibus
vt dicuntur. Significat ergo Deum exi
mijſ beneficijs & inconſuetis muneribus
eccleſiam ſuam ornaffe. ¶ *Mementote^b*.

Verē excelsū eſt nomen Ieſu Chriſti,
quo non eſt datum hominibus aliud no
men ſub cœlo, in quo oporteat nos ſaluos
fieri vt Petrus docet in geſtis Apoſtolicis.

¶ *Cantate^c*. Tranſaſto mari Rubro Ma
ria ſoror Moſi eximias Deo laudes deprō
ſit. Cantemas (inquit) domino glorioſē
enim magnificatus eſt in nobis Exod. 13.
Quid quod fideles Chriſto domino Ca
nant illi que Hymnos dulces perſonent?
qui glorioſē magnificatus eſt in Chriſtia
no populo: quem deterſit proprio ſangu

ne, & oſtia cœleſtia illi aperuit: & de tene
bris eū eduxit in admirabile lumen ſuū.
Hęc igitur munera annuntianda ſunt in
vniuerſa terra. Indigna em̄ ſunt, quę loco
rū preman̄ anguſtijs, quę tāta fulgent ma

men eius. Canta
te Domino: quo
niam magnifice
fecit: annuntiate
hoc in vniuerſa
terra. Exulta^d, &
lauda habitatio
Sion: quia ma
gnus in medio
tui ſanct^o Iſrael.

tit diſcipulorum. Et demum mediator
eſt, Dei & hominum Chriſtus Ieſus. Et
medius locus digniſſimus eſt, & aptiſſi
mus conciliandis extremis. Vt Chriſtus
conciliauit Deum, & homines: qui qui
dem magnus eſt, & ſanctus Iſraelis non il
lius literalis, ſed ſpiritualis, qui eſt eccleſia
Ieſu Chriſti. Eſt enim Deus, & homo ve
rus, & totius ſanctimonię principium, &
finis. Hunc puto literalem eſſe ſenſum hu
ius capitis. At qui volet ſenſum alium lite
ralem de deuaſtatione Babylonis per Da
riū perſequi, me non refragante, poterit.
Quia vt ſæpe admonui, textus ſacer vnus,
ſenſus literales admittere poteſt multos.
Multa huic capiti attexēda eſſent de ſacra
mētis, quę in aliū locū ſunt differēda. Pro
ptereaq; à ſenſibus tropologicis vacat,

ieſtate. ¶ *Exul -*
ta^d. Cur gaudē
dum ſit, & exul
tandū nobis cau
ſam oſtendit E
ſaias. Quia in
medio n̄ri Ch̄s
eſt, quem me
dium tenere lo
cū ſcripturę do
cēt. Ego ait ſum
in medio veſtri
tāquam qui mi
niſtrat: & ianuis
clauſis medi^o ſte

Ioan. 1.
Lucæ. 2.
Lucæ. 12.
Lucæ. 14.
1. Tim. 2.
Hebr. 8.

Lēge infra
declamatio
nem de au
guſtiſſimo
nomine Ie
ſu.

Literales ſē
ſus multos
admittit lo
cus vnus.

FINIS LIBRI TERTII.

DILUCIDATIO NUM ET DECLAMATIONUM tropologi. in Esaïam

Prophetam.

LIBER QVARTVS.

Dilucidatio in Caput Decimum tertium Esaïæ.



QV S Babylonis quod vidit Esaïas filius Amos 2.) Septuaginta interpretes visio contra Babylonem habent non onus. Nam Esaï.

Caput hoc cœpit Hebraicè dicens, haza qđ Hebræis vidit sonat. Inde Oza propheta, aut videns, & hazon, vel hizut visio deriuatur. Et hoc loco nō

Onus Babylonis quod vidit Esaïas filius Amos^a. Super mōtē caligi-

habetur Massa quod Hebr. prophetiā duram significat, vt infra onus Tyri, onus Moab. At explicationis gratia adiectum est onus, aut visio contra Babylonē. Postquam ergo seruatoris nostri Iesu Christi mysteria quædam sua prophetia Esaïas illustrarat, & prophetico calamo absoluerat nouum exorditur vaticinium quod decem visionibus constat, aduersus decem regna. Et ego quarti Libri in Esaïam ab hoc capite initium facere decretum habui, vt noua, quæ nunc se pandit materia, nouo libro quoq; donetur. Est autem aduertendum Spiritum sanctum per prophetas Hebræos non solum prædixisse Iudæis futura mala, quæ passuri erant, sed etiam & gentibus multa prædixere sacri vates calamitosa, & inſœlicia illis futura. Vt non solum Deus iudex crederetur & dominus Iudæorum, imò etiam & vniuersarum gentium, de quibus propter malè ab eis acta pœnas sumpsit. Vt de Babylonij hoc cap. traditur. Est autem onus in scri-

ptura vaticinium, quod malum prædicit venturum. Vt enim onus difficile est gestati, sic huiusmodi vaticinium tædiosum & difficile est audienti. Babylonij ergo captiuos duxerunt Iudæos & Tyrannidem (Deo permittente) in eos exercuerunt,

nosum^b leuate signū, exaltate vocem, leuate manū, & ingredian-

nam quidē nō fuit Deus inultam: sed excitauit contra Babylonios Persas & Medos, qui tātæ crudelitatis pœ-

nas caperent. Quanquam enim Deus interim pro decore suæ iustitiæ atrociter fideles ab infidelibus torqueri sinat, verum huius atrocitatis aliquando exactor seuerus est, vt Pharaonis sœuitia in Iudæos, & inhumanitas promptum est exemplum. Quæ etsi Iudæos Dei cultores multo euorsit, cæterum à Deo satis punita est, quādo eum, & exercitum suum in mari Rubro demersit. ¶ *Super montē caliginosum^b.* Nicolaus, in libro differentiarum, lectionem Hebraicam aliam ostendit: quæ non caliginosum, sed quietum habet: vt sit lectio hæc super montem quietum. Etenim Babylon mons quietus appellatur: quippe ab omni formidine hostilis incursionis aliena & impauida erat. Porro litera Hebraica habet dictionem, nisphe, quæ caliginosum significat in multis scripturæ locis: vt Hierem. 13. & Tob. 24. dictio hæc habetur. Quam lectionem quoque amplectitur Hieronymus. Septuaginta super montem campestre[m] ediderunt, vt alij super

Quid sit onus in scriptura.

Haza.
Oza.
Hazon.
Hizut.

super montem excelsum. Sed lectio germanior videtur nostra. Babylon verò mons caliginosus forte eo appellata est, quod tenebræ infidelitatis, & caligo idolatriæ Babylonios occupabat. In montis ergo appella-

tione, super-biam illius nationis Prophe-ta insinuat, in caliginoso ve-rò, cordis cæcitate, eiusdem nationis subindi-cat. Super mon-

tē igitur (ait) id est aduersus Babylonē leua-te vexilla vestra. Vos ò Persæ aduersus il-lam conuocate bellum, & portæ aduer-sariorum vobis patebunt, & penetra-bitis illas. ¶ *Ego mandauī.* ^{a)} Nicolaus a-liam lectionem huius loci indicat libro differentiarum: pro sanctificatis enim meis, citatis meis legit. At lectio no-stra verior lectio est. Hebræus nanque codex, mequšadai, legit, id, quod si-gnificat sanctificatus meus. Sanctifica-tio verò varias habet significationes in scripturis, quas supra amplè profecuti differuimus. Quarum altera est præpa-ratio ad opus, quod Deo cedit in glo-riam. Vnde & præparati seu destinati, vt pœnas exigant de delictis, aut scele-ribus, sanctificati appellantur in scriptu-ra. Sanctitatis enim est non solum in Deum credere, & illum amare, verum etiam quæ aduersantia sunt istis vlcif-ci. Quapropter Persas, & Medos, scri-ptura sanctificatos appellat, non pro-pter personarum sanctitatem: sed pro-pter sublimis officij delegationem, aut executionem: quæ erat de Babylonijs pœnas sumere, vt diximus. Hinc vel obiter colligas quam desipiant qui de-rident catholicos, cum Papam Sanctif-issimum vocamus non obseruantes, non meritorum personalium, sed officij & se-dis, habendam esse rationem: quæ a-

lioqui sanctissima sunt. Etiam si (quod Deus auertat) persona ipsa quæ sedem Apostolicam obtinet qui Papa est, à san-ctitate sit abhorrens. Itidemque de cæ-teris ecclesiæ principibus, Et ministris

Obserua
hec contra
Lutherū, &
suo alūnos.

dicendum puta.

Vox multitudi-nis^{b)} in montib⁹, quasi populorū frequentiū, vox sonit⁹ regū gen-tiū cōgregatarū.

Et tūc disces quā ridendi sunt qui nos rident, quia Papæ hæremus ob hoc papistas nos nuncupan-tes. At verò gloriosius est ef-se papistas, quā

Lutheranistas. Papam enim Christus constituit. At Lutheranismum diabo-lus. Quod vero niquit. ¶ *Mandauī.* in-terlinealis interpretata est ego inspirauī. At verò neque mandatum, neque inspi-rationem Dei propriæ subintelligas: sed tropum esse scripturæ. Secundo enim Regum. 6. Dominus inquit Dauid, præcepit ei vt malediceret mihi. At non legimus Semei; qui Dauid maledixit, præceptum maledicendi à Deo habuisse. Imo diuinum est præceptum de non maledicendis regibus Exodi. 22. Principi non maledices. Quapropter secreta Dei & occulta dispensatio, quæ mirabilia quædam, & hominis captum exceden-tia quæ nonnunquam per homines ope-ratur mandatum in scriptura aliquando vocatur. Talis fuit euersio Babylonis, quæ cum multa gloria, potentia, opi-bus fulgeret, maximam securitatem vide-batur sibi ab omni incurfione hostili pol-liceri. Vnde repētina illius euersio, in Deū refertur, tanquam mirabile opus. Hos er-go Medos, & Persas, sanctificatos meos, & fortes meos, exultantes in gloria mea, vocat Dominus. Quippe vltio, quam ipsi de Chaldæis, cœperunt, in diuinam glo-riam resultabat. ¶ *Vox multitudinis.* ^{b)} Vox Prophetæ hæc est. Quasi dicat iam iā ad-uentant vestri hostes ò Babylonij, iā stre-pitum militum abscondentium Chaldæo

Præceptū in
scripturā va-
ria denotat.

Sanctifica-
tio varia si-
gnificat in
scriptura.

rum vicinos montes, audio. Et quantum videtur, ex litera hęc reges alij adunati sunt Persis, & Medis, vt Babylonios deua starent. ¶ *Dominus.* a) Ne casu putet aliquis & Deo inconsulto bella hęc mota esse, Esaias inquit modo, Dominus præcepit militiæ idest militibus, venientibus de terra procul à summitate cœli. Consuetum est in scriptura phrasis, summitatem cœli vel summum cœlū terras longissimè sitas, quę cœlū videntur contingere appellari. Vt Mar. 13. Congregabit electos suos, à summo terrę vsque ad summū cœlum.

Quia ossa & cineres sanctorum, quę dispersa sunt per postremos etiā terrę fines, & per suprema aera diffusa congerenda sunt, diuina virtute. Similisque est huius loci sensus, gentes distantissimas à Babylone congregatas aduersus illam. ¶ *Dominus & vasa furoris.* b) Persas, & Medos, vasa furoris vocat, quia per hos iniuriam illatam Iudæis vltus est Dominus. De vasis enim istis mentionem facit. Disperdere autem omnem terram dicitur: nō quia vniuersum orbem, sed eo modo quo euāgelistę loquuntur Matth. 27. Mar. 15. & Luc. 23. Et tenebras factas esse super vniuersam, aut super totam terram. Quę quidem tenebrę tradente Origene non occupauerunt vniuersum orbem, sed solum Iudæam, vt Persę Babylonem euerterunt. ¶ *Vlulate.* c) Ad vlulatum incitat Prophetas: quia calamitas Babylonijs imminens, digna erat lamentis. Vastitas autem à Do-

mino vocatur, quia grauissima erat futura: vt egestas à Domino, in domo impij à Salomone traditur Prouer. 3. idest suprema egestas ab impio ferenda est. Et est cōsuetus scripturę tropus: vt sopor Domini

irruerat sup eos, idest in soporē pfundissimum erant demersi. 1. Regum. 26. & sæpè alibi in scripturis. Dies autem Dominum vocatur. Etenim tantisperdū Babylonijs iniuriā Iudæis intulerunt, diem suum egisse videntur. At cum de iniuria Deo permitte, vindicta capta est, dies Domini censetur: cuius solius est hęc, & alia

permittere ad ostensionem iustitię suę. ¶ *Propter hoc.* d) Idest enerues erunt Chaldæi. Ad resistendum Persarum viribus. ¶ *Torsiones.* e) Metaphora est parturientis fceminę: quę dum parit doloribus torque tur, ventrisque torsionibus agitur immensis. In quem modum torquendi erant Chaldæi, & totum quod sequitur nihil aliud quam supremam illius gentis vastitatem, insinuat. ¶ *Vnusquisque.* f) Amici Iob stupentis in magna illius miseria, sermonem supprefferunt. Stupore enim attoniti vocem non exprimebant. Tale quoque Babylonijs prædicitur futurum. ¶ *Facies combusta.* g) Luridas interpretatur Hieronymus, idest sordidas. Tanta erat eis futura clades, vt lauandis & componendis vultibus, non vacaret. At verò in Naum Propheta, capit. 2. eundem legimus loquendi modum, Facies, inquit, omnium eorum sicut nigredo ollę.

Locus Pauli exponens Esaiam.

ollæ. Combustio autem nigredinem facit, & quanquam Chaldæorum facies deū sta non fuisset ab igne, tribulationem tamen illorum grauissimam, & excidium hoc sermone significat. Etenim ignis combustio hæc

significat in scripturis. Prima ad Corinthios. 3. Si

Quid combustio denotet in scriptura aut ignis deustio.

cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sicut amē quasi per ignē. Quem locum Diuus Augusti. quarto tomo. in quæsti. ad Dulcitium. Quæ-

stione. 1. de tentationibus, & tribulationibus, quas ferunt perfecti, & imperfecti viri intellexit. Quas per ignem voluit significare. Et in volumine decretorum. 27. quæstion. 1. cap. impudicas, per ignem poenitudo significari traditur. Glossa rubentes, legit & non combustas: ruborem autem faciei pudor suffundit, vt pallorem timor. ¶ *Ecce dies Domini veniet crudelis.* a)

In Domini vindicta nulla crudelitas, est enim crudelitas, quando in inferendo supplicio legis norma & libramen non seruatur, imo multò exceditur. Deus autem cuius misericordia super exaltat iudicium quando animaduertit in hominum errata, clementius se gerit quam peccatores commerentur non solum cum poena temporalis, sed etiam quando æterna punit. Sē per enim citra condignum punit. Est igitur dies Domini crudelis, sanē apud eos, qui Domini vindictam trucem, & imparē suis delictis putant esse. Sapit & hoc idem lectio Apostolica Argue, (ait) obsecra, increpa, opportunē, & importunē. Id quod Paulus dixit. 2. ad Timot. 4. non quia reprehensio Euangelica secundum seipsam sit importuna, quæ alioqui op-

portunissima est: at sanam doctrinam nō sustinentibus importuna est. Indignatio autem, & ira, & furor, tria sunt diuersa significationis nomina. Etenim indignatio (vt in tropologia ad. 11. capit. diximus

ea. Quoniam^b stellæ cæli, & splendor earum non expandent lumen suum: obtenebrat⁹ est sol in ortu suo, & Luna non splendet in lumine suo.

quam neminem Græci appelliant) est quando malē nos habet quod digni indignis persuantur successibus. Ira verò vindicta est appetitus, ex sanguinis feruore iuxta cor succensi: furor denique est huius appetitus excessus. Quæ

tria in Deo non sunt. Quanquam scriptura diuinitati translaticie illa aptet, quibus significatur omnibus, suprema vindicta.

¶ *Quoniam.* b) Solenne est scripturis sacris summa mala per tenebras explicare. Nā qui illis non premuntur lucifugi sunt, & tenebras amant. Nunc ergo Propheta mira incredibiliq̃ue vtens exaggeratione luminaria ita magna, quæ sunt Sol, & Luna, vt minora, quæ sunt stellæ, obtenebranda dicit in Babylonis euerfione. Quippe tanto mœrore erant obruendi vt ex luce cœlesti nihil lætarentur. Ordinaria glossa per solem Balthasarem subaudit filium Euilmerodach, sub quo ciuitas capta est Babylonis, per Lunā verò reginam, per stellæ, verò regni illius magistratus: quæ omnia tenebris suffusa fuerunt, quia deiecti sunt omnes à suo gradu. Aut per lucē hanc cœlestem Solis, & stellarum, specialia quædā diuina atq̃ue Angelica præsidia subaudire licebit, quæ à Babylonij detracta sunt: nam furori Persico contraditi sunt. Aut demum sensus alter fortassis erit germanior, Chaldæos nanq̃ue aduertere oportet astrologica scientia peritissimos fuisse: per quam ventura sibi mala, & bona,

¶ *Quoniam.* b) Solenne est scripturis sacris summa mala per tenebras explicare.

Deus punit citra condignum.

conieſtabant, at verò hanc ſupremam Chaldaeorum calamitatem, ipſi conſiderantes Solem, & Lunam, &c. præuidere non potuerunt: neque illi præparare obuiantia remedia, ideò ait Solem ob tenebrādū &c.

¶ *Et viſitabo ſuper orbis mala.^{a)}*

Per orbem metropolim intelligit Chaldaeorū Babylonem, ppter eius dilatam amplitudinem, aut Babylonem, vocat orbem, vt tacite Babyloniorum indicet arrogantiam credentiū ſe tenere orbem & alias nationes deſpectui habentium. Scriptura enim ſæpè rem nominat, non ſecundum veritatem

Scriptura ſæpè loquitur ſecūdū æſtimationē loquentium.

rei, ſed ſecūdum æſtimationē loquentiū, iuxta illud quod Lucas cōmemorat. ca.

2. Ego & pater tuus dolētesque rebamuste, & illud Pauli. 1. ad Cor. 8. ſunt Dei multi. Viſitationē autem ſuperius docuimus pro vltione vſurpari nōnūquā in ſcriptura. ¶ *Pretioſior erit vir auro.^{b)}* Quia Perſæ atq; Medi auidiſſimi Chaldaei ſanguinis erāt, quare ſummo pretio illis ad redēptionē vitæ oblato, Babylonijſ tamē nō parcēt: per obrizum autē aurū purgaſſimū intelligit: Hieron. ex Ophir Indica regione allatū purat. ¶ *Super hoc cœlū turbabo.^{c)}* Prædixerat Eſaias Dñm indignatione plenum, & furioſum atque nimis ira

cūdū in Chaldaeos, ex quibus veluti turbatū affectibus Dñm deſcripſit. Quo ſanè turbato, quid mirū ſi cœlū turbetur, quod ſedes Dei eſt, & terra cōcutiatur, quæ eſt ſcabellū pedū eius. Nāq; turbato patre familiās, vniuerſa

rit quaſi damula^{d)} fugiens, & quaſi ouis: & nō erit qui congreget: vnusquique ad populum ſuum^{e)} conuertetur, & ſinguli ad terram ſuam fugient. Omnis qui inuētus fuerit, occidetur: & omnis qui ſuperue-nerit, cadet in gladio. Infantes eorum allidentur^{f)} in oculis eorum, diripiētur domus eorum, & vxores eorū violabuntur.

domus trāquil-
tate frui nō pōt.

Quæ omnia ad metaphorā referas, aut potius ad admirādā exag-
generationē diuini ſupplicij in Chaldaeos exerciti. Deus enim ab omni perturbatione alieniſſimus eſt: & cœlū turbatur nūquā, niſi ad aſpectum nr̄um, quādo nū-
bibus obducit.

¶ *Et erit quaſi damula.^{d)}* Conſert Babylonios damulis & ouibus, quæ animalia timida ſunt. Eteſm damula de genere caprarū ſylueſtriū eſt, timidū animal & fugax ouis verò aīal eſt imbelles, quæ ſu-

blata ſpe euadēdi aduerſaria ſibi animalia leonē, ſcilicet, & lupū, illis cedit. Id qđ vēturū prædicit Babylonijſ.

¶ *Vnusquisque ad populū ſuū.^{e)}* Quod ideo dicit, quia milites externi, ad pugnā cōducti, poſtadeptā cōtra Babylonē victoriā, in ſua remearūt. Et quia credibile eſt Babylonios auxiliares etiā copias habuiſſe militū cōductitias quæ tamē ingruēte bello, ſuperue-nerunt auxilio: ideò ſubdit, Et omnis, qui ſuperue-nerit cadet in gladio. ¶ *Infantes eorū allidentur.^{f)}* Extrema crudelitas eſt, cū infantibus

inno-

Exponitur
Psalmi loc^o
ex Esaiā.

innoxijs non parcutitur ab hostibus. Hoc idem prædixerat Psal. 136. Filia Babylonis misera beatus qui retribuit tibi retributionem tuam, quā retribuisti nobis, beatus qui tenebit & allidet paruulos suos ad petrā. Vocat autem

Babylonē ipsam, filiam Babylonis: ut filia Hierusalem, ipsa Hierosolyma est cōsuetū scripturæ loquēdi modo. Babylon igitur accepit à Medis, & Persis, retributionē iniuriæ illatæ Iudæis à Nabuchodonosore: propterea Psalmus beatos vocat Persas: quæ paria retulerunt mala Babylonij, qualia ipsi intulerūt & beatos quoque qui paruulos Babylonios ad petras alliserunt, ut eos quassarēt, & cōfringerēt. Vocat autē eos beatos eo loquēdi mō,

quo Esaias eos dē vocarat sanctificatos, ut supra expressimus. Tria autē hoc loco exprimitur, suprema mala: alterū est infantiū allisio, alterū vxorū violatio, tertium domesticæ subſtantię direptio: quæ morti etiā crudeliſſimæ, paria cēſentur eſſe. Nā vxores præcipua sunt virorū bona: proles verò chariſſima sunt pignora: postremo facultates ipſæ, quippe quæ ad victū neceſſariæ sunt, vitæ cōparantur. ¶ *Ecce ego suscita bo.* 2) Aperit qđ sub obscure hætenus dixerat, & qui futuri erāt hostes, Medos iā manifestat eſſe atq; Persas, qui vindictæ siti-

būdi hāc explere magis amabunt, quā argētū: & aurū secū referre. Proptereaq; neq; sexui, neq; ætati parcēt. Quod hīc habet lactētibus vteris, mēdosa est lectio, sed lactētibus vteri legēdū est, cum Hierony.

in Daniele. c. 5. Prophetiā hanc Esaiā impletā legis. Darius autē Medus & Medorum rex, interfecto Balthasare, Chaldaeorū obtinuit regnū annos natus sexaginta duos, post quē Cyrus Persa Babylonicū principatum tenuit. ¶ *Et erit.* b) Gloriā Babylonicū imperij Daniel. c. 5. satis aperit. Quod tamē ita deiectum est, ut Sodomæ & Gomorrhæ, ignis succēsis cōſeratur. Tā inculta tamēq; deserta Babylonia reliquēda prædicitur ut neq; Arabicis tētorijis figendis sit apta, & pastoribus ad caulas, denique sit incōmoda. Quid autē velit Esaias per pilos, interpretes nō cōueniūt. Hieron. Faunos esse intellexit. Burgēsis latē se fundit, super voce ista, pilos: pro qua Esaias scripsit Hebraicē sehirim. Septuaginta interpretes pro Sehirim, demonia verterūt. At verò vox hæc sehirim, quæ à sahar deriuatur, significat multa. Nā sahir & in cōstructione sehiri, est hædus, seu hircus & sehira, capra. Rursum sehar est capillus, seu crinis pilus, idēq; sahar, inde adiectiuū sahir pilosus, vnde sehirot, hoc est pilosæ scribū

in Daniele. c. 5. Prophetiā hanc Esaiā impletā legis. Darius autē Medus & Medorum rex, interfecto Balthasare, Chaldaeorū obtinuit regnū annos natus sexaginta duos, post quē Cyrus Persa Babylonicū principatum tenuit. ¶ *Et erit.* b) Gloriā Babylonicū imperij Daniel. c. 5. satis aperit. Quod tamē ita deiectum est, ut Sodomæ & Gomorrhæ, ignis succēsis cōſeratur. Tā inculta tamēq; deserta Babylonia reliquēda prædicitur ut neq; Arabicis tētorijis figendis sit

apta, & pastoribus ad caulas, denique sit incōmoda. Quid autē velit Esaias per pilos, interpretes nō cōueniūt. Hieron. Faunos esse intellexit. Burgēsis latē se fundit, super voce ista, pilos: pro qua Esaias scripsit Hebraicē sehirim. Septuaginta interpretes pro Sehirim, demonia verterūt. At verò vox hæc sehirim, quæ à sahar deriuatur, significat multa. Nā sahir & in cōstructione sehiri, est hædus, seu hircus & sehira, capra. Rursum sehar est capillus, seu crinis pilus, idēq; sahar, inde adiectiuū sahir pilosus, vnde sehirot, hoc est pilosæ scribū

Sahar
Sehirim.
Eze 43.
Leuit. 4.
Leuit. 12.

tur manus Esau Gen. 27. Rursus sahir dæmon est: vnde sehirim dæmones, siue fauni, & pilosi sunt. Infra. 34. & Leuit. 17. Et mea sententia egregie consentit hæc interpretatio cū textu Esaiæ. Etenim loca solitaria dæmonibus patet, ideoq; sunt formidabilia. Babylone igitur redacta in solitudines, & humanæ culturæ beneficio orbata apta restabat illa esse futura spirituum malignorum erroribus aut vagationibus. Vagatur enim isti per loca arida, & in aquosa Matthæi. 12. Loco vlularum Onocentauros verterunt Septuaginta: vt pro Sirenibus verterunt ericios. Vlulæ autē aues sunt notissime, quæ gemitum videtur pro cantico habere. Vox Hebræa est Iim &

quæ translata est Sirenes, Tanin ab Esaiâ scribitur, quæ siue per, nun, literâ, siue per, mem, draco est, aut coluber, species quædā magni serpētis marini. Item piscis magnus habēs figurā serpētis, qui & Leuiathā siue cæte interpretatur, vt Rabbi Kimhi exponit: fortē est Tunnus piscis, quē Atun Hispanus vocat, aut piscis alius ex cætario aut cætaceo genere. Ezechielis autē ca. 29. in plurali numero legitur, taninim, & per syncopā tanim vt hic in Esaiâ. Et Threnorum. 4. translator noster vertit, lamiæ de quibus infra. Sirenes verò autōre Plinio aues Indicę sunt Veneri dicatæ. Demum sensus horum est vastitatem extremam Babylonis significare.

DE SENSIBVS TROPOLOGICIS ad Caput decimum tertium appendix.

TROPOLOGICA declamatio prima. De humanæ naturæ gloria, & eiusdem miserabili lapsu cuius prothema est. Et erit Babylon illa gloriosa in regnis &c. Esaiæ. 13.

Babylon gloriosa & inclyta, quæ alioqui deiecta est a suo glorioso gradu, & humi ignominosē prostrata est, animæ humanæ typū non ineptē imo aptissime gerit. Quæ in delicijs magnis spiritualibus, & corporalibus creata, temere tamē in innumerabiles & ppē infinitas misérias spōte se cōiecit. Quāta em exuterit hominis in paradiso terreno eximia gloria, quātaq; abūdās magnificētia, quātus mētis opportunus apparatus, quanta carnis propria purissimaq; innocentia, quis denarrare exactē poterit, nisi ille qui afflatus diuino spiritu, vt egregius Prophetā Dauid fuerit? Cuius verba hæc sunt dñi hominē quodā loquentis, Minuisti eū paulominus ab angelis: gloria, & honore, coronasti eū dñe: & cōstituiisti eū, super opera manuum tuarū, Psal. 8. Vtiq; modico minor homo quā angelicō dñus est. Quippe homo nō suapte natura immortalis erat: qppe terrenus & ex terra formatus, & cibus

egēs: quare immortalitas illius donū erat vim naturæ humanæ haud dubiū superās: qđ nri theologi originariā iustitiā affabre vocāt. Quæ in anima rationalis essentia, se dē habēs, ita totū hominē tēperabat, vt neq; elemēta, ex quibus humanū corpus cōflatū erat, mutua discordia vnquā dissiderent. Quorū dissidiū sublata diuina huius iustitiæ dote mortē hominī necessario parat. Neq; rursus carnis tūc affectus a mētis syncerē imperio discreparēt: ex quorū rebellionē peccatū hō sibi miserabiliter cōuehit. Angeli autē natiuā habent suā immortalitatē, nō ex dono sup infuso. Quia neq; cibus, aut potibus egēt, quia ex terrena mole nō cōpingūtur. Quapropter neque affectibus perturbari possunt. Habes vnde angelus hominī præferatur. Verū hęc prælatio modica erat, si statū suū in uiolatū hō seruasset ille. Etem dotes angelicas, quas angelus citra carnis cōmerciū naturales habebat, homo in carnis cōsortio

Qualis fuerit hominis immortalis & vt differat ab angelica.

Locus Psal. mi exponitur.

tio diuina gr̃atia cōsequebatur. Pr̃ter hęc gl̃oria & honore coronatū, & creaturæ visibilis principē, ac pr̃sidē verba Prophe-
tica hominē esse describunt. Nulla nanq̃; maior gl̃oria, nullusq̃; cumulator honos, quā diuinā gerere similitudinē, tā mente, q̃ corpore: etsi mēte lōgē pr̃stātius est. Mēre quidē homo gerebat diuinā similitudinē: quia nō solum inculpatus cōditus est, sed eximia sapiētia pr̃ditus, fide diuina illustratus, charitateq̃; inflāmus. Cor-
pore verō Deū referebat, qđ īmortalitatis dono idest tyrānidi mortis obnoxiiū minime creatū erat. Pr̃sidebat pr̃ter hęc cūctis visibilibus, illiusq̃; dicto vel ab stupidis audiēdum erat brutis. Nihil illi nocuisset, omnia p̃mptē obtēperassent: si tamē gradū suū tueri voluisset. Sed p̃h humanā calamitatē, hic gl̃oriosus, atq̃; inclytus in domo Dei gradus sui nescius, gl̃orię suę immemor, p̃prie maiestatis cōtēptor aduersus suū cōditorē cristas erexit, & in gl̃oria, & honore, sibi à deo gratis pr̃stitis, ita ex superbia in alienis bonis insaniuit, vt turpissimē illa p̃degerit omnia: & vt Baby-
lō illa cōmemorata, à Persis & Medis ex foelicissimo, & florētissimo statu in deterimū deturbata est: ita quoq̃; & humana natura ab vbertate dīciliarū à Satanicis potestatribus, ita miserē deiecta est, vt vates ille cecinerit lugubri certē & verissimo carmine, homo cum in honore esset, non intellexit sed comparatus est iumentis insipientibus. Si gl̃oriam hominis à me dudum recensitam tenes, age iam, & conferras illam cum calamitoso hominis isto exitu, & videbis quā latē pateat, quātumq̃; interstitiū intersit inter hominē stantē primū in paradiso, & hominem lapsum in hac lachrymarū valle. Ille enim Dñs, hic seruus, ille innocēs, hic culpatus, & nocentissimus, ille spiritualis, hic carnalis, ille immortalis, hic mortalis: & vt semel dicā, ille quidē planē diuinus, hic vero planē bestialis. Et vtinam qđ Babylo ni trīste accidit & homini hoc solū accidisset: vt ī primo homine humana miseria gradū faceret: in eo

q̃; immobilis stetit, neq̃; vltra serperet, vt in Babylo nijs stetit Babylo nica clades: & in alias nationes nō se diffudit. Porro autē nō ita, heu nō ita, sed multō secius. Nanq̃; à primo illo humanæ naturæ parente, mortiferū peccati virus, veluti propinatū est posteris omnibus, & à radice illa infecta, propagines omnes infectæ pullulant: & à fonte turbato riuuli quoq̃; turbati scaturiūt. Omnes nāq̃; homines, testāte Paulo, in Adā peccauerūt: & per vnū hominē peccatū in hūc mūdū intrauit, ad Rom. 5. Vt autē ob oculos statuā, humanū lapsum libet Danielis proferre visionē. Vidit quōdā per quietē Nabuchdonosor arborem magnā, & fortē, altāq̃; nimis, in medio terræ sitā: cuius proceritas cōlū vsq̃; cōtingebat: & aspectus illius vsq̃; ad terminos vniuersę terræ. Folia eius pulcherrima: & fructus eius nimius: & esca vniuersorū in ea: Subter eā habitabāt animalia, & bestię, & in ramis eius cōuersabātur volucres cōeli. Post cuius arboris denarratā gl̃oriā, exitū ingloriū obserua, vigil & sanctus de cōelo descēdit: clamauitq̃; fortiter, Succidite arborem, ait, & pr̃cidite ramos eius excutite folia: dispergite fructus: fugiant bestię, quæ subter eam sunt, & volucres de ramis eius. Veruntamen germen radicum eius in terra finite. Daniel. 4. Visio hæc, quam princeps ille Chaldæus vidit: quę gl̃oriam suam, & deiectionem suam, Daniele docēte, pr̃mōstrauit, nobis dubio procul graphicē humanæ naturæ statū gl̃oriosum, & miserandum significat. Est enim homo arbor hæc. Neq̃; mireris si hominem arborem dixerim. Nanque Aristoteles te docebit. 2. lib. de anima hominem esse arbore inuersam. Arbores enim ad ima mittunt radices, quibus pro ore vtuntur: vt inde sibi terrenum suggant humorem. Qui per fibras in supremum arborum verticē diffusus, arbores vegetat, & mira naturæ industria auget, & ad certa quædam ducit incrementa. A quibus diuersa est humana arbor, quæ in supremis collocat ora: vnde capiat cibum, & pilos tanquam radices

Visio Danielis exponitur.

Dignitas humanæ naturæ prima qualis fuerit describitur.

cœlum versus profusus gestat. Vnde non immerito euangelicus ille semiuidens cæcus, videbat homines tanquam arbores ambulantes. Matthæi. 8. Vt iam per arborem hominem aptè intelligere possimus. Hæc ergo arbor procera, & sublimis, cœlumque contingens optimè describitur: quia momento modico ab angelis deficiebat, vt prædiximus. Hæc in medio terræ locum habebat: etenim in paradiso voluptatis, qui optimum occupabat vniuersi locum statuitur. Hæc sub vmbra sua bestias, & animalia, tenebat: quippe sub potestate sua atque ditone cuncta animantia viuebant. Crescite (inquit Dominus) & multiplicamini & replete terram, & subijcite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & vniuersis animantibus terræ. Istud est quod ait, Et aspectus arboris erat ad fines vniuersæ terræ. Habet autem arbor hæc ramos, in quibus cœlestes aues nidum suum collocabant. Anima nanque rationalis vires habet: mentem, voluntatem, & memoriam: quæ sunt veluti brachia eius, quibus proprijs fungitur muneribus. Mente nanque considerat, voluntate amat, memoria denique vtraque hæc sibi reponit, atque apud se referuat. In brachijs istis cœlestia dona collocarat Dominus. Dedit nanque intellectui excogitandi vim præcipuam, & disciplina cœlesti repleuit illum, scientiam que spiritus indidit, voluntatem autem charitate diuina imbuuit, tandemque primum illum sapientissimum, & rectissimum hominem fecit. Escaque omnis carnis in arbore ista erat. Homo nanque microcrosmus est, mediusque inter cœlestia, & terrena. Vniuersa enim cum ipso spiritualia, & corporalia germanitatem habent, & symbolum tenent. Quapropter vniuersorum animalium esca in arbore hac est. Habent enim substantiæ spirituales, quò cum homine gaudeant: habent quoque & terrenæ substantiæ quò in hominem tendant. Est enim homo & spiritus quidam rationalis: & caro ir-

rationalis. At verò vigil sanctus de cœlo descendit: & fortiter clamat, Succidite arborem. Est enim sanctus, & vigil hic, Deus ipse: Qui inuigilat nunquamque somno opprimitur. Nam de præparato habitaculo suo respicit in filios hominum, vt videat si est intelligēs, aut requirens Deum. Psalmo. 13. Ad hoc enim inuigilat qui sanctus est, vt sanctos homines faciat: & vel hinc diuinas discas vigilias. Nanque simulatque primi parentes peccarunt, vlturus descendit Deus, & ad illos clamat, obiurgans recens delictum. Cum audissent (ait) vocem Domini Dei deambulantem in paradiso ad auram, post meridiem, abscondit se Adam, & vxor eius à facie Domini Dei, in medio ligni paradisi. Succiditur autem arbor hæc diuino iussu. Mulieri enim dixit, multiplicabo erumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios. Adæ autem dixit maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Et demum succiditur arbor, cum vtrunque & virum, & scēminam, à paradisi delicijs in hæc nostra miseranda expulit exilia. Neque tamen radicitus, hæc arbor euulsa & extirpata est vt Lutherus delirat. Mansit enim arbitrij liberi radix: quæ opitulante diuina gratia rediuuiam succisam iam poterit facere arborem. Tanta est huius vigilis atque sancti clementia, atque misericordia. Et quanquam prorsus arbor hæc ad pristinam magnificentiam tantisperdum in exilio hoc agit homo, non reparetur, reparabitur tandem quando ab exilio temporali ad patriam reuocabitur æternam. Arboris huius mentionem hactenus intermiscuimus vt naturæ humanæ excidium (quod instar Babylonici esse dicebamus) perspicacius obijceremus legentium oculis. Superest similitudinem Babylonicæ vastationis, quam in naturæ humanæ lapsum transtulimus persequi latius. Differendum enim restat, vt humana natura ciuitati conferenda veniat, & quare Babylonicæ similitudinem

Gene. 1.

Gene. 3.

Eccl. 17.

Homo medius inter cœlestia, & terrestria.

Lutheri delirium liberū arbitrij dicens esse seruum.

Quid est ciuitas.

Primus homo ut ciuitas beatissima erat.

Ad Gala. 6.
Ad Rom. 7.

dinem gerat. Est autem ciuitas, Aristotele tradente tertio. Politicorum. capitulo primo multitudo ciuium, qui participes sunt potestatis publicæ, ac gerendi magistratum: & ipsa simpliciter sufficiens est, ad viuendum. Quæ omnia in primo formato homine aduertere poterimus, si multitudinem ciuium credamus donorum multitudinem tam spiritualium, quam corporalium, in illo fuisse. Eratque reipublicæ ordo in eodem: nam carnis sensus rationi seruebat, ratio verò menti: mens verò Deo, obsequebatur. Nullum dissidium in potestatis huius exercitio nulla discrepantia in magistratus huius, regiminisve moderamine. Etenim quæ inferioris ordinis erant in homine, superiorem reueriebantur. Non enim caro concupiscebat aduersus spiritum: neque spiritus aduersus carnem: neque lex membrorum tyrannidem intentabat aduersus mentis legem. Non enim tunc multifida erat lex carnis, quæ est lex membrorum, & lex mentis, ut modo. Procul nanque erat omnis tyrannis: longè ab erat omnis violentia carnis: ignorantiaque mentis nulla erat: infirmitas affectus non exstabat. Tranquillus erat ciuitatis huius beatæ status, pacatissima erat respublica hæc, & sibi sufficientissima. Creatus nanque homo est à Deo sibi sufficientissimus. Omni nanque bono abundans constitutus est ille qui mortem poterat si vellet non experiri. Erat enim auro, & argento non egens, famis, & sitis, & morborum detrimenta non sentiens, neque fomento vestium aut domicilij præsidio egens: & demum ab omni malo tam intrinseco, quam forinseco liber, & immunis conditus est. Et ciuitas ista præter hæc tam portentosum est miraculum ut primæuam eius institutionem nobis considerantibus, penè incredibilem subeat stupor, & admiratio, ut ciuitas, quæ tam ex diuersis tamque sibi contrarijs compacta est, & constituta, ex carne inquam, & spiritu, ex ter-

rena substantia, & cœlesti, ex bestialibus sensibus, & diuinis, tanta vnitatis tranquillitate tantoque concordi consensu frueretur, ut nullæ prorsus rebellionis nullæ discrepantiæ locus, pateret. Non enim ciuitas hæc deuastata atque dissoluta est, quia inferiora eius superioribus rebellarunt: idest, quia caro recalcitrauit contra spiritum: imò potius quia humanus spiritus diuini fœderis præscripta sibi iura violauit. Præceperat enim Deus, ne de arbore scientiæ boni, & mali vesceretur homo: quod præceptum diabolica suggestione liber homo transgressus est. Hinc præclaræ huius ciuitatis excidium, hinc tantæ pacis violatio, tantæ vnitatis dissolutio: hinc ciuium, idest, diuinorum bonorum depopulatio, hinc mutatus est reipublicæ status: & demum qui erat sibi sufficientissimus, factus est omnium indigentissimus. Hanc ut desolatam iam & incultam ciuitatem, venenosa calcant animalia: in ea requiescunt bestiæ, draconesque repunt. Struthionum, & faunorum, vlularum, & sirenum iam est homo habitatio. Cessit enim in draconis illius, qui de cœlo cecidit, seruitutem humana ciuitas hæc, & in peccatorum omnium (quæ velut monstrosæ, & terrificæ bestiæ sunt) colla submisit. Nam qui facit peccatum seruus est peccati Ioannis. 8. Est autem struthio ut Aristoteles. 4. de partibus animalium capitulo. 14. ait animal partim auem, partim quadrupedem referens, quippè quod pennas habet, & non volat: ut quadrupes verò pilos habet, in palpebra superiore, & glabro est capite, & parte colli superiore: & demum bipes ut auis, bisulca, ut quadrupes. Pilosus autem quid sit Albertus Magnus cognomento, libro. 22. de animalium historia, expressit, dicens, esse animal monstrosum, cuius pars superior, hominis est, pars inferior capræ: frontem ornat cornibus, incessum nonnunquam

Lapsus hominis infelix describitur.

Quid sit struthio ex Aristotele.

Quid sit ex Alberto Magno pilosus.

habet erectum : instar fumiarum, deserta
 Aethiopiae habitat, captumq; nonnūquā
 traditur, & in Alexandriam deductum, &
 salitum in Constantinopolim delatum.
 Sirenes. Sub hac idem autor sirenes inquit serpen-
 tes esse monstrosos, dulce sibilantes, ut si-
 renæ marinæ, velocissimiq; gressus, atq;
 Sirenæ. volatus, præsentaneiq; veneni feraces, a-
 dedo, ut eius quæ afflauerint, aut percusserint,
 Fauni. ocyssima est adeo mors ut præueniat do-
 lorem. Si faunos velis cum Hieronymo. in
 terpretari, vocem Hebræam prædictā Se-
 hirim, æquipollentia sunt nomina, pilosi,
 & fauni : sibi que synonyma. Nam fauni
 eandem formam ferunt, quam pilosi, siue
 Satyri. Satyri: quæ s obuios fertur ab Hieronymo
 Antonium cenobitam egregium Alexā-
 drinum habuisse, quando Paulum eremi-
 tam primum visum iuisset. Illos que pro-
 mittere aut frendere humana verba, in vita
 beati Pauli, quam Hieronymus conscrip-
 sit, idem testatur. Quæ omnia longiuscu-
 lo orationis ductu deduxi, ut tropologia,
 & stabiliior, & patentior euaderet. Ut vel
 hinc discas, quæ sunt vitia, & pessimi mo-
 res qui in hominem irrepserunt, postquā
 ex inclyta Hierosolyma, in Babylonem
 confusionis & desolationis urbem infaus-
 tæ conuersus est. Ab struthione autem
 exordium nobis erit, qualeq; vitium
 in scripturis adumbret est indicandum.
 Et reuera nihil germanius adumbrat, quā
 hypocrisis, fictamque virtutem, quam
 superius diximus duplam esse iniquita-
 tem. Etenim struthio in vno corpore ge-
 minam longeque diuersam gerit naturam,
 scilicet volatilem, & gressibilem, bipedē,
 & quadrupedem, & adhuc in volatili non
 sibi constat. Ut. Iob. 39. Penna, inquit, stru-
 thionum, similis est pennis herodij, & ac-
 cipitris, herodius autem, & accipiter lon-
 gè lateque differunt, quanquam ambo
 rapaces aues sint. Cæterum herodius sub
 aquilarum genere est, aut aquilini generis
 præcipua est avis. Tales sunt hypocritæ,
 qui exterius personam virtutis gestant, in-
 tus verò rapacitatis furore debacchan-

tur: qui miris technis & fraudibus, sub co-
 loratis prætextibus domos viduarum de-
 uorant, & religionem sacram profanant.
 Ut hæretici, quorum alij pennas habent
 herodij: quia sublimi verborum volatu,
 ad se animas miseras trahunt, & foelicia in-
 genia deprauant: alij verò instar accipitris
 se gerunt. Accipiter enim non ita sublime-
 fertur ut aquila. Sunt huius instar quidam,
 qui in mulierculas infimamq; plebeculā
 hæreseos venena diffundunt. Pilosi verò,
 satyri vel fauni, quos iam descripsimus,
 sunt ij, de quibus Paulus ad Galat. 3. lo-
 quebatur, qui cum spiritu coeperint, carne
 consummantur, & ij, de quibus Petrus se-
 cunda epist. ca. 2. inquit, Melius enim erat
 illis non cognoscere viam iustitiæ, quam
 post agnitionem retrorsum cōverti ab eo
 quod illis traditum est, sancto mandato.
 Contigit enim eis illud veri prouerbij, ca-
 nis reuersus ad suum vomitum: & sus lota
 in volutabro luti. Tales sunt, qui post lau-
 cri regenerationis gratiam, ad sordidatā
 peccata deuoluti sunt, aut qui post poeni-
 tentiæ lamenta labuntur. Ut autem fauni
 superiorem partem humanam ferunt, po-
 steriorem verò bestialem (id quod insignis
 est monstruositas) ita quoque à gratia Dei qui
 labuntur, in diuinā inimicitiam, hac monstro-
 si tate participant. Principiū enim humanū
 habent, & rationabile, quia Deo gratum, in
 quo tñ persistere fastidietes, in partem be-
 stialem, id est, vitam maculatā recidunt. Quod
 sanè in vita spiritali monstrum est, hæc ab
 spiritu in carnē, à ratione in irrationalita-
 tē, ab homine in bestiam translatio. Sunt
 autē Sirenes qui detractores sunt, & adu-
 latores illi, de quibus paulus Rom. scribens
 inquit. c. 16. per dulces sermones, & bene-
 dictiones seducunt corda innocentum. Isti
 enim verè sirenes sunt, dulces sermones
 coram fratribus fundentes, & clanculum
 linguarum venena aduersus eosdem euo-
 mētes: qui eò ad blandiuntur ut decipiant,
 & ut in negotio circumueniant fratrem suū.
 Similes firenibus marinis poeticis carmi-
 nibus celebratissimis. Quarum dulci me-
 lodia

Hæreticia-
 nes sunt ra-
 paces.

Fauni quid
 tropologi-
 cè designēt.

Quid stru-
 thio tropo-
 logicè indi-
 cet in scri-
 ptura.

Herodius est
 de genere a-
 quilino.

Sirenes quid
 tropologi-
 cè subindi-
 cent.

lodia illecti, qui mare traijciunt, attracti pereunt. Isti sunt, quorum studio male audiunt fratres: illorum namque infamatores isti sunt, & infamiae plagam, quae morti conferatur, inferunt, & prius ledunt quam à fratribus sentiantur. Neque huic plagae saepe subuenire possunt laesi: quia illata plaga anteaerit doloris sensum, ut sirenibus serpētibuscum contingere diximus. Sunt rursus huiusmodi sirenes carnis omnes illecebrae, quae blanda titillatione ut dulci sibilo humanam voluntatem ad se illectant, & rapiunt, & raptam strangulant, & in consensum peccati deducunt. Et tam concitata est saepe haec mors spiritus, ut sine sensu doloris imò voluptate vehemēti retineatur peccatum, in finem usque vitae. Vltima quae gemebundae voce rostrapaludibus infixata tenet, lucemque odium, unde lucifugas Albertus illas esse descripsit lib. 23. de histo. anima. Isti sunt, de quibus Psalmus cecinit tricesimus quartus. Dissipati sunt, & non concuncti sunt. Namque plerique mortaliū faeculentis huius seculi delicijs, ita animo sunt defixi, ut flagellis diuinis, semel atque iterum, admoniti à paludibus seculi, quae immundas tenent aquas, abstrahere se nolunt. Dolent sane de flagellis, gement sub miserijs, quibus premuntur, at peccata deponere nesciunt, & in odio spiritualis lucis nihilominus perseuerant. En tibi ciuitatis Babylonicae cultores: en tibi socios humanae naturae lapsae atque ciues. Inter bestias enim venenatas dignum est ut homo commoretur, qui paradisi Angelica spreuit consortia & fraternitatem factus est homo draconum, & socius struthionum. Iob. 30. quia diuinam sibi arrogauerat dignitatem. Babylon enim superbia inflata corruit: & homo elatione turgens labitur. Legimus enim in diuina historia Gene. 11. homines illos, quos prima mundi tulit aetas caput Sennar incolentes, qui & Babel dictus est, unde & Babylon nomen conduxit turrim construere contēdisse propriae elationis indicium. Nam illam coelum contingentem, id est altissimam construere tentarunt, putantes diui-

nam suam industria castigatione euadere posse. Qui suae stultae & superbae machinationis supplicia digna retulerunt. Siquidem confusis exignotis sunt linguis, atque in varias regiones sunt dispersi, & confusionis nomine loco aedificandae turri dederunt: quod Babel est. Ita propemodum & homo à Deo conditus aduersus Deum turrim machinatur praerexcellentem, quando diuinam rapere similitudinem simul atque conditus est contēdit, & diabolicae suggestioni, Eritis sicut dii sciētes bonum, & malum, fide praestitit. Aqua machinatione deiectus est, atque depulsus. Quare iusto nomine, qui erat ut ciuitas incluta, & gloriosa pacis & unitatis: peruersus est in Babel diuisionis, ciuitatem & confusionis, & in ignominiae locum. Et qui creatus erat unius labij & linguae. Nesciret enim homo sermonem alium si primam suam constitutionem seruasset illibatam, praeterquam diuinam laudis sermonem. Verum, quae fuit calamitas illius, & nostra, gloriosus hic diuinam laudis sermo, versus est atque confusus in sermonem blasphemiae, detractionis, contumeliae, quibus & Deo & proximis detrahimus: cum contra. Pau. moneat ad Rom. 15. ut vnanimes vno ore honorificemus Deum.

¶ Qui prothema superiore uti volueris ad unumquemque particularē fidelē qui gratia Dei deserta, in peccata lapsus est, poterit. Et ea, quae haecenus diximus de naturae humanae lapsu, ad particularē lapsum deferre, nemo prohibebit. Et facilis est relatio. Interim autē haec, quae praediximus ad uertētes, & casum hominis defleamus, & ad restauratorem Christum corda nostra conuertamus. Qui humanam naturam desertam, & incultam, ipse suo sanguine coluit, & spirituali charismatum plenitudine rursus impleuit, dracones, struthiones, & cetera monstrifera, (quae iam retulimus) ab homine abegit. Ipse enim contriuit Satanā sub pedibus nostris, mortē denique destruxit, & vitam donauit sempiternam, & lamentis prioribus finem imponens ad gaudia sempiterna suos fideles puocat. Quae nobis concedere ipse dignetur.

Typus ex
genesi expli
catur.

Alius tropo
logicus sen
sus eiusdem
prothema
tis.

Ad Ro. 15.

DILVCIDATIO IN

Esaia Caput decimumquartum.



Miserebitur.^a) Capite proximo Esaias pulcherrimè factis persecutus est Babylonicum excidium, hoc verò elegantissima vitur figura hypotyposi: quæ est quædam ficta descriptio rerum,

vt clarè & perspicuè ipsum negotium, quod versatur legentibus, siue audientibus obijciat. Obseruabis autem familiarem esse hypotyposin scripturæ vt Dionysii. c. 1. de diuini. nomi. ostendit, quam figurationem & institutionem dicit esse. Hæc igitur loquendi figura venustissime

pheta vtens Nabuchodonosoris in foelicissimum exitum, & ab imperiali sede deturbationem, & denique tam corporis, quam animæ ruinam describit. Et priusquam in hanc rem (quæ scopus est præcipuus capitis huius) sermonem suum deducat, expatiatur paululum in consolanda captiuitate Iudæorum, quam ipse in spiritu longè procul à Chaldæis inferendam præuiderat. Ideo sic orsus est, *Miserebitur enim Dominus Iacob.* Quasi dixisset apertius de vos tribus Iuda, & Bèjamin, reliquæ, quæ estis duodecim tribuum, cum vos ceperit captiuitas, ne deiiciatis animos vestros, neque putetis iam actum de vobis esse, nullamq; spem libertatis futuram. Etenim miserebitur tandem Deus

Dominus harum reliquiarum, & quas vulerabit captiuitate, sua exigente iustitia sanabit libertate, sua donante gratia. Tandem enim peractis septuaginta annis de postliminio, post longa exilia reuersi requiescetis Hierosolymæ, quæ est patria

vestra: & captiuitatis vestræ prolixi labores, quos ab exteris nationibus patiemini, ab eisdem exteris in honorem & gloriam vestram conuertetur. Nam Darius, & Cyrus vos afficiet, magnis muneribus & aduenæ Chaldæi atque Persæ (hic enim aduenæ pro multis aduenis capitur) in vestram

hærebit domui Iacob. Et tenebunt eos populi, & adducent eos in locum suum: & possidebit eos domus Israel super terram Dñi in seruos & ancillas: & erunt capientes eos qui se ceperant, & subijcient exactores suos.^b

religionem, & familiam transferentur. Nec solum hoc leuamen erit vestræ captiuitatis: quin etiam ipsi aduenæ, barbaræque nationes vos deducunt in Iudæam, & ex hostibus immanissimis, ministri, & serui reddentur vestri. Diuus Hieronymus istud non ad Chaldæos, & Persas refert, vt ego retuli: sed de seculo Machabæorum interpretatur locum: quo tempore Iudaica gloria sub Iuda Machabæo præsertim, resplenduit subiugatis barbaris nationibus circumstantibus. ¶ *Et subijcient exactores suos.*^b) Id est Chaldæos Iudæis subijciēt. Non quia per se ipsos Iudæi Chaldæos subijcient, sed quia Dominus in ultionem Iudæorum per Darium, & Cirum Chaldæos euerit.

¶ *Et erit*

¶ *Et erit in die illa.* a) Victoriā quam de Chaldæis relaturi erant Iudæi celebrare cantico prætendit, iam Esaias. Solenne enim est in scripturis, inclyta trophæa, quæ Hebræi diuinitus de barbaris reportabant nationi-

bus, hymnis, & canticis celebrare. Vt Maria soror Moſi exitum ab Aegypto, post traictum mare Rubrū cantico suo illustrauit. Et Debora Sifaræ

mortem insigni celebrauit laude. Neque solum hæc in bellicis rebus præstare cantica in vsu erat, quin etiam de præclaris aliarum rerum successibus, il-

lorum moris erat. Vt Anna de prole suscepta, & Zacharias de Ioannis partu, & beatissima virgo de Christo concepto, verba illa magnifica deprompsit, magnificat anima mea Dominum. Vt & Simeon gestans paruulum Christum in vlnis, plenus Spiritu sancto, canticum illud spe, & fide, & charitate, diuina refertissimum protulit: Nunc dimittis seruum tuum Domine. Et pleraque alia in scripturis hoc genus reperire licet.

Quapropter siquidem restitutio libertatis & assertio Iudaici populi à captiuitate Babylonica, fuit diuini maximi-que muneris: dignum erat, vt tanta numinis diuini clementia, atque in Iudæos propensa benignitas, cantico ab Esaiâ celebraretur. Iam ergo ait, Et erit in die illa quando requiem dederit tibi Dominus à labore tuo, (idest captiuitate tua.) Sumes parabolam istam aduersus regem Babylonis & dices. ¶ *Quomodo cessauit exactor.* b) Hæc, quæ modo te-

xit Esaias verba, parabolam vocat, est autem parabola, autore Chrysostomo homilia ad Matthæum. 65. natura discrepantium rerum, sub aliqua similitudi-

ne facta comparatio. Cuiusque Hieronymus diffinitioni accedit in Marcum capitul. 4. Et iisdem autoribus parabola non aduerbum exponenda sunt, ne multa sequantur absurda. Lege Chrysostomum in capitu-

lū. 3. Matthæi homilia. 13. Est autem vsus parabolarū in scriptura frequentissim⁹, vt similitudinibus rerū sensibiliū, quæ patentia sunt, aut facile patere possunt subdantur oculis nostris, quæ in abdito sunt, intelligibilia: vt difficilia denique intellectu, ex parabola sensibili veluti palpari manibus videantur. Etenim hoc est naturæ humanæ familiare, à sensibilibus in intelligibilia profectum habere. Quia nihil est in intellectu, quin prius (Aristotele decente) præextiterit in sensu. Aduertendum secundo, quod quamquam parabolica dictio efficta videatur: at talis effictio, talia effingat oportet, qualia vel sunt, aut fuerunt, vel qualia dicuntur, vel æstimantur, aut qualia esse expedit. Vt Aristoteles meminit, in poeticis capitulo. 8. Id quod obseruandum in primis est: ne quis cum audit effictas parabolas appellari mendaces esse putet. Nam fallitur qui hoc putat. Siquidem veræ sunt: quia ea fingunt, quæ tamen non sunt, fuerunt, aut erunt, aut dicuntur, aut æstimantur, aut sic fieri expedit: vt in parabola de decem virginibus, aut in parabola zizaniorum, aut filij prodigi, & in plerisque alijs, animaduertere poteris. Nec scopus parabola est, res gestas, aut gerendas, denarrare, vt historia: sed res quasdam enarrat, vt mores componat hominum, aut secreta quædā promptius manifestet: at historia gesta denarrare verè, cupit. Quibus in præsentia missis,

¶ *Et erit in die illa.* a) Victoriā quam de Chaldæis relaturi erant Iudæi celebrare cantico prætendit, iam Esaias. Solenne enim est in scripturis, inclyta trophæa, quæ Hebræi diuinitus de barbaris reportabant nationi-

bus, hymnis, & canticis celebrare. Vt Maria soror Moſi exitum ab Aegypto, post traictum mare Rubrū cantico suo illustrauit. Et Debora Sifaræ mortem insigni celebrauit laude. Neque solum hæc in bellicis rebus præstare cantica in vsu erat, quin etiam de præclaris aliarum rerum successibus, il-

lorum moris erat. Vt Anna de prole suscepta, & Zacharias de Ioannis partu, & beatissima virgo de Christo concepto, verba illa magnifica deprompsit, magnificat anima mea Dominum. Vt & Simeon gestans paruulum Christum in vlnis, plenus Spiritu sancto, canticum illud spe, & fide, & charitate, diuina refertissimum protulit: Nunc dimittis seruum tuum Domine. Et pleraque alia in scripturis hoc genus reperire licet.

Quapropter siquidem restitutio libertatis & assertio Iudaici populi à captiuitate Babylonica, fuit diuini maximi-que muneris: dignum erat, vt tanta numinis diuini clementia, atque in Iudæos propensa benignitas, cantico ab Esaiâ celebraretur. Iam ergo ait, Et erit in die illa quando requiem dederit tibi Dominus à labore tuo, (idest captiuitate tua.) Sumes parabolam istam aduersus regem Babylonis & dices. ¶ *Quomodo cessauit exactor.* b) Hæc, quæ modo te-

xit Esaias verba, parabolam vocat, est autem parabola, autore Chrysostomo homilia ad Matthæum. 65. natura discrepantium rerum, sub aliqua similitudi-

Obserua hæc ad sacras & arcanas parabolas.

Parabola scopus.

Parabola & historia in quo differant.

Iudæorum mos inclyta trophæa laudibus celebrare. Exod. 15.

Judi. 5.

1. Regū. 2. Lucæ. 1.

Lucæ. 1.

Quid sit parabola ostenditur.

quæ in gratiam parabolæ huius Esaiæ prætulimus, ipsam nostri vatis parabolam aggre-
diantur. In qua ut in principio capitis dicere cœpimus est hypotyposis. Quæ si gura euidencia quædam est, & rerû, quæ tractantur illu-
stratio: quando-
quidem per hy-
potyposin ita
res loquendo vel
scribendo expri-
mitur, ut videa-
tur delineari.
Vel (ut inquit
Fabius in nono)

Contriuit Do-
minus^a baculum
impiorum, vir-
gam dominan-
tium, cedentem
populos in indi-

est hypotyposis proposita quædã forma
rerum ita expressa verbis, ut cerni videat-
ur potius, quàm audiri. In expositione
autẽ huius parabolæ siue hypotyposeos,
expositio varia est. Etenim Hierony. Et
glossa Ordina. de Nabuchodonosor intel-
lectam voluerunt: quam Esaias, commise-
rando atrocissimum hostis excidium pro-
sequitur. Nicolaus in Balthasarem huius
nepotem parabolam retulit. Hic enim fi-
lius fuit Euilmerodach, cuius pater fuit
Nabuchodonosor. Hoc Nicolaus credi-
dit. Esaias enim regem, de quo textit para-
bolam, solenni & regia pompa descendit
se ad inferos describit. At Nabuchodono-
sor non manes petiuit. Etenim respuit di-
uina gratia, à peccatis suis, & Deum cœli
recognouit in Dominum Danie. 4. Qua-
re credibile est damnatum non fuisse. At
neq; Nicolai expositio hæc satis concinit
cũ scriptura. Etenim Balthasaris cadaver
non exhumatũ iacuit. Et rursus parabola
hæc aduersum victorem, & depressorem
Iudæorum cõtexta est. Balthasar verò vi-
ctor Iudæorum non fuit, neq; deuastator.
Quapropter qui de Nabuchodonosor in-
terpretatur comminatoriã putant parabola
esse, quæ non proponit, quæ effectu euẽ-
tura illi erãt, sed quæ debuissent illi eueni-
re, nisi sua pœnitentia diuina flagella præ-
uenisset. Cæterũ mea sententia gratis dictũ
hoc esse puto. Nõ enim legimus in sacris

historijs Nabuchodonosorẽ sancto fine
quieuisse. Sanẽ pœnitentiã eius legimus,
at perseverantiã nõ legimus. Fieri autem
facile potuit ut à pœnitentia rediret in vo-
mitũ, ut de Niniuitis accidisse ex scriptu-

Tobi. 14.

gnatione, plaga
insanabili, subij-
cientem in fu-
rore gentes, &
persequentẽ cru-
deliter.

ra habemus. Id
quod parabola hæc
insinuat: quam
ita accipe, Quo
modo cessauit
(inquit) exactor
idest, oppressor
tuus ò Iuda, &
Benjamin? lite-
ra Hebraica ha-

bet, madheba, quæ Syris (ut ferunt lingua
tarij) aurum significat. Vnde quædam trã-
slatio habet loco huius madheba, Tribu-
tarium aurum. Reges enim Babylonis cũ
essent potentissimi, gentes innumeras si-
bi habebãt tributarias: at Babylonẽ deuas-
tata, tributum hoc cessauit, atq; quieuit.
¶ *Contriuit Dominus.*^a) Impios vocat re-
ges Babylonios Nabuchodonosorẽ, Euil-
merodach, & Balthasarem: quorum re-
giã potestatem imperialemque sedem,
quæ Babylon erat, per Persas & Medos,
Dominus contriuit. Hæc ergo per vir-
gam, & baculum intelligenda veniunt,
quæ quando tyrannicẽ exercentur, à Do-
mino dissipantur. Nam Ecclesiasti. 10. se-
des ducum superborum destruxit Deus,
& sedere fecit mites pro eis. Radices gen-
tium barbararum arefecit Deus, & plan-
tauit humiles. Thronus igitur Babylonius
arefactus, & prorsus reuulsus est, super-
bia sedentis in eo illud exigente. Quia po-
pulos cederebat, & affligebat, in indignatio-
ne, opprimens subditos intolerabili pla-
ga. Et hanc oppressionem Nabucho-
donosoris & crudelitatem demonstrat.
Danie. cap. 5. Tribus & linguæ (ait) treme-
bant, & metuebant eum: quos volebat, in-
terficiebat, & quos volebat, percutiebat,
& quos volebat, exaltabat, & quos vole-
bat humiliabat. Id quod tyrannidem il-
lius satis indicat: cuius lex est, Sic volo, sic
iubeo,

Lex tyran-
nica qualis.

iubeo, sic pro ratione voluntas. Balthazaris verò tyrannica facinora non legimus. Quia in exordio sui imperij ipso fuit orbatus à Medo Rege Dario, vt in eodem capite constat. Quanquam eius elationem, & superbiam, in Deum Daniel ostēdit: quippe qui sacra vasa profanauit, dijs argenteis, & ligneis, ex illis libans.

¶ *Conquieuit.* ^{a)}

Mortuo nāque rege deuastatore, & regnorum helluone, vel deuoratore, conquieuit terra & pace donata est.

¶ *Abietes quoque*

latata sunt, super

te, & cedri Li-

bani. ^{b)} Per abietes, & cedros, illustrissi-

mos quosque principes, qui tanquam cedri proceræ sunt, & cæteros alios gregarios & inferioris notæ viros intelligit, qui cessante oppressore Babylo-

nico lætati sunt. ¶ *Ex quo dormisti.* ^{c)}

Quos diximus oppressos introducit lo-

quentes, cum Nabuchodonosore. A tem-

pore (inquiunt) quo animam egisti, & vi-

ta defunctus es, non ascendit, qui suc-

cidat nos siue conturbet nos. ¶ *Infernus*

subter te conturbatus. ^{d)} Conturbatio ex

insperatis, & nouis successibus prom-

pta est. Descensus igitur regis huius po-

tentissimi ad inferos tanquam quid inspe-

ratum proponit Propheta. Potentissimi

enim & superbissimi, incredibile du-

cunt, sibi futurum lapsum in inferos.

Quin etiam rudis populus potentiam

hominis demirans, terribile putat si tan-

ta potentia tantaque regum gloria ad

Conquieuit ^a & siluit omnis terra, gauisa est & exultauit, abietes quoque lætatae sunt super te, & cedri Libani, ^b ex quo dormisti ^c non ascendit qui succidat nos. Infernus subter te cōturbatus ^d est in occursum aduentus tui: suscita-

inferos deturbanda sit. Qui ergo in inferno sepulti erant, deterritos describit, Propheta, occurrentes Nabuchodonosori, aut illum obuiam habentes. Quae diuina fictione, immanissimam illius ty-

uit tibi gigantes. ^e Omnes principes terræ surrexerunt de solijs suis, omnes principes nationum. Vniuersi respondebūt, & dicent tibi, Et tu vulneratus es, sicut & nos, nostri similis effectus es. Detrahta est ad inferos superbia tua

rannidem, quæ non solum viuos, sed & mortuos deterrebat, euidenter expressit. ¶ *Suscitauit tibi gigantes.* ^e) Per gigantes potentissimos intellige. Quasi dicat, tam formidabilis fuisti dū viueres o Nabuchodonosor, tam sanguinarius, vt te vita functo tuæ mortis fama simulatque peruolauit ad inferos, teque aduen-

tantem sentire manes, fortissimi quique, qui Tartareas tenent sedes, sese suscitauerunt, & prouocauerunt, agminatim tibi repugnaturi, & tyrannidi tuæ aduersaturi. At verò cum te imbellem, & eneruam aspexerint, dicent tibi, Tu iam vulneratus equidem es, sicut & nos: nostri similis effectus es. Quasi dicant illi Proch Regem illum inclytum, quis crederet te vita & potentia orbandum? quis crederet non maiorem tui habendam esse rationem, quàm vilissimorum homuncionum? Aduertendum est: in scripturis respondere, non semper esse ad interrogata. In Euangelica nanque historia non semel imò sapissimè legimus Iesum respondisse nullo interrogante, sed quando illud dicitur, quod interrogare quispiā poterat, per respondere effertur. Sic ergo hæc

Præf. sacra
aduertēda.

Hypotypo-
sis habet cō
nexā proso
poeiam.

Capit. 2. Qui & vulnerare gentes ab scriptura docet: quia invidia diaboli mors introiit in mundum. Hic dixit, Conscendā in coelum: super astra Dei exaltabo solium meum, non sanē in coelum corporale, quod iam ipse cum ceteris spiritibus angelicis repleat, ut Strabo tradidit. Coelum (inquit) Empyreū simul atq; conditum est angelis repletum est. Verūm coelum quod Lucifer conscendere affectabat, diuinitatis erat altitudo. Non quod se vertendum in Deum credidisset, aut desiderasset: quod sibi impossibile dubio procul ducebat. Et meritō cum esset creatura quæ in creatorem commutari non potest. Porro suę naturę sublimitatem cernens meritō naturalium suorum sibi beatitudinem diuinā optabat. Id quod solius Dei est, natura esse beatum, qui est beatus & solus potens. Ceteris verō beatitudo ex gratia Dei impartitur. Et impossibile quoque hoc est, ut beatitudo diuina creaturę, quantumlibet sublimi sit naturalis. Qua in re erratum est à quibusdam hæreticis, nomine Be-
 guinis: qui naturalem crediderunt humanę menti exutę à carne beatitudinem, nihil quæ opus facto, ut lumine glorię prius illustraretur, quàm diuinę visionis sit cō-
 pos. Quos damnauit Ecclesia in Clementina. Dudum de hæretic Lucifer autem & si callebat egregiē, hoc qđ cupiebat etiam sibi impossibile esse, at ppria superbia tu mens considerare noluit, aut si considera-
 uit, considerationem reiecit, seq; pratulit angelis sanctis Dei, quibus liquidō constabat se gratia diuina, & promerituros, & assequuturos tandē diuinam beatitudinem esse. Idē inquit conscendam in coelum: super astra Dei exaltabo solium meum. Etenim astra nonnunquam in scripturis Sacris angelos significāt, Iob 38. Cū me laudarent simul astra matutina. Nam an-

geli beati laudabant Dei celsitudinem simul atq; conditi fuerunt. Et quod subdit. ¶ *Et sedebo in monte testamenti* a.) Eodem quoque pertinet oratio hæc cū prioribus. Hunc sensum literalem esse putat Paulus Burgenfis, leuiculu, ut puto, argumēto ductus. Collegit enim si de Nabuchodonosore litera hæc esset interpretanda, nō ad modum conueniret, neq; ad iustum aptaretur illi prophetica exaggeratio prædicta: Quomodo cecidisti lucifer: Etenim non est admiratione dignum, quod Baby-
 lonicus ille princeps rueret: cū huiusmodi casus sublimibus personis non est rarus, tam, quia ipse Nabuchodonosor, ex vilibus parentibus ortus, in præclarissimū statum imperij prouectus est. Quare nihil mirum si qui infirma habuerat principia, exitum in fœlicem quoque habuisset. At qui ut dicere cœperā leuiculum est argumentum. Propheta enim non ad natalia, sed ad imperialem celsitudinem admirationem suam direxit. Neq; tantū hoc spectabat, sed ad cordis eiusdem principis factum, quippe Dani. 5. describitur, Eleuatū est cor eius, & spiritus illius, obfirmatus est in superbia. Quid quod literalis sensus, ab antecedentibus ut consequentibus petendus est? Vtergo antecedentia huius parabolę de Nabuchodonosore intelligēda sunt: ita quoq; & hæc, quę sub nomine Luciferi traduntur ad eundem sunt referēda, Hiero. autoritate. Ad Angelum verō per anagogen, aut allegoriam, aptari possunt. Est autē hyperbole in verbis istis, in coelū conscendā similis illi, quam in Mattheo legimus cap. 11. & Luc. 10. Et tu Capharnaū vsq; in coelū exaltaberis, & vsq; ad inferos deprimeris: & Dan. 4. Tu es rex qui magnificatus es & inualuisti: & magnitudo tua creuit, & peruenit vsq; ad coelū. In coelum igit (cum ait) cōscendā: & exal-

Luciferi cri-
men quale.

1. Timot. 1.
& 6.

Hæretici Be-
guini.

Astra ange-
los aliquan-
do signifi-
cant.

tabo solū meū sup̄ astra cœli, regni sui stā-
bilitatē eternā, superbus rex sibi vanē polli-
cē, & pr̄eminentiā sup̄ oīa regna. Et tāta
sæpē est cordis humani fumida elatio, vt
quæ suaptē natura fieri nequeūt pr̄p̄ta si-
bi esse putet. Le-
getopologiam
nostram de spū
elatiōis ad ca. 11.
Et insigniter q̄-
drat qđ adiecit,
Sedebo in mōte
testamēti, ī late-
ribus aqlonis. i.
tenebo sedē lo-
catā ad latera aq-
lonis. Vniuersus
em̄ nihil præcla-
rius tenebat orbis Salomonico tēplo: qđ
diuina ars ad cultū suū excogitarat. Quod
fitū in mōte Siō, in Aqlonē vergebat, Psal.
47. Fundat exultatiōē vniuersæ terre, mōs
Siō latera Aquilonis, ciuitas regis magni.
Fastuosus ergo imperator, q̄ cæteras gen-
tes sibi subdiderat, huius tēpli auiditate de-
tētus gloriā quoq; eius sibi subicere desi-
derans aiebat, Sedebo in monte testamen-
ti, & quod rursus suæ superbiæ filum pro-
ducens cōnectit, est ad immensam arrogā-
tiam debacchari. Ascendā, ait, super altitu-
dinē nubium. i. mihi subiugabo quæuis re-
gna, etiā altissima, & quæ videant̄ indoma-
bilia. Et ero similis altissimo. i. ero vnicus
totius terreni orbis monarcha, vt Deus
est vniuersorū. Hæc sunt inania quæ glo-
riosus iste imperator apud se otiosē & no-
xiē cogitabat, verba. At verō quid addat
Deus accipe, Veruntamē ad infernū detra-
heris, in profundū lacī, aut lacū. Vt Abdias
quoque de Edon dixit, Si exaltatus fueris,
vt aquila, etsi inter sydera posueris nidum
ruū, inde detraham te dicit dñs. ¶ Qui te vi-
derint a.) Quasi dicat non solum te ad Tar-
tarea loca tua arrogātia præcipitabit: quin
etiam pfundiora Tartari penetrabis loca.
Quantū enim ascēdisti in vanitate cordis
tui, tantūdem descendes in veritate diui-

næ iustitiæ. Et quantū glorificatus es in de-
licijs tm̄ tibi dabitur de tormētis. Tam pro-
funda em̄ tenebis loca, vt qui te videre tā
deiectū studuerint, necesse sit se inclinare
atq; pp̄edere, instar illorū, q̄ altissimas pu-
teorū aquas in-
spiscere curant,
qui capitain pu-
teos inclinant,
mediaque cor-
pora, vt in pspe-
ctu illas habeāt:
dicētq; tibi, Nū-
qđ iste est vir, q̄
conturbauit ter-
rā? Hæc verba ef-
fingunt, vt dixi-
mus, sine men-
dacio tm̄. Vt dñs non fallens fingit se lon-
gius ire. Et sunt verba, quæ hi, qui inferas
tenēt sedes proloquunt̄ Nabuchodonoso-
ri ad easdē iā deturbato. Nū hic est (aiunt)
ille vir toto orbe clarissimus imperio suo,
atq; militia terrā cōturbans, regna rapiēs,
desertas faciēs vrbes, p̄ sua libidine cuncta
cōculcans? Quatuor hīc pponunt, quæ ty-
rannica sunt, terrā conturbare, regna cōcu-
tere, desertas reddere vrbes, vinētisq; non
aperire carcerem. Regiæ nanq; potestatis
nō est cōturbare, sed pacare, terrā. Quod
si bella gerit, illud quidē gr̄a pacis, non gr̄a
belli facit. Rursus nō est regna cōcutere,
exactionibus, tributis, immodicis, & vexa-
tionibus, violētis, extorsionibus & imposi-
tionibus, & oneribus iniustis, sed dūtaxat
tolerabilibus, & quo ad fieri pōt portabili-
bus. Præter hæc non est regiæ aut impera-
toriæ potestatis, sanguinis humani tāta a-
uiditas, vt fontes cū infontibus inuoluat,
& iustos cū iniustis cede cōmaculet. Deni-
q; neq; ad eā ptinet tāta captiuitate, tātoq;
iugo p̄mere subditos, vt olim Pharaō p̄sit
Aegyptios. Diuersa igit̄ ab istis Babylo-
ni co principi sicut pestilētissimo tyrāno in
sibi subdita regna Tartarei spūs illi obtru-
dūt, vt hoc sermone significat̄. ¶ Omnes re-
ges gentiū vniuersi dormierūt b.) Dormire

in scri-

Lucr. 14.

Quatuor
rannorū ma-
la & diuer-
sa bona ha-
bere regum
est.

in scri-

in scripturis diē claudere extremū nōnunquam significat, & est sensus, ceteros reges sepultos fuisse, & sepulchris mādatos iacuisse. Nabuchodonosorem verò proietum fuisse de sepulchro Hiero. & glossā tradētibz, por-

rō Euilmero - dach patre defūcto referunt, regni paterni successione continuo nō habuisse. Quia Babylonij credebant adhuc patrē viuere. Quapropter ut regni successione cōpos fieret necessum illi fuit paternū referare sepulchrum: patrisq; cadauer exhumatū, palā ostēdere cunctis: & ut quibusdā placeret, in minutulas cōcisum partes auibus comedendum porrexit. Interim obserua, q̄ in cōcinnē, hęc Lucifero aptari ad litteram pnt. ¶ *Quasi stirps inutilis.*^a)

pulchro tuo: quasi stirps inutilis^a pollutus, et obuolutus^b cū his q̄ in terfecti sunt gladio, & descenderūt ad fundamēta laci, quasi cadauer putridū. Non habebis cōfortiū^c, neq; cum eis in sepultura: tu enim terrā disperdidisti, tu populum occidisti: nō vocabit in æternū semē pessimorū. Præparate filios eius occisioni^d in iniquitate patrū suorum:

¶ *Quasi stirps inutilis.*^a) Agricola virgulta ad nata truncis, & radicibus, arborū extirpant: quippe quę alimentarium humorē terrę exuggētia, arbores illo fraudant. Sic ergo princeps hic, ut germen inutile humanā substantiā vniuersi orbis suggēs eradicatus est à Deo. Alius legit quasi stirps abominabilis, loco polluti, sed perinde valet. Nā Iudæis quę polluta erāt, erāt etiā abominabilia, ut Petrus Apostolus abominatus est animalia illa immūda, quę cœleste illud linteam in se ipso deferebat. ¶ *Et obuolutus.*^b)

¶ *Alia trāslatio habet quasi*

vestimēta occisorū, id est, ut vestimēta cæde maculata obuoluunt, & in secreta repouunt loca: ne aspectibus hoīm horrorē incutiāt: ita quoq; & Nabuchodonosor de medio sublatu est, ut tyrānis eius finē ha-

beret. ¶ *Nō habebis consortium.*^c) Ex dictis patet, qd velit, siquidē exhumatum est Nabuchodonosoris cadauer. Qd verò inq̄t, Terrā disperdidisti, ex prioribus quoq; liquidū est. Tāta em̄ fuit huius regis tyrānis ut nō solū exactiōibus, & iniurijs, & id genus alijs, quin etiā & pessimis exemplis subiectas sibi natiōes violauerit. Eteip̄ semen euersum est. i. proles eius destructa. Nam qualia intulit alijs talia recepit ipse. Idcirco ait. ¶ *Præparate filios eius occisioni.*^d)

¶ *Præparate filios eius occisioni.*^d) Visitat enim dñs iniquitatē patrū in filios, vsq; in tertiā & quartā generationē. Quando filij (tu subaudi) paternas sapiunt iniquitates. Filiorū autē Nabuchodonosoris Balthasar vnus fuit, qui non solū paterna scelera est imitatus, sed etiā eadē excessit, vasis sacris abutens in idolorum culturā, ut diximus superius. Quapropter iure hereditario orbatus fuit ipse & posterij. Et qd subdit, Et ponā eam in possessionē ericij, solitudinē terrę significat: quia ericius solitudines amat. ¶ *Iurauit.*^e) Verbum simplex Dei firmissimū est. Qui nec fallere,

beret. ¶ *Nō habebis consortium.*^c)

Ex dictis patet, qd velit, siquidē exhumatum est Nabuchodonosoris cadauer. Qd verò inq̄t, Terrā disperdidisti, ex prioribus quoq; liquidū est. Tāta em̄ fuit huius regis tyrānis ut nō solū exactiōibus, & iniurijs, & id genus alijs, quin etiā & pessimis exemplis subiectas sibi natiōes violauerit. Eteip̄ semen euersum est. i. proles eius destructa. Nam qualia intulit alijs talia recepit ipse. Idcirco ait.

¶ *Præparate filios eius occisioni.*^d)

Exod. 34.

Verbū Dei iuramēti firmitate non eget.

nec falli potest. Adiecit tñ iuramēti solen-
nitatē, vt more humano loquatur. Cuius
est pacta, & statuta, iuramento firmissima
facere. Est em iuramentū controuersia fi-
nis. ad Heb. 6. Et in scriptura hoc nō semel
aduertimus, iux-

ta illud, Quibus
iurauī ira mea,
si introibunt in
requiē meā. No-
ta verò, cōditio
nis (si) non suspē-
dit effectū diui-
næ ultionis, sub
aliqua cōditiōe,
imò firmat ven-
turū effectū. Di-

Deus nō de
liberat, aut
cōsultat de
agendis.

cit autē Deum
mente tractare
vētura, instar hu-
manæ mentis, q̄
apud se multa di-
sputādo, & deli-
berādo, tractat.
Deus autē nihil
secum disputat,
aut deliberat, q̄
oīa simplicissi-
ma sapientia in-
tuet: & cōsultatiōe nō eget. ¶ *Ut conteram*

Assyriam.) Proposuerat rē difficilē huma-
nō iudicio, imperij, id est, Babylonici rui-
nā. Ideo pposito exemplo de Senacherib
Assyrio rege, cuius deuastatio miraculosa
accidit sub Ezechia, quo tpe pphetia hæc
cedebat, rem priorē credibilē facit. ¶ *Dñs*
exercituum decreuit: & quis poterit infirma-
re? Et man⁹ eius extēta: & quis auertet eā?

Diuina præ-
scientia non
infirmat li-
bertatem ar-
bitrij.

Rursum rem priorē confirmat. Neq; hinc
colligas diuinā præscientiā cum arbitrij li-
bertate pugnare: diuina nanq; præscientia
naturā humanā non soluit: quæ libera est.

¶ *In anno quo mortuus est rex Achaz.*) Id
est mortuo Achaz reuelata est prophetia
hæc. Monet aut ppheta Philistæam regio-
nē, ne lateat, qm cōminuta est virga percu-
tiens eā: qd referūt Glossa & Hiero. ad A-

chaz. Quē dicūt virgā fuisse percutientē
Philistæos. Nicolaus de Ozia intellectum
vult, qui pugnavit cōtra Philistæos, & de-
struxit eos. 2. Paral. 26. Ego tamē Achaz
2. Paral. 28. lego miserabiliter percussū

tes. Dñs exerci-
tuum decreuit:
& qs poterit in-
firmare? & ma-
nus eius extēta:
et qs auertet eā?
In āno quo mor-
tuus est Rex A-
chaz, factum est
onus istud. Nelæ-
teris Philistæa o-
mnis tu, qm com-
minuta est virga
percussoris tui:
de radice em co-
lubri egrediet re-
gulus, et semē ei⁹

à Philistæis, ab
Israelitis, & ab
Assyrijs: quare
p virgā cōminu-
tam regnū Iuda
qd plurimū per-
cusserat Philis-
tæos, sub Dau-
de, intelligo. 2.
em Reg. 5. hoc
legimus, itidem
& sub Ozia. At
sub Achaz con-
fractas habebat
vires Iuda re-
gnum. Idcirco
hortat ne Pale-
stini lætent, qd
regnū Iuda cō-
minutū sit: quia
de radice colu-
bri, id est de tri-
bu Iuda egredie-
tur regul⁹, id est

Ezechias rex, qui esset deuastaturus Philis-
tæos cōfertur aut Dauid colubro, vt Eze-
chias, q ab eo origenē duxit regulo, q est
serpēs ipso visu occidēs, nō quia aut auus,
aut nepos iniqui fuerint: qui alioqui fuere
sanctissimi: sed quia noxij Philistæis extite-
rūt. Ad quē modū etiā Chrm diximus su-
pra serpentē appellari: & loco huius semē
eius absorbēs volucrē Hebraica lectio ha-
bet, & fructus eius serpens volās, id est à re-
gulo pcedet serpens volās. Et in eundem
sensum reddēda est lectio hæc, i quē prior
reddita est. Nā serpēs hic volās Ezechias
est, qui celeri volatu siue bello Philistæam
percussit, & pascuntur primogeniti paupe-
rū. Donata pace sub Ezechia pstratis Phi-
listæis, & Chaldæis, pauperū filij, siue pau-
peres ipsi locupletiores ex hostilibus spo-
lijs eua-

Mala in sc̄a
pturis non
nunquā be-
na signifi-
cant.

lijs eua-

lijs euaserūt & securiores. Aduerte aut Ba-
filiscos & regulos serpētes esse venenatissi-
mos, quos parit Africa venenatorū fœcū-
da parēs. At verò serpētes isti multis flexi-
bus torquent corpora sua, in sublimeq; tol-
lunt teterrimos

vultus. Enascun-
tur sub mōtibz
qbusdā eā Afri-
cæ partē spectā-
tibus, quē Hispa-
niē cabo Negro
nuncupāt. Qd
verò supra aie-
bamus Basiliscū
esse eundē, q re-
gulus, tu accipe
secundū speciem.

¶ *Et interire 2.)*

Hoc adiecit ad-
uer^s Philistēos,
quos fame prædicit perituros. ¶ *Vlula por-
ta^b.*) Olim in portis iudiciū celebrat: &
in singulari numero pluralis est subaudiē-
dus. Significat igit potestatem iudiciariā au-
ferendā esse à Philistæis. Quod subdit ab
Aquilone fumus veniet, quidā Philistæos
ab Asyrijs intellexerunt affligendos esse.
Asyrij em erāt ab aquilone Philistæis: alij
verò fumū hūc Ezechia volūt esse: q Phi-
listæorū obscurauit claritatē, & nō potue-
rūt effugere agmen eius, id est potestatem
exercitus Ezechie. ¶ *Et quid rñdebitur c.)*
Propheta hoc dixit, quia Philistæa cōmer-
cia habēte cū multis gētibus post illius de-

uastationē, nūtij siue legati gentiū, quæsi-
turi erāt tātæ deuastatiōis causam, quā sub-
iecit Esaias dicens, cām esse, quia dñs fun-
dauit Sion, per partē totā Hierosolymā in-
telligens, cui præfidebat regali officio Eze-

chias rex. Cuius
humilitatē respi-
ciēs Deus, impē-
diō illi fauit, vt p-
sterneret Philis-
tæos. Hiero. p-
nūtijs Angelos
puinciarū intel-
lexit: qd magis
tropologiam o-
ler q literalē sen-
sū. Quapropter
pauperes popu-
li in ipso spera-
būt. i. in dño. Le-

ctio correctior
habet, nō i ipso, vt referat ad deū, sed i ipsa
vt referat ad Siō. Nō qā i creatura collocā-
da est fiducia, sed in Siō spes collocāda dñ,
à pauperibus, id est humilib⁹ populi, id est
in Deo vero, qui in mōte Sion colebat. In
calce huius capi. aduertendū est, nos aliter
coepisse cap. hoc q trāslatio nra habet. Nā
capitis initiū est prope est vt veniat tēpus
eius: & dies eius nō elongabunt. Quæ ver-
ba celeritatē diuinæ vltionis aduersus Ba-
bylonios significāt. Ego tamen hoc versu-
culo misso coepi à consequenti, Miserebit-
ur enim dominus Iacob, vt & quidam a-
lij coeperunt, sed refert nihil.

DE SENSIBVS TROPO- logicis ad Cap. 14. Appendix.

*TROPOLOGICA declamatio prima, De suauissima Dei misericordia, cuius pro-
thema est. Miserebitur enim dominus Iacob. Esa. 14.*



DIUINITATIS CVM
multæ sint proprietates, quas
theologicis stylus & laudat,
& differit, quæ sunt potentia
eius, iustitia, sapiētia, & id genus alia infini-

ta, quæ cū summa & infallibili simplicita-
te, tenet Deus: nullus tamē est tractatus de
hmōi attributis dignior, neq; fidelibus au-
ribus plausibilior, atq; gratior, q si de diui-
na misericordia si non p dignitate, certē

p nro pēso differat. Nā cū cetera alia ver-
famus, siue oīpotentiā, siue oīm scientiā, si-
ue æquilibrē iustitiā, horret nī animus: nē
pe qā cōscientia nīa reatibus pētōrū con-
stringit. Ideo cū excipit neminē posse siue
diuinā potētiā diffugere, siue diuinam
scientiā fallere, siue tādē diuinā iustitiā de-
mulcere toti tremimus, & pauemus. Quā
ob rē quidā purantes suis pētīs cōsultū iri,
vt sibi deniq; fallaci securitate applau-
derēt, vt diuinā iustitiā nō vererent, nullū nu-
men esse crediderūt, vt Prothagoras qdā,
& alij nōnulli, quorū meminimus ī decla-
trop. de Sācta Triade & in disp. nīs ad. 1.
sent. li. latissimē habent diserta. Aut si diui-
nū numē erat cogitauerūt alij humanarū
ignarū rerū esse: quales illi erant, apud Iob
dicentes, cardines cōeli perābulat nec nīa
cōsiderat. Et in Psal. 93. dixerūt qdā, Non
videbit Dñs: nec intelliget Deus Iacob.
Quos tñ in eodē psal. carpēs diuinus spūs,
inq; intelligite insipientes in populo: qui
platauit aurē nō audiet? aut q finxit oculū
nō cōsiderat? quasi apertius dixisset, q dux
sapiētiæ est & sapiētū emēdator, Sap. 7. nū
qd insipiēs, aut ignar⁹ erit? Quare cū Deū
nihil latere, iustūq; deū esse & iustitias dili-
gere pētōribus in cōperto sit, maximē fi-
delibus, qd superest, nisi vt auīdissimē di-
uinæ mīæ sermonē excipiam⁹. Iustis nāq;
& pētōribus placidissim⁹ est sermo hmōi.
Istis qdē qā eos, puocat ad lachrymas, &
fletus p erratis admissis, illis verō, qā nō iu-
stificabit in conspectu dñi oīs viuens Psal.
140. & Ro. 3. Et qā in multis offendimus
oēs Iacob. 3. Quinimo & oībus creaturis
grata est mīæ diuinæ laus: nam mīa Dei in
oēs creaturas diffusa est. Est enim mīa alie-
næ miserix releuatio, & vniuersa creatura
duabus miserijs obnoxia est, & qd ex nihi-
lo extrat, & ad nihilū vadit. Priorē miserix
creatio releuat, posteriorem vero cōserua-
tio, & creaturarū potētissima manutenen-
tia, diuina. Quare sapiēs ille aiebat, Sapi. 11.
misereris oīm, & nihil odisti eorū q feci-
sti dissimulans pētā hoīm ppter poeniten-
tiam. Creans igitur Deus oīa sua bonitate,

miserus est oīm, ex nihilo ad esse illa mira-
biliter extrahens, & illa in pprijs naturis,
& opationibus postq cōdita sunt, iugiter
seruās: iugi rursū mīa vtiū erga suas crea-
turas. Porro quanq hoc verū sit de oībus
creaturis tā rōnalibus, q rōne expertibus,
verū potior est diuinæ mīæ largitas, mul-
toque spectabilior diuina clementia circa
creaturas rōnales, q irrōnales. Siquidē que
mētis non sunt participes diuinitatis non
sunt cōpotes, neq; ppriæ miserix leuamē
à Deo efflagitare pnt. De quare D. Tho.
cōsule. 1. par. q. 21. art. 3. & 4. Fuit autē vir
quidā magni noīs, q in scriptis suis libr. de
Sacramēt. ca. 153. diuinā mīam adeo eue-
xit, vt illā infinitiorē dixerit esse quā diui-
nā iustitiā: vt rāq; tñ cōfessus est alioqui in-
finitam: sed mīam infinitiorē, vt sic dixe-
rim. Ego tñ (vt hoc tāti viri pace dictū ve-
lim) & si diuinæ mīæ tractare laudes p exi-
li portiōe mea nūc studeo placitū hoc nō
duco, recipiēdū, ad diuinæ mīæ enchomia
celebrāda, hanc scilicet iustitiæ diuinæ in-
finitate p̄stare. Qñquidē diuina iustitia ip-
se Deus est: & diuina mīa is ipse quoq; de⁹
est. Porro nō capit mēs humana Deū esse
se ipso infinitiorē. Nam ex fide Catholicę
p̄scripto, in deo nihil est maius, aut minus,
nihil excedēs, aut excessū. Vt ergo mīa sit
maior diuina iustitia me sanē latet, etsi nō
latet vlciſci de pētīs nō tā amare Deū quā
misereri pētōrū. Id qd ecclesia veracivoce
canit, Deus cui, ppriū est misereri semp, &
parcere. Istud tñ qd in opibus suis seruat
Deus, parcere potius quā punire, nō est qā
mīa superat iustitiā, quatenus ī diuina exi-
stūt natura. Arguat Tho. Vualden. vt pro-
batū habeat dogma suū in hūc modū, Fœ-
cūditas diuina in pducēdis creaturis, est in-
finita, at vero in producēdo verbo diuino
est infinitior quā in producendis creaturis
igitur etiā diuina misericordia erit infini-
tior quā diuina iustitia. Ego verō credide-
rim non infinitiorē esse fœcunditatē Dei
in producēdo verbo, quā in creandis crea-
turis. Quippe vna & simplicissima & infi-
nita est fœcunditas. Ceterū producēdo

verbum

Duo de di-
uinitatē er-
rata pessi-
ma.

Cap. 22.

Peccatori-
bus & iustis
placida est
Dei miseri-
cordia.

Omnibus
creaturis
grata est mi-
sericordia
Dei.

Duabus mi-
serijs subdū-
tur creaturę
omnes.

Maiores
Dei miseri-
cordia circa
rationales
creaturas q
irracionales

Tho. Vual-
denis.

verbū agit naturaliter, ideo agit quantum potest: quare verbū producit in infinitū. At in producēdis creaturis diuina sēcūdi tas liberē se gerit, ideo nō agit totū quod potest, de qua re in nr̄is ad. 1. Sent. libr. di- spu. vberius egimus. At verō quāquā in di uinis attributis excessus neq; cogitari pos sit: familiarius tñ est diuinæ naturæ miseri cordiæ exercitiū, quā suæ iustitiæ. Iustitiā nanq; aut vindictā nō exercet Deus, nisi a creatura rōnali prouocetur ad iram. Ve rūm misericordiā etiā nō prouocatus cō cedit. Prædestinauit nanq; hoīes, ad cōsor tium suæ beatitudinis: nō meritis huma- nis præiūsis, aut extātibz, sed sua gratia in clinatus. Cuius quoq; grē semper memor ad se eosdē trahit, & vocat, Et primū homi nē formans in paradiso (vt ab hac re mihi gradū faciā diuinæ enarrādi laudes) postq̄ illū cumulatissimis donarijs ornaauerat, at q; p̄ sua affluētī misericordia eximijs dita uerat dotibus: ipse tñ tantæ misericordiæ immemor fuit. Diuina nāq; iussa est trans gressus. At verō vlturus veniēs dñs facino rosam hoīs transgressionē, nō cōcito gra du, sed lento p̄gredit gressu. Audiuit, inqt vocē Dei deambulātis ad aurā. Deambu latio aut̄ lentus est pedū motus, & quare lē tus hic Dei fuerit gradus si rogitas, dixe rim. Vtiq; se lentē agebat, q̄a ad vindictam sceleris erat p̄cedendū. Sed qd̄ ita? Nēpe q̄a natura diuina benignissima cū sit, mise rationū est amantissima, & vt has præstet prōptissima est: qp̄pe q̄ etiā nō rogata mi serationes suas fulsissimē p̄stat. Verū tarda est ad irā, ad vindictā lētissima est. Quā ob rē modis oībz ab hoīe curat p̄ctā depelle re: nihilq; nō tētāt, vt hō demū p̄cēniteat, ne locus suæ iustitiæ pateat, vt de hoīe cō meritas p̄cenas sumat. Quapropter & di uinæ musæ nūq̄ nō misericordiā Dei ma gnificāt. Misericordia, inquit, Psal. 35. tua dñe, in cœlo: & veritas tua vsq; ad nubes. Quē hymnidici sacri si expēdis verba q̄ si p̄ferūt diuinā misericordiā diuinæ verita ti, quā iustitiā vocat Nanq; inqt illā in cœ lo locari: hāc vero ad nubes vsq; p̄tingere.

At cœlū sublimius est, quā nubes. Et diuus Iacob. c. 2. misericordiā tradidit, sup̄ exal tare iudiciū, aut sup̄ exultare iudicio. Quia diuinus spūs, p̄pensior est ad misericordiā quā ad inferendū iudicium. Et Moses cele berrimus ille Dei amicus corā Deo p̄uo lutus, vt populū sibi cōmīsū Deus venia p̄cti donaret, inqt, Dominator dñe Deus, misericors, & clemēs, patiens & multē mise ratiōis, ac verus, q̄ custodis misericordiam in millia, q̄ aufers iniquitatē, & scelera, atq; p̄ctā, nullusq; apud te p̄ se innocēs est, qui reddis iniquitatē patrū filijs, ac nepotibus in tertiā, & quartā p̄geniē, Exod. 34. Quæ verba si attentē p̄s̄traueris plura epitheta diuinā clementiā quā iustitiā demonstrātia reperias. Id qd̄ nobis nō leui est argumēto Deū prōptiorē esse ad ignocendū, quā ad puniendū: magisq; pro sn̄ia sua res agit, qm̄ misereī, quā si irascit. Porro diuina testant̄ eloquia, in oībz diuinis op̄ibus, mīam di uinam & iustitiā indissolubili nexu, sibi so cia esse. Misericordia (ait Psal. 84.) & veri tas obuiauēnt sibi. Etenī si vniuersa Dei op̄a sigillatim lustremus & mīam, & iusti tiā, sibi nunq̄ nō socias prōptē habebimus. Illā quidē qm̄ Deus ex affluētī miseratio ne, cūcta cōdidit. Nō quidē ex debito, aut ex aliq̄ vrgēte causa, sed ex liberali & mag nificētissima largitate, suæ bonitatis, & sui esse participiū rebus a se cōditis ī partitus est. Egebat em̄ nihil creator ipse, creatura cōdēda: est em̄ omnipotēs, solusq; ipse si bi satis est. Quapropter Hebraico idioma te inter cetera diuina noīa, Sadai refert: id qd̄ omnipotētē, sibiq; sufficiētissimū Deū esse significat. Cōtrā verō creaturę indigētissimæ sunt: nihil enim habēt aut habere pnt, nisi qd̄ ex illo perēni & volūtario fon te diuino sibi īp̄sis hauriūt, ex quo oīs suffi ciētia creaturarū est. Istud ergo est diuinæ mīæ munus, creaturis vniuersis imp̄sum cui operi iustitiā hac rōne adiecit deus: nā cōdens naturā, sua grā, suauissima disposi tiōe illā moderat. Id qd̄ in creaturis corpo ralibus, nō difficilē aduertimus. Quasdā enim sup̄emas, vt cœlestes fecit globos:

Psalmi loc⁹
expenditur
& exponit.

Locus Exod
di exponit.

Iustitia, &
misericor
dia in om̄b
bus creatis
sunt resper
sa.

Sadai diuī
num nomen
quid velit.

Deus iustitiā
nō sumit ni
si prouoca
tus, at mis
ericordiā do
nat etiā nō
prouocatus
sed sponta
neus illam
elargitur.

Misericor
dia Dei cū
homine pec
catore ī pri
mo homine
demonstrata
fuit.

alias infimas, vt terrenū corp⁹, alias deniq; medias, vt elemēta, q̄ inter hęc duo iacēt; aquā scilicet & aerē & ignē. In quibus locādis iustissimū seruauit diuina iustitia ordinē. Vnūquodq; nāq; in eū aptauit locū, q̄ naturæ conditæ aptus erat. Vt q̄a coelestia corpora æthereā quādā & sublimē nacta sunt naturā, orbis quoq; hęc tenent vertices: ceteraq; deniq; pro sua qualitate, loca germana sibi assequunt; vt graui mole predata tenent ima, leuia vero suprema. Rursum oibus à se cōditis creaturis, p̄ rōne, & portioe, sui natiui status, p̄uidet, vt natura indēnis cuiusq; seruet: & sibi cōgrua quærat & ledētia fugiat. An non hoc dixeris si sapias diuinæ iustitiæ esse opus? quam si distributiua dixeris, nō inēpties. Cuius rei testimoniuū disertū ipsa tulit diuina sapiētia. Attingit à fine vsq; ad finē, & disponit oīa suauiter, Sapi. 8. Hęc em̄ est suauissima diuina dispositio atq; moderatio, vt iustissima distributioe vnāquanq; creaturā citra violentiā, placidē in suo gradu seruet illæsam. Hoc est rursum, quod Philosophorū monarcha, dixit, Nō hēt entia malē sed benē disponi. 12. Metaph. & rectē: vnāquanq; nāq; creatura hoc amat, hoc p̄ viribus affectat, suā immunitatē illæsam custodire. Habes ergo, ni fallor, amice lector, vt in cunctis opibus diuinis respersa sunt, & mīa diuina, & iustitia. Quia mīam & veritatē diligit Deus. Cæterum quanq; hęc, vt cernis veritate cōstet, est autē quædā peculiaris Dei mīa, & iustitia, q̄ erga hoīes exercet, donando pētiā, de q̄bus homo pœnitet. i. iustificādo hoīs mentē, & illa puniendo, si non pœniteat. Hęc est illa præclarissima mīa, quā Dauid impetrare à dño contēdebat, Psal. 50. has fundēs pias ad Deū p̄ces, Miserere mei Deus secūdū magnā mīam tuā: & scdm̄ multitudinē miserationū tuarū dele iniquitatē meā. Nihil em̄ tā resplēdet in diuino opere, q̄ facinorū humanorū relaxatio. Etem̄ si in cūctis vt diximus creaturis diuina mīa gratis diffundit: rōnali creaturæ offensam donare excellentioris est mīe, cū q̄ gratis donec, tūq; inimico do-

nat. Nāq; peccator pētis obrutus, nō vno offendiculo, sed multis, & illis grauissimis multis nominibus miserabilis est: vnde vehemēter diuinā à se ppulsat clementiā, diuinā spernit grām, diuinā deniq; nihili facit amicitia. Quē diuina iustitia eius dē excessibus lacescita equissimo iure iudicat, à Dei propitiatiōe dignissimē repellēdū. Iustū em̄ est, vt q̄ Deū nō amat, à Deo itidē nō amet, vt qui cōtēnit, contēnat, & demū in qua mēfura metit homo Deū, Deus re-metiat hominē. Si ergo hūc cōtempторē, Deus multi facit, hunc nō amatorē Deus amat, hūc quē diuina iustitia dānat, Deus absoluit, an nō putas hęc esse magnificētissimā Dei mīam cæterasq; oēs Dei mīas lōgo interuallo antecedere? Non em̄ solū gratis pētorū misere. Quia si rē accuratē cernis hęc, nō solū hoīs, sed inimici & hostis tūc misere Deus. Qd̄ si hoīs dūtaxat misere, nō ī signiorē referret hō mīam, quā vniuersa alia creata natura, à Deo condita. Vniuersis em̄ vt diximus, misere dñs: q̄a naturā, & opatrices vires, p̄ cuiuslibet dimenso creaturis suis elargit omnipotēs. At verò q̄a hostis hoīs, & eius, qui cū Deo capitales inimicitias gerit, misericorditer inimicitiam donat, istud est inestimabile præclarissimēq; & inestimabile mīe munus: hęc est clemētissima Dei opatio; istud rursum est, qd̄ diuinā charitatē ī primis apud nos cōmēdat, Paulo testāte, Romanis scribēs, Cōmēdat, inq̄t, charitatē suā Deus in nobis: qm̄ cū adhuc pētores essem⁹, Chrs̄ pro nobis mortuus est. Vnde et si ex oibus diuinis opibus, cōmēdabile Deus se hominibus haud dubiū exhibet, in nullo tñ, ita resplēdet diuinitatis laus, atq; cōmēdatio, vt in pētoris recōciliationē magnificētissimē demōstrat. Etem̄ q̄ amicorū misere, nō grāde opus p̄stat: amici em̄ sunt nobis: amicitia necessitudine cōiūcti: quare illis mīa debita est. Verū ad neutros. i. neq; amicos, neq; inimicos, si q̄s viscera mīæ fuerit, grādius non nihil & eminetius opus egit, q̄a nō debitā mīam est imparitus. Postremo verò q̄ ad inimicos misericorditer se gerit,

Psal. 89.

Donare pœnitentiam in signis est dei misericordia.

Ad Rom. 8.

Tres grad⁹ misericordie aduer-tendi.

segerit, altissimū attingit mīe gradū. Inimicitia nanq; indigna est mīa quippe quā vindictā exigit. Ad hęc, ad priorem gradū mīe amicitie coniunctio coarctat. Et quō maior est coniunctio, eo non solum ad mīam amicis charissimis impartendam obligamur: quin etiā ad dolorē de malis illorum prouocamur. In secundo autem gradu nihil est, quod nos constringat, vt misericordes simus: & nihil quoque est, quod ad nō miserendū arceat. At in postremo gradu est quidem, quod ad irascendum monet vehementer tantum ab est vt misericordiam suadeat, aut ad miserendam incitet. Ipsa siquidem offensa, & illata iniuria exigit, & vehementer efflagitat, vt offendentis non misereamur, imō cōtra potius vt offensam retaliemus valde poscit: vt sanguis iusti primi fusus contra trāscidam elamans argumento nobis est. Porro autem Deus ad misericordiam coarctari à creatura nequit. Homines nanq; in triplici genere sunt. Alij enim sub peccati sunt iacentes pondere, alij à peccatorum onere iam se alleuantes per pœnitentiā sunt: alij denique sunt iusti, & omnium horum Deus miseretur. Nam peccatores ad pœnitentiā incitat: pœnitentes consolatur, & animat: iustos corroboret & auget, promouet, & seruat. At harum triū misericordiarū, nulla homini simpliciter debita est. Oēs enim homines ex propagine corrupta procedūt. Quare siue primū hominū genus capias, siue secūdū, siue tertiū, quā scriptura oīa cōclūsit sub peccato, gratis oībus Deus suam impartit clemētiā. Nanq; ab initio natiuitatis nr̄e inimiciā cū Deo gessimus. Idcirco si ex natura inimici sumus, vt Paulus Ephes. c. 2. docet, nō uā cū Deo homines amicitia inire gratuita est misericordie. Neq; solū gratuite est misericordie, sed altissimū tenet hęc misericordia misericordie gradū, quippe vt prædiximus inimicitia indigna est quę misericordia donetur, imō, pcul valde offensi animū à miserēdo auertit. Ceterū si hos in diuina misericordia gradus perspicue

tres distinguere cupis, prim⁹ gradus esto, quo vtitur Deus ad illos quos fide per dilectionē operatē purificat, & hic est minimus horū gradus, quia misericordia illis cōcessa suo modo debita est vt iustā dicitur sumus. Alter est quo vtitur ad creaturas irracionales & insensibiles, quæ nec unę sunt quippe amicitie, & inimicitie incapaces. Et hic misericordie gradus minoris debiti est, q̄ prior ex terū non nihil debiti habet, bruta & cetera insensibilia in propria natura seruare, vt supra patuit, nō em̄ creata sunt vt periret. Postrem⁹ est, quo inimicos peccatores Deus ad se trahit, & hic maximus est misericordie gradus: quia nihil pr̄fus debiti habet. Nā cū inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortē filij eius ad Rom. 5. quo loco tu mecū collige id q̄ dudū diserebā, misericordiā, q̄ Deus amicis suis impartit, esse suo modo debitā. Nā q̄ colligit Paulus si Deus reconciliat inimicos sibi, multo amplius saluabit amicos. Prior igitur gradus misericordiā præstat, quodā modo debitā: etem̄ sancti, & synceri Dei cultores, cōiūctione quadā diuina, Deo vniti sunt, Paulo docētē, Qui adhæret Deo vnus spūs est cū eo. Quæ diuina cōiūctio, hoc postulat, hoc flagitat, vt de⁹ amicorū suorū curā gerat, mala ab illis depellat, bona illis cōciliet. Nō autē p̄tē hoc amicitie genus, Deū coarctare, pr̄fus: hoc em̄ fieri non pōt. Quis em̄ prior dedit illi & retribuetur ei, ad Ro. 1. 1. & c. 9. d. homo tu quis es qui respōdeas Deo? qm̄ ex ipso & per ipsum, & in ipso, sunt omnia. Quod si a deo ipso cūcta deriuatur bona in suas, quas condidit creaturas, & deriuata præterea seruatur p̄ diuinā operatiōē, & in meliora deo opitulante euadūt, nulli hominū dubio, pcul aut angelorū quantalibet sanctitate aut innocētia fulgeat, efferre se poterit in Deum, aut cum Deo contendere, vt sibi debita retribuatur. Quippe quæ iusti habent, Dei dono habent: quæ rursus si deus auferret, nō habent quod respōdeat, qui cuius vult miseretur, & quę vult induit, ad Rom. cap. 9. Quā ob rem diuinitas

Tom. I. Aa 5 libera

Th. 2. 2. 9.
30. art. 1.

Gene. 4.
Ad Heb. 12

Deus nō potest coarctari creaturæ vt misericors sit.

Ad Ro. 1. 1.
Ad Gala. 3.

Supra misericordia est inimicorū misereri.

Amicis Dei misericordia debita est suo modo.
1. ad Cor. 6

Nullus hominum aut angelorum contendere potest iustē cum Deo.

libera est, ab omni creaturæ debito. At si quid debiti est, diuinæ voluntatis, non coactionis est. Ipsa enim diuina volūtas, se in hoc debito constituit, vt opera bona retribuat sibi obtēperantibus. Neq; ad huiusmodi retributionē homo, imo neq; vniuersitas creaturū rerum Deū pertrahere poterat: nisi ipse liberē, & spōtanē, laboribus sanctorum premiandis talem ac tantam mercedem vitæ æternæ sanxisset. Nihil enim habemus, quod nō acceperimus ab ipso. Quod si accepimus cur gloriamdum nobis est in alienis bonis? Non ergo de iustitia agendum nobis est cum Deo, cum gratia Dei simus quod sumus. At vero non nihil iustitiæ reuera est, reddet em vnicuique dominus iuxta opera sua. Et Christus constitutus est à Deo pater iudex viuorum & mortuorum. At Vbi iudicium est, ius est: iudiciū enim à iure dicens nomen sortitur. At ius in iustitia fundamentum habet. Quapropter asserere cōpellimur iustitiam esse inter Deum, & hominem, tam ad torquendos impios: quam ad coronandos pios. Vnde Paul. sermonē hunc firmans, omnes nos, inquit, stabimus ante tribunal christi (& paucis interiectis) itaque vnusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo, ad Rom. 14. & posteriore ad Corint. 5. rursum ait, Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal christi: vt referat vnusquisq; propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malū. At vero qui retulerit mala quę gessit in corpore dum viueret, (à vita enim neq; merita neq; peccata addi possunt) huiusmodi verā iustitiā Dei experietur. Qui autē bona retulerit, quę gessit tantisper dum in corpore vixit, experietur itidem dei iustitiā. Omnes homines igitur experientur diuinam iustitiam, quanquam non eandem iustitiæ sortientur rationem. Nam sanctorū opera coronans iustitia, non ita stricta est iustitia, vt impiorum diuina punitoria iustitia. Quippe quę originē habet à diuina gratia, quę sanctos vasa fecit in honorem, & laudem diuitiarum suę misericor-

dix, impijs relictis, quę sint vasa ad contumeliam. Sed quę est diuina clementia, quod sui muneris est, nostri voluit esse laboris, vt operarij simus inconfusibiles, imò cooperarij Christi, vt paratam vitam æternā assequamur. Dignus est autē operarius mercede sua. Et in nouissimo die Christus vocabit operarios suos redditurus illis mercedem suam Matthæ. 20. & Lucæ. 10. & 6. & 1. ad Timo. 5. Quę verba iustitiam diuinam erga sanctos esse exercendam à Deo præferunt. Iam ergo, vt filium orationis, quem in longum produximus, in priora reducamus, si amicis suis Deus iustitiam administrat, (quę non nihil debiti habet (vt diximus) consequiū est, vt ratio misericordiæ, quam ad inimicos extendit Deus: quę nullatenus illis debita est, in amicis locum & gradum hunc non seruet. Nam misericordia sanctis impartita secundum formam præscriptam, debita est. Quapropter illam in infimo gradu statuimus. Nam abundantioris misericordiæ est, inimicos sibi reconciliare: quàm amicos illatos seruare. Quia hoc debiti officij est præstandi in amicos, illud verò gratuiti muneris est: etiam si horum primum excellentioris doni est, quā secundum. Itaque etiam si misericordiæ sit gradus infimus, charitatis gradus opulentior est. At obijcies fortassis, Quid ergo lapidem, aut piscem creare, siue quoduis aliud mente expertium, gradum meliorem obtinet diuinæ misericordiæ, quàm Dei amici? siquidem huiusmodi creaturis misericordia non debetur, quę illis conceditur? Amicis verò Dei misericordia quę conceditur, debetur. Diximus autem non semel gradum misericordiæ debitæ, inferiorem esse gradui misericordiæ non debitæ. At verò quę comparantur secundum eandem rationem comparari debent: siquidem in specie atoma fit comparatio. In ratione ergo misericordiæ, quę improprie mente expertibus adest: (nanque hæc proprias miseras non intelligunt, neque releuantem postulant) non facienda comparatio

paratio

Ad Cor. 4

Gal. 6.1.

Act. 10

Inter Deum
& hominem
iustitia est.

Inter Deum
& hominem
iustitia est.

Ad Rom. 9

Ad Ti. 2.

Ad Ti. 2.
Regressio
in priora ostendens
dignam hoc scilicet si debiti
est misericordiæ
ratio inabsoluta est.

Regressio
in priora ostendens
dignam hoc scilicet si debiti
est misericordiæ
ratio inabsoluta est.

Ad Ti. 2.

Ad Ti. 2.

Ad Ti. 2.

Ad Ti. 2.

Iustis misericordia suo debetur non do peccatoribus, non misericordia sed vindicta debetur.

Inimicis parcendo eximia est Dei misericordia.

Egregius Typus ex lib. Regum.

paratio, ad eam, qua homines aut Angeli propriè potiuntur. Sed abstractè, recipiendus est sermo hic, misericordia siquidem quæ ex debito dimanat inferioris gradus est, quam ea quæ citra debitum est, & hæc inferioris quoque est gradus, quam ea quæ contra debitum est. Et aliud est cõferre gradus misericordiæ inuicem, aliud est ipsa dona præstita expendere. Quia minor gradus misericordiæ maius donū admittit. Vt quod Deus sanctos suos seruet, vt sibi coniunctos, præclarissimum est donum: quippe quod perseuerantiæ donum est. At verò quia non nihil debiti habet Deum iuuare, eos qui sedulo à Deo iuari satagunt, propterea cum maiori dono, gradus misericordiæ minor est, quippe iam se transfert in iustitiam misericordia hæc. Scitè igitur Paulus dudum aiebat commendat charitatem suā Deus in nobis, &c. Quia nulla maior commendatio, nullumque tam eximium diuinæ misericordiæ seu charitatis præconiū, quam inimicis parcere, vt in superioribus commostratum est. At verò huius præclaræ misericordiæ Christus dominus autor est, ait enim cum inimici effemus reconciliauit nos in Christo, ad Romanos. 5. id est, per Christum. Vt enim olim in historia sacra Regum legimus lib. 2. cap. 21. Dauid Miphiboseth pepercit, quia filius erat Ionathæ, inter quem & Dauidem magna intercesserat amicitia, etiam iureiurando stabilita primo Reg. 18. ceteros verò Saulis posteros patibulis affixit: sic quoque Deus vniuersos homines, tanquam iniustos & primi parentis transgressoris filios, æternis cruciatibus adiget, excepto Miphiboseth Ionathæ filio, (id est, populo fidei) qui filius est per regenerationis gratiam Iesu Christi domini nostri. Huic parcat, huic peccata donat, quanquam enim ex corrupta propagine descendat, vt cæteri homines, at propter iusiurandum dei patris, amicitiamque intercedentem cum filio suo Iesu Christo fideles suos à morte æternaliberat. Rectè autem Christus

per Ionatham significatur. Ionathas enim est donum columbæ: qui pugnaturus aduersus stationem Philistinorum, reptans per prominentes scopulos, ascendens cū armigero suo, aduersantes hostes impetiuit: & imperitos prostrauit. Christus quoque qui columbæ donum est (est enim conceptus de Spiritu sancto. Spiritus (inquit) sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi) Christus ergo eatenus donum spiritus sancti est: quatenus homo est. Et infra Esaias docebit Christū ab spiritu sancto missum esse. Spiritus ait domini super me, &c. Hic ergo mysticus Ionathas in mundum veniens habuit stationem Philistinorum, aduersariam. Etenim cum diabolo & angelis eius congressurus, per crucis durissimos scopulos ascendit: & victor nobili triumpho euasit, quanta verò sit amicitia huius Ionathæ cū Dauid, (id est Deo Patre) Paulus indicat & scripturæ omnes clamant. Gratificauit, ait, nos in dilecto filio suo, & rursum, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipsum audite. Iusiurandum autem æterni Patris Petrus demonstrat. Non est aliud inquit nobis datum nomen sub cœlo, in quo oporteat nos saluos fieri, nisi in nomine domini nostri Iesu Christi: est enim illud iusiurandum, quod iurauit ad Abraham patrem nostrum daturū se nobis, vt sine timore, &c. Lucæ. 2. Et demum huic omnes prophetæ testimoniū perhibent remissionē peccatorū accipere, per nomē eius: omnes qui credūt in eū. Neque tamen hæc admirabilis reconciliatio Dei, & hominum, per Christū Iesum in hæreticū sensum trahenda est, vt trahūt huius tēpestatis heretici. Omnē reconciliationē in sola fide collocātes. Siquidem aliud est, initū reconciliationis ad ineūdā gratiā cū Deo, aliud est initam habere gratiam. Fides quidē principium est Diuinorū bonorum in homine: qua sublata fieri nō potest, vt Deo placeamus. Hæc enim docet, & instituit hominē, in diuinarum rerum doctrina. Verum qui in ea figit gradum,

in ulte-

Lucæ. 11.

Esaiæ. 61.

Lucæ. 4.

Ad Ephē. 1.

Matth. 3.

Acto. 4.

Carpitur Lutherani dogma.

Ad Heb. 11.

in vltiora progredi negligens ad poenitentiam peccatorum, & ad satisfactionem perinde est, atque ille, qui radicem arboris tenens, fructum respuit. Et ille, qui semen amans, in terram non iacit: vt inde germine suo potiatur. Est enim fides tanquam radix totius spiritualis vitæ, tanquam semē spiritualium fructuum. Vt ergo sola radix, solitarium semen, ad fructum comparandum non sufficit: ita & fides sola non sat est, vt gratiam Dei ineamus: sed huic vt alia accedant, quorum accessionem ipsa quoque fides necessariam esse docet, quæ sunt cordis contritio, auricularis confessio, & operis satisfactio, opportunum est. Et ita demum per Christum reconciliabimur Deo patri. Dixerat etenim Esaias supra à facie olei computrescet iugum capitul. 10. At ego non aliud oleum puto efficacius vt iugum peccati putrefiat, quam Christi misericordiam. Ipse enim est propiciatio pro peccatis nostris prima Ioan. 2. vt de Christo Dauid carmine suo prædixerat, Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Quo loco hæc duo iunxit in Christo veritatem, & misericordiam. Quia lex per Moſen data est, gratia & veritas per Iesum Christum. Ioan. 1. & gratia eius non aliud est, quàm misericordia eius. Per ipsum igitur exhibetur misericordia, & veritas, misericordia sanè, quia non ex operibus nostris, sed per misericordiam suam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis, Spiritus sancti, ad Titum. 3. veritas vero, quia impleuit promissiones, pactaque diuina cum patribus à Deo olim celebrata: id quod iustitiæ est opus. In Christo igitur misericordia, & veritas est. Quinimo ipse veritas, & misericordia est, & totus veritas, & totus misericordia, & solus ipse misericors & miserator. Quippe cum nullus egeat, sed sibi sit sufficientissimus, nō habet miseriam, quæ ab aliquo subleuari possit, indeque & hominum miseras atque defectus abundè leuare poterit. Et-

enim qui pauper est, vt poterit pauperi subuenire? qui ignarus est vt poterit ignaro opitulari? Quippe cæcus si cæco ducatum præstiterit, ambo in foueam cadent. Et rursus infirmus, & viribus impotens, vt poterit infirmo præsidio esse? At diues pauperi, sapiens insipienti, potens infirmo, & id genus ceteri, opem præstare possunt. Neceſsum ergo est, vt qui alterius miseriam est leuaturus, eidem miseriæ nō succumbat. Quapropter solus Deus maxime misericors est, aut rectius maxima misericordia: quippe qui solus diues, solus sapiens, solus potens, solus sine miseria, plenissima sui ipsius beatitudine fruens est, & misericordia sua solum in creaturas suas vitur: quia sui ipsius misereri non potest, se enim diligit charitate: cæterum sui non miseretur, quippe qui omnem perfectionem continet. Idcirco commendat ad modum Deus semetipsum apud homines, sua misericordia fungens: nanque misericordiam totam in creaturas fundit. Computruit igitur iugum peccatorum, à facie olei, id est, misericordiæ Christi. Est enim hoc oleum, quod ipse infundens homini vulnerato, post descensum ab Hierosolymis in Ierichunta, miscens vinum, eiusdem vulnera sanauit, Lucæ. 10. Non ab re igitur post longum orationis discesum in prothema pedem referamus: miseretur enim dominus Iacob. Dominus enim cuius est misereri, miserebitur Iacob. Est autem Iacob supplantator. Sunt quoque supplantatores qui pugnas, & certamina cum proprijs vitijs conferentes, illa deuincunt, & sibi ipsis vitia subigunt. Horum igitur miseretur dominus, istisq; impense fauet: illis enim, cum dimicantes eos videt, opitulatur, vt vincant. Sunt autem isti poenitentes, quibus nuper misis, depositisque peccatorum oneribus cum affectibus superstitibus peccatorum magna restat concertatio, vt immobiles perseuerent in itinere, quod ad cœlestem patriam arripere cœperunt. Habent quoque perfecti viri, & suas pugnas: & sapè

Bellas colla
tiores aduer
se.

Notandus
tropologicus
sensus Esai.

Psal. 88.

ad iustitiam
ob finem
suis

Repetitio
p thematicæ.

& sæpè atrocissimas, quanquam rariores. Quia longam consuetudinem in via Dei terenda duxerunt. Quorum quoque & miseretur dominus. Talis erat illius pugna, qui aiebat, Datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Satanæ, qui me colaphizet. Qui colaphis cæsus, Deum petit, ut misericordiam impetret. Ter (inquit) dominum rogaui, Ut discederet à me, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea. 2. ad

Misericordia diuinæ est quod rationibus diuexemur.

Corinth. 12. Maioris enim misericordiæ sæpè ducendum est, certamina hæc spiritus agere, quam ab illis vacare. Nam virtus in infirmitate perficitur: Idest in difficiliore: & magis ancipiti pugna, magis clarescit & rutilat victoria: maiorque & vberior reportatur ex maiori belli periculo triumphus. Ideoque Paulo stimulus relinquitur, & non impetrat quod contendit: quia maius est quod sibi donatur, quam

Loc^{us} ex Genesi 25. ad uertendus.

Gen. 27.

Gen. 33.

quod impetrare contendebat. Pœnitentes igitur & perfecti viri, sub Iacob supplantatoris typo adumbrantur. Ille enim cum Esau fratre, simulatque materna viscera illos alebant, dissidio interno pugnat, at postmodum & nouam præripuit adultamque pugnam, primogenita astu quodam subripiens. Denique cum angelo luctatur: ut verè dixeris Iacob supplantatorem esse: quales oportet quoque esse, qui peccatis vale, facere cupiunt. Qui quidem habent germanum instar Esau hirsutum, & venatorem, cum quo non semel solum, atque iterum, ut Iacob cum literalis Esau, dissidia gessit. Ego enim facile dixerim, neque ineptam tropologiam me excogitare putauerim, illa duo quæ Paulus inter se collidentia commemorat, carnem, & spiritum, ad Galat. capitul. 5. adumbrata fuisse per hos vterinos fratres, secum iurgantes in vtero. Etenim in eodem homine caro concupiscit aduersus spiritum: & spiritus aduersus carnem. Et quæ cum eiusdem hominis sint, amicitiaæ foedere iungi debuissent. At verò immortales inimicitias inuicem gerunt. Sibi enim semper ij sine inducijs aduersantur, ani-

Pugna Esau cum fratre Iacob, pugnam carnis & spiritus denotat.

malis, scilicet, homo, atque spiritualis homo. Hic enim cœlestia sapit, ille verò terrena. Caro igitur (qui & animalis homo est) Esau præferebat, spiritus vero (qui & spiritualis homo est) Iacob. Iacob enim ille simplex erat, mollis, in tentorijs habitans, paternam maledictionem formidans, Esau autè hirsutus, & extra tētoria vagans, venationi incumbens. Quæ omnia satis conueniunt animali homini, & spirituali.

Iob. 1.

Hic enim simplex est, & rectus, de Domino sentiēs in bonitate, & simplicitate cordis. Mollis est, suscipiens verbum Dei in mansuetudine: non æmulatur, nō agit perperam, non inflatur, non est ambitiosus, & cætera alia quæ Paulus de Charitate priore epist. ad Corin. cap. 3, prosequitur. Nam, quæ charitatis sunt, spiritualis hominis sunt. Rursum in tentorijs quietus consistit. Nam extra se non vagatur, qui verè

2. ad Cor. 13. & 11. Sapient. 1. Acto. 2. Iob. 2.

Deum amat, & timet, sed in propria sui ipsius consideratione occupatur. Considerat enim quàm miserabilis sit humana conditio, quam labilis humanus status, quàm velox sit culpæ voluptas, quàm atrox sit pœnæ acerbitas, quàmque rapido cursu vniuersa dilabantur temporalia bona, quàm denique præpeti volatu cuncta dispareant, quæ mundus in oculis maxime habet, quàmque fixo statu diuerso cœlestia perseuerent. Quæ omnia diutius meditata in officio Deo, & proximo debito, hominem spiritualem continent, ut necessarijs huius vitæ contentus præfidijs, superflua omnia recelet. Quapropter isti veri sunt supplantatores seculi, atque Satanæ inimici hirsuti, & venatoris ut Esau, qui non ambulat in cordis simplicitate, qui non suscipit verbum Dei in mansuetudine, qui æmulatur, & inuidet fratribus, qui perperam agit, qui inflatur & est ambitiosus, qui extra se semper vagatur garrulus, & inquietus. Est enim concupiscentia carnis, siue mundani, aut animalis hominis mulier illa, quam sapientissimus Salomon omnibus suis coloribus depinxit.

Hæc obserua de spirituali & animali homine.

Prouerbio-

Loc^{us} ex Sa
le mone ex
ponitur vt
concupiscē
tia sit garru
la mulier.

Luc^{as}. 17.

Matth. 7

Hæreticorū
mos ad deci
piendum cal
lidus.

Prouerb. 7.

Proueruiorum. 7. Et ecce (inquit) occurrit illi mulier ornatu meretricio præparata ad decipiendas animas, garrula, & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo consistere, pedibus suis, nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians. Isti sunt mundanæ concupiscentiæ natiui colores, germana quæ illius munera: extra se semper vagatur, exteriora bona querit. Regnum autem Dei, quod intra nos est, id est, iustitiam, pacem, & gaudium, in spiritu sancto, ad Romanos. 14. non querit: in visibilibus bonis tota se immiscet: ad inuisibilia se leuare nescit. Garrula est: Deo semper obloquitur: proximis obmurmurat: per plateas cursitat: quia latitudinem viæ quæ ducit ad perditionem, semper versat: cœlestis portæ angustias, viæque spiritalis difficilia præcepta horret, & negligit. Angulos quoque, obscuraque loca nonnunquam querit: quia miras technas, & fraudes, in proximos cōcupiscētia hæc seculi nunquam non molitur, vt illos macet, & perdat. Et hæreticorum hoc proprium est, in angulos diffugere, vt in tenebris, tenebricosas diffundant doctrinas. Hæc præterea concupiscentia sub pacis prætextu, sub blandimentis, & meretricijs ornatibus, sub verborum, id est, cultissimis figmentis, sub vanæ spei lenocinijs, imò sub religionis diuinæ, & Christianæ pietatis ficto colore, animas decipit. Hoc enim est, quod ait scriptura, Victimæ pro salute deuoui hodie, reddidi vota mea: idcirco egressa sum in occursum tuum. Et quod cōsequitur, Intexui funibus lectum meū, & verè lectus est concupiscentiæ mundanæ, id est, quies & pax huius seculi quam mundus blandè & fictè pollicetur nobis. At obserua intexam esse funibus seculi pacem etiam si delicijs omnibus sit resperfa. Quia funibus peccatorum suorum peccator constringitur Prouer. 5. cap. Hoc est igitur, quod ait, apprehensum de osculatur iuuenem. Quia rationalis mens vana spe delusa, à concupiscentia carnali decipitur. ¶ Satis per hæc liquet, si obseruanter hæc,

quæ diximus aduertisti supplantatores vitiorum, in persona Iacob esse adumbratos, supplantatos verò à virijs, in persona Esau. Sed iam, vt ad vmbilicum declamationem deducamus se insinuat disputatio non leuicula, ex themate nostro procedēs, erat enim prothema nostrum, Miseribitur dominus Iacob. Quid ergo? solum miserebitur Deus iustorum, & perfectorum? Nunquid peccatorum non miseretur? Vtique miseretur qui facit Solem suum oriri super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos. Nam Christus venit in mundum, non vt vocaret iustos, sed peccatores. Non enim est opus valentibus medico, sed male habentibus Matth. 9. Cur ergo inquit Esaias miserebitur Iacob? Iacob enim dilexit & Esau odio habuit, ad Rom. 9. & Malachia. 1. Si misericordia igitur non porrigenda est peccatoribus, de eorum salute conclamatum est. At vero peccatorum hominum quidam sunt ita peccatorum facibus defixi, vt pactum iam cum morte quæ peccatum est ita fecerint, vt obstinatissimo animo induruerint. Alij vero sunt, qui timore domini corripiti, neque iurauerunt in verba peccatorum: sed vel ignorantia, decepti, aut carnis fragilitate illecti peccant. Quorum tamen omnium miseretur Deus. Hos quippe ad se vocat, modisque omnibus ad se pellicere curat. At priores etiam vocat, at sine fructu tantisperdum obdurato sunt animo. Nam in animam maleuolam non introibit sapientia, & cor durum Sapient. 1. male habebit in nouissimo Ecclesi. 3. Posteriores verò cum fructu sæpè vocantur à Domino. Qui cognouit figmentum nostrum, & recordatus est quia pulvis fumus: in eumque statum eisdem perducit, vt resipiscant à laqueis diaboli, quibus captiui tenentur. Tumque verè erunt æmulatores Iacob, spiritalisque viri, & animalis hominis supplantatores: quorum verè Deus miserebitur donans modo gratiam, & post hæc vitam æternam.

Matth. 9.
Matth. 9.

Peccatorū
differeciæ.

Sapient. 1.

Psalm. 101.

2. Ad Tim. 1.

DILVCIATIO IN

Esaia Caput decimum quintum.

Vaticinium
contra Moa-
bitas.

*Q*UANTVS MOAB. a) Ex-
pleto vaticinio durissimo
aduersus Chaldaeos, durū
consequitur modò vatici-
nium aduersus Moabitas.

Et aduerrendum est Arabiam prouinciā

Moabitas, Amo-
nitas, Idumaeos,
Saracenos, alias-
que plurimas gē-

Onus Moab, a
quia nocte va-

res comprehendere, vt Hieron. est autor
libro de locis Hebraicis. Quare Moab,
pars est Arabiae, & Hieronymus in com-
mentario huius loci Moab dixit prouin-
ciam esse Arabiae. Huius metropolis est
Areopolis nomine conflato ex voce Græ-
ca, & Hebraica. Significat enim, Ar, ciuita-
tem. Ita Hieronymus in libro de locis He-
braicis. Et hanc Areopolim vocat Moab.
Quamquam hoc loco dixerit Moab prou-
inciam esse Arabiae: sed nihil obstat. Ete-
nim & prouincia ipsa Moab appellari po-
test: & vrbs eiusdem regionis idem nomē
fortiri nihil verat. Ar vero vel Areopolis,
tradita fuit filiis Lot in possessionē. Vn-
de videtur quod Ar, non solū ciuitatē, sed
prouinciā significet, cuius primi habita-
tores fuere populus magnus, & validus, vt
de Enacim, id est, gigantea stirpe proge-
nitum fuisse id tēporis crederetur. Lege
historiā Deuter. 2. Moabitas antē magno
prosequutus est dñs beneficio. Quippē Is-
raelitæ per Moabitidem regionē transeū-
tes, ad promissam à dño terram, indiuisis
habuerunt iussis, ne pugnaret cōtra Moa-
bitas, neq; inirent prælium aduersus eos,
sed indemnes, atq; illæsos, in trās cursu fer-
uarēt. Ipsi autē immemores præstiti bene-
ficij nō repēderūt vicem, quā debuissent,
Israelitis. Nā manus auxiliatrices nō exhi-
buerūt Israelitis, in suis pressuris, quas pas-
si sunt, ab Assyrijs, & Chaldaeis: imò illorū

derisere vastitatē. Proptereaq; illos vastā-
dos tradidit deus exteris quoq; nationib⁹.
Lege Hiere. c. 48. Quo loco primā causā
vastationis Moab tradidit esse gētis super-
biā: quæ in suis munitiōibus, firmissimisq;
corporalibus præsidijis freta, vanā sibi se-

curitatē pollice-
bat. Alterā quo-
Moab, cōticuit: que huic rei adie-
cit causam, Moa-

bitarū luxus, & delicias, nimias qbus pro-
pter eximiam fertilitatē prouinciæ Moa-
bitæ affluebāt. Postremā deuastatiōis cau-
sam his verbis expressit Hieremias: Et erit
inderisum etiā ipse: fuit em̄ inderisum tibi
Israel quasi inter fures reperisses eum. Id
q nos dudū insinuabam⁹. Fuit autē Moab
incestuosus filius, quē Lot ex filia senio-
re progeniuit. Gen. 19. qui pater fuit Moa-
bitarū, a quo & nomē, & gen⁹ deduxerūt
Moabite. Iā patet quid velit Esaia. Quod
verò ait, Nocte vastata est Ar Moab, siue
metropolis Moabitarū, tēpus vastationis
indicat, nocturnū fuisse: quo itē tempore
Aegyptiorū primogenita interfecta fuisse
ex Exodo accepimus. c. 12. libro quoq;
sapiētie indicatē. Cū quietū (inqt) silentiū
cōtinerēt oīa, & nox in suo cursu mediū
iter teneret, oī potēs sermo tu⁹ dñe, exiliēs
de cœlo, à regalibus sedibus: durus debel-
lator, in mediā exterminij terrā profiliuit
Sapiē. 18. Quæ verba vt ex cōtextu liquet,
primo genitorū Aegypti mortē, nocte in
tēpesta factā fuisse demonstrāt. Vt etiā oī-
potēs sermo Dei (qui est Chrus) de regali
b⁹, atq; paternis sedibus, media nocte vētu-
rus est, iudicatur⁹ viuos, & mortuos Matt.
25. Media nocte clamor fact⁹ est: ecce spō-
sus venit. Aptū sanē nocturnū tēp⁹ Moabi-
tarū excidio. Moab em̄ gētis parēs nocte
cōcept⁹, & ab ebrio parēte genit⁹: & ebrij
sunt, nocte ebrij sunt. 1. ad Thes. 5. Quare
illud

Loc⁹ ex lib.
sapiētie in
dicatus ex-
ponitur.

illud deputatum est vindictæ tempus: quod sibi voluptas delegit in culpam. Aut fortassis de uastandam dicit in nocte, ut Moabitarum securitate indicet. Illis enim suo iudicio securisimis, vastatio repentina, in eos ingruit, & repete opprefit. Est enim nox tempus tranquillū, & quietum, Ioā. 9. venit nox quando nemo potest operari. Quapropter furibus, & facinorosis, eligi nox facinoribus suis admittendis: unde sibi nomē ar-

ripuit nox, à nocēdo, &. 1. ad Thessalo. 5. Dies dñi sicut fur in nocte, ita veniet: cū enim dixerint pax, & securitas, tūc repētinus eis superueniet interitus. Fortassis igitur & Moabitæ dicebāt pacē, & securitatē, in medijs delicijs agentes, & peccatorū tenebris obducti: ppter ea ait nocte vastandos: ut Diuus Augustinus verba dñi, Matthæi. 25. Media nocte clamor factus est, explicans in eundem modum intellexit. Dies enim iudicij, homines securos corripiet: ut Paulus dudum docuit. Hæc autem de uastatio, ab Assyrijs & Chaldeis creditur illata, q̄ & depopulati sunt Hierosolymam, & Samariam. 4. Regum. 17. & 25. Ar verò Moab, primaria ciuitas Moabitarum erat. Est autem Ar latine aduersarius seu æmulus. Conticuit igitur æmulus Domini: & aduersarius hostili gladio de uastatus est. Diuus Hieronymus. Ar oppidum Arthonis dixit esse libro locorum Hebraicorum. ¶ *Quia nocte vastatus est.* a) Diximus iam munitiones Moabiticassortissimas extitisse: at aduersus Deum nulla potestas, neque consilium est, cuius voluntati nihil resistere potest. ¶ *Ascendit domus.* b) Alia translatio habet: Ascendit in Baith, idest, ascendet Moab ad ædem

ipsam, idest, ad templum sacratum idolo Chamos quod ipsi colebāt. 3. Reg. 11. precaturi videlicet patrocinium ut a vastatione ingruente eriperentur, & ad Dibon, & ad excelsa. In arce Dibon erat tēplū, q̄ dixi m^o Chamos. Per excelsa autē intellige altaria Semota à locis publicis, quæ petebāt sub calamitate Moabitæ, illo q̄ sese cōferebāt lachrymas fusuri, sup Nabo. i. ppter subuersionē eius. Glos. interli. Dibon & Dimō, duo esse vo-

cabula synonyma putat eiusdē oppidi nomina in Moabitarū prouintia. Numc. 21. & Hiere. 48. Dimō interpretat silētiū, ut Dibon fluēs, utroq; noīe indito oppido, ppter latentes in eo silēti cursu tacitoq; murmure defluēs. Sēsus autē trāslatiōis n̄ræ apertus quoq; est. Quāquā Hebraicē non bea, Sed Bahit legamus. Significat autē domus, idest, domorū habitatores: singulare p plurali. Idest ciues, & domestici, Moab, ascēdent in tēplum idolorū suorū, suā calamitatē defleturi. Septuaginta Debon, pro Dibon, transtulerunt, exponētes in Debon arā esse (sub audi) idoli prædicti. Quare videtur legēdū esse loco, & ad, ut legas ascēdit domus ad Dibon. Nisi velis sic exponere, ut per Dibon intelligas sacerdotes tēpli Dibon, ut sensus sit, Ascēdēt seculares, & sacerdotes ad excelsa lamentaturi suas misérias. Est autē Nabo, seu Nebo, ciuitas in regione Galaad pertinens ad Rubenitas, Hiero. tradente libro de locis Hebraicis, etiā est viri nomē. Medaba autē, oppidū erat insigne Moabitarū. ¶ *Vlulabit.* c) Signa mceroris antiqua hæc erant quæ denarrat propheta: capitis. s. caluitiū, barbæ rasura, &c. Lege Eze. 7. & Hiere. 48. 3. Re. 21. & Iob. 1. & 2. & pleraq; alia. In triuijs. d) Hucusque

cusq; , mos iste apud Indos occidentales
seruatur, vt faccis velut pullis vestibus in-
duti, ad triuia & compita vrbium se conse-
rant, vt calamitates sibi contingentes pa-
lām descentes, ceteros ad lamenta quoq;
conciēt: vt inde

dum à pluribus
miseria defletur
misto solatio:
maior tempere
tur. ¶ *Clamabit*

Hesebon. ^a) Quæ
hic cōmemorat
celebria oppida
Moabitarū erāt.
Iassa verò immi-
nebat mari mor-
tuo in finibusq;

locabatur Moabiticæ regionis deuastatio-
nem vniuersalem provincie futurā signi-
ficans, ab Ar capite, ad Iasa finem vsque.

¶ *Super hoc.* ^b) Id est Moabitæ qui erant ar-
mis præcincti & expediti ad tuendam pa-
triam, lugubri tamen ciuium clamore fra-
cti arma deponent, & armis depositis, ad
lachrymas se conuertent. Quanquam nō
me latet varium esse locum hunc. Quidā

enim expeditos non legunt aut interpre-
tantur, sed, *ἐξαρτες*, id est, exertos hume-
ris. Simachus verò accinctos. At varietas
est quia Hebraica dictio, heluze, à verbo,
halaz, originem ducit: quod verbum mul-
ta significat & inter cætera armavit, aut
expediuit denotat. Inde, haluzim, est ar-
mati, aut expediti: item halazim signifi-
cat lumbos. Quare Septuaginta lumbos
ediderunt in hæc verba. Propter hoc lum-
bi Moabitidis clamant. Demum alij, helu-
zam, tradunt nomen esse vrbis Moabiti-
dis. ¶ *Cormeum.* ^c) Esaias in spiritu præui-
dens Moabitarum mala prædicta, illorum
deslet miseriam, morem sequutus euange-
licum. Etenim & si aduersarij Hebræorū
erant, tamen aduersariorum miseretur, pe-
rinde atq; Hieremias. c. 48. itidem illis cō-
paritur, dicēs: Ideo super Moab eiulabo &
ad Moab vniuersam clamabo: & rursus

cormeū ad Moab, quasi tibia resonabit, &
cætera quæ in eo capite prosequitur. Ex
quibus aduertere poteris, vt propheta ve-
teris legis inimicos diligebāt: vt proculsit
à persuasione nr̃a, iussu à Deo esse id tē-

clamabit vectes
ei^d vsque ad Se-
gor vitulā cōster-
nantē, per ascen-
sum enim Luith
flens ascēdet &
in via Oronaim
clamorem cōtri-
tionis leuabunt.

poris inimicos
odio habere. *Ve-
tes eius.* ^d) Segor
quæ & Bala, &
Zoara Syriacē
nūcupatur apud
quā Balsamū ex-
oriebat, ciuitas
erat mari Mor-
tuo imminens,
ad fines sita Moa-
bitarū, diuidens
Moabitas à Phi-
listæis, & merito Lot ab incendio pēta po-
leos seruata: quæ itidē & Salissa nominaba-
tur. Cōsule Hieron. in libro de traditioni-
bus Hebraicis, & d locis Hebraicis, & quæ-
stionibus Hebraicis. Nicolaus non putat
Segor, cuius meminit Esaias modo, esse
quā ex Hieron. descriptione præscripsi-
mus, sed aliud oppidū esse affirmat. Sed ad
intelligētiā scripturæ, nihil nr̃a interest. Et
quale cūq; fuerit oppidū hoc, difficilis est
locus hic. Alia translatio est apertior nr̃a:
quæ sic habet, Fugitiui eius ad Zoar vitu-
lā trimā, id est, qui effugiēt à clade bellica
Moab, quæ est tãquā vitula trima, aut triē-
nis ad Zoar, seu Segor fugiēt. Et in hūc mo-
dū ordinatur clarè litera, alioqui obscura.
Vocatur autē vitula trima, docēte Hiero.
ex Hebræorū sententia, quia triplici terræ
motu fuit euersa. Aut ppter eā trima: quip-
pe vitulæ, aut vituli, cū adoleuerint in ter-
tiū annū, robustissima euadūt, & superbiūt
vehemēter. Vt ergo robur Moabitidis re-
gionis ostenderet, hoc metaphorico vsus
est sermone: aut quia vitula trima etate flo-
rēs est. Moab quoque multis florebat viri-
bus, armis, & opibus. Vnde Hiere. 48. flo-
rē hūc subsanās. Date (inquit) florē Moab
quā florēs egredietur, & ciuitates eius de-
ferte erūt. Nos autē legimus nō trimā, sed

Tom. I. Bb con-

Segor, idē
est atq; Ba-
la, & Zoara
Salissa.

Halaz
Halazim

Esaias suæ
nationis ini-
micos dili-
gebat.

cōsternantē. Quanquā corruptē vt puto,
hīc & in Hieremia, sed loco eius legendū
conternantem, id est, annorum triū. Quo
modo etiā legūt interpretes, triatis, id est
trima, etiam si in Biblijs Hispaniē sibus trā
slatio quē tribui
tur Hieronymo
consternatē ha-
ber. Sed Hebrai
cē, hegelat fili-
cia, vitula triēnis
est. Nā verbum
filles, tertio fe-
cit significat. In-
d̄ mesulas tripli-
catus, & in foe-
minino genere
mesulleset trien-
nis, triplicata.
Quappter hęc
est verior & ger-
manior lectio.
Quod verò no-

stra lectio habet vctes eius vsq; ad Segor
significat viros etiam robustissimos, qui
erant tanquam vctes defensiui, Moabi-
tarum, fugam arrepturos in Segor se tuen-
di gratia, aut quod vctes materiales, erāt
euellendi, & abstrahendi in Segor vsque.
Arripient autem fugam ascendendo per
Luith, id est, per cliuum Luith flendo suā
calamitatem propero cursu Moabitæ a-
scēdent. Et in via Oronaim clamorem cō-
tritionis leuabunt. Oronaim nomen viæ
est. Putant quidam Hebraicē esse Arno-
nim, pro quo Aquila Oronaim, vt transla-
tio nostra vertit. Simachus autē Oranim
vertit, vide Hierony. de locis Hebraicis.

¶ *Aquæ enim.* ^a) Nemrim. In Hieremia le-
gimus, Aquæ Nemrim pessimæ erunt: si-
gnificans aquas fontales, quæ in Moabiti-
de prouincia erant, vertendas in Salsugi-
nē, aut amaritudinē. Quare ineptas potui
& idcirco deferēdas. Itaq; non solū sterili-
tate fructuū, quin etiam & amaritudine a-
quarum corripiedi erant. Nemrim oppi-
dū in Moab erat, fontibus exundās, ad Se-

ptentrionalē plagam. Zoarē etatē Hiero-
nymi Benamērium appellabatur, vt Hie-
rony. de locis Hebraicis tradidit. Hebrai-
cē Nimrim. ¶ *Secundum.* ^b) Iustus est Do-
minus, & iustitias dilexit: propterea secun-

Moab: vsque ad
Gallim vlulatus
eius, & vsque ad
Puteū Elim Cla-
mor eius. Quia
aquæ Dibon re-
pletæ sunt san-
guine: ponam e-
nim super Dibō
additamēta: his
qui fugerint de
Moab leonē^f, &
reliquis terræ.

dum magnitudi-
nem delicti (quod
est humanum
opus) erit pœ-
nalis visitatio.
¶ *Ad torrentem
salicū.* ^c) Hebrai-
cē Nahal haara-
bim id est torren-
tem salicū: quē
dicunt quidā nō
longe esse à Mo-
ab. Alij verò pu-
tant per hunc
torrentem sali-
cum Babylonē
esse subaudien-
dam: quæ & tor-
rentibus, & salicibus (vt Psalmus indicat.
136.) abundabat. Nam secundò deuasta-
ti fuerunt à Chaldæis, postquam eosdē
contriuerat Assyrius. Quod si per tor-
rentem salicum locum proximum Moab
intelligamus, sensus est in aperto, illō ca-
ptiuos fuisse ab hostibus ductos. ¶ *Quo-
niam.* ^d) Vniuersalem ruinam Moabita-
rum verba hæc portendunt. Est autem
Gallim, seu Agallim, aut Hebraicē E-
glaim, Vicus ad Australem plagam Ar-
copoleos situs, olim Agilla dictus, ab ea-
dem vrbe milliaribus octo distans, vt Hie-
rony. de locis Hebraicis. ¶ *Quia.* ^e) Dibon
fluuium significat Moab: cuius aquæ
cruore occisorum rubricatæ, sanguinem
fluere videbantur. Additamenta autem
ponenda super Dibon sunt riuuli multi,
qui etiam cruorem manantes confluent
in Dibō, quorū confluxu Dibō exūdauit.
¶ *Et his qui fugerint de Moab leonē.* ^f) Per
leonē Nabuchdonosor videt accipiendus.
Nā Hie. 4. illū significās, Ascēdit leo, inq̃
de cubili suo: & prædo gētiū se leuauit.

DE SENSIBVS TRO- pologicis ad Caput decimum quin- tum appendix.

TROPOLOGICA declamatio prima, De grauiſſimo hæreticorum onere cuius prothema eſt. Onus Moab. Eſaiæ. 15.



NON immeritò verba hæc quæ Eſaias diuino afflatus ſpiritu aduerſus Moabitæ tunc prædixerat, ego aduerſus hæreticos, nunc dicere inſtituo. Etenim vt illi iudæorum natione fratres erant, moribus tamē, & religionis diuinæ cultu aduerſarij: ita quoque hæretici baptiſmi regeneratione & baptiſmalis characteris impreſſiōe fidelium fratres ſunt, at moribus inimici ſunt. Catholicæ namque eccleſiæ, cui præſidet Romanus antiſtes, morem non gerunt, fidem, quam ſemel in lauacro Spiritus ſancti profeſſi ſunt, deludunt, & ſpernunt, & ſemel illuminati, in eodem lauacro, guſtantesque donum cœleſte, & participes facti Spiritus ſancti, in hæreſes prolapſi, lumine fidei cœleſti orbatu ſunt, & guſtum diuinæ charitatis reiecerunt, & Spiritus ſancti participationem, maligni ſpiritus commercio permutauerunt, ruſum crucifi-gētes ſibi metiſſis filium Dei, & oſtentui habentes ad Hebræos. 6. Iſti ſunt, ex inceſtuoſo pati concubitu. Diabolus enim, qui eſt eorum pater & magiſter, diuinas ſcripturas prauis, & diſtortis, ſenſibus inceſtans, hæreticos genuit, & generat. Vnde huiusmodi inceſtus nocturnus eſt, & opertus mortis caligine. Hæretici enim peruerſa dogmata ſeminantes, lucē Ieſu Chriſti fugiunt, & tanquam fures clā deſtinē occultoq; Marte oues ſimplices, quæ fideles ſunt, aggrediuntur: vt illas ad ſe rapiant, & malē perdant, & ſub ſpecie pietatis virtutem eius abnegant, ſecunda ad Timōth. 3. Vnde & falſitatem ſub ſpe-

cie veritatis, & prauitatem ſub prætextu pietatis obtegere exarte ſtudent, vt Gregorius autor eſt. Id quod neotericorum hæreticorum experientia abundē nobis tacentibus commōſtrat. Quod ſanē non faceſſit multum negotium, vt nobis hoc aduertere nō ſit in abſoluto. Etenim quia firma fide tenent fideles Chriſtum eſſe propiciationem pro peccatis noſtris: ipſi neſando errore prædicant, Chriſti fidem ſolam ſufficere, vt peccata nobis donentur. En tibi vt vnum ex multis proferā, vt ſub tegumento euangelicæ veritatis, tāquam ſub ouilla pelle hæreticam ſeu lupinā fraudem abſcondunt. Matth. 7. Sunt enim inſtar leonum, qui cubant in antris: & in ſpecubus inſidiantur. Nullus namq; hæreſiarcharum auſus eſt cum primum cœperit ſuæ doctrinæ venena diffundere, palam hoc exhibere, ſed latibula honeſtatis ſibi quæritat, & ſuffragia fingit pietatis, & verba iungit blanda & orationem ſtillat dulcem, & nonnūquam ſe mirabilem vulgō vitæ aſperitate oſtentat, quibus rebus ſimplicibus imponens, illorum beneuolentiā quā maximē captat: quos dociles ſibi reddens, filios perditiffimos gehennæ facit. At verò antra quoque & ſpecus in quibus ſeſe excipiunt, vt ſecurius inſidientur inſipientibus, & animas fideles decipiant, ſeculi magnates ſunt, atque primates mundi. Quos aut ex avaritia, aut ex libidine primum in ſagenam ſuam hæretici conijciūt vt hæreſiarcha Lutherus, noſtræ ætatis peſtilentiſſimus hæreticus duces Germaniæ quosdam illuſtriſſimos rapina eccleſiaſticorum bonorum, hoſpitalium, mo-

Hæretici peſſimè torquent ſcripturas.

Locus ex Iob. 39. elucidatur.

Mos hæreticorum ſub dolo quo Luther⁹ eſt uſus.

Hæretici & fideles baptiſmi characteres fratres ſunt cætera hoſtes.

Hæretici nati ex inceſtuoſo concubitu vt Moab.

naſteriorum, eccleſiarum, luxuque vitæ hoc peſſimo vtens ingenio illexit, & tanquam piſces hac in eſcauit eſca: vt tandem ſibi eſſent patrocini, & hæretica facerent vota, quo bellum faceret contra ſanctos Dei. Hic Lutherus eſt beſtia illa, cuius meminit Iob. 27. Ingredietur beſtia latibulū ſuum, & in antro ſuo morabitur: ab anterioribus egredietur tempeſtas, & ab Arturo frigus. Verè nanque ingreſſus eſt Lutherus in latibulum humani fauoris, in eoque commoratus eſt, & facta eſt tempeſtas in vniuerſa Dei eccleſia, & ad omnem plagam terræ peruagata eſt. Hic em̄ aperuit puteum abyſſi, & aſcendit fumus putei ſicut fumus fornacis magnæ, & obſcuratus eſt ſol, & aer de fumo putei, & de fumo putei exierunt locuſtæ in terram, & data eſt illis poteſtas, ſicut habent poteſtatem ſcorpiones Apoca. 9. ca. Aperuit planè puteum abyſſi: quia hæreſes iā diu veluti in pfundo puteo ſubmerſas, ab Orco excitauit in auras. Etenim quicquid Vicleph, Ioannes Huſita, Hieronymus Pragenſis, cæteriſque Bohemiæ venena vomuerunt, quæ eccleſia Chriſti de medio iam pridem tulerat, hæreticos hos, cū ſuis dogmatibus damnans, iſte ſcilicet velut tertius cadens de coelo Cato in medium protulit, & obſeruanda à ſuis tradidit. Idcirco clauſum iam puteum hic diabolica clauē vtens, aperuit, & huius aſcendit fumus putei. Fumus ſanè ab igne proficiſcitur: quapropter aſcendens hæreſeon fumus, conditi in puteo ignis infernalis ſignum eſt. Non enim hic puteus aquarum eſt viuendum, neque ad puteum hunc ſedens Chriſtus, laſitudinem itineris temperat: qualis erat ille puteus Samariæ iuxta quem Dominus, in refrigerium ardoris exſolaris eſtus feruore concepti, aquam ſibi propinari à muliere Samaritana petit. Ioann. 4. Imo cōtrā puteus hic flammas igneas vomit. Ab hoc puteo fugit Chriſtus, fugit Chriſtiana eccleſia: ex hoc aqua refrigerans atque ſalutaris Chriſtiano populo porrigi non poteſt. Aſcendit igitur fumus ex

igne putei huius. Quippè ex odio Romanæ eccleſiæ, quo inardescunt, atque tabeſcunt huius tempeſtatis hæretici diffeminata eſt per orbem, hæretica doctrina, cuius caligine Sol, atque aer, tenebris ſunt ſuſfuſa. Nanque non ſolum infimæ ſortis homines, quin etiam & ſublimes perſonas fumus hic ideſt doctrina horum peſtifera obcecauit. Rurſum de fumo putei exierunt locuſtæ, in terram. Eſt autem locuſta infeſtum animal, viuens ſine lege, & rege, tyrannidem exercens in terræ fructus, frigore noctis deprimitur: ardore vero ſolis alas explicans, à terra modicū in aera ſe leuat. Tales ſunt hæretici, animalia ſcilicet infeſta, ſiue incifa: etenim fidē Ieſu Chriſti vnitatemque eccleſiæ catholicæ diſcindunt. Quædam enim fidei catholicæ recipiunt, alia pro ſuo arbitratu reiſciunt, ſine principe, & lege viuunt. Etenim Romanū pontificem, eiusque iura, canonicasque ſanctiōnes ſpernunt: tyrannidem in eccleſiaſticas fruges (ideſt fideles Chriſti) admittunt. Illos enim à ſimplicitate, & ſynceritate fidei, ſuis fallacijs peruertunt. Fauore magnatum atque præſidio ſuffulti ſeleuāt & ſuperbiunt, & dilatant ſimbrias ſuas: quibus ſublatis humi repunt, & calcabiles ſe fidelium pedibus præbent. Huiusmodi ergo locuſtæ, à fumo putei procedunt: quia doctrina caliginofa & fumida hæreticos progignit, & nutrit. Iſti demum hæretici poteſtatem habēt vt ſcorpiones. Scorpiones autem ſunt vermes nigri, multi pedi, multiſque nocuenti: quorum punctura eſt tanquā adurētis cauterij: quorum vulnus ſæpè exitiale eſt. Tales quoque ſunt hæretici, vt vermes iſti venenofi, & multipedi. Vermes quidem ſunt, quippè terrena ſapiunt, nam odio, aut ſuperbia aut inuidia, aut cupiditate, hæreſes ſuas fouent, multipedi verò, quia in varia ſcinduntur dogmata. Neceſſum enim eſt, vt qui ſemel ab ſcopo veritatis diſcedit, in diuerſa errorum declinet diuertacula. Malum enim eſt infinitum, (vt Pythagoras decreuit) bonum vero finitum. Veritas enim

Hæretico
cuſta.

Hæretica
animalia inci
ſa.

Scorpiones
qui ſunt.

2. Edii. 6.

Locus ex A
pocalypſi a
pratur egre
giè Lutheræ
neperfidia.

enim fidei vna est: at hæreses sunt infinitæ. Ictus quoque hæreticorum letalis est, quia doctrina eorum vt cæcer serpit, quia doctrina dæmoniorum est, cauteriatamque gerunt conscientiam suam. Vt de quibusdam Apostolici temporis hæreticis, Paulus dixit. 2. ad Timotheum. 2. & 1. ad Timoth. 4. Non ergo mirum est si hæreticorum doctrina sit tanquam scorpionis causticus ictus: quo deustus homo perit. Habent ergo potestatem lædendi, vt scorpiones. Verum hanc potestatem non haberent, nisi data illis fuisset de super, vt Dominus Pilato dixit. Permittitur autem hæc illis potestas: quia oportet hæreses esse, vt qui probati sunt manifesti fiant. 1. ad Corinthios. 11. & vt olim Iudæi excæcato corde Christum non intellexerunt, & auribus plumbo infidelitatis grauatis Euangelium non audierunt vt Esaias prædixerat. 6. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua: ita quoque in ecclesia Iesu Christi, hæretici cæcitate obductas gerunt mentes, & aures obstructas iniquitate, & dolo. Vnde neque errata admoniti semel, atque iterum, ab ecclesia Catholica corrigere volunt. Quapropter quando quidem ipsi in sua nolunt errata aduerrere, ecclesia in eos aduertit iustissimè, Domini sequens præceptum Matth. 18. Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Ethnici autem Iudæi erant abominationi: & tanquam canes immundos illos reputabant esse. Id quod Dominus Chananæ mulieri insinuans, aiebat, Non est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus Matthæi. 15. Publicani quoque tanquam immundi censebantur, quia vetricibus, quæ Romanum imperium à Iudæis corradebat incumbabant. Quam obrem hos omnes à commercio suo sepebant Iudæi. Hæreticos igitur tanquam ethnicos, & publicanos fastidians ecclesia, à commercio fidelium, & gremio sancto suo repellit, illos anathemate feriens: si quidem ecclesiæ monitis, dociles non pre-

bent aures. Idcirco deuittando illos esse iusta sanctione iubet, tradente Paulo ad Titum. 3. Hæreticum hominem, post vnam & secundam correptionem deuitta, sciens quia subuersus est, qui huiusmodi est. Et id genus alia passim reperi in scriptura. Et quia anathemata ecclesiastica hæretici irrident, iustum quidem est, quod flammis tradantur vetricibus, quas irridere non possunt: aut irrideant si velint, postquam in fauillas fuerint redacti. Legimus etenim secundo Regum. Absalonem. capit. 16. magnam excitasse conuersionem aduersus patrem suum Dauid, totumque Israeliticum populum factione sua turbauit. Quem Ioab ex quercu appensum videns tribus lanceis transfodit. Et reuera typus est iste Absalonis hæreticorum omnium. Qui tametsi filiatione Christi (qui verus Dauid est) in baptismo donati sunt, tamen magnam & acerbissimam, in Christum coniurationem faciunt, Christi que regnum (quod est ecclesia Catholica) totum violentissimè cōturbant. Quos quidem ad gremium sue ecclesiæ Christus omnibus modis trahere curat. Vt scilicet seruentur, & non pereant. Vt Dauid suis quoque instantissimè præcepit ducibus, vt seruarent puerum Absalonem. Porro Ioab dux Dauid primarius, id est, Romanus pōrifex, qui Christi vicarius est, spiritualisque belli quod Satanæ contra Christum per hæreticos gerit indubitatus est antesignanus Absalonem, cincinnis capitis sui ex arbore depensum transfodit. Quia hæreticos proprijs irretiti vanitatibus, proprijsque deceptos erroribus, tribus lanceis transfodit. Nempe diuinarum literarum autoritate (quæ maxima est) & excommunicationis Apostolicæ fulmine, & deniq; quādo hæc que medicamenta hæreseos à Deo instituta sunt illis non prosunt postrema tentantur supplicia, nam igni traduntur comburendi, vt agricolæ terram proferentem spinas aut tribulos, igne deurant. Et Paulus ad Hebræos. 6. Terra inquit proferens spi-

Ab-
Cap. 16.

Typus no-
tandus ex. 3.
lib. Reg. cō-
tra, hæreti-
cos, sed non
est absalon
non obliu-
scit

Summus pō-
rifex ante si-
gnatus est
ecclesiæ.

Tribus con-
fodiendi
sunt hæretici
lanceis.

Hæretici tā
quā ethnici
& publicani
euirandi.

nas, aut tribulos, preproba est: & maledicto proxima, cuius consummatio in combustionem. Spinæ enim subortæ nisi cōburantur, impedimento sunt ne terra semen frugiferum concipiat: sic quoque heretici nisi de medio auferantur, fideles Christi ab obedientia euangelica deturbantur, & impediuntur. Et ut lupis grassantibus in oves, ex iustis plebiscitis instituitur, ut decreta sint personarum, quæ illorum interfectioni studeant, quia luporum interfectio, salus est Ouium. Ita quoque prudenter institutum est hæreticos vita abraderi, ut saluti fidelium recte consulatur. Et quid qui suffurantur modicum argentum, aurumve, patibulis appenduntur: & heretici, qui pretiosas animas rapacissime depredantur, non sunt exterminandi à vita? Neque occinat mihi quispiam illud

Notandū cōparatio.

Locus ex Mattheo ex ponitur & notanda expositio contra hæreticos.

Matthæi. 13. zizaniam vel lolium permixta esse crescere, usque ad messiem, ideoque hæreticos non esse auellendos, sed perimitendos cum fidelibus, usque in diem iudicii, quæ dies, dies messis est. Etenim diuus Augustinus contra epistolam Parmeniani parabolam hanc differit intelligendam esse, quando periculum subest nempe, si euellendo zizaniam, simul reuelatur & triticum: tunc parcendum est zizanix. At si radicatio zizanix, tritici profectus est, tum sane zizanix non est parcendū. Quapropter ecclesia hæreticis non parcat, quādo sine damno imō iuamento maximo fidelium, illorum obstinatam perfidiam iustissima animaduersione punit. Tresque lanceas, quas prædiximus in illos ingenti fidei emolumento exerit. Quid quod diuus Hieronymus per zizaniam peccatores occultos intellexit, qui malo exemplo alij non nocent & incultæ exteriori, à iustis non differunt: in quos animaduertere non licet quousque veniat Dominus, qui abscondita tenebrarum illuminabit. Lege Hieronymus commenta. ad Matth. lib. 2. cap. 13.

Equum in Apocalypsi

Peccata secretæ non sunt puniēda ab hoīe

hæreticos graphice descripsit capit. 9. sub hac verborum forma. Vidi equos in visione: & qui sedebant super eos, habebant loricas igneas, & iacinthinas, & sulphureas, & capita equorum erant tanquam capita leonum: & de ore eorum procedit ignis, & fumus, & sulphur. Et ab his tribus plagis, occisa est tertia pars hominum: de igne, & fumo, & sulphure, quæ procedebant de ore ipsorum. Potestas enim equorum in ore eorum est: & in caudis eorum. Quid enim putas Ioannem voluisse per istos equos subindicare nisi hæreticos? qui ut diximus cum ex inōstruoso coitu, ut Moab producti sunt, ita quoque substantiam morum, monstrosam habent. Ut enim monstrum est, quod naturæ ordinem excedit, ut biceps aut quod ab illo deficit, ut monoculus: ita etiam, qui à diuina lege longè deficiunt, aut eandem longè excedunt, moralia quædam & foedissima monstra sunt, qualia hæreticos esse digne existimabis si existimas. Quorū alij fidem Iesu Christi transiliunt, plura credenda esse dogmatizantes quā oporteat, ut qui quartā personam beatissimæ Triadi adiecerunt. Alij verò non illa credentes, quæ fides statuit, à fidei recto tramite deflexerunt, ut Sabellius, qui Trinitati diuinæ detrahens vnicā duntaxat confessus est personam. Hanc igitur hæreticam monstrositatem, Ioannes in equis quorū capita sunt leonina, & caudæ serpentinæ, quorum halitus rursus igneus, fumidus, atque sulphureus erata-perto sermone indicauit. Et sane isti sunt equi, de quibus Psalmus Dauidicus prædixerat. Non in fortitudine equi volūtatē habebit, neque in tibijs viri bonē placitū erit ei. Psal. 146. Hæreticorum enim fortitudo, atque vires, ingrata sunt Domino: illa namque non Deo seruiunt sed Satana. Ut etiam argumenta philosophorum acerrima, si diuinis aduersantur, quæ per tibijs alioqui viri subnotantur apud Deum friuola sunt. Est autē equus impetuosus, animatus, atque furibundus, bellicosus, & pugnapacis, & quietis impatiens, & cer-

Locus in Apocalypsi exponitur contra hæreticos.

Hæretici monstra in ecclesia foedissima sunt.

Locus Psalmi contra hæreticos & nugaces philosophos differit in Apocalypsi.

tum habeto tales mores hæreticos habere qualem equi naturam habent. Hæretici enim impetiosi, furibundi, & blasphemii sunt. Diuos nanq; atque diuas Deum quæ ipsum optimum & maximum, conuijs prosequuntur, siquidem, qui fronte de posita linguam solunt aduersus sanctos Dei, aduersus quoque sanctum sanctorum, soluere quoque intelligendi sunt. Tales hæreticos tulit nostra hæc infœlix ætas. Qui preces funderet sanctis Dei prohibent, solumque Deum precandum esse contendunt. Quasi verò gloriæ diuinæ detrahatur si precibus nostris cœlicolas honoremus: cum longè diuersum sit. Gloria nanque diuina in sanctorum honore magis fulget. De qua re alibi. Hæretici rursus pacis non sunt amatores: nanque ecclesiam Dei, multis libris blasphemis editis infestant, & libris non contenti, arma arripiunt, & sanguinem fidelium profundunt. Horum equorum capita, leonis capita sunt. Etenim seculi principes si non fauissent Arrianæ sectæ, non tam noxius fuisset Arrius, quam fuit. Et si lutheranæ sectæ, Germaniæ principes non tulissent patrocinia, non tã longè lateque cancerosa Lutheri doctrina serperet, vt serpit modo. Ad hæc ab ore leonum ignis, fumus, & sulphur, procedunt ignis utique auaritiæ, fumosaque superbiæ elatio, luxuriæq; instar sulphuris foetida exhallatio. Hæc enim sunt propter quæ magnates seculi, coacervant sibi Hæreticos magistros, pruriētēs, auribus: nempe vt ea doceant, & defendāt quæ vitij principum impedio suffragantur vehementer, & patrocinantur. Propter hanc igitur causam, capita hæc id est seculi dynastæ hæreticis se inserunt, & ad dissimandas hæreses calcariā hæreticis adiungunt. Quā obrem quod hæretici ad dilatandam auaritiam Principum, vel superbiā, aut luxuriā, verbo docent, ipsi potētia sua contentiosè defendunt, & mordicus à suis iubent seruandum. Sūt autem horū equorum caudæ serpentina. Serpentes autem humi serpunt, & super pectus suum gra-

diuntur, super terram, & maledicti sunt, in rerum primordio: omnibus terræ animantibus alioqui benedictis Gene. 3. Etenim ex pessimo magisterio quo diabolus sub forma serpentis tectus imbuuit Euam, serpens maledictionem grauissimam commeruit. Quid quod hæretici atroces commereant poenas ex infelicissimo magisterio, quo in cathedra pestilentiae funguntur sedentes? In qua cathedra qui non sederit beatus est Psal. 1. Vt vel inde prospectum habeamus, qualis sit finis hæreticorū venturus qui per caudam serpentum significatur. Erit enim maledictio, & æternus interitus. Diabolus igitur serpens est ille antiquus, & subdolus humani generis hostis, at hæretici, huius serpentis digna sunt cauda. Quorū ingenium & mores si discere amas audi Paulū. Quorū De' vter est, ait, & gloria in confusione ipsorū, qui terrena sapiunt ad Philip. 3. Qui verò istis mōstrificis equis insident, terribile edunt nobis spectaculum. Induti enim describuntur loricis igneis, hyacinthinis, & sulphureis. Neq; alios puto hos loricatos esse, quam diabolicos spiritus. Isti enim sunt qui hæreticis, & hæreticorum fauoribus, insident, & eos pro suo arbitratu ducunt, quo volunt, & reducunt hæreticos, donec tandem magno impetu præcipitent illos in Tartareas sedes. Et tales sunt lorice fessorū, quales sunt halitus equorum. Halitus enim vt prædiximus est, auaritia, superbia, & luxuria, quæ tria testante Ioa. 1. ca. 2. sunt militiae Diabolicæ, arma vniuersa, & bellica omnia machinamenta. Ait enim. Omne, quod est in mundo, concupiscētia carnis est, & cōcupiscētia oculorum, & superbia vitæ: quæ nō ex Patre sed ex mūdo. Et quāquā machinis istis arietantur, & impetuntur vniuersi mortales, maximè ramen hæretici & illorum patroni. Siquidē vt propriæ auaritiæ, aut luxuriæ, aut superbiæ, indulgeant, fidem Iesu Christi, quā professi sunt negāt. Proptereaq; infidelibus sunt deteriores, qui Christiano characterē nunquā fuere insigniti. Quare Diuus Ioa

Diabolicus spiritus hæreticis insidet.

Machinamenta Diaboli quæ.

nes quanquā hęc tria, quę diximus vitia,
(quas plagas ipse vocat) tertię partis homi
nū dixerit esse: ceterū eadē halitū dixit ef
se equorū. Quippe in hereticis, vt dudum
dicebamus, auaritia, supbia, luxuria, primā
habēt sedē. Etne te morei scire quā vocet

Humanu
genus i tres
distribuitur
partes.

Ioānes tertią partē hoīm, si diuiseris vni
uersum humanū genus, iniustos, vel perfe
ctos, & in pœnitētes, & in eos q̄ impenitē
ti sunt corde, cōpertū tibi euadet tres pla
gas superiores solū, impœnitētū hominū
mortiferas esse plagas. Hæretici em̄ si legi
timē ad ecclesię Romanę normā pœnitue
rūt plagas exitiales vitiorū sanabāt suas. At
verō sicōtumaces perstiterūt de illorū salu
le cōclamatū esse puta. En tibi vt in q̄dā di
uina tabella Ioānes delineauit hæreticorū
īgeniū & mores, hereticorū etiā petulanti
simos patronos, & horū & illorū Diabolū
tēterrimū ductorē, & fallacissimū princi
pē. Quod si a me sollicitē quę fieris, sitales
hæretici verē sunt, qd̄ est qd̄ oportet hęc
fes esse? At Paulus tibi rēdebit. Vt q̄ pbatū
sunt manifesti fiāt in vobis, i. Cori. 11. Id
est hæretici sunt vt fidelīū fides ab heresi
bus impetita, sed nō fracta; neq; deuicta,
manifestior, & gloriosior fiat. Cui cōsonat
qd̄ sapiēs hortat, vt intueamur scilicet ope
ra altissimi, quę ita cōtexuit, vt sint duo, cō
tra duos, & vnū, cōtra vnū Eccl. 33. Est em̄
in naturali rerū ordine, cōtrarietas a Deo
stabilita: vt albasit, cōtraria nigris, & calida
cōtraria frigidis, & humētia siccis pugnā
tia sint, & nō habētia pōdus, cū habētibus
pōdus, & id genus alia. At cōtraria hęc iux
ta se collocata, & cōparata, quā maximē se
pōdūt. Nā albū nigro collatū, cādidius se
offert, vt nigrū retrū & in reliq; simili mo
do. Quāppter diuinę dispēsationis est hęc
reticos permittere, ceterosq; infideles: vt
in orthodoxis, diuina potētia resplendeat
amplius. Quādoquidē illos in orthodoxa
fide, ab omni iniuria infidelīū sedulo fer
uat, & potēter defendet. Nō enim est om
niū fides; Desem̄ donū est ad Ephe. cap.

Notādaque
stio.

Id est hæretici
sunt vt fidelīū
fides ab heresi
bus impetita, sed
nō fracta; neq;
deuicta, manifesti
fiāt in vobis, i.
Cori. 11.

Id est hæretici
sunt vt fidelīū
fides ab heresi
bus impetita, sed
nō fracta; neq;
deuicta, manifesti
fiāt in vobis, i.
Cori. 11.

Cur a Deo
permittantur
hæretici

2. Vt ergo hoc donū planē diuinum Deo
acceptū feramus, & nō vniuersis tribua

m^o, hereticos, & infideles alios, vt Iudeos,
Turcas, Saracenos, idololatrias (qui maxi
ma pars orbis sunt) in cecitate cordis obsti
natos esse dimittit: vt hoc aduertētes qui
synceritate fidei fruūtur gratias (et si impa
res tāto beneficio) agāt Deo, & patri: q̄ di
gnos nos fecit i partē sortis sctōrū, in lumi
ne: q̄ eripuit nos de prāte tenebrarū, & trā
stulit in regnū filij dilectiōis suę, ad Eph. 1.

¶ Post plixū de hereticis habitū sermonē
ocasiōe ex prothemia accepta, superest
in cōcionis huius periodo, vniuersa hereti
corū onera succinctē colligere, vt inde di
spicere valeas, q̄ aptē prothemia, qd̄ erat,
onus Moab, q̄ nocte vastata est, hæreti
cis cōueniat. Sūt autē eorū onera tria illa
quę iā diximus, qd̄ inquā a diuino sermo
ne redarguti obdurato animo Deo repu
gnāt: & qd̄ anathemate ecclesiastico per
cussi plagā nō sentiūt, neq; dōlēt, & qd̄ ex
autorati, & ignobiles redditi, & iuris cē
sura canonici, & ciuili sanctione, ignobili
ratē tamē honorē esse ducūt. Quę est eo
rū deflenda miserabilis cecitas. Et demū, qd̄
medijs flāmis cōiecti, ala queis diaboli ni
hil resipiscūt. Imō, qd̄ demeritis vehemē
tius, de q̄busdā ferēt ex deuictiōe gaudere:
nēpe q̄a diabolus illos fecit stūpidos men
te, & corpore; Quę oīa onera impudētē
ferūt. Quia eq̄ sūt malignorū spiritūū, a q̄
b^o ductātur, & fallaciter p̄suadētur, vt grā
uissima hęc onerata mētis, q̄ corporis, q̄
bus premunt, nihili esse ducat. At verō si
Moabitæ id est hæretici hęc onera nō sen
tiūt, vide qd̄ sequat. Noctē vastata est. Hęc
vastationē dābio p̄cul hæretici nō leuiter
sed grauissimē ferēt. Ab ignibus em̄ seculi
huius q̄bus deūrūt in tpe ad ignes æteri
nos trāsibūt: deūrēdi sine tpe q̄b^o torti nō
irridebūt fidē Iesu Chri, & Romanę ec
clesiæ principatū imo potius oculatē vide
būt, quāta sit Romanę ecclesiæ autoritas;
Ob cuius inobediētā in stagnū ignis ardē
tis illos demersit diabolus. Quę omnia
Deus a nobis ex suo dono auerrat: & in re
gnū filij dilectiōis suę, id est Iesu Chri nos
trāsferre dignēt q̄ viuit i secul, seculo, &c.

Hæreticorū
onera sunt
grauia & im
portabilia.

Apoca. 19.

DILUCIDATIO IN

Esaia Caput decimum sextum.



MITTE AGNUM

dominatorem terræ. a) Hoc

capitis principium, variam

habet dilucidationem. Ete-

nim Rabbi Salomō indicā-

te Nicolao, ex historia petita ex libro regum. 4. capitul.

3. literā hanc interpretat Moabitas dicens, cō-

sueuissē tributū pendere regi-

bus Israel: centum millia agnorum, & cen-

tum millia arietum, cum velleribus suis.

Quod quidem tributum mortuo Achab

non misit Messa rex Moabitarum: sed

præuarius est fœdus, quod pepigerat

cum rege Israel. Vnde non legunt He-

bræi emitte agnum dominatorem, sed

mittite agnum dominatori terræ. Ut sit

sensus vos Moabitæ fœdus violatū cum

regibus Israel, renouate cum Ezechia re-

ge, & agnos & pecora, quæ pendebatis

idololatri regibus, pēdite regi fideli. De

petra deserti, mittite, id est ab vrbe, Moabi-

tide, cuius nomen est petra deserti. Itaque

sermō prophetæ non in Deum tendit, sed

in Moabitas. Nam, Dñe, codex Hebræus

non habet, & redundat in Latino. At hæc

E M I T T E

agnum Domi-

ne dominato-

rem terræ, a de

petra deserti ad

mōtē filiæ Sion.

Christus, originē traxit. Ruth. 4. & Mat-
thæ. 1. Sunt autem verba hæc Prophe-
tæ precatoria, Emitte agnum domi-
natorem terræ, de petra deserti. Quasi
dixisset, Domine Moabitis parce: ne ob-
secro irascatur furor tuus, Vt illos pro-

rem terræ, a de memoriā re-
petra deserti ad duciro exoritu-
mōtē filiæ Sion. rum Christum
(qui est agnus

qui tollit pecca-

ta mūdi, rex Regū, & dominatū Dñs) ex

muliere Moabitide cuius natalia fuerunt

ex vrbe quæ petra deserti appellat. Et Hie-

remias etiā. c. 48. postquam deuastationē

Moabitarū prædixerat, solatoria verba ad

iecit: in nouissimis (inquit) diebus cōuertā

captiuitatē Moab, dicit dominus. Est enī

ca. hoc intelligendū de aduentu Messia,

in quem amore ardescens Esaia, Emitte

(inquit) agnū dominatōrē terræ de petra

deserti, ad montem filiæ Siō. Id est ad Hie-

rosolymam, quæ caput erat Iudaicarū gē-

tiū. Quanquam enim in salutem vniuer-

si orbis dominatōr iste agnus, à patre mis-

sus est: verum Matthæ. 15. se fatetur non

missum nisi ad oues quæ perierunt ex

Israel: quas solas dignas fecit præsentia,

doctrina, & miraculis suis, veluti Iudæis

Rabbi Salo-
monis ex-
positio ne-
gligitur.

¶ *Et erit sicut auis.* ^{a)} Regreditur ad comminatas poenas capitis prioris, intermissa per Christum celebranda consolatione, in nouissimis diebus. Et erit, inquit, natio Moabitica, vt auis, quæ fugitat venatoris tendicula, ne il-

lis irretita capiat^r, & sicut pul-
liqui deserti pa-
rio auxilio, ni-
dulos deserunt,
& inde auolan-
tes fugiunt, &
vagantur incer-
tis sedibus. Ete-
nim Moabitæ
hostili hostium
detreriti terro-
re, Assyriorum,
scilicet, coacti
sunt prouinciã
hostibus mitte-
re. ¶ *Sic erunt fi-
liæ Moab.* ^{b)} id est

oppida, & vrbes
Moabitides, in transcensu Arnon. Est au-
tem Arnon ciuitas & torrens, in finibus
Moab, aut vt Hieron. placet, rupes est præ-
rupta, & præexcelsa, in finib⁹ Amorrhæo-
rum, & Moabitarum: quò deducti Moabi-
tæ illinc trãssati sunt in Assyrios. ¶ *Ini con-
siliu.* ^{c)} Adhortatur Moabitas, vt miseri-
cordes sint erga Israelitas, hõrumq; cala-
mitatibus condoleant, quando abducen-
tur captiui in Assyriam. Sunt ergo hæc ad
monitoria verba quasi diceret, o Moabi-
tæ, melius vos gerite cū fratribus vestris,
quam olim se maiores vestri gesserunt:
inite noua consilia, quæ clementiæ sint in
miseros Israelitas, quos fugitiuos, sub te-
cta & culmina vestra excipite, vagos &
dispalantes apud vos colligite: ne prodatis
eos hostibus, sed luce meridiana, ab ho-
stili aspectu in cõclauibus vestris vt lateãt
curate. Sicut & mulier illa. 2. Regum. 17.
quæ abscondit nuntios Dauid, mittens il-
los in puteum, & expandens velamen su-

per os putei, quasi siccans ptisanas. Hinc
collige, quàm grata sit Deo miseratio in
proximos: quia quos ipse punit, & suo cõ-
filio verberat, vt verberauit Israelitas, hor-

Deus mise-
ricordiam
amat.

tatur vt reficiantur. Deus enim, qui iustus
est, in peccata
bũt apud te pro-
fugi mei. Moab
esto latibulũ eo-
rum à facie vasta-
toris: finitus est
enim puluis, ^d cõ-
summat⁹ est mi-
ser, defecit qui
conculcabat ter-
ram. Et præpa-
rabitur^e in mise-
ricordia solium:
& sedebit super
eum in veritate

est, in peccata
hominum ad-
uertens, est di-
ues quoq; in mi-
sericordia, Gra-
tum habens, vt
suz iustitiæ hu-
manamisceatur
misericordia.

¶ *Finitus est pul-
uis.* ^{d)} Transla-
tio altera habet:
Quoniam ces-
savit emũctor,
defecit vastator
sed vtraq; vera
est. Senacherib
enim illum pro-
pheta subindi-
cat, quem emũ-

ctorẽ vocat: quippe tributis populos emũ-
gebat: & puluerem eundem vocat. Im-
pius enim tanquam puluis est, quem proij-
cit ventus à facie terræ. Porro adiecit hũc
sermonem Esaias, quasi diceret Ne vos
deterreat Moabitæ ab impendendo offi-
cio misericordiæ, tyrannis Senacherib.
Etenim hic tanquam puluis est, proijci-
endus. Septuaginta aliter transtulerũt. Id est
princeps perijt conculcans à terra. Et om-
nia in eundem sensum concurrunt, di-
spendendum & conculcandum esse Sena-
cherib, communem hostem Hebræorũ,
& Moabitarum. Sod, Hebraica dictio &
miserum significat & vastatorem, pro-
ptereaquẽ varia est huius loci translatio.
¶ *Et præparabitur.* ^{e)} Sunt qui referant ad
Ezechiam, cuius regium solium Senache-
rib violẽtia depulsa, velut noua luxit lux,
in Iudæa, diuina gratia, & misericordia Iu-
dæis nouẽ, & mirabiliter impartita. Fuit
autem Ezechias iustus, & pius rex, quærẽs
iudicium,

Psal. 11.

Arno quid
sit.

Duo à regi-
bus & iudi-
cibus impi-
mis obser-
uanda.

iudiciū, & velociter reddēs suis subditis quod iustum est. Quæ duo regibus, & ijs qui pro tribunali sedent, obseruanda sunt. Primum quidem, iudiciū quærere iurā voluere, causam litigantium pro viribus discutere, quæ discussa ius non differre, neque moras trahere ī iure dicūdo, sed velociter vnicui q; quod suū est distribuere. Verū quia principium cap. hu- ius de Chro in- telleximus, hoc item de Chri- sto intelligere commodius er- rit, cuius solium præparatum est in misericordia. Est enim propi- ciatio pro peccatis nostris, & sedit iudex viuorum, & mortuorum, in veritate iudi- cans: quippe veritas est. Ideo ait, sedebit su- perein. ¶ *In tabernaculo David.* b) De cuius progenie carnem accepit dominus. Quæ rit iudiciū in præsentī seculo, quo con- summato velociter reddet vnicuiq; secū- dum opera sua. ¶ *Audiuimus.* c) Superbiā quoque Moab Hieremias vitio vertit ca- pitul. 48. Vt latius superiore capite profe- quuti sumus. Et obserua tria, quæ recen- set Propheta, & superbiam, & arrogan- tiam, & indignationem. Superbia est ve- lut mater, cætera velut pessimæ parentis proles. Est enim superbia, celsitudinis im- moderatus appetitus. Vnde arrogantia, resultat. Qui enim superbum gerit cor, præeminētiā, & honorem sibi arrogat plus nimio, & aduersus eum qui suæ arro- gantia, non patrocinator q̄ indignatur, & furit. Et aduerte in scripturæ verba, Super- bia eius, & arrogantia eius, & indignatio eius plusquam fortitudo eius. Etenim cel-

Tria vitia
Moabitari.

situdinem eam appetere, quæ humanis meritis apta est, superbiæ non est. ¶ *Ideir- co vlulauit Moab.* d) Idest ciues Moabitæ superstites, stragent mortuorum, suo- rum, vlulatu misero deflent. Et lætitiā,

eius. Idecirco vlulabit Moab^c ad Moab, vniuer- sus vlulabit: his qui lætantur su- per muros cocti lateris, loquimi- ni plagas suas.

Quoniā subur- bana Hesebō^d de- ferta sunt, & vi- neā Sabama dñi Gētiū exciderūt

possessio à Sehon rege Amorrhæorum, à dominio Moabitico distracta, & in suum redacta. Deuteronomio. 3. in mon- tibus sita contra Hierico, viginti à Ior- dane milibus distans. Fuit quoque in tri- bu Benjamin Leuitis separata, quæ mo- do Ebus appellatur. Lege Hierony- mum de locis Hebraicis. Sabama verò Moabitaram nobilissima vrbs erat, proxi- ma Hesebon, & interuallo quingento- rum passuum, tantum distans. Suburba- na igitur Hesebon pronunciat deserenda: & vineam Sabama, singulare pro plu- rali, idest vineas, à Dominis gentium excidendas, prædicat. Idest ab Assyrijs, qui tyrannico dominio cunctis impe- ritabant. Vinearum autem mentio- nem inculcat, etenim Moabitaram re- gio vineis oppulenta erat: vnde & an- tiqui historici à Baccho quondam fuisse conditam crediderunt: vnde Hie- remias fertilem ab adolescentia sua il- lam vocat.

quam in muris munitissimis co- cti lateris ha- bebant, vertent in luctum, quan- do illos subuer- sos viderint. Moabitæ ergo lætabundis has loquimini su- peruenturas pla- gas: quia extre- ma gaudij lu- ctus occupat.

¶ *Quoniam sub- urbana. Hese- bon.* e) Insignis Arabiæ ciuitas, Moabitaramq;

Hesebon
quid.

Quid Saba-
ma.

et hoc quod
est quod

Bacchus cō-
ditor Moab

et hoc quod
est quod

¶ *Flagella*

¶ *Flagella eius.* a) Iazer in finibus Moabitarū iacebat. Et quia de vinea Sabama minerat, subiecit modo flagella eius, seu sarmenta, peruenisse vsque ad Iazer. Moabitæ enim natalibus depulsi locis errauerunt per deser-

Quid Iazer.

ta, vagantes, & propagine eius desertæ sunt.

Idest viri Moabitæ deserta incolent loca, qui eadem prouincialium suorum euadent.

¶ *Transierunt mare.* b)

Consuetæ Hebraica phrasi Euphratem mare vocat. Quod captiui in Assyriā ducti traiecerūt.

Est autem Iazer vrbs sita in finibus Moabitarū,

de qua Hieronymus libro de locis Hebraicis reliquit scriptum, terminum esse diuidētē philadelphiā ab Amorrhæorū regione, & in octauo circiter lapide ad solis occasum ab ea distās, oppidūq; Iazer vsq; ad tempora sua perstitisse.

¶ *Super hoc plorabo.* c)

Idest, deflebo Iazer, & vineam Sabama. Et mira est hyperbole, quod subdit:

inebriabote lachryma mea, idest, lachrymis meis Hesebon; idest, copioso lachrymarū fonte Moabitarū miseras lamentabor.

Hoc enim in scripturis aliquando est inebriare. Non enim semper vitū præfert, sed satietatem. Vt ergo se saturum significet Esaias, Lachrymis, (inquit) inebriabote lachryma mea.

Idem & Hieremias mirū in modum illachrymatur, propter mala Moabitarū. At queret aliquis cur Esaias tam copiosis fletibus Moabitis cōpatitur? siquidem in Deuterono. legimus Hebræis diuino iussu inhibitam esse amicitiam, & pacem cum Moabitis: Non fa-

cies, nec quæras eis bona cunctis diebus vitæ tuæ, in sempiternum. Cuius inimicitiae causam paulo ante præscripserat, Quia noluerūt (inquit) vobis occurrere cū pane, & aqua, in via quā egressi estis de Aegypto.

vindemiā tuam, & super messem tuam vox calcantium irrui.

Et auferetur letitia & exultatio de Carmelo, & in vineis non exultabit neque iubilabit.

Vinū intorculari non calcabit quod calcare consueuerat: vocem calcantiū abstuli.

Enim diuini animi erat, etiā sub vmbra legis, ut inimicos odio prosequerentur Iudæi: quāquā hoc persuasum erat Iudæis, amicos diligēdos, & inimicos odiēdos. Id quod correxit Christi celsura. Matth. 5. Interdū tñ cū quibusdā nationib; ut cū Ammonitis, & Moabitis, pacis fœdera, & amicitiae symbola vetabat Dñs propter causas certas, quæ in profectū erāt Iudæorū. At hæc bonū affectū internum erga inimicos gerere nō vetabāt. Quare Esaias hūc affectū cādidissimū, & feruētissimū, etiā ad hostes Moabitas, se habere ostēdit modo. Est autē Eleale ciuitas Amorrhæorum in Galaad: quæ cecidit in sortē trib; Rubē quæ modo vicus grādis ostēditur primo ab Esbus miliario. Hieron. loco sæpè indicato.

¶ *Quoniam.* d)

Causam ostēdit lachrymarū suarū, quia omnia bona Moabitarū ab Assyrijs erant proculcanda. Hos enim subintelligit, quando ait, super vindemiā tuam, & messem tuā, vox calcantiū irrui in messe

& in

rursum & aliā subdēs, & quia cōduxerūt contra te Balaā filiū Beor. capit. 23.

Quid ergo est, quod Esaias itidem, & Hieremias cōmiserādo, Moabitarū tātis madent lachrymis? Forta

sis ideò quod cōmiserationē proximorū nō prohibebat diuinum mādātū, sed tantū ad exteriora se tēdebat, diuina iussio. Neq;

Esaias etiā ad hostes misericors ut Hierem.

Hyperbole in scriptura.

Notanda quæstio.

& in vindemia vita tēporalis necessarijs subsidijs vniuersa Moabitarum bona sub indicans, quibus sublatis, & læritia, & exultatio ab hominibus prorsus aufertur. Carmelus mons pinguis, & opimus, proptereaq; vbertatē

metaphoricē in scripturis significat. Quare terra Moab sterilitatem, & miseriam, sermo Propheticus ostendit. Carmelum montem incoluit Nabal ille Abigail cōiux,

eo loco villa nunc sita est Carmelia nomine decimo lapide distans ab oppido quæ Chebrō, dicitur aut Hebrō, Hieronymo autore. ¶ *Super hoc venter meus ad Moab.*^{a)}

Venter in scripturis non semper substantiā materiale[m] notat, sed profundam mētis cogitationē aliquando insinuat, quale est illud Dauidicum, Ex vtero ante luciferū genui te. Sic ergo Esaias altissima cōsiderans mente, quæ lumē propheticū illi spectanda obiecerat, indoluit vehemēter. Et sicut is, qui cithara tristitia canit, tristē reddit auditoris affectū: sic Esaias aure interna excipiēs infelicē exitū Moabitarum, quē diuinū verbum illi instillabat, mœstitudine obrutus, inquit, Venter meus ad Moab, quasi cithara sonabit, & viscera mea ad murū cocti lateris. Et est synecdoche: per murum enim cocti lateris, Moabiticā regionem indicat quæ muris latericij circumscēpta erat. ¶ *Et erit.*^{b)} Idolorū, quæ colebant Moabitarū infirmitatē ostendit: quippē quæ non poterāt esse p̄sidio tantis v̄turis malis. ¶ *Hoc verbum.*^{c)} Hoc est decretum (quasi diceret) ab æterno de creuit Deus, de demoliēda Moabitarum natione: vt nemo putet hoc casu, aut forte fortuna accidere: quinimo diuini consilij, atq; decreti est, vt de Moabitarū sceleribus p̄enas dignas sumat. Obseruādū

tamen est, Hieronym. huius loci commentario diuinam p̄scientiā, vastitatis Moabiticæ, non fuisse causam dixisse, tamen si Deo æterno fuerit nota: id quod Origenicum sapit dogma. Quare prudenter le-

rauit Moab super excelsis suis, ingredietur ad sancta sua vt obferet, & non valebit. Hoc verbū^c quod locutus est dñs ad Moab ex tūc,

causa est: vt & cæterarum rerum. Nicolaus aliam inuexit expositionem ex tunc id est à tempore, quo Balaam Syrus mercede cōductus, maledixit populo Dei Num. 22. & Deutero. 23. Regis ergo Balac malo merito (qui rex erat sub maledictionis illo tempore Moabitarum) incitantis Balaam, vt mala precaretur nationi Hebræorū, Deus Moabitarū gentē odiosam habuit: & opportuno tēpore puniēdā decreuit. Replicator autē malē animatus in hāc expositionē, in eādē inuehit. Quia à tēpore maledictionis ad tēpora vsq; Ezechia regis Iudæ, Multa tēporū curricula trāfacta sunt. Quapropter diuina indignatio aduersum Moabitas stare non debuisset in tot vsq; generatiōes, qñquidē ad quartā vsq; dūtaxat p̄seuerabat. Exod. 34. At vero replicatoris obiectio nō tāta est, quāta eiusdē autor credidit esse: qñquidē cū de Moabitis agitur, in Deute. 23. maledictionē p̄seuerantē plusquam in quartam generationē traditur. Ammonitis & Moabitis (ait) etiā post decimā generationē, non intrabunt in Ecclesiā Dñi in æternum, causam subdens, Quia noluerunt vobis occurrere cum pane, & aqua. Dein aliam adiecit, Quia conduxerunt contra te Balaam filium Seor. Ego verò, hac non repudiata declaratione, priori suffragor.

¶ Et

Carmelus
vbertatē si-
gnificat.

Quid vēter
in scriptura

Synecdoche
in scriptu.

Hieronymus
prudenter le-
gendus & vt
hic intel-
ligendus &
tu libratē
confidera.

inscriptura
vbi dicitur
in scriptura
quod dicitur

¶ *Et nunc locutus est Dominus dicens in tribus annis.* a) Qui sint anni isti tres nō cōuē tū est inter interpretes. Et sensus qui indi catur est hic, tribus annis euersam esse Moabiticam prouinciam, vt Hispaniarū prouinciam tri bus quoque an nis totam in suā ditionem Sara ceniredegerūt, Vocantur au tem mercena rij anni, qui ap re cifi sunt: neq; de mit ab illis, neq; illis fit accretio: qā ex pa

Hispania
tribus ānis
subacta est
ā Saracenis
vt Moab.

& nunc locutus
est dicens, in tri
bus annis^a quasi
anni mercenarij
auferetur gloria
Moab super om

etione statuti sunt. ¶ *Et relinquetur.* b) In nostris biblijs redundat, sicut racemus: quia neq; Hebraicus codex, neq; corre ctiora biblia, neq; Hieronym. legit. At le ctio germana est, & relinquetur in eo par uus, & modicus nequaquā mul tus. Id est tāta e rit hostilis vasta tio, & captiui tas, vt supersti tes paucissimi sint: vt de Hie rosolymorū ca ptiuitate supra dixerat Esaias.

DE SENSIBVS TRO. pologicis ad Caput. 16. appendix.

TROPOLOGICA declamatio. 1. De seculi fugacitate deq; die nouissimo cuius prothema est. *Super vindemiam tuam & super messem tuam*
Vox calcantium irruit. Esaiæ. 16.



Erba hæc Esaias protulit, quorum dilucidationē ha ctē⁹ habuistis. Hieremias quoq; verbis alijs, sensu au tem eodem capite. 48. idē extulit. Ablata, inquit, est lætitia, & exulta tio de Carmelo, & de terra Moab, & vinū de torcularibus sustulit solitum celeuma. Quæ oīa illò tēdūt, quò q̄ fugaces sint vo luptates seculi, quā inanes deliciæ & deniq; vniuersa alia, quæ mūdus in præcla rū scopū sibi præfixit aduertamus: rectē em̄ in vindemia, & messe, hæc quæ dixi mus subintelligūtur. Etem̄ vindemia cū sit collectio vini, qđ cor hominis lætificat, & messis collectio sit frumēti, vnde panis coalescit q̄ cor hominis cōfirmat, meritō in istis duobus vindemia, & messe, homi nes hilarescūt, & plurima afficiūtur volu ptate, quia necessaria vitæ ex istis sibi ca piūt. Quare vindemiā dixit Hieremias ce leuma celebrari. Tūc autē super hāc mes sem, & vindemiā vox calcantiū irruit, qñ

dies postremus derepēte in homines ir ruet: hostes em̄ humani generis (qui dæ mones sunt) tūc calcabūt omnes peccato res. Irruere autē dicimus ea, quæ derepēte mala nos inuadūt, quare dies dñi securos, & sine cura opprimet homines, vt Paulus testatur ad Thessal. Epistola. 2. c. 5. Ipsi in quit diligēter scitis, quia dies Dñi sicut fur in nocte ita veniet: cū em̄ dixerint pax & securitas, tūc repētinus eis superueniet in teritus, sicut dolor in vtero habēti, & non effugient. Et dñs sicut in diebus Noe (in quit) ita erit & aduētus filij hominis. Sicut em̄ erat in diebus ante diluuiū, comeden tes, & bibētes, vsq; ad eū diē, quo intrauit Noe in arcā, & nō cognouerūt, donec ve nit diluuiū, & tulit oēs: ita erit & aduētus filij hominis. Matthe. 24. Verē ergo vox calcantiū irruit, quia extremis incauti ho mines premētur malis. Mūdus id tēporis calcabit, deliciæ & voluptates, fraudes, ver sutie, humana cōmercia, atq; celsitudo, o pes, honores, seculi tyrānides tūc p̄fuscal cabun-

Dies iudicii
nouissimus
qualis lege
infra decla
mationē de
iudicio fina
li.

cabuntur à sanctis Dei, qui mundū & mūdana iudicabunt, testante Paulo. 1. Ad Corinth. capit. 6. An nescitis (ait) quoniam sancti de mundo iudicabunt? Et dominus idem prius Apostolos suos docuerat, In regeneratione (dicens) cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis, & vos super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel Matth. 19. Primus ergo seculi calcator, cuius vox irruit super mundanas vindemias, atque messes, Christus Dominus est. Cuius vox, idest, doctrina, mundana vniuersa calcat. Omnis, qui reliquerit domum (ait) vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxore, aut filios, aut agros propter nomē meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit Matth. 19. Neq; solum tantisperdum Christus in carne mortali egit calcauit verbo, & exemplo, mundana omnia, quin etiam in die nouissimo prorsus sua diuina potestate calcabit seculi vanitatem. Etenim apud homines diuersans Christus, etsi miraculis, & doctrina, homines ad sepellexit, vt mundanis neglectis, conuersationibus, suprema atq; diuina peteret, verūm terrena nō negligētes, & celestia non appetētes, noluit potestate diuina coercere, sed spontaneos, siue voluntarios sibi selegit fideles, repugnātes verò fidei suæ, impūne viuere fuit, vt Turcas videmus, cæteraq; barbaras nationes, quæ Euāgelio non obediūt. Vnde Paulus versans Davidis oraculū Psal. 8. In eo, inquit, quod omnia ei subiecit, nihil dimisit non subiectū ei, nūc autē necdū videmus omnia subiecta ei. Ad Hebræos. 2. Sanē necdum omnia subiecta sunt Christo: cui iure diuino omnia subijciuntur. Nanq; infideles omnes, & hæretici non illi subijciuntur, quosq; dies extremus resplendeat, & Christi maiestas, coruscet, quando non miraculis, aut sermone, Euangelicā fidem testabitur esse verā, sed voce omnipotentē irruēs Christus in aduersarios suos proculcabit illos in æternum. Audi omnipotentem vocem. Ite maledicti in ignē

æternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius Matth. 25. Hæc vox horrenda, subijcet Christi hostes. Coget enim homines, qui spontē noluerunt credere Euāgelicę veritati, vt inuini credāt. Tūc ergo vniuersa Christo manus victas tradēt, & omnia illi subijcientur. 1. ad Corinth. 15. Sancti enim interindum in carne egerūt, titillationibus carnis impetiti, plenā Christo omnibūsq; suis numeris absolutā obedientiā præstare nō poterāt. Quia in multis offendimus omnes. Et Paulus clamat se colaphis Satanz cædi, & stimulis carnis suæ agitari fatetur. 2. ad Cor. 12. Et demū septies in die cadit iustus, & resurgit. Et pleraq; alia sunt, quæ scripturas lectitanti obuia passim erūt, quæ cū hac re faciūt, iustos mortalem vitam ducētes, etiā si Apostolica fulgeant sanctitate, nondum prorsus subiectos esse Christo. Quo vsq; inimica destruaturs mors. 1. ad Cor. 15. & mortis stimulus, quod peccatū est. Quæ duo in finali iudicio absorbenda sunt per Christi victoriā. Nam morte sua mortem corporale destruet. Sanctorū corpora excitās vita immortalī donata, & ipsū peccatum, peccati ve concupiscentiā contra sanctos prorsus eneruē tūc demū efficiet. Quia in resurrectione, neq; nubent, neq; nubentur, sederunt iusti, & electi, æquales Angelis Dei. Tunc ergo cum voluntariē subiecerit penitus sibi sanctos suos, & ipse filius subiectus erit ei. vt docuit Paulus. 1. ad Cor. 15. Id quod dixit, quia Ecclesia quæ est corpus Iesu Christi mysticum, tūc temporis plenē subijcietur capiti suo. Porro non obediētes Euāgelio subijciet tūc sibi Christus; nō vt sanctos, quos elegit in amicos, ante mundi cōstitutionem, sed vt immundos, quos calcabit, vt hostes. Vt Psalm. 2. reges eos in virga ferrea (inquit) & tanquam vas figuli cōfringes eos: tūc enim exardescet in breui ira Dñi, quia in momēto & in ictu oculi iudiciū dānationis, impios cōprimet. Tūc cōfundetur ab idolis, quibus sacrificauerūt: peccatores & erubescēt sup hortis quos elegerūt: & erunt

Primus calcator mundi est Christus.

animosissimi
sopra laup
idil. in m. 15
Iacob. 2.

Prouer. 24.

Vita mortalis non prorsus est innocua.

Matth. 22.

1. ad Co. 15

1. ad Co. 15

Exponitur Paulus & David.

& erunt velut quercus, defluentibus folijs:
& velut hortus absq; aqua. Erit tunc fortitudo peccatorum, vt fanilla stuppæ: & opus hoc est peccatum eorum quasi scintilla. Et succendet vtrunq; simul, & non erit qui extinguat. Esaiæ. 11. Si querat aliquis quæ idola sunt hæc? & qui hortuisti? num idololatræ soli peribunt tunc? num hortorum cultores hortos colendo peccat? At vt rectè admonuit Origenes illa sunt reputanda hominis idola, quæ ita homo amat, & reueretur, vt amorem horum diuinæ legi præferat. Quapropter vniuersa crimina, quæ humanum ingenium excogitat, & admittit, hominis sunt dii seu idola: quibus tunc sacrificatur, quādo dimissa diuina lege, in pectus suum illa excipit. Voluptates quoq; carnales deliciofæq; seculi bona, quæ ab humana mente Deum expellunt horti sunt, quos propter fluidam amantatem, sibi selegerunt peccatores. Vt coelestes amantates fastidirēt: hos ergo vox Iesu Christi calcabit, in nouissimis die, & quia impudenter eleuauerunt se aduersus Christum, & ambulauerunt extenso collo spernētes diuinā iussā, propterea incuruabitur sublimitas hominum, qui humana sapiebant, & humiliabitur altitudo virorum, qui sua freti vefania diuinā potestatem non formidauerunt. Et eleuabitur Christus solus in die illa: & vniuersa peccata penitus conterentur, & introibunt peccatores in speluncas Tartareas, & in voragines inferni terribiles, à facie formidinis Christi: & à gloria maiestatis eius, cum surrexerit percutere terram, id est terrenos homines Esaiæ. 2. Pulcherrimi quoque aut sapientia aut opibus viri gladio diuinæ iustitiæ interfecti, in sempiternum cadent: & fortissimi quique, qui orbem sua ferocitate deterrebant, ad iudicis æterni aspectum collabentur. Et demum omnis decor peccatorum peribit: & ipsi cum peccatis suis simul succendentur igne inextinguibili. Matthæ. 3. Aspice ne quam terribilis sit futura Christi irruēs vox, quæ calcabit omnes, quos diximus

peccatores, destruetq; altitudinem Sathanæ extollentem se aduersus Deum, vniuersaq; peccatorum munimenta, atq; formæ. Tunc corruet penitus Hierico clausa, atq; munita ciuitas, id est mundana vanitas perpetuo finem habebit. Hæc mundana vanitas vndiq; occlusa est, atque munita, præstigijs, veneficijs, hæresibus, Philosophorum argumentis, delicijs, & malitijs, fraudibus, & nequitijs, & id genus alijs munimentis, quæ denarrare infinitum esset: quibus mundus seu mundani homines, sese & aures suas obdunt, & animos muniunt aduersus Christi fidem, & mandata, ne transeant in Christi ditionem. At verò in die illo cum rege suo ciuitas hæc à Christo calcabitur: & non machinis bellicis, armisve carnalibus, sed voce sua illa. Ite maledicti in ignem æternum. Huius pompaticæ vrbis munimenta, siue munitiones destruet: & ciues eiusdem dissipabit, & cōsilia dissoluet & demum omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, 2. ad Corinth. 10. Porro dirutis munimentis, quæ diximus, ipsa superba & maligna hominum conuersatio tanquam fumus euanescet: & impij in densissimis Barathri pœnis conticescēt. ¶ Neque solum à Christi voce, finali que sententia Hierico hæc corruet, & calcabitur, quin etiam & à voce sanctorum calcanda erit: neq; solum à sanctorum voce, sed ab vniuersa creatura calcabitur. Sapient. 5. & pugnabit cum illo orbis terrarum, contra insensatos. Ibunt enim directè emissiones fulgorum, & tanquam à benè curuato arcu nubium exterminabuntur, & ad certum locum insilient, & à petrosa ira plene mittentur grandines: excandescet in illos aqua maris: & flumina concurrēt duriter contra illos: stabit spiritus virtutis, &c. Vnde colliges creaturas omnes pugnaturas cum Christo, aduersus impios in die illo. Hæc autem pugna siue fulgurum, siue grandinum, siue maris, siue fluminum, siue ventorum, aut turbinum, non est intelligenda quod hæc conferent manus cum impijs,

Iosue, 6.
Typus notus
ex libr.
Iosue.

Iosue sumit
ibidem nota
quod dicitur

Peccatores
calcabuntur
à Christo,
& à sanctis
imo etiā ab
vniuersa
creatura.

ut innotet
quod dicitur

Dij hominū
quales quos
effrenis libi
do eligit.

Esaiæ. 11.

Esaiæ. 11.
Esaiæ. 11.
Esaiæ. 11.

Esaiæ. 11.

Esaiæ. 3.

Esaiæ. 3.

impijs, sed quia cœlestia, & terrena, suprema, & infera erunt in cruciatum, & torturam iniquorum: ut iusto Dei iudicio, qui abusi sunt creaturis hominibus à Deo prestitis in ministerium, & solatium, eadem creaturæ in tormentum, & desolationem vertantur. Etenim postquam in inferno tanquam oves peccatores positi fuerint, & mors depauperit illos Psal. 48. omni prorsus solatio destituuntur: quia ad eremum idest, omnium bonorum solitudinem, ad terram iniquitatis, qui iniqui sunt perducuntur: & malignitas euertet sedes potentium Sapient. 5. Istud est quod Esaias prædixerat Paulo ante velut quercus defluentibus folijs, & velut hortus sine aqua futuros impios. Quercus enim nudata folijs nudatur & fructu, & flore: & hortus sine aquarum irriguo squalidus est, horridiq; aspectus, spinis, & tribulis abundat: & frugis bonæ expers est. Tales damnati sunt: neque bona cogitant, neque bona operari possunt, quia in criminibus suis obstinato animo persistunt, & pessimis desiderijs abundant, odio & inuidia torquetur, Deum & sanctos odio habent, in illos maledicta congerunt sine fine. Ut iam verè dixeris, quod prothema nostrum prædicebat, super messem tuam, & super vindemiam tuam, vox calcantium irrui. Vox enim Christi, vox Apostolorum, martyrum, confessorum, & denique omnium Sanctorum. Vox omnium creaturarum irruiet in peccatores. Quare celeuma solitum, idest, exultatio & mundanæ vanitatis superba inflatio, tunc cessabit. Tunc enim stabunt iusti in magna constancia aduersus eos, qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum. Sapient. 5. Neque solum damnabuntur à supremo iudice, & ab assessorebus suis, idest, perfectissimis quibusque viris: quin etiam ipsi impij semetipsos damnabunt. Nos infentati (dicent) vitam sanctorum æstimabamus insaniam, & finem sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est. Et quin eodem libro Sapient.

cap. 2. Mundanæ vindemiæ celeuma cantabant in hæc verba, Vino pretioso, & vnguētis, nos impleamus, & non prætereant nos flos temporis: coronemus nos rosis, antequam marcescant: nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra: ubique relinquamus signa lætitiæ nostræ, in die tamen illo nouissimo cum vox calcantium Christi, & sanctorum, irruiet in eos, protinus cessabit celeuma hoc, & mutabunt implacitum. Tunc enim se plangent omnes tribus terræ, & videbunt filium hominis, venientem in nubibus cœli cum virtute multa, & maiestate Matth. 24. extremaque vexatio, atque calamitas dabit intellectum, Esaiæ 28. & oculos, quos clauferat culpa, aperiet poena. Dicent enim tunc impij ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis: & Sol intelligētiæ, non est ortus nobis. Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, &c. Sapient. 5. At verò sciscitabit aliquis, Quid ergo impij poenitebūt eo die à sceleribus suis. Verba enim hæc, quæ diuina sapientia protulit sub impiorum persona, ergo errauimus & viam Domini ignorauimus, poenitētium verba sunt. Porro ab obstinatissimis animis impiorum, dies ille postremus non mutabit sententiam, sub qua diē clauferunt. Et, ut prædiximus, erunt sicut quercus defluentibus folijs: erunt tãquam hortus sine aqua. Namque neque folijs sanctorum cogitationum, neque fructibus poenitentia dignis, neque irriguo diuinæ gratiæ perfundentur, ut poeniteant, sed qualia gesserūt in carne, talia referēt ante tribunal Iesu Christi. Quale ergo est hoc, quod ait, Ergo errauimus? utique tale est, quale & illud stultarum virginum Matth. 25. Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur, & quale est illud aliud Luc. 16. epulonis diuitis. Pater Abraham misereri mei, & mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam, & rursum, Rogo, inquit te pater, ut mitta eum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne & ipsi ve-

Num impij in die iudicii poenitebunt differitur.

Ad Ro. 13. 2. Ad Cor. 5

Loc' ex lib. Sapientie declaratur.

Impij damnabunt etiam impios.

Dānatē mē
tes nō pror
sus habent
extinctā sin
derefim.

niāt, in locū hūc tormētōrū. Siquidē dam
nata mētes, nō habebūt lumē intellectus
adeo extinctū, vt illos lateat se errasse, &
toto cōelo à via dei declinasse. Naturalisq;
propēsiō ad beatitudinē, nō ita obruetur,
vt malint sese miseros esse, q̃ beatos. Verū
volūtās eorū obfirmatissima erit in malo.
Verba ergo, quæ obiecimur ex diuina Sa
piētia mētis synderesim nō esse extinctā,
& natiuā inclinationē ad bonū, nō esse pr
sus absorptā planē significant. De qua re
nos supra vberiore sermone differuimus.
¶ Iam verò si talis est vindemia, talisq; est
Moabitā mēsis, vt super illas vox eorū
calcantiū, quos prætulimus irruet, quid no
bis superest agēdū, vt ab hac opprimente
voce, nō opprimamur? Vtiq; vt vindemiā
& mēsem Moabiticā modis omnibus de
clinemus: quæ quidē tūc demū declinabi
mus, quādo Moabiticos mores, odio pro
sequuti fuerim. Fuere aut Moabitici mo
res illi, quos ex Esaiā, & Hierēmia, in dilu
cidatione denarrauimus: quos & modo p
stringere iuuat: vt nouē refricata illorum
memoria, ad promptiorē ab illis fugā rā
piendā accendāmur. Fuerunt ergo Moa
bitē superbi, habētes fiduciam in munitio
nib; & thesauris suis, fuerūt & delitiosi in
fertilitate adolefcētiæ suæ, fuerunt in faci
bus peccatorū suorū quieti, nec se trāsfun
dere curauerunt, de vase iniquitatis, & iræ
diuinæ, in vas gratiæ & vās misericordiæ
Dei. Fertilis inquit fuit Moab ab adolefcē
tia suā: & requieuit in facibus suis, nec trās
fusus est, de vase in vas Hierem. 48. fuerunt
quoq; Moabitæ immisericordes, & ingra

ti: Fratrum enim suorum Iudæorum mi
serijs, non sunt compassi, & officium gra
tiæ quod Abrahā in Lot collocarat, Moa
bitæ à Lot genas etiā num ducentes, at of
ficium obliti nō repēderunt Israelitis vicē
quam debebant gratiæ & charitatis. En ti
bi Moabiticos mores, en tibi huius gentis
vindemiam, & mēsem: aduersus quam ir
ruit vox calcantiū. Iam ergo superbiam
diffugiamus: corda nostra coram Deo de
ijciamus: fiduciā nostram in terrenis The
sauris, in seculi munitionibus, quæ sunt
mundanus fauor, amicitia, gloria, &c. non
collocemus, sed in Deo viuo. Emunde
mus conscientias nostras à peccatorum
facibus, trāsfundamus nos per pœnitētiā
à vasis iræ, in vasa gr̃e: erga fratres nostros,
& p̃ximos benefici sim⁹ & misericordes,
nulli reddentes malū pro malo: sed si pōt
quātū in nobis fuerit cū oībus hominibus
pacē habeamus, ad Rom. 12. Quod si hęc
diuina opitulāte gratia prætiterimus, vin
demia ñra, & mēsis ñra Deo gratissima
erūt. Qm̃ qui in spū seminat, de spū metet
vitā eternā: hancq; regulam qui secuti fue
rint, à voce irruēte calcantiū ab horrenda
Christi sanctorūq; sentētia tutissimi erūt.
Imò vox illa suauissima diuinēq; gratiæ re
fertissima, in aures sanctorū resonabit, Ve
nite benedicti patris mei possidete para
tum vobis regnū, à constitutione mundi.
Tunc deniq; sancti iudicabūt nationes, &
dominabuntur populis: tantum abest vt
quoquam proculcentur. Quod regnū no
bis pręstare dignetur ipse Christus qui iu
dex viuorū & mortuorū venturus est.

2. Paralip.
20.

Peroratio
parænetica
ad bonos cō
ciliandos mo
res.

Ad Gal. 6.
2. ad Cor. 9

Matth. 24.

Sapiens. 3.

Tropologica declamatio secunda, De prælato torum munere: Cuius prothema est.

Emmitte agnū dominatorem.



ERBA HAEC, MVL
ta essent donanda tropolo
gia, nisi alijs in locis multa
ad eam pertinentia à me
diserta fuissent. Breui
ter tamen adnotare licebit verba hæc,

quæ olim erant prophetarum feruenter
Christi aduentum exoptantium: velim ef
se modo ecclesiæ catholicæ verba, prin
cipes, & præsides, suos à Deo efflagitantis
vt instar agnorum, de petra deserti, ad illā
mittantur. Nihil enim tam habet in votis
eccle-

mas. liqul
Lino modan
e. liqul

Præsides ec-
clesiæ non
exutis mori-
bus agni leo-
num perso-
nam induere
nonnun-
quam est ne-
cesse.

ecclesia Iesu Christi, quam principes suos (qui sunt ecclesiæ capita) siue spiritalia, siue temporalia, agnitisse moribus: illum quæ supremum principem Christum condidit innocentia quo ad licuerit referre. Nā quanquam ecclesiæ magistratus Leonē agere nonnunquam expedit, & flagella ex funiculis contexere aliquando, vt superbos, & elatos deterreāt, vt de Christo Ioannes cap. 2. sui euangelij commemorat, at sic oportet leonis personam induere, vt agni non exuant simplicitatem. Ipse nanque Christus (qui princeps pastorum est) 1. Petr. 5. & agnus est, tollens peccata mundi, Ioan. 1. & Leo fortissimus victor, & triumphator de tribu Iuda Apoc. 5. hu-

iუსmodi ergo præsides ecclesiæ sibi ardentissimè cupit, destinandos: non ex humanis tumultibus, neq; de medijs triuijs promotos, sed de petra deserti, id est, quos nō ambitio seculi, neq; preces, neq; amicitia, neq; fauor, neq; dona prouexerunt, sed vitæ cādor, operis integritas, ingenijq; industria, pro sui ratione ministerij exhibēda. Qui sint demū fideles præsides fideliterq; implētes ministeriū suū: nō socij furū, aut latronum, quales descripsit Esaias. cap. 1. Principes, ait, tui infideles socij furum: omnes diligūt munera, sequuntur retributiones, pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad illos. Lege tropologicā declamationē nostrā de re hac ad. c. Esai. 1.

DILVCIATIO IN Esaia Caput decimum septimum.



*Q*UOS DAMASCI.^a

Prioribus visionibus (durissimis equidem illis) Babylonios, Moabitas, Philistæos, hæten⁹ deterruerat

Propheta: nunc vero visionem aliam ad-

Visio aduer-
sus Syriam.

uersus Syriā itidem acerbam & minacem profert quæ capite hoc, dicens, onus Damasci siue visio aduersus Damascum. Diximus

nanque supra, massam, prophetiam grauē Hebræis sonare. Erat autē Damascus Syriæ caput, regiæque ciuitas Esaia. 7. quā cōstruxisse Eliezer Damascū Abrahæ procuratorem nonnulli ferunt. Syriæ tamen hoc onus, fortassis causam habuit, id quod legimus libro Paralip. 2. cap. 24. Syros numero paucissimos inuasisse Iudæam, infinitamque retulisse prædam. Syri quoque pacis fœdera cum decē tribubus inierunt Esaia. 7. vt infestis agerent signis contra

Onus Damasci.^a

Ecce Damascus^b desinet esse ciuitas, & erit sicut aceru⁹ lapidū in

regnum Iuda. Quos deuastauit Theglathassar Assyriorum rex. 4. Regum. 16. & transtulit in Cirenem. ¶ Ecce Damascus.^b

Aroer, non est nomē oppidi in Syria, sed in Arabia Moabitarum erat oppidum, si

Hiero. li. 8
loc. Hebræ.

ruina. Derelictæ ciuitates Aroer gregibuserūt, & requiescēt ibi & non erit qui ex-

sum olim à gente vetustissima, cui successerunt Moabitar, Antiquos terræ accolæ cum subuer-

ditur usque hodie in vertice montis illius. Sed & torrentis per abrupta descendēs in mare Mortuum defluit. At vero ciuitates Damascenæ Aroer vocantur, propter nominis trāslationē. Aroer enim interpretatur mirica. Est autem mirica sterile lignum, quod desertis locis nascitur. Vt. 2. libro Corollariorū, ad Dioscoridē ab Hermolao traditur, splenetis vtile. Quia ergo ciuitates Damascenorum erant vastandæ, vt earū metropolis Damascus, & propter earum soli-

Aroer quid

Mirica qd
Hermolao.

Gene. 15.

Damascus
Eliezer con-
ditor Syriæ

rudinē in caulas gregū reddigēde, propterea ciuitates illas vocat Aroer: vt glossa sequuta Hieron. exposuit. Si tibi collibuerit in nomine Damasc^o allegoria ludere, propta tibi est: quā offert interlinealis ex Hieron.

Damascus
quid.

Damascus enim saccum aut sanguinis osculū significat: quare gentes significat, quæ ante susceptā fidē Christi opa, sacco digna gesserunt. Qua tamen suscepta, carnē, & sanguinem Iesu Christi nō solū osculantes, quin etiā cōmedētes, & bibētes, onus leue Iesu Christi sibi ipsis iniūxerunt, spontaneē se Christo tradētes. Et desinit Damascus esse ciuitas. Quia gentilitas in Christianitatē versa est: & facta est gentilitas, vt acerbus lapidum electorum, atq; viuorum: ex quibus constructa est ecclesia catholica. 1. Petri. 2. Sub ruina tamen Iudæorū, & reprobatione, ipsi sub rogati sunt, & inserti, in corpus Iesu Christi, ad Romanos. 9. ¶ *Et cessabit adiutorium Ephraim.* a) Samaria enim, erat decem tribuū caput & robur: quare hoc loco vocat eam adiutorium Ephraim. At verò Samaria dissipata fuit ab Assyrijs. Aut quia Syri frequēter Samaritis, & Israelitis, suppetias tulerunt auxiliareq; copias, vt. 4. Regū liber docet. Abrasis autem Syris præsidium Ephraim, siue Ephraitarū, aut Israelitarū, cessauit: vt inde non haberēt unde in

h. il. orati
s. d. f. i. p. l.

Samaria de
cem tribuū
caput & me
tropolis.

h. i. p. r. o. r. l.

h. i. p. r. o. r. l.

Ironia in
scriptura

solefcerēt. Quare subdit & regnum à Damasco sub audi auferetur. Et quod sequitur ironice leges. Et reliquæ Syriæ sicut

gloria filiorum Israel, id est, vt gloria filiorum Israel euauit, ita & gloria Syrorum euanesceat. ¶ *Et erit in die illa.* b) Transitionem facit propheta à denarrata calamitate Syrorum, ad captiuitatem decem tribuum (quas hīc sub nomine Iacob indicat, quas dicit attenuādas & macie cōficiēdas. Quia Salmanasar illas abegit à natiuo solo, vt sēpē supra diximus. Quas rursum confert collectorib^{us} messiū, qui postquā messiū optimā partem collegerint, quod spicarū superest exiguum, qui eos à tergo sequitur colligūt, & fasciculis mandant. Itaque; Salmanasar Assyrius rex demessuit Israelitas, quibusdā paucissimis superstitibus, tāquam spicis paucis ex multa messe relictis. Qui sub Ezechia rege conuersi sunt ad Deum patrum suorū. 2. Paralipo. cap. 30. De Raphaim valle, secundo Regum. cap. 5. sermo habetur, atq; inibi diffusos Philistæos traditur parantes pugnam contra regem Dauid. Et Hieronymus libro de locis Hebraicis hanc vallem inquit esse Alophilorum, id est, Philistinorum, contra Septentrionalem plagam Hierusalem. Qui autem colligit spicas in valle hostili non tutam habet collectionem: quia imminentes hostes formidat. Sermo ergo Prophetæ hoc indicare satagit, Ephraitas à captiuitate Assyria paucissimos relinquendos, instar spicarum, quæ à locis hostilibus raptim, & modicē leguntur. Itidem & hanc desolationem,

2. Paral. 30

Raphaim
quid.

lationem, & alijs prosequitur exemplis: racemorum, & oliuarū. Vt enim vindemia peracta racemulus vix vnus, aut alter à vitibus appēsus restat decussis arboribus oliuarum vix vna, aut altera olea residua est ita in proposito.

In die illa. ^a Re-
tulim⁹ supra sub
Ezechia regere
fiduos à decē tri-
bubus cōuersos
fuisse à dominū
hoc igitur tēpus
insinuās inquit,
In die illa. *In*
die illa erunt. ^b)
Translatio Se-
tuaginta pro di-
lucidatione hu-
ius loci seruiet
nobis, quē sic ha-
bet, *In die illa* er-
rūt ciuitates tuæ
derelictæ: quem
ad modū reliq-
runt Amorrhæi,
& Euēi à facie fi-
liorum Israel. Id

est vt ad introductionē filiorū Israel deua-
statae sunt nationes Chananæorum, sic ab
Assyrijs, decē tribus euertendæ. Meminit
aut aratorū, & segetū. At alia trāslatio nō
aratra, & segetes, sed palmes, & racemus le-
git, aut virgultū, & fastigiū arboris. Verū
vniuersa hæc varietas, in eundē coit sen-
sum. Sub hostili nanq; pressura, sub belli-
coq; feruore, omnia relinquūt à victis,
& propriæ vitæ cōsules omnia sua mi-
nimi faciūt. Vt agricolæ boues, & aratra,
olitores olera, palmites, & fructus, vt vini-
tores vuarum racemos, &c. Hæc autē pro-
pterea passuros Israelitas pñūtiat Esaias,
quia obliti sunt Dei saluatoris eorū, & ad
idola deflexerūt viā suā. *Propterea plāta-*
bis. ^c) Vulgati codices habent plantationē
infidelem Septuaginta interpretes itidem
translulerūt *φύτευμα ἀπίστον*, id est plāta-

tionē infidelē. Dictio Hebraica est Naha-
manī, quæ dictio si per, ain, scribatur pul-
chrā significat, si per aleph literā fidelem.
Quapropter varia est huius loci editio.
Vnde alius legit propterea quod plantata

quæ derelictæ es plantatio pul-
cherrima. Qui
sunt à facie filio-
rū Israel & eris
deserta. Quia o-
blita es Dei salua-
toris tui, & for-
tis adiutoris tui
nō es recordata,
propterea plan-
tabis^c plantatio-
nem infidelem,
& germen alie-
num seminabis.
In die plantatio-
nes tuæ labru-
sca, ^d & mane se-
mē tuū florebit:

Fuerūt nāq; Israelitæ plātatio Dei fidelis.
Nāq; dominio terræ Chananæorū multis
æuis sunt potiti. Fidele autem in scripturis
nōnūquā quod cōstans & firmū est etiā si
gnificat. Quare fixa habitatio, fidelis vo-
catur plantatio. Est autē tēpus pro tēpore,
plātabis, id est, plātaſti, vt referatur ad deū.
Verū si infidelē legamus vtq; plātatio Is-
raelitarū fuit infidelis, aut quia fidē vnus
Dei reiecerūt, aut quia violētia hostiū ab
antiquo dominio sunt depulsi. Et q̄ sub-
dit, germē alienū seminabis, vel semē infi-
dele, vt septuaginta, apertū habet sensum.
Israelitæ enim ab alienati sunt à Deo pro-
pter infidelitatē. *In die plantationis tuæ la-*
brusca. ^d) Rabbi Salomō hoc retulit ad vi-
tulū adoratū ab Israelitis: quādo erāt ere-
micolæ. Tūc enim fides vnus Dei in ipsis
plātabatur: illius igitur vituli cultus, labru-

es plantatio pul-
cherrima. Qui
sermo significat
Israelitas ingra-
tissimos fuisse
Deo, qui eduxit
eos de terra AE-
gypti, & planta-
uit eos plātatio-
ne pulcherrima
id est, illos ad sū-
mā pulchritudi-
nē honorum, &
opū celsitudinis
q; regiē & pōti-
ficiæ prouexit.
At propriē pul-
chritudinis im-
memores, diui-
nitatis pacta vio-
lauerūt. At si fi-
delē legamus fe-
rē eodē recidit.

Fidele aut
fidelis in
scrip. varia
denotat.

isca (quæ acida vna est) vocatur. Alij verò nō labruscam sed solitudinē, aut studiū transtulerunt. Nam dictio Hebraica, quæ hoc loco habetur, etiā laborē, curā, aut solitudinē, significat. Vt sit sensus plātatos fuisse Israelitas, non vulgari, sed singulari Dei solitudine, q̄ im mēsam barbara rū nationū stragē fecit, vt populum suum in possessionē earū induceret. Quinimo non exiguas ipse dominus tērationes neq; leuia irritamenta ab Hebræis tulit, tāis perdū illos inferret in p̄missionis terrā, David testante, vbi tētauerūt (in

quit) me patres vestri probauerūt, & viderūt, opera mea: & in Exodo, & Numeris, qualia hęc fuerint abundē legimus. Quare & mihi satis aridet lectio hęc, quā p̄fati sumus. Aliā lectionē, quam ad marginē glossę lego, non spernendā iudico. In die plantationis tuæ crescebas, & mane semen tuū florebar. Quippe populus ille in finito creuit numero: & multis floruit honoribus. Quanquam hęc lectio magis est paraphrastica, quā ad verbū Hebraicū. ¶ *Ablata est.* ^{b)} Tale est, quod modo ait, quale & illud quod dixerat capit. 5. Expectauit vt faceret vvas, & fecit labruscas, ablata ergo ait, est mēsis, id est, quando demetendus erat fructus, fidei, & bonorum operum ab Israelitis, fructum optatum, & speratum non exhibuerūt, sed dolorem. Aut referendum est hoc Israelitis in sua calamitate ab Salmanasar illata, sperauisse protectionem diuinam, cæterum inanem spem cōcepisse: id circo diuina protectio-

ne destituti Malis p̄ssis doluisse. Dictio Hebræa correspondens dictioni Latinæ, hæreditas, est, nahlah: quæ originem duxit à verbo Hebræo nahal, quod inter alia multa significat hæreditatem accepit, pos-

Nahlah,
Nahal.

sedit: & est neutri generis. Quapropter sensus aptior, qui prioribus satis cōnectitur hic est. Ablata est mēsis in die hæreditatis. Id est, quādo te possederint Israel Assyrij & acceperint in hæreditatem dolebis grauiter. ¶ *Væ multitudo populorum.* ^{b)} Hoc capituli residuum ad Senacherib referunt, qui cum in finito exercitu

bit eū, & fugiet p̄cul & rapietur sicut puluis mōtiū à facie venti: & sicut turbo corā tēpestate. In tempore vespere, & ecce turbatio: in matutino, & non subsistet, hæc est pars eorū q̄ vastaerunt nos, & fors diripientiū nos.

Senacherib
exercitus de
scribitur de
uastatio.

deuastaturus Hierosolymam venit. Ideoque confertur mari sonanti, quādo fluctibus horrendis exēstuat. Quanquam in biblijs nostris, Væ multitudo, legatur, legendum tamen est, Væ multitudini, vt Hieronimus & correctiora exemplaria legunt: alioquin solāscimus esset. Subdit & rapitur, sicut puluis, vt apertum faciat Senacherib, & exercitum suum non humana industria, sed diuina opera, de medio sublatum fuisse, ea facilitate, qua puluis à vento rapitur: & sicut turbo, vel stipula, à tempestate, id est, à vehemētissimo flatu, & quāquam in tempore vespertino Hierosolymite ingruentibus copijs Senacherib, iam iam deuastaturos Hierosolimam: magna turbatione Hierosolymite conterriti fuerunt, & consternato erant animo. At verò aurora sub lucēte ministerio angelico stragem hostium cernentes, gratulabūdi turbationem, in hilaritatem conuerterūt. Et quod ait, non subsistet, subaudi hostis. Tādem

dem

Obferuāde
obiter hāc
tropologia

dem adiecit Eſaias pro coronide capitis,
Hæc eſt pars, ſeu portio, ſeu vindicta, eo-
rum, qui vaſtauerunt nos, ſiue deuaſtare
inſtituerunt: quia tanquam puluis montiū
a facie venti, depulſi ſunt. Quafi dicat, etiā
ſi potentes erant hoſtes, at potentia ipſo-
rum redacta eſt in fauillam, & cinerem.
Nos quoque vt tropologicè vnum ver-
bum addamus veſpere eccleſiæ Ieſu Chri-
ſti videmus turbari, & premi, nouiſſima

enim tenet tempora: iam quæ adueſpera-
cit dies, id eſt, ſeculi tempora inclina-
ta iam ſunt. Ad hoc igitur veſperum de-
moratur fletus, & in matutino, quan-
do Sol iuſtitix Chriſtus ſua luce mun-
dum irradiare cœperit, in die nouiſſimo,
Tunc turbatio omnis ceſſabit, & inimici
Chriſti & eccleſiæ non ſubſiſtent, ſed tan-
quam puluis montium eſt tanquam ſtipu-
la ex ſufflabuntur.

DILVCIDATIO IN Eſaiæ Caput decimum octauum.



Vaticinium
obſcurū ad
uiciſus AE-
gyptios.

VAE TERRAE CYM-
balo. a) Hoc propheticum
capitulum inuolutas habet
ſententias: & obſcuro ſer-
mone intricatas. Quod to-
tum traduxit Hieronymus in allegoricos

ſenſus, historiā
miſſo, Porro La Væ terræ cym-
tini alij interpre balo^a alarū quæ
tes historiā pro
ſequuti, latam hoc capite credūt eſſe pro-
phetiā, aduerſum AEgyptios qui præſidia
tulerunt Sedechiæ regi Iuda. Quibus fre-
tus præſidijs rebellauit aduerſus Babylo-
nios. Hoc quæ præſidium AEgyptiacum
arūdineum baculum Senacherib vocat a-
pud Eſaiam. c. 36. & Nabuchdonosor de-
uaſtauit AEgyptios. 4. Reg. 24. & Ezech.
29. AEgyptiorum quoq; deuaſtatio tradi-
tur, vt Iudæi certū haberent præſidia AE-
gyptiaca inualida eſſe, neq; digna quibus
ipſi fiderent. Legimus quoq; in libr. 2. Pa-
ralip. c. 12. Sefach AEgyptium regem ite-
dē Libies, & Trogloditas, & AEthiopes,
inuafiſſe ciuitates munitiſſimas Iuda, eaf-
demq; cœpiſſe. Et in eodem libr. c. 36. Ioa-
chaz regem Iuda a tege AEgypti deiectū
eſſe a gradu regio, damnatamq; eſſe terrā
ex centum talentis argēti, & ex talēro au-
ri. Aduerſum ergo AEgyptios cæteroſq;
ſibi aſcitos milites prophetia hæc pronun-

ciatur. Væ terræ cymbalo alarū, id eſt, quæ
eſt cymbalū alarum, Varia eſt huius nomi-
nis interpretatio. Quidā enim vocāt AE-
gyptū cymbalum alarum, propter catadu-
pas Nili. Qui cum ab altiſſimis rupibus ſe
præcipitē det, vehemētīſimè ſonat, nā ca-

radupe iſtę ad lō
eſt trās flumina giſſima interual
AEthiopię, quæ la terrarū terribi
lē ſtrepitū mit-
tunt: vt cymbala multa, & grādia vehemē-
ter ſonātes. Alij ad ſtreperas alas multarū
auīū ſonitum Nili reſerūt. Aquila vmbra
alarum legit, vt ſenſus ſit AEgyptum eſſe
terrā adūbratam alis, vel adūbrantem alis.
Per alas autē quātum iudico vela nauīū in-
telligere oportet. Quibus abūdans AEgy-
ptus, propter marina cōmercia AEgyptū
Eſaias vocat vmbra alarū. Memini me le-
giſſe in chronica indica Portugaliz, apud
Indos modo in vſu eſſe nauiculas quaſdā.
25. aut. 30. homines capientes: quas verna-
cula lingua indigenæ cymbala appellitāt.
Quapropter nihil mirū, ſi naues etiā cym-
bala alata vocet, & AEgyptū quæ iſtis vte-
batur, cymbalū alarū, pro eo quod nos le-
gimus cymbalum Hebraica dictio habet
ſiſſal, eſt autē verbum Hebraicis ſalal, neu ſalal,
tri generis, quod & vmbra fecit vel obū-
bratus eſt, ſignificat. Itidem idem denotat
quod tinniuit, indeq; , ſiſſal, cymbalū aut
ſiſſal.

Indicā vō-
bū cū Eſaiæ
expoſitione
facit.

tintinabulum, cui modicum argētum est immixtū, vt dixit Rabbi Kimhi. Qui quoque verbum Esaiæ, quod nostra translatio trāstulit in cymbalum, ipse vertit vmbra, vt Aquila vertebat, vt prædiximus. Sed fortassis Indicus v-

fusus nominis cymbali, vt notet, na uem antiquitus, inoleuit apud Hebræos tempore Esaiæ: propterea non dānāda est vulgata translatio. AEgyptū autem dicit esse trāsflumina AEthiopix per flumē AEthiopix Nilū denotans, qui quidē etiam si circum circa AEgyptum alluat, & à mōtibus Lunæ scaturigines ducat, cæterū, quia per AEthiopiam ad AEgyptū vsque interlabitur, in mare Mediterraneū desinens, propterea flumē AEthiopie nō abre appellatur. In plurali autem numero flumina, singulare intellige, & aduerte vt diximus cū rege AEgypti, AEthiopes, Libies, &c. manus iunxisse aduersus Roboā 2. Paralip. 12. propterea hoc loco AEthiopie vt cōtra eā etiā prophetiā referat meminit. ¶ *Quæ mittit.* Hieronymus legit qui mittit. Vt sensus sit, vā mittēti aut ei, qui mittit in mare legatos, geminatue, vt geminatio interiectiōis malorū insinuet copiā. AEgyptus autē in Alexādria nobilissimū habet emporiū, vnde & cōmercia habet cū nationibus omnibus. Propter q̄ ait, Mittere legatos in mare in vasis papyri. Per papyrum verò non chartas papyraceas intelligas, sed vasa papyri sunt vasa iūcea: & naues leuissimas peryasa papyri sub intellige. Quanquā in India, quæ Perū dicitur, ab incolis tranaturis vasta flumina, ex iuncis citra Bitumen, aut materiā aliā, mirabiles nauiculæ cōflātur, oculatis mihi asserentibus testibus. Naues autē vasa dicūtur consueta phrasi, qua deputata ad

certas operationes instrumēta vasa dicuntur iuxta illud, Cōfitebor tibi in vasis psal mi Psal. 70. Sūt qui velint peryasa papyri, epistolas subintelligere, vt & Septuaginta ediderūt peryasa papyri epistolas papyraceas. ¶ *Ite. Ange*

alius: ad gētē expectatē & cōculcatam, cuius diripuerunt flumina terram eius: ad montē nominis Domini excituum mōtem Sion. gypti, & non in deo. Subsanans ergo propheta hæc auxilia vana nuntijs AEgypti, (quos angelos vocat propter nūciādī officiū) Ite, ait, ad decē tribus, quas p̄mit captiuitas, quæ cōuulsæ sunt à duabus tribubus Iuda & Bēiamin, & cōsolamini eas vestro inani præsidio. Et obserua denarrata epitheta Israeliticæ gētis, quā vocat conuulsam, dilaceratā, terribile, singulārē, expectatē, & conculcatā. Auulsam quidē, à patrio diuinoq; cultu dilaceratā, à Teglatphasar, & à Salmanasare, terribile, quia eius gratia prodigia terribilia Deus fecit, mare Rubrū siccās, panē celestē pluens, & id genus: singulārē populū, post quē non est alius, propter singulārē vnus Dei cultum, singulariaq; præsidia, & beneficia, illi populo collata vocat. Deute. 7. Te elegit dñs Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris de cūctis populis, q̄ sunt super terrā & in psal mo, Nō fecit taliter omni nationi, & sæpē alibi, expectantē quoq; quia AEgyptiaca subsidia expectabat, vt se ab Assyrijs defenderet, conculcatā verò cuius diripuerunt flumina terrā eius. Satis conculcata gens, quæ non solum à Chaldæis olim & Assyrijs, & Romanis, & Græcis, Idumæis, AEthiopibus, &c. Quin etiā & modo ab vniuersis nationibus spernitur, & pculatur.

Flumina

Nilus à mōtibus Lunæ scaturit.

Lege Pliniū lib. 13. c. 1. asserentem expapyro nauigia cōstrui.

Ironia in scriptura.

Angeli nuntij sunt siue homines, siue angelici coelestes.

Singularitas Hebraici populi qua olim in signis erat.

Flumina aut, quæ diripuerunt terrā, id est, Israeliticā gentē barbarę, quas diximus nationes sunt: quia aquæ multæ sunt populi multi. Qd̄ in trāslatiōe nr̄a addit, ad mōtē noīs Dñi exercituū mōtem Siō, superabū dat: nō em̄ litera

Hebraica habet sed adiectū est.

¶ Oēs habitatores^a.) Cū AEgyptijs verba facit

ppheta, quos vocat habitatores orbis, vt Chal-

dæos supra vocarat capit. 12.

q̄ si diceret, vos AEgyptij atten-

tas habete mentes, ad Chaldæo-

rū vexilla (quæ bellica signa sūt)

quę Chaldęi vel Assyrij leuabūt

in montes, ī præ-

excelsisq; locis, ad clangoremq;

tubarum clāsi-

carum, quas hostes canunt ad-

uersum vos. Tūc demum videbi-

ris, quā verum fir vaticiniū, qd̄

modo pronuntio contra vos.

Tūc ego quiescam confide-

rans rei euentum, eundem esse, quem præ-

dixeram Si quidem mea præsensio, aut

prophetica lux, vt lux meridiana est, quæ

abiectis tenebris clarissimē micat, sic & ego clarissimē aspexi ruinam vestram.

¶ Et sicut nubes^b.) Nubes in diebus mē-

sis, id est, æstatis. Quādo in messes incumbunt mēssores: & solaribus ardoribus oppi-

Omnes habitatores^a orbis q̄ mora

mini in terra, cū

eleuatum fuerit

signum in montibus videbitis &

clāgorem audietis: quia hæc dicit

dominus ad me, Ego quiescā, &

cōsiderabo in loco meo, sicut me-

ridiana lux clara est, & sicut nu-

bes^b roris in die mēssis. Antemē-

sem em̄ tot^o efflo-

ruit^c, & immatura perfectio ger-

minabit, & præ-

cident ramusculi eius falcibus: &

quæ d̄ relicta fuerint, abscindent,

¶ Et sicut nubes^b.) Nubes in diebus mē-

sis, id est, æstatis. Quādo in messes incumbunt mēssores: & solaribus ardoribus oppi-

rentur stillicidijs, temperamento roris, &

nubis, sibi gratulantur, & labores in me-

tendo non sentiunt. Tales & Chaldæos

protegendos prædicat a Deo, vt AEgyptios demetāt. ¶ Ante mēssē enim totus

effloruit^c.) Trā-

latitio sermōe

& excutient. Et

relinquentur si-

mul auibus mon-

tiū, & bestiis ter-

ræ: & æstate per-

petua erūt super-

eum volucres, et

oēs bestię terræ

super illum hye-

mabunt. In tpe

illo^d deferet mu-

nus Dño exerci-

tuū a populo di-

uulso & dilacera-

to, a populo terri-

bili, post quē nō

fuit alijs a gente

expectate & con-

culcata, cuius di-

ripuerunt flumi-

na terrā eius, ad

locū nominis do-

latitio sermōe

utitur. Vt em̄ se-

getum si anteq̄

maturescant fru-

ctus, quando lac-

tei sunt, aut si-

cut vinearū qn̄

Omphacinas. i.

acidas habet vi-

uas vindemię vi-

nearū, aut mē-

ssionis segetum,

immaturū est tē-

pus, sic quoq; &

AEgyptij diu-

no flagello sunt

perculsi, tūc ma-

ximē qn̄ ipsiopi-

bus, & gloria,

florebāt, demē-

si sunt aut vinde-

miati sūt, ab ho-

Peccatores
sua suppli-
cia existi-
māt impor-
tuna.

¶ Et sicut nubes^b.) Nubes in diebus mē-

sis, id est, æstatis. Quādo in messes incumbunt mēssores: & solaribus ardoribus oppi-

rentur stillicidijs, temperamento roris, & nubis, sibi gratulantur, & labores in me-

tendo non sentiunt. Tales & Chaldæos protegendos prædicat a Deo, vt AEgyptios demetāt. ¶ Ante mēssē enim totus

effloruit^c.) Trā-

latitio sermōe

utitur. Vt em̄ se-

getum si anteq̄

maturescant fru-

ctus, quando lac-

tei sunt, aut si-

cut vinearū qn̄

Omphacinas. i.

acidas habet vi-

uas vindemię vi-

nearū, aut mē-

ssionis segetum,

immaturū est tē-

pus, sic quoq; &

AEgyptij diu-

no flagello sunt

perculsi, tūc ma-

ximē qn̄ ipsiopi-

bus, & gloria,

florebāt, demē-

si sunt aut vinde-

miati sūt, ab ho-

bus recolentes dñm, in tēplo Hierosolymi-
tano obtulerunt munera (vt superior no-
ster sermo habuit) aut qđ Iudæi opa Ciri,
& Darij asserti a captiuitate Babylonica re-
gressi sunt in natale solum Hierosolymo-

rū: inibiq; reparato templo munera domi-
no obtulerunt in monte Sion: vbi templū
renouatū est. Quo loco Dauid arcem cō-
struxit in regiā domū a se colendā. Quæ
& ciuitas Dauid appellabat. 2. Reg. ca. 9.

DE SENSIBVS TRO- pologicis ad Cap. 18. Appendix.

TROPOLOGICA declamatio. 1. De hereticorum miseria, cuius prothema est.

Væ terræ cymbalo alarum, quæ est trans flumina Aethiopiæ. Esai. 18.



HAEC VERBA ALI-
ter quoque trāsferri posse
ostēdimus in dilucidatiōe.

Væ scilicet terræ vmbrae a-
larū. i. vel quæ adūbrata est

alis: vel quæ adūbrat alis. Et vtrāq; versio
tropologica declamationi quā paramus
mirū est quā congruat. Hæretici nanq; &
cymbala alata sunt: & obūbrata sunt, & o-
bumbrant, & flumina Aethiopiæ versant,
& colunt, illorūq; alluione tandē calami
rosē pereūt. Sūt sanē cymbala tinnientia,
& velut tintinabula sonātia. Quales dixit
Paulus esse oēs quorū charitate diuina
orbati sunt, 1. Cor. 13. Planum autē est hæ-
reticos oēs charitatis Dei & Christi com-
mercio non gaudere. Etenim tametsi terri-
biles habeant sophísticos sermones, & nō
nunquā operibus ipso aspectu magnificis
quoq; turbas populorū deterreāt. At qua-
les illorum sermones, talia & opera. Ficta
enim sunt omnia, vt videantur ab homini-
bus. Sunt igitur, vt tintinabula sonantia:
sed præter sonorū strepitū vanitatis sunt
plena. Qui em̄ solidā, & inuiolatā fidē nō
habēt, imō mutilā, & cāceratā, nihil solidi-
tatis cōtinere valēt. Et vtinā vt tintinabu-
la essent, quæ ad sacra vel audiēda, vel cele-
brāda, fideles cōuocāt, at pro dolor, non
ad sacra cōuocāt, quia ad execrata incitāt.
Hæc autē tintinabula, aut cymbala (quæ E-
saia scripsit) nō nihil habēt argētī immix-
tū: vt in dilucidatiōe tradidimus: Hæretici
quoq; non nihil argenti falsis suis dogmati-

bus permiscēt. Etenim sub afflictā sancti-
tatis persona, sub pietatis specie insipienti-
bus imponunt. At horum argentum ver-
sum est in scoriam. Quippe non infodinis
veris ecclesiæ catholicæ illud refodiūt, at
ex diabolicis venis illud sibi parant. Sunt
quoq; vmbra hæretici: degunt enim in te-
nebris, & in vmbra mortis. Hac enim pla-
ga tenebrarum, & cæcitatē a Deo percu-
tiuntur, vt Aegyptij olim, & Sodomæi &
Gomorrhæi, illi quidem quia detinebant
Dei populū, iniustissimē, hi vero, quia ma-
sculinū coitū appetebāt, deturpareq; natu-
rā affectabāt. Hæretici quoq; ob eadē ppe
modū causas, tenebris in voluunt: & quia
fidē, & veritatē sanctarū scripturarū, fini-
stris interpretationibus detinēt, ne liberē in
corda hominū se se trāsfundāt, & quia or-
dinē naturæ violāt. Est nanq; naturæ ordo
vt qui vouet, qui iurat, quæ nūcupādo vo-
ta, aut iureiurādo est pollicitus, operi man-
det. Hæretici autē neoterici, vota irridēt:
quare & monasticam obseruantiam a se
expulerunt. Neque vota solennia, aut sim-
plicia verentur, sed illa impudenter vio-
lant. Quod si vota conspurcant, iuramen-
ta vt obseruabunt? Ipsi ergo hæretici vm-
bra sunt, & alios ad mortis vmbra pelli-
ciunt: idcirco alatae sunt vmbrae. Vmbra
nanq; suam in alios diffundunt, & faciūt il-
los filios gehennæ longē peiores ipsis. Lu-
therus enim, vt vnum ex multis profe-
ram peiores discipulos seipso progeniuit,
& in pestilentiora dogmata prolapsi sunt.

Vt OEco-

Hæretici
sunt cymba-
la alata sūt.

Hæretici bo-
na fingunt
opera & ser-
mones verā-
ces simulāt.

Esai. 1.

Exodi. 10:
Gene. 19.

Hæretici or-
dinem natu-
ræ violāt.

Matth. 23.

O Ecolampadius pe-
ius errauit
fide syna-
xeos quā Lu-
therus.

1. Tim. 2.

Locus ex p-
uerbijs Sa-
lomonicis
exponitur.

Rabies hæ-
retica i per-
uertenda si
de infatigabi-
lis ut ignis.

Luce. 16.

Vt OEcolampadius, negans corpus Iesu Christi in synaxi contineri, magis declinauit à fidei veritate, quā Lutherus, qui substantiam panis cū corpore Christi confessus est. Et quanquā oīum impiorū ingenium est impietatis suæ socios pcreare, nulli tñ, vt hoc præstent tam feruēti sunt ingenio, quā hæretici. Id quod Paulus insinuabat dicēs hæreticam doctrinā serpere instar cancri, quod viscera iugiter corrodens, vita priuat. Et sapiētissimus Salomon quatuor dixit insatiabilia. Prouerb. 30. infernū, vuluæ os, & terrā, & ignem: quorū quatuor, quod postremo loco est recensitū, nunquā dicit sufficit, quia in explebilis est vniuersis denarratis. Quæ quatuor si moribus humanis aptentur, quatuor præferūt, mortem, scilicet, quæ vniuersa depascit viuentia, nā infernus etiā sepulchrū mortuorū Hebræis sonat: & rursus libidinē quæ adeo feruet, vt sibi in amando metas tenere nesciat, & auaritiā, quæ inexplebilis est. Auarus em̄ nunquā satiatur pecunia: & tantū crescit amor numi, quantū ipsa pecunia crescit. At insatiabilior est istis hereseos auditas: quæ nunquā dicit sufficit. Et egregiē cōferē igni, qui ex modica subsistens scintilla, infinita excitat incendia: vt de Arrio dixit Hieronymus: & de Luthero, nos verē itidē dicemus. Qui vna scintilla fuit & equidē vilis, ex vili nāq; genere ortus fuit in germania, & in totā ecclesiā flāmas suas euomuit, & nefandissimistechis sua dogmata peruersa in orbē diffundere curauit, libris enim editis, & falsis fratribus vtēs tanquā nuntijs, & legatis sub dolis, p orbē sparsis, subuertit fidei candorē, & simplicitatē. Vt bellē dicamus cū Esaia hæreticos mittere legatos super mare, & in vasis papyreis, super aquas. Quia quā facultas non suppetit voce venena sua instillare auribus fidelīū, p vasa papyracea, quæ sunt epistolæ, & codices, virus suum spargūt. Et maior est hæreticis cura errores suos spargēdi, quā catholicis orthodoxā fidē euulgādi: quia filij huius seculi prudentiores sunt in genere suo, quā filij lucis, Luce. 16. Verē ergo obūbra

ta est hæresis in semetipsa, & alios sua caligine tegit: verē quoq; AEthiopica flumina hæresis colit. AEthiopes em̄ solis ardoribus deusti nigras corporis gerūt pelles: & hæretici ppriæ cōcupiscentiæ flāmis, in ardescētes, mētes cæcitatē nigredine obductas habēt. Et ppriē dixerim hæreticos esse gentē cōuulsam, dilaceratā, terribilē, singularē, expectantē, conculcatā, quā flumina diripiūt, vt Esaia ca. 18. meminerat. Nōne cōuulsi sunt hæretici ab vnitatē Romanæ ecclesiæ? nonne dilacerati? Quia vnusquisq; hæreticorū suā factionē excogitauit: neq; est hæresiarchaū aliq; quod cū altero sapiat idē: at vnusquisq; in viā suā declinauit? Nōne terribiles & horrēdi sunt, quod in ppria perfidia persistētes ecclesiæ catholicæ obsistūt? Nonne singulares sunt quod relinquētes magistrā, & matrē suā Romanā ecclesiā, singularē cultū, & à matris magisterio remotū, atq; fidē sibi seligunt? Et vt olim Esau, spreta paterna Isaac domo, alienigenis se copulauit vxorib⁹, Gen. 26. ita hæretici veri Isaac Chri domo (quæ est ecclesia Dei) neglecta aliena, & nō germana fidei, cōnubia jungūt. Quapropter pessimæ singularitatis nota sunt affecti. An nō sunt expectātes huius æui hæretici regna cœlorū illis patere, siquidē totā spē suā in vna fide collocāt, certo psuali ita fore quod alioq; lōgē abest à veritate, si firmā fidē tenuerint, nullis etiā opibus bonis sociatā, nulla pœnitundine pētorū suffultā? at malē sunt expectātes, em̄ verō spes hæc hæretica inanis est. Nō em̄ ad fidē suā nos trahit Chrs, vt in ea otiemur, à bonis opibus vacādo: sed potius, vt p eā negotiemur vitā eternam lucrando. Dixit enim ipse autor fidei Christus negotiamini dum venio, & feruum pigrum, qui talentum in sudario reposuit, talenti multa damnavit. Quare dignissimē ecclesia Iesu Christi hæreticos conculcat, illos à catholica cōmunionē se gregans, & potestati Satanæ illos tradens. Nam si incestuosum illū Corinthiū Paulus iusta, & legitima causa à consuetudine fidelium (excommunicationis sententia) submouit,

Descriptio
hæreticorū
ex Esaia.

Lutheranū
expellitur
dogma.

Luce. 19.
Matth. 25.

1. Corint. 5.

Iustè excō-
municantur
hæretici a
communio
ne fidelium.

submouit, quid quod & ecclesia non solū incestuosos hæreticos excōmunicet, qui sacras scripturas profanant & corrūpunt? & non hoc contenti scelere addunt etiam immane sacrilegium, quippè Romanæ ecclesiæ non acquiescunt. Vnde & flumina sacrorum doctorum, & flumina scolasticorum Theologorum hæretici diripiunt, & dissipant. Cernis ne q̄ congruant Esaiæ verba hæreticorum pessimismoribus, atq; ingenijs? Et quod adiecit, Ante messē totus effloruit, & immatura perfectio germinauit, & præcidentur ramusculi eius, falcibus, & quæ derelicta fuerint abscindētur, bellissimè illis coaptatur. Florent em̄ hæretici cum nugas & nēnias hæreticas verborū floribus tegunt, & immaturos, & acidos, & crudos edūt fructus. Quippe citra Christi & ecclesiæ catholicæ charitatē, fructus pariunt. Charitas nanq; ignea est, quæ si opera bona non fouerit, cruda illa sunt, quia charitas illa non coxit: quare Deo insipida: immatura igitur est hæreticorū perfectio. Nam si fide iactant, immatura fides est, quā nō decoxit ecclesiæ Romanæ magisteriū, si opera, aut iuniorū, aut eleemosynarū, aut precum, venditant, immatura sunt, quæ ecclesiæ catholicę feruens amor Christi, non excoxit. Hæretici igitur, qui à fide, & charitate, & obediētia, Romanæ ecclesiæ se se subdixerunt, quārumlibet floruerint principum fauore, aut literarū etiā sacrarum peritia, immaturi sunt, acidi sunt: quorū acor vel aciditas diabolicis falsamentis parādis aptissima sunt. Quam ob rē prothematis verba illis cinnenda sunt. Væ terræ Cymbalo alarū,

væ terræ vmbrosæ, væ terræ obūbranti, & obcæcanti simplices, & stultos fideles. Nā si AEgyptijs & AEthiopibus hoc, væ Esaias p̄nunciauit, quāto iustius hæreticis, qui iniquitate AEgyptios, & AEthiopes superant p̄nunciandū erit v̄? Et quidē hæretici relinquent simul auibus montiū, & bestiis terræ, vt Esaias tradit, Et æstate perperatæ erunt volucres super eos: & bestię terræ super illos hyemabunt. Quia peccatis omnibus seruiunt, & Satanæ sunt domicilia: neq; sunt aues ita rapaces, itaq; dilacerantes cadauera, vt maligni spiritus omnibus bestiis & auibus truculentiores dilacerant & æstate & hyeme irrequieto motu hæreticorū mentes. Rapacium igitur auium istarum rostra vitemus & adūcos vngues. Harum bestiarū rabidos diffugiamus morsus, vt nobis Esaias nō dicat, væ: sed potius Christus, Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te cōstituit, nobis proferat. Modicum enim est, qđ a nobis postulat Chrs, vt ecclesiæ Romanæ (cui præfedit Petrus) vestigijs inhereamus. Nanq; non maximi ducet quis piā si discipulus magistri peritissimi præcepta teneat, si filius materna hortamenta obseruet: neq; magnū quoq; erit, si Romanæ ecclesiæ (quæ magistra & mater est ecclesiarū omniū) præcepta & documenta obseruemus. Proptereaq; in modico fideles sumus, vt hæretici cōtra in maximo sunt infideles: quia modicum quod Christus exigit ipsi non præstant. Id quod, vt nos præstemus præuia Christi gratia, sedulò conandum erit, vt intremus in gaudium dñi Dei nostri, quod vita æterna est.

Capit. 18.

Esaiæ 18.
Matth. 23.

Ecclesiæ Romanæ secta
dum est magisteriū, vt
seruemur.

Operahæreticorū quauis hominibus videantur incorrupta Deo tamen nō sunt grata.

Tropologica declamatio secunda, De augustissimo vitalissimo, & saluberrimo Missæ sacrificio, cuius prothema est.

IN tempore illo deferetur munus domino exercituum, à populo diuulso & dilacerato &c. Esaiæ. 18.



Attēus dilaceratum populum, & conuulsum, & cætera cognomenta, tam ad Israeliticā gentē,

quā in hæreticos retulimus: nunc verò verò verborum prothematis contextus, vt in bonum vsurpemus dudum quæ retulimus

limus cognomēta cogit. Ait em̄ à populo cōuulso, & dilacerato, à populo terribili, & ceteris relatis iam, tandē offerendū esse adiecit in tpe illo munus dño. Quapropter ex sermonis cohærētia ad ecclesiam primitiuā hęc aptare verba conducimur. Ecclesia em̄ illa maxime, cōuulsa, germana appellatione nominanda venit. Eſaias nanq; testatur Deū edoctrum esse scientiam suā, non oēs quidem, sed ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus, non quidē de lacte corporali verba sua intelligēs (siquidē ab hoc lacte nullus est hominum qui non ablacteretur, & ab vberibus auellat) at de lacte alio sermo est: cuius & mentionē facit Salomon in prouerbijs suis cap. 1. Fili mi (inquit) si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis à quo pefsimo lacte auellendi sunt, qui dño in seruire nituntur: à quo itidem in primis sancti Apostoli ceterique ecclesiæ primitiuæ patres se se gustando subtraxerunt. Quia impijs peccatorū consilijs fraudibus extollentibus se aduersus scientiā Dei, omnibusq; seculi blandimentis prorsus non solū opere, illis non esse acquiescendū, quinetiā & sermone, demonstrarūt. Quapropter & populus ille, q̄ prima iecit ecclesiæ fundamenta, satis conuulsus aut auulsus populus fuit. Quā vero dilacerat⁹ fuerit, ipsa Apostolica gesta, & martyrum chronica satis testant, q̄ dilacerati à tyrānis sancti martyres fuerint. Qd̄ si Iudæa natio terribilis populus descriptus est ab Eſaia, longē multo terribilior est Christiana ecclesia. Et vnde admodū terribilis fit, Petr. 1. epist. ca. 2. docet in hęc verba: Vos autē genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitiōis, vt virtutes annuntietis eius, qui vos vocauit de tenebris, in admirabile lumē suum. En tibi quæ terribilē, & admirabilē reddūt ecclesiā Dei, & qd̄ genus electū est, quæ non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, sed ex Deo nata est: q̄ semen Dei manet in ipsa. 1. Ioā. 3. Est autē hoc semen, cuius Ioānes meminit, euangeliū Iesu Christi, Paulo docente, Ego autē per euangelium

vos genui. Est igitur ecclesia Dei ex verbo Dei nata, & ex lauacro Spūs sancti renata, ad Titū. 3. Proptereaq; ad vitā capessendā æternā electa, vt iam tibi promptū sit, cur ecclesiā catholicā genus electū dixerit esse Petrus. Verū regale est sacerdotiū, quo inclyto epitheto, Deus Exodi 19. populū veterem Iudæorū ornauit & illustrauit, dicēs, Vos eritis mihi in regnū sacerdotale & gens sancta. Deus nanq; populū illum gemino eodemq; primario decorauit munere, & regio, & pontificali. Quāquā pontificiū munus (quo Aaron primus functus est) longē antiquius est, quā munus regium, quo primū apud Hebræam nationē Saul vsus est. At in ecclesia Iesu Christi sacerdotes, & episcopos Chrs instituit, qñ duodecim Apostolos in principes ecclesiæ tradidit, & qñ turba cinctus duodena, inter epulas consecrādi corpus, & sanguinem suum, potestātē dedit. Atqui, q̄ reges instituerit Christus, Euangelia non docent, sed vnū est quod docēt, Christum regiam celsitudinē neglexisse, vt apud Ioannem legimus cap. 6. Quapropter neq; disputatione vacat, cur ecclesia regnū sacerdotale appelletur? At non de tēporali regno verba Petri habenda sunt, sed de spiritali, & cōlesti. An non est regale sacerdotium, Christi regis summi, sacerdotium? vtique, Ipse enim sacerdos est in æternum, secundum ordinem Melchisedech: & Rex regum est & Dominus dominantium. Hoc igitur sacerdotium regia micans dignitate ecclesiæ suæ cōcessit Chrs. Reges em̄ eò dicunt, quò supremi principes sunt, & à terrena alia potestate nō pendētes: quale est ecclesiæ catholicæ sacerdotiū, qd̄ primū in Petro fuit: post quē in ceteris Romanis pōtificibus, à quibus in reliquos ecclesiæ pastores, & sacerdotes, vt riuuli à fontibus sensim derivatur, sacerdotium: id quod à nulla terrena potestate, sed solum à diuina pendens est. Quam ob rem cum supremus sit principatus, quis verebitur id regale esse sacerdotium non concedere? Tantoque

Christus sacerdotēs & episcopos instituit.

Locus Petri explicatur. Psalm. 150.

Apocal. 19.

Papalis potestas à deo solo profecta est.

in eo

Eſai. 28.

Lac peccatorum.

1. Corin. 10.

Ecclesia catholica terribilis est.

1. Corin. 4.

in eo regia sublimitas sublimior est, quàm corporum regia potestas, quantò antecel lit corpori spiritus. Non enim regale est sacerdotium, vt primam mundanæ admini strationis curam gerat, sed totum ad cœ lestia incumbit parâda hominibus regna: non ad deterrendum visibiles hostes præ cipuus scopus huius regalis sacerdotij, sed ad fugandos inuisibiles totum incumbit & sudat. Præcipuum dixerim scopum nō ab re: scio enim sacerdotium hoc regale gladio corporali etiam vti posse, vt Petrus vsus est Malchi auriculam abscindēs & Ananiam, & Saphiram Actorum. 5. in terficiens. Nam vim vi repellere, seruato tutelæ inculpato moderamine, iuris nat uræ est: quo regale sacerdotium Ecclesiæ non orbatur. At verò ad vsum huius gla dii non est primario institutum sacerdo tium hoc, sed ad vsum spiritualis gladij: cuius vsum dominus Petro mandauit Acto rum. 10. Cum ex mentis excessu Petrus in superiora leuaretur, & cœlo aperto lin reum magnum demitti animalibus ple num videret, diuinæ vocis oraculo in struitur: Surge Petre occide & manduca. Planè ergo regale est sacerdotium hoc, cui omnis terrena celsitudo (siue impera toria, siue regia ea sit) necessario colla sub mittere debet, vt diuinam subeat amici tiam. Neque solum ob hoc terribilis est Christianus populus, quinetiam & ob a lias præclaras illius dotes: propter quas nō solum mūdo, sed & Angelis terribilis red ditur. 1. ad Corinth. 4. Puto enim (inquit Paulus) quod Deus nos Apostolos nouissi mos ostendit, tanquam morti destinatos: quia spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus. Nonne spectacu lum admirandum est ecclesia Christi, quæ omnibus tēporalibus subsidijs in suis sca turiginibus siue inijs destituta, per pau culos homines Christi Apostolos, in totū orbem latè longèq; diffusa est: vt citra sapientiam, citra opes, citra mundanamque potentiam, imò per prædicationis stultitiam, per euangelicam paupertatem, per

crucis infirmitatem, & ignominiam, mū di gloriam, & diabolicam potestatem, sibi subiecit, atque deiecit? 1. ad Corinth. 1. Qua re & dominus ecclesiam suam grano con tulit sinapis, quod tamen si minimum est omnium granorum, at satum & pullulās, vniuersa olera superexcellit. Et inter omnia id quod me ad maiorem ducit hu ius regalis sacerdotij admirationem illud est, quòd, in terra fundatum cum sit, suam in cœlo ædificat ascensionem, Amos. 9. Id est, quod clauibus referātibz cœlestes portas à Christo donatum est, Matth. 16. & relaxandi humana facinora, diuinamq; gratiam conciliandi facultate gaudet, id quod sacerdotiū illud vetus desiderabat. Huius nanque noui duntaxat, hoc munus est, Ioan. 20. Accipite Spiritum sanctum &c. ¶ Sed iam ad reliqua pergamus. Est itidem Christianus populus postquē alius non erit. Non enim spectandum est euan gelium aliud, neq; sacramēta alia: sed hæc ecclesia Christi sponsa ad extremum vsq; iudicij diem persistet: quo ad usq; suo spon so in æthereo thalamo copuletur. Et verè expectans & cōculcata est: etenim totam spem suam sancti omnes in Christo repo sitam solum habent, & habuerunt, quan do vitam mortalem agentes, à mundanis hominibus diuexabantur, & conculcabā tur. Et demum populus expectās est: quia Christianus populus cœlestibus potius in hiat, quam terrenis assequendis, cupitque cum Paulo dissolui, & esse cum Christo. Huius populi deniq; flumina Sancti spiri tus diripuerunt, & diripiunt terrenos affe ctus & cogitatus: vt cœlestibus liberius in cumbar. Vnde & Apostoli in die Penteco stes cœlico delibato Spiritus sancti torren te, mundi terculamenta spernentes, in plateis Hierosolymitis Christum esse dei sapiētiā, & virtutē, clarissimis vocibus præ dicauerunt. Huius ergo populi Christiani has dotes magnificas Esaias studiosè, & diligenter prosequutus est, quasque nos etiam non otiosè expressimus. Quod si te angit cupido, sciendi cur Esaias impen dio in

Matth. 13.
Lucæ. 13.

Sacerdotiū
vetus clauibus aperien
di cœlum &c.
claudē si nō
erat in signe
sed solū no
uum.

Philippē. 1.

Actorum. 2.

Papæ gla di materia
lis non nega
tur.

Papæ omnis
terrena cel
situs subdi
ta est.

Ecclesia
Christi diu
num est spe
ctaculum.

dio in huiusmodi fuerit studiosus? non ob
 aliam causam factum puta, nisi ut muneris
 dignitatem, quod populus hic Deo defert
 & offert, consideremus. Est autem mu-
 nus hoc, quod ecclesia Deo offert, tantæ
 maiestatis, quantæ nullum alterum æqua-
 re poterit. Est nanq; corpus, & sanguis Ie-
 su Christi, quod quotidie Ecclesia Deo pa-
 tri pro viuis, atq; mortuis offert. Quod si
 dignissimus est Christianus populus, terri-
 bilis atq; admirabilis, longè terribilius est,
 & venerabilius munus hoc, atque sacrifi-
 cium: quod ad litandum propitiationi Dei
 patris fide sincera, charitateque feruen-
 tissima ecclesia Catholica nunquam non
 Deo offert. Legimus in Genesi in primor-
 dijs mundi duos extitisse fratres, qui obtu-
 lerunt Deo munera, alter quidem, de fru-
 ctibus terræ, alter verò de primogenitis
 gregis sui, & de adipibus eorum. At verò
 hoc munus, quod ecclesia Deo offert, v-
 trunque, quod recensuimus munus absol-
 uit: neque illa solum, sed omnium mune-
 rum atque sacrificiorum est consumma-
 tio. Hoc enim munus & de frugibus terræ
 est, & de primogenito omnium animalium
 imò vniuersæ creaturæ, & omnē adipem
 in semetipso comprehendit. De frugibus
 sanè terræ muneris huius sacratissima atq;
 diuina oblatio est, quia sub specie visibilis
 panis, panis inuisibilis, qui caro I E S V
 C H R I S T I est, & sub specie visibilis
 vini merum inuisibile in altari Deo offe-
 runtur. Atqui de primogenito, etiam vni-
 uersæ creaturæ, oblatio hæc Deo sacra-
 tur: etenim qui offertur Christus est, qui à pa-
 tre ante secula nascitur, & ante luciferum
 genitus est. Neq; solum primogenitus est
 omnis creaturæ, quoniam in ipso condita
 sunt vniuersa quæ in coelis, & in terra, ve-
 rum etiam & primogenitus ex mortuis
 est, ut sit in omnibus ipse primatū tenens.
 At verò quāta sit adipe refertum hoc mu-
 nus, ipse Paulus qui hæcenus loquebatur,
 hoc ipsum docebit nos, si illum audiamus
 loquentem. In ipso (inquit) cōplacuit om-
 nem plenitudinem diuinitatis inhabita-

re, & per eum reconciliare omnia in ipso,
 pacificans per sanguinem Crucis eius, si-
 ue quæ in terris, siue quæ in coelis sunt, ad
 Colossens. 1. Et ut olim numerans Dauid
 copias militares suas numen diuinitatis
 offendit: quapropter in offensæ ultionem
 trium grauissimorum quidem malorum,
 illi datur optio, aut belli, aut famis, aut pe-
 stilentiae. Postremoque à Dauid electo
 malo, ne amplius serperet, & sæuaret, ædifi-
 cato altari inibi que sacrificio peracto pla-
 cata est offensa diuinitas. 2. Regum. 24.
 ita quoq; non solum altero prædictorum
 malorum, sed alluione omnium malo-
 rum, ex primitiua culpa, vniuersi morta-
 les grauati erant & fame diuini verbi, &
 bello, & epidimia, non quidem corporis,
 sed mentis: etenim tunc mens famescit,
 quando diuini verbi ignara est, tunc bello
 concutitur quādo Deum iratum habet;
 tunc pestilenti morbo laborat, quādo pon-
 dere peccati premitur. Quibus omnibus
 malis affecta erat natura hominum, quo-
 usque hoc munus obtulit ipse, qui se offe-
 rendum in munus voluit, atque instituit:
 quando, scilicet in cruce pendens Chri-
 stus vera hostia tanquam agnus immola-
 tur: per quam fracta sunt Tartara, redem-
 pta plebs captiuata, & reddita vitæ pre-
 mia. Ad hæc munus hoc, quod Deo obla-
 tum est in odorem suauitatis & famem di-
 uini verbi depulit. Apostolos nanque in
 omnes gentes legat Christus, ut doceant
 euangelicam diuinamque veritatem, in
 omnemque terram horum doctorum dif-
 fusa est veritas: ut nullus iam fame coele-
 stis verbi perire possit, si tamen coelestis
 cibi auidus est. Et bella fugauit hoc mu-
 nus: quia pacem conciliauit diuinam ho-
 minibus, per sanguinem crucis suæ. Et de-
 mum pestiferos morbos plusquam omni
 epidimia nocentiores, in sanitatem resti-
 tuit: ut iā homo benè valere in Chro si ve-
 lit possit. En tibi quāta est maiestas huius
 muneris, quod Ecclesia offert, ex quibus
 frugibus coalescat, quem primogenitū in
 oblationem sibi assumat, quātaq; coelesti
 adipe

Notā dūsty
 pus ex libr.
 Regum.

Sacrificium
 altaris Deū
 iratum pla-
 cat.
 Epheſi. 5.

Sacrificium
 altaris famē
 mentis tol-
 lit pacē do-
 nat pestem
 arcet.

Ecclesi. 35.
 Genesi. 40.

Sacrificium
 Christianæ
 ecclesiæ om-
 nium sacri-
 ficiū est
 consumma-
 tio.
 Colossens. 1.

Egregiè no-
 tandus typ⁹
 x Genesi.

Roma. 8.
 Colossens. 1.
 Hebræ. 1.
 Apocaly. 1.

adipe pinguescat, vt ecclesia Dei illud offerēs, fruges offerat & frugifera reddatur, & primogenitū Dei offerens, primogenitū hæreditate donetur, hæresque fiat Dei, cohæres autem Iesu Christi, ad Roma. 8. Et demū ex adipe frumenti hoc sacrificiū libans tota satietur, & spiritali alimonia vegetetur. Discurras præter hæc obsecro in vetusta illa sacrificia, quæ lex illa vmbra-tilis Deo offerebat: reperies sanè multa quidem illa fuisse, atque varia, alia quidem quæ holocausta, alia verò, quæ pro peccato, demū alia, quæ pacificæ hostiæ, seu saluta- res erant, vt Septuaginta interpretes ap- pellarunt. Priora tota incendebantur & in humanos vsus non cōuertebant, tota nāq; in gloriam diuinitatis ab igne consume- bantur. Quæ autem pro peccato erant, in remissionem peccatorum seruiebāt: quæ verò pacifica erant pro beneficijs à Deo receptis Deo rependebantur. De quibus omnibus te docebit Leuiticus liber: quæ itidem & Paulus Apostolus succincto ser- mone Hebræis scribens ex Dauide, com- memorat. Hostiam & oblationē (inquit) noluit, corpus autem aptasti mihi: holo- caustomata, & pro peccato non tibi pla- cuerunt. Quæ verba celsitudinem, & ma- gnificentiam huius sacrificij noui, quod ecclesia quotidie offert in memoriam il- lius cruenti sacrificij, quod Christus semel in cruce moriens obtulit, ostendunt. Ete- nim hoc sacrificium infinito interuallo holocausta omnia, & pro peccato, pacifi- casque victimas, superat. Non enim igne materiali hoc incēsum est sacrificium: sed igne eximiæ charitatis, qua Christus dile- xit ecclesiam suam, mundans eam sangui- ne suo: vt illam redderet sine macula, atq; ruga. Rursum cætera sacrificia, etiam si externas maculas expurgare valerent, & ad ingressum templi Salomonici dignos facere, at verò internas mentis maculas ex- tergere nequibant. Quia impossibile est sanguine hircorum, aut taurorum, de- deri peccata, dignosque fieri, vt templum illud coeleste non manu factum, quod Sa-

lomon verus Christus electis suis parauit penetremus. Et denique hoc sacrificium victima pacifica est, quam Ecclesia quo- tidie pro iugi bonorum affluētia, qua frui- tur diuina gratia, Deo offert, in gratiarum actionem. Hæc victima paschalis est, cui laudes immolant Christiani: hæc victima agni veri Christi est, cuius corpus Sanctis- simum in ara Crucis torridū, cruore eius roseo gustando viuimus Deo. Et quan- quam hoc corpus igne Spiritus sancti tor- ridum, semel credat ecclesia Dei in cruce oblatum fuisse, p nobis, ad Hebræos Pau- lo testante capit. 9. & ad Ephesi. capit. 5. at verò indignum sanè fuisset, vt tantum sa- crificium quotidie non recoleret Eccle- sia. Quam ob rem Christus iubens Apo- stolis suis, Hoc facite in meam comme- morationem, Sacramēti huius celebratio- nem iubet, & muneris, seu sacrificij huius oblationem continuam insinuat ab Ec- clesia celebrandam, Et quid si Christus ec- clesiae suæ potestatem dedit consecrandi corpus, & sanguinem suum, mirari debe- mus si itidem & offerendi idem corpus, & sanguinem suum ecclesiae suæ Deo pa- tri auctoritatem concesserit. Et quantun- libet obganniant hæretici, hæc est catholi- ca veritas, sacramentum altaris sacrificiū esse Christianæ ecclesiae. Is ipse Christus, qui semetipsum obtulit Deo pro nobis, oblationem, & hostiam, in odorem sua- uitatis, offertur quoq; ab ecclesia. Et quan- quam munus idem sit, & oblatum ipsissi- mum, at oblatio seu actio offerendi, non eadem. Etenim offerente ecclesia alta- ris sacrificium, Ecclesia est quæ offert, etiā si Christus est, qui offertur. At offerente semetipsum Christo pro nobis morien- do, & Christus fuit offerens, & oblatum sacrificium. Iam verò siquidem alia est Christi persona, alia Ecclesiae, alia enim est sponsi persona, alia sponsæ, inde conse- quium est, vt singulis diebus hoc Augu- stissimum sacrificium in ecclesia Dei re- nouandum sit. Quippe ecclesiastica obla- tio non tam potens est, vt vna oblatione con-

Sacrificium altaris victi- ma pacifica est.

1. ad Cor. 11. Lucæ. 13. Matth. 26.

Lutheran- eliditur per- fidia. Ephesi. 5.

Christus se obtulit se- mel, & eccle- sia quotidie illum offert

Holocausta pro peccato victimæ pa- cificæ.

Leuiti. 1. Num. 28. Hebræ. 10.

Sacrificium altaris holo- caustum est.

Ephesi. 5.

Hebræ. 9.

consummare possit sanctificatos in sempiternum: id quod oblationi Iesu Christi reseruauit Paulus. ad Hebræos. 10. quæ infinite fuit dignitatis, & valoris, tam ex ratione oblatis Christi, quam ex ratione offerentis Christi semetipsum pronobis. Vnde rectè Paulus Hebræis scribens capit. 7. dixit Christum non habere necessitatem quotidie quem admodum sacerdotes, habet primum pro suis delictis hostias offerre, dein de populo: hoc enim fecit semel seipsum offerendo. Porro ecclesiastica oblatio corporis, & sanguinis Domini, etsi ab oblato infinitam habeat magnificentiam, at ab offerente ecclesia quæ finiti meriti est, non poterit tantundem valoris sibi conciliare, quantundem in ara crucis oblatum conciliauit. Interim tamen tu qui hæc legis, caue, ne in animum induxeristuum, ecclesiam huic sacrificio præstare volorem: hoc procul à mente tua sit. Vniuersa namque sacramenta à sanguine Iesu Christi valorem sibi conuehant: non ab ecclesia. Quidquod & hoc venerabile sacrificium, virtutem ab ecclesia non contrahat? quippe quod Christus est, qui ecclesiam sanctificat, & à nemine sanctificari potest, qui fons totius sanctitatis est hæc tamen sic accipe vt sacrificium hoc credas ex sua primæua institutione (id quod ex opere operato theologi recetiores appellant) solum ex Christi sanguine valorem sibi conciliare secus, ex opere operantis. Porro ipse Christus, qui sponsam suam ecclesiam tanti muneris potentem fecit, vt corpus, & sanguinem suum, offerre valeat in sacrificium, eidem sacrificio certam virtutem præscripsit, qua fideles suos viuos, atque vita defunctos, iuuaret. Nam vt sacramentis suis certos præscripsit gratiæ limites, opportunum quoque erat, vt sacrificij sui fructum præscriptum esse voluisset: quem sanè fructum vt sibi decerpant ecclesia, tanti sacrificij incessanter oblationem repetit, vt viui fideles iugi oblatione peccatorum piacula quotidie detergant, & qui iam

diem suum obierunt, à purgatorijs ignibus soluatur. Quod si pecuniam pro mortuis oblatam scriptura sacrificium vocat, corpus & sanguinem Iesu Christi pro viuis & defunctis fidelibus immolata cur hæretici sacrificium nolunt appellare? Legimus enim in. 2. Machabæo. libro capit. 12. Iudam virum fortissimum, collationem fecisse, duodecimque millia drachmas argenti Hierosolymam misisse offerenda pro peccatis mortuorum sacrificia. Et in eodem libro capit. 4. peccatores quosdam retulisse ait argenti didrachmas argenti in sacrificium Herculis. Non solum ergo quod Deo vero consecratur, & offerebatur, sacrificium vocat (id quod sanctum & verum sacrificium est) quin etiam & quod dijs offerebatur vanis sacrificium appellat. Quam obrem deridendos puta iustissimè esse hæreticos qui hanc sacrosanctam corporis & sanguinis Iesu Christi hostiam quam ecclesia irrequieta oblatione Deo in altari offert, sacrificium esse negantes: id quod ipsi callida excogitarunt fraude, vt purgatorio igni insidias pararent: falsi enim sunt purgatorium non esse. Catholicis autem obijcientibus purgatorium locum esse, alioqui temerè missæ sacrificium pro fidelibus defunctis immolatur, ne hoc argumento victi præmerentur, sacrificium hoc diuinum mendaciter inficiati sunt. Nos verò, qui tantisperdum vitam agimus huius venerabilis sacramenti suspiciendi quæ maximè sacrificij fructu gaudere ardenti exoptamus affectu, post vitæque periodum delata remissarum culparum in alterum seculum piacula, eiusdem sacrificij opera detergendenda fore in Domino speramus, plena fide confitemur synaxim, quam corporis & sanguinis Iesu Christi consecrat catholica ecclesia, & verum sacramentum esse, & efficacissimum sacrificium, sacramentum quidem, quia sumentibus ad vegetationem spiritualem, ad corroborationemque cha-

Aduerte contra Lutherum & suos complices.

Ex sacrificio altaris purgatorium colligitur.

Sacrificium altaris hostia propeccato.

Eucharistia
est sacramē
tum & sacri
ficium.

Ad hanc
Eucharistiam
non solum
sed etiam
per hanc

Commentū
hæreticorū
reijcitur.

Sacrificiū al
taris macu
lata offeren
tis vita non
vitiat.

ritatis prodest. Sacrificium verò, quia non solum fumentibus, vt poenas peccatis debitas abstergant, quin etiam & non fumentibus, (vt sunt fideles, qui in charitate Christi & ecclesiæ decesserunt) proficit. Tantusque est iste profectus, vt neque eleemosynarum largitio, aut alia (quæ vocant satisfactionis opera) ita proficiant quantum hoc diuinum sacrificium: diuina namque æquum est, vt præstent humanis. Nugarum igitur confictor fuit Arnaldus ille Apollineæ facultatis professor, qui eleemosynas ante cellere sacrificio missæ non erubuit fateri. Nugas quoque confingunt hæretici noui, & veteres, qui sacrificium hoc secundum sacerdotum merita pendunt: vnde adeo debacchantur vt missam mali sacerdotis non esse audiendam, & crediderint, & dogmatizauerint. Sed isti cæci sunt, & duces cæcorum, non aduertentes huius sacrificij maiestatem, cæterorumque sacramentorum dignitatem: quæ cum planè diuina sint, vt ab hominibus pendeant? Si dona iniquorum altissimus non probat, quid mirum? iniquorum enim sunt, & facientes iniquitatem Deus odit. At sua munera, suaque dona, suaque sacrificia, vt non probabit altissimus, qui negare seipsum non potest? Num Deus abhorreere diuina poterit? num & si ab iniquis offeratur corpus, & sanguis Iesu Christi, propterea quæ offeruntur diuina non sunt? nunquid ab offerente iniquo munera diuina maculas iniquitatis contrahent, vt Deo ingrata reddantur? non arbitror. Certa enim si de teneo, si ab indignis sacerdotibus offerantur, fructui & dignitati sacrificij detrahi nihil, si verò à dignis, quod gratum per se est sacrificium, gratius redditur: quia grato sacrificio grata quoque à digno quæ sit, accedit oblatio. Gratius ergo reddit sacrificium quis hæsitabit? Etiam si, quæ ab impio celebratur, oblatio, etiam Deo grata est: quia Christi

sti nomine, & ecclesiæ autoritate sacerdos improbus celebrat, (si tamen ritè celebrat). tamen si gratiores esset oblatio, si is, qui offert etiam gratus exiisset. Quod vero gratiores ex hac causa reddatur hæc oblatio, accedit huic diuino sacrificio, quod sanè ex sua institutione suum habet valorem.

¶ Habes iam quale est munus, quod ex verbis nostri prothematis hactenus disseruimus: id quod nobis Esaias obtulit dicens, In tempore illo deferetur à populo conuulso, & dilacerato &c. Dignum sanè munus Domino, quod diuinæ Charitatis incendio torridum est, & vniuersum orbem ad sua trahit incendia: quia ignem mittit in terram, quem Spiritus sancti flatu ad ardores maiores excitat. Dignum sanè munus, quod piacula ex donatis relicta culpis expiat, & mundat. Neque solum hoc, quin etiam nonnunquam & ipsas remittit culpas, tradente Augustino in sermone de corpore Domini. Rursum dignum sanè munus, quod ecclesiæ Christi sponsa pro receptis à Deo muneribus, incessanter pro gratiarum actione vtunque Deo rependit. Hoc demum munus est, quod Deo placebit in sempiternum, vt scriptum est, Et placebit Domino sacrificium Iuda, & Hierusalem, Malachiæ tertio. Et iuste quidem: quia mysticus Melchisedech Christus, Deo patri obtulit carnem, & sanguinem suum, quæ sub speciebus panis, & vini, ecclesiæ suæ sacerdotum ministerio, vt pane coelesti vescatur, potrigit, & vt poculo saluberrimo poterit, propinat. Huic iure legis naturæ legisque scriptæ sacrificia omnia, muneraque Deo oblata vniuersa cedunt. Quippè non pecudum est sacrificium hoc, aut irrationalium animalium, sed in eo caro Iesu Christi & sanguis consecratur, & sumitur, vt populus Christianus conuulsus, & ex seculi machinamentis dilaceratus, hac refectione coelesti alimonia, & veluti pi

Repetitio
pthematis.

Sacrificium
altaris cul
pas aliquan
do expiat
& nō solum
pœnas.

Mala. 3.

Sacrificiū al
taris vniuer
sa sacrificia
cedunt.

multitudine
-ōs amia
33909610

gnore, quodam diuino obpignoratus, coelestem patriam vehementius anhelat:

quam ipse Christus, qui verum est sacrificium nobis donare dignetur.

DILVCIDATIO IN

Esaia Caput decimum nonum.

Vaticinium
contra AEgyptios.



Q NVS AEGYPTI. Ecce Dominus ascendet super nubem leuem.^a) Parcè, & inuolutè, duram intexuerat prophetià Esaia capite aduer-

sus AEgyptum proximo: hoc verò capite fufius & clari-

us AEgyptiacas clades & preſenſit, & prædixit: vt iam ſub repenti dubitationi locus non ſit, cur repetat AEgypti onera

Eſaias, quæ iam ſuperiore capite abſoluerat. Niſi dicere velis proximo capite de meridiana regionibus generatim habitum eſſe ſermonem (vt nos inibi dicebamus) nunc vero ſpecialeſ prophetiam aduerſus AEgyptum Eſaiam intèdere.

AEgyptij
qui.

AEgyptij porro artibus multis floruerunt, & opibus, regnoq; potentiſſimo potiſſi sunt. Nihilominus, quæ eſt humana varietas, quæ in meta vna nescit conſiſtere, multa bello paſſi ſunt à Babylo- nijs, ab Affyrijs, à Græcis:

à Romanis denique Regno pulſi ſunt. Quanquam non promptum eſt, harum calamitatum quam proprie Eſaias indicare velit: ſiquidem interpretes ſibi non conſentiunt: aut fortaliſis promiſcuus eſt ſermo de omnibus. Quod verò, Aſcendit,

inquit, Domi-

tas aduerſus ciuitatem, regnum aduerſus regnū.

Et dirumpetur

ſpiritus AEgypti in viſceribus

eius, & cōſilium

eius præcipita-

bo: & interroga-

būt ſimulachra

ſua, & diuinos

ſuos, & pytho-

nes, & ariolos.

Et tradam AE-

gyptum in ma-

nu dominorum

crudeliū & rex

fortis domina-

tur eorum, ait

Dominus exer-

cituum.

nus ſuper nu-

bem leuem, qua-

le ſit onus quod

dixerat AEgypti eſſe, expli-

cat. Aduertendum autem eſt

(id quod non ſemel admonui-

mus) aduerſa omnia, quæ pro-

phetæ gentibus barbaris, aut Iu-

dæis, à Domino inferenda eſſe dixerunt, ex

Deo quoque au-

tore eſſe pro-

fecta non ta-

cuerūt. Id quod diuina induſtria

ab ipſis geſtum eſt, vt aduerſa,

quæ ſuſtinent homines, non

caſui aut fortunæ quiſ tribuat,

diuina proui-

dentia reiecta. Imo vt certa fide teneamus,

quidquid aduerſi vel proſperi hominibus ceſſerit, id diuinæ eſſe prouidentiae, diuini- que conſilij. Quam ob-

rem, & nunc Esaias Prophetici moris non oblitus, Ecce (ait) ascendet Dominus super nubem leuem. Nubem vocat cladem venturam AEgyptijs diuino consilio illis paratam. Propterea (inquit) ascendet Dominus super nubem leuem: quasi dixerit, diuina directione exercitus hostium dirigetur contra AEgyptios.

Vocat autem exercitum nubem. Vt enim nubes solent repentinis imbribus inuadere terram: ita quoque & hostilis exercitus nonnunquam subitis malis homines diuehat: talesque praedicat futuros esse AEgypti hostes. Nubem verò leuem eò dicit esse, quò velocem belli pressuram esse significet, aut quia totum quod patimur mali leue est, si ad peccatorum nostrorum merita conferatur. Nubes ergo hæc leuis ingreditur (ait) in AEgyptum, & commouebuntur simulacra AEgypti. Quia cum exercitus pessunderet AEgyptios, illorum etiam dijs non pepercit: qui mos hostium est, neque profanis, neque sacris ignoscere. Et cor AEgypti tabescet. Tabescere corde (quod est principium vite, & motus) necessa-

Cor magistratus, & si nactus populi signi ficat in scriptura ali quando.

riò sit, totum animal tabescere. Quare metaphoricòs principes, & magistratus significat, quos dissoluendos praedicat, eos, qui res AEgyptiacas administrabant, mutuaque cæde conscindendos AEgyptios, intestinaque pugna diluendos. Hoc est quod ait, Et concurrere faciam AEgyptios, & euacuabitur spiritus AEgypti: id est nullo consilio, aut deliberatione, sibi ipsis subuenire poterunt. Neque à simulacris, aut pythonibus, aut ab alijs, qui magicas profitentur artes futurorumque praescientiam sibi arrogant, calamitas ventura hæc preuidebitur; neque illi prouidebi-

tur: quia AEgypti regnum deuastabitur ab hostibus crudelibus, & rex fortis imperitabit illis. Liberum erit nobis intelligere, aut Assyrium, aut Chaldaeum, aut Romanum principem, aut denique Graecum hostem,

mina: attenuabuntur & siccabuntur riui aggerum. Calamus & iuncus mar-

qui omnes tyranni fuerunt grassatores. Et postquam varij principes obtinuerunt AEgyptios tandem Romani illorum sunt po-

titi sub Augusto imperatore: sub quo natus est Dñs. Augustus enim Antoniū imperij collegam bello impetens, & superas AEgypti potitur. ¶ Et arescet aqua. Hieronymus & glossa mare hoc lacum Marcotidem esse credunt. Propriè verò mare Mediterraneum crediderim esse, vel partem illam Mediterranei maris, inquam ex septem ostijs se exonerat Nilus. Quam partem dicit siccandam, non vt putes siccatum esse aquis mare, sed quia cessandum erat à naualibus commercijs, ex quibus summam deferebant AEgyptij vilitatem. Aut quia AEgyptiaca terra sterilitate à Deo erat afficienda. Nanque etiam si nubibus stillantibus pluuias, AEgypti terra non foecundetur, quia sudo & puto coelo gaudet semper AEgyptij: cæterum inundante Nilo statis temporibus, vberissima efficitur tellus: quam consuetam inundationem cessaturam denotat. Et fortassis Esaias dixit ascendet Dominus super nubem leuem, & ingreditur in AEgyptum, vt insolitam & horrendam calamitatem praesignaret AEgyptijs, quibus nubes erant in consuetudine: circo illarum praesentia horrendum illis spectaculum esset. Quare sub typo nubis rem hanc locutus est Esaias. ¶ Calamus & iuncus. Quia in summa sterilitate calamus & iuncus desiderantur, quæ alioqui virorem semper seruant, quippe quæ ad margines fluuiorum enascuntur.

Antonius Augusti imperij fuit collega.

AEgyptiorum coeli est sudo & putu semper.

¶ Nuda-

¶ *Nudabitur alueus.* ^a) Diuisus enim est Nilus sub Alexandrino, & Romano imperio in septem ostia. ¶ *Et mœrebunt piscatores.* ^b) Non inundante Nilo AEgyptus sterilis est. Vnde necessario piscatores, qui ex piscatione victum sibi parabant, mœrore erant afficiendi victu non extante: & quia piscatio rebus exercetur, piscatione cessante etiam retium textura, quæ ex lino fit cessabit. ¶ *Stulti Principes Taneos.* ^c) Tanis AEgypti ciuitas, cuius frequens mentio est in scripturis, vbi regij consilij AEgypti quæ moderatores erant: quos Dominus stultos demonstrauit esse quando illorum consilia euacuauit. Huius vrbs Moses meminit in libro Numero. capit. 13. Nam Hebrœ (inquit) septem annis ante Tanim urbem AEgypti condita est. De Memphi item celebris in scriptura mentio fit apud Hierem. capitulo. 44. & 46. & apud Ezechiel. capit. 30. vnde cognomen

cescet, nudabitur alueus ^a riuus à fonte suo: & omnis sementis irrigua siccabitur, arescet & non erit. Et mœrebunt piscatores ^b & lugebunt omnes mittentes in flumen hamum, & expandentes rete super faciem aquarum emarcescent. Confundentur qui operantur linum, plectentes & texentes subtilia. Et erunt irrigua eius flaccentia: omnes qui faciebant lacunas ad capiendos pisces. Stulti principes Taneos ^c, sapientes consilij Pharaonis derunt consilium

traxerunt Memphitici vates, quia vrbs hæc vaticinijs erat vanissimis dedita olim: cuius Aristoteles meminit lib. 1. Meteor. capit. 14. tradens hanc nobilem fuisse AEgypti urbem. Quod verò inquit, Dece-

insipiens, quomodo dicetis, Pharaoni, Filius sapientium ego, filius regum antiquorum? Vbi nunc sunt sapientes tui? annuntient tibi, & indicent quid cogitauerit Dominus ^d exercituum super AEgyptum. Stulti facti sunt principes Taneos: emaruerunt principes Mempheos: deceperunt AEgyptum, angulum populorum eius. Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis & errare fecerunt AEgyptum in omni opere suo, sicut errat ebrius & vomens.

perunt AEgyptum, angulum populorum eius, consuetas scripture phrafi decorem, & firmamentum, angulus significat, iuxta illud, Lapidem, quem reprobauerunt, edificantes factus est in caput anguli, id est totius ædificij firmamentum, & decor. AEgyptus igitur populorum decus & firmamentum, deceptus est à magistratibus, & principibus suis. ¶ *Dominus.* ^d) Vertigo affectus capitis est, ex diuinatione spirituum procedens, qui hominem affectum ad præcipitium seu casum pel- lit. Principes ergo AEgypti pulchra hac metaphora intelligit errata præstitisse consilia rerum gerendarum: quæ secuti AEgyptij errauerunt in omni opere, subaudi sibi necessario &

Psalm. 117.
Angulus in
scriptura
quid signifi-
cet.

commodo. ¶ *Et non erit AEgypto opus.*^{a)} Alia lectio habet non erit AEgypto opus, quod faciat caput, & caudam, ramum, & iuncum. Sed siue, vt nos legimus, incuruantem, & refranantem, siue ramum, &

iuncum, in varia lectione sensus est non varius. Denotat namque sermo iste AEgyptijs subiugatis ab hostibus, magistratus non habituros quorum muneris est incuruare, & infranare si deliquerint inferiores. Cessabit enim apud AEgyptios politicus ordo, qui

est inter maiores, (qui sunt velut caput) & ramus, & minores, qui sunt vt cauda, & iuncus. Quippe redacti in potestatem Assyriorum, aut aliorum hostium, & serui facti, ordinem ciuilem, qui ad liberos pertinet, seruare non poterant. Vnde similes erunt mulieribus stupidis, & imbellibus, & timebunt à facie commotionis manus Domini, id est à bello commoto aduersum eos Deo dispensante.

¶ *Et erit terra Iuda.*^{b)} In biblijs antiquis non festiuitatem, sed pauorem legimus. Hieronymus autem festiuitatem legit, si legamus pauorem, aut territamentum, id quod magis cum Hebraica consentit lectione: vt Septuaginta phobitron verterunt, id est terrorem, quanquam diuerso sensu, quam Hebraica lectio habet. Verterunt enim erit regio AEgyptiorum Iudæis in terrorem, Hebraica lectio erit Iuda AEgypto in pauorem. Aliud autem est quod Iudæi sint in pauorem AEgyptijs, aliud verò, quod

AEgyptij sint Iudæis in terrorem, quæ duo inter se contraria sunt, si primo tantum aspectu considerentur. Quia re profundius spectata, in eundem conueniunt sensum, aut quod Iudæi erunt terrori

xercituum, quæ ipse mouebit su per eam. Et erit terra Iuda^b AEgypto in festiuitatem: omnis qui illius fuerit recordatus pauebit à facie consilij Domini exercituū quod ipse cogitauit su per eam.

AEgyptijs. Et enim cum se ab Assyrijs AEgyptij conculcari & subiugari vidissent, qui erant potentissimi, sapientissimi, & antiquissimi, vt Esaias supra in sinauit, Filius ait sub persona eorum sapientium ego, filius regum antiquorum. Iactabant namque incredibilem antiquitatem, vt Aristoteles meminit libr. 1. Meteo. capitu. 14. & 7. Politi. capit. 10. & 1. Meta. cap. 1. At Iudæorum, victoriam quam de Assyrijs sub Ezechia sine bello, & armis, retulerunt memorantes, in magnum pauorem sunt adducti. Et itidem Iudæi AEgyptios subactos ab Assyrijs cernentes, in terrorem sunt promoti, quod tanta getis gloria deiecta fuisset ab Assyrijs. Dictio autem Hebræa quæ festiuitatem significat est, hag. At verò Esaiæ litera nō hag, sed lehaga habet, id est in tremorem, vel in pauorem. Dictionis tamen similitudo translationem fecit diuersam: & in Biblijs Hispaniensibus versio, quæ tribuitur Hieronymo pauorem vertit. Verum si festiuitatē interpretemur, sensum accipe. Terra Iuda erit in festiuitatē AEgypto. Quippe Apostoli & discipuli Domini ex Iudæa profecti, nonnulli eorū AEgyptum penetrantes, euangelium pacis AEgyptijs prædicauerunt, cuius prædicatio illis fuit admodum festiua, & suarum calamitatum

1. Met. cap. 14. & 7. Politi. li. 10. & 1. Meta. c. 1.

hag lehaga

dolorem

Munus Magistratus quæ

est moderatus.

Ordo ciuilis à liberis est moderatus.

Diuerſa lectio interpretu ab Hebraica veritate superſicte tenuis.

dolorem mitigans. Cum fidem enim exceperunt, mundanam gloriam esse spernendam, & cœlestem appetendam crediderunt. Marcum enim Euangelistam legimus Euangelium AEgypto annunciasse mira que san-

ctitate Alexandrinos instituisse. ¶ In die illa erunt quinque ciuitates.^{a)} Si Hebræorum traditiones consulimus & ab illis huius loci sensum petimus hunc exhibent. Senacherib superatis AEgyptijs, pepigisse

foedus cum Aethiopibus, propriae que gentis militibus, ad deuastandam Hierosolyman: conatibus autem Senacherib à Deo recisis, ex infinita strage Assyriorum, qui remanserunt AEgyptij, reuersi in Aegyptum, potentiam Dei plurimum reuerentes, illam laudibus celebrauerunt lingua Chanaan, idest lingua Hebraica: quia fidem Hebræorum, quæ vnum Deum colebat, lingua etiam Hebræa vocaliter sunt professi. Meminit autem quinque ciuitatum numerum certum pro incerto ponens, aut præstantiores quasdam significans: quorum nonnulli ciues ex Assyriaca clade superstites, diuinam fidem amplexi sunt. Neque improbabili videtur expositio hæc, in eum modum, quem ego illam differui. Diuus Hieronymus in tropologia deducit locum hunc, quinque ciuitates quinque sensus denotare docens: qui lingua Aegyptiaca tunc loquuntur, quando mundanis illecti obiectis, in mundana prouult. Tum autem lingua Chananaica, quando Dei gratia ab illectu carnalis abstracti, insuperna volant & inferiora despiciunt, ut erant Oculi illius, qui aiebat, Oculi mei semper ad Dominum, donec euellat de lacu pe-

des meos. At verò si ad tempora Christi locum referas, planum est quid velit. Coruscante namque Euangelio ciuitates Aegyptiorum, non paucè sese in fidem Iesu Christi trāstulerunt, qui abiectis idolis per Do-

mina iurauerunt, id quod officium religiosum est, & locuti sunt lingua Apostolica: quæ enim ab Apostolis didicerat illa cōfitebatur. Apostoli verò à terra, quæ olim erat Chanaan, & filiis Israel, postea à Deo distributa, diffusi sunt: ut orbem euangelium docerent. Quanta autem fide Aegyptus præstiterit, monachorum examina, quæ tanquam apum, mella sanctæ fidei & stupendorum operum Christo exhibuerunt, nobis testimonio sunt: ut Paulus, qui fuit ex antiquissima Thebe Aegyptiorum vrbe (quæ Homerus indicat) ortus: ut & Antonius Alexandrinus, qui fuerunt omnium monachorum Aegyptiorum, & non Aegyptiorum lumina prima. ¶ Ciuitas solis.^{b)} Hanc ciuitatem eam esse putant, quæ in Genesi legimus Heliopolim, quæ ciuitas solis interpretatur. Dictio Hebraica Hares, polifima, siue æbigua est: vel ut ciuitatem solis significet, aut ciuitatem desolationis, fortassis ita appellata, quia inter alias maiorem euerfionem passa est. Huius vnus ciuitatis Esaias meminit, quia forte dignitate nobilitatis, vel antiquitatis, antecellebat cæteras, aut quia Christianum cultum plurimum in ea futurum Propheta insinuat: qualè legimus in Alexandria fuisse. Lege Iosephum quoque, in libro antiquitatum tradentem in Heliopolitano territorio altare constructum, ab Onia exturri, saltem simile templo Hierosolymitano, ut vaticinium hoc executioni

Tom. I. Dd 4 man-

Iuramentum officium est religionis.

Paulus & Antonius monachorum lumina prima. Gen. 41.

Libro. 19. cap. 14.

Marcus Aegyptijs prædicat.

Tropologia Hieronymi.

Psalm. 141.

In Aegypto
huculque
Christianis
misunt
paucis
vestigia

mandaretur. In die illa erit altare Domini in medio terræ Aegypti. Ceterum ut diximus non solum altare hoc, sed & multa alia sub luce euangelica constructa sunt, in signum, & testimonium Christianæ veritatis. Huc

que etiam sub

Turcarum tyranni de perseverant, sub qua innumeri monachi precepta diuorum Antonij, & Arsenij inculpate seruant. Et titulus quoque Domini (qui est crux Christi) non solum Aegypto, sed toto orbe erectus est. Neque solum Aegypto altaria, & templa in Christi sunt erecta testimonium, verum etiam & martyrum sanguis, quem Aegyptus fudit pro Christi amore. Christi testimonium testatus est. Habuit enim preclarissimos martyres ut Catharinam, Cointam, & ceteros alios, quos superfluum erit recensere. ¶ *Clamabunt.* a) Christum servatorem predicat futurum Aegyptijs, ut est omnibus colentibus eum. Erat apud Ioanem legimus. cap. 10. Ego sum pastor bonus, & cognosco oves meas, & cognoscunt me meæ. Id quod modo inquit Esaias, Et cognoscetur Dominus ab Aegypto: & cognoscetur Dominus in die illa, & colent Dominum in hostijs. Præclara hostia cor contritum, & humiliatum est, quæ Aegyptij fideles coluerunt Christum. Hæc enim est hostia, quæ Paulus ad Rom. 12. Deo exhiberi, obsecrat, in hæc verba dicens, Obsecro vos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium ve-

ti. Clamabunt enim ad Dominum à facie tribulantis, & mittet eis saluatorem & propugnatorem qui liberet eos. Et cognoscetur Dominus ab Aegypto, & cognoscetur Aegyptijs Dominum in die illa, & colent eum in hostijs & in muneribus: & vota vouebunt

strum. Rursum & colent Aegyptij Dominum in muneribus illis, de quibus in tropologica declamatione capitis superioris distulimus. Denique & colent Deum nuncupando illi vota & soluendo. Fide enim suscipiendo, quan-

Domino, & soluent. Et percutiet Dominus Aegyptum plaga, & sanabit eam, & reuertentur ad Dominum, & placabitur eis, & sanabit eos. In die illa erit via de Aegypto in Assyrios, & intrabit Assyrius Aegyptum, & Aegyptius in Assyrios, & seruient Aegyptij Assur.

do lauacro aquæ vitæ tingimur, Satanæ renuntiatur, & operis eius & Christo macipamur: id quod est omnium fidelium commune votum. Præter hæc quoque & vota monastica ab Aegyptijs monachis edita fuisse, & constanter impleri, qui collationes Ioannis Casiani legerit, non in dubio vertet. Quæ omnia, si ad summam redegeris, perspicuum tibi erit, quæ Christi fuerint colentissimi

Aegyptum
preclare
coluit
Christum.

Aegyptij, tum ex precibus Deo in tribulatione porrectis, tum ex altari Deo dicato, tum ex titulo Deo erecto, tum ex iure iurando, tum ex hostijs, & muneribus, tum denique ex votis Deo redditis. Quæ omnia sunt diuinæ religionis opera. Ut ubi abundauit delictum, super abundauit & gratia. ad Roman. 5. Et qui incultus deorum falsorum omnium gentium erat supersticiosissimus (ut Iosephus libro contra Apionem meminit, ceterique historiographi tradiderunt) redditi sunt diuina gratia Euangelicæ veritatis obseruatissimi. ¶ *Et percutiet.* b) Quippe vulnerauit Dominus Aegyptios, illos tradens Dominis crudelibus, ut tanta ignominia affecti Christum quærerent. Qui illis lucem suam impatiens, ab omni malo leuaret.

¶ *In die illa.* c) Fidelibus enim etiam natione disun-

Psal. 50.

Aegypto: & cognoscetur Aegyptij Dominum in die illa, & colent Dominum in hostijs. Præclara hostia cor contritum, & humiliatum est, quæ Aegyptij fideles coluerunt Christum. Hæc enim est hostia, quæ Paulus ad Rom. 12. Deo exhiberi, obsecrat, in hæc verba dicens, Obsecro vos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium ve-

disiunctis, vna est communio fidei, & sacramentorum susceptio. Ergo ex Euāgelio Assyrios, & Aegyptios christiana pace sociandos esse prædicat. Et seruiēt Aegyptij Assyrijs. Charitas enim ad mutua obsequia fideles in-

citatur: ut alter alteri oneraportet.

Ad Gala. 6.

Aut hoc propterea dixit, ut glossa autumat, quia à Romanis captis Aegyptijs, Assyrijs, commissa est illorum custodia: quibus ut cu-

stodibus Aegyptios seruituros pronuntiat. ¶ In die illa. ^a) Hoc ad pudorē Israelitarū proponitur, qui cū debuissent esse primi in Christianæ fidei professione, fuere tamen postremi. Nā gratia Euāgelij reiecta fuit à Iudæis, & ab Aegyptijs & Assyrijs, cæterisque gentibus recepta, & hucusque suæ perfidiæ sunt tenacissimi. Et quāquā Euāgelium illis fuit primū prædicatū, postremi

erunt qui suscipiāt. Et ex subiūgēdis apertius patet, quid velit. Benedictio (inquit) dñi in medio terræ, benedictio, videlicet, illa spiritualis, cuius Paulus meminit, quam nos benedixit Deus in cœlestibus: quam

tuum, dicēs, Benedictus populus meus Aegypti, & opus manuum mearum Assyrio, hereditas autem mea Israel.

quidem adepta est Aegyptus, postquā adepti sunt Assyrij. Et denique adipiscuntur Iudæi, quando conuertentur ad vesperam, & famem patientur ut canes. Et parabola

Euangelica de operarijs vocatis ad vineam, ubi traditur, Et erunt primi nouissimi, & nouissimi primi, satis concinit cum verbis istis Esaia, quæ in primo loco recensent gentes benedicendas à Deo, & postremum locum dederūt Iudæis. Propterea (inquit Dominus) auferetur à vobis regnum & dabitur genti facienti fructum.

Psal. 58.
Matth. 20.

DE SENSIBVS TROPOLOGICIS ad Cap. 19. Appendix.

TROPOLOGICA declamatio. De felicissima deiparæ Mariæ conceptione, cuius propheta est. Ecce Dñs ascendet seu vehitur super nubē leuē & ingreditur in Aegyptū. Esa. 19.



ERBA hæc glossa, quæ ordinariam vocant de corpore Christi intellecta voluit, quod sanè ab omni peccati pendere liberum fuit.

Etenim qui venerat peccata tollere mundi, peccatum non fecit, & dolus non est inuentus in ore eius: neque solum ab hoc pondere liber quippe qui Deus est, sed etiam quia datus est ei spiritus, non ad mensurā. Verum de huiusmodi re in presentia ratione fundere sermonē, nō instituit: sed de virgine sacra verba hæc intelligere placuit. Quæ quidē est, veluti nubes leuis, quæ autore nubium vexit, & introduxit in Aegy-

ptū, nubes sanè leuis ab omni peccati sarcina, ita originalis, ut & cæterorum peccatorum. A cōceptione namque sua leuis fuit nubes hæc ab omni peccati grauedine: leuē tñ illā fecit ab hac grauedine dñs qui in illa erat vehedus. Dignū quippè est ut vehiculū dignitatē sibi, & honorē ab eo, quod vehit sibi cōciliet, & seruet. Ut & vasa quoque pro liquoris pretio, & nobilitate decorantur, & nobilitantur. Curriculū em̄, quod regē gestat maioris pretij insigniusque reddit, quod militē, aut agricolā vehit. Et vas balsamo pretiosissimo imbutū, multi pedit. At vero, quæ vexit Christū cœlorum regē, virgo hæc sacra est, quæ liquore diuino tota

Virgo Maria nubes leuis quæ autorem vexit.

perfusa est, & vt balsamum aromatizās, odorem dedit suauitatis. Quapropter & à Christo, quē vexit, & à plenitudine spiritus, & gratiā, quibus potita est, hunc sibi parauit honorem, vt ab omni peccati onere leuis sit. Id quod Ecclesia aduertens de ipsa virgine læta canit, Beata viscera Mariæ virginis, quæ portauerunt æterni patris filium. Munda igitur sunt hæc viscera Mariæ virginis, sancta, & incontaminata, quia sanctum sanctorum portauerunt. Quam aptè verò scriptura virginē vocet, in tropolo. decla. ad. c. 7. profecuti sumus.

Virgo Maria leuis nubes sine grauedine peccati primitiui.

Lucæ. 1. Hier. 1.

Lucæ. 2.

Maria cur gratia plena.

Nunc verò de leuitate à peccati grauissimo onere differendum est, duntaxat, & primum quidem, quod operosius est, expediendum erit, peccati originalis labe virginem hanc infectam non fuisse. Nam de cæteris labibus illam liberam fuisse minimi negotij esset ostendere. Quis enim crimen audebit tribuere virgini, quo sanè multi sanctorum caruerunt? quis vel leuiculam culpam in illam regerat, quam Angeli non habent? Quod si sancti vt Ioannes Baptista & Hieremias, peccatū mortale non admiserunt, quid quod ipsa virgo, quæ patrona sanctorum est, non admiserit? si Angeli veniali culpa infecti nō sunt, quid quod Angelorum domina infecta non fuerit? Quæ omnia Euangelica salutatio abundè insinuat, Aue gratia plena dominus tecum, benedicta tu inter mulieres: quæ & gratiæ plenitudinem, & diuinam coassistentiam, & præminentiam benedictionis spiritualis denotant verba. In gratiæ nanq; plenitudine, quidquid est gratiæ inimicum vel ad inimicitiam Dei parans, & tendēs, exploditur prorsus. Gratia enim criminalem culpā admittere secum non potest: quippè penitus illam reijcit. At plenitudo gratiæ, quæ in virgine erat vberior multo, quàm in sanctis omnibus etiā leuiculas arcebat culpas. Quoniā etiā si huiusmodi leuicula cū gratia nō pugnant: at charitatis virginis in Deum feruor ardentissimus & pro humanæ naturæ portione, in virgine perpetuus, hæc leui-

cula non admittebat: quippè quæ si charitatē nō abigunt, lentiorē tamē, & tepidiorē reddunt. At verò procul sit à christiana mente, in virgine sacra vel minimū teporem, permittere, quæ ignibus Spiritus sancti iugiter ardebat. Nā si altare illud vetustitēpli, quod flāmis igneis & ardebat & micabat perpetuō, piaculo dabatur, si tepere aut frigere sineretur, quāto magis templū hoc augustissimū Spiritus sancti, quod venerāda virgo Maria est, cuius cor candidissimū cūctis est altaribus præstabilis, igne puriori & nō terreno sed coelesti semper ardebat? Rursum & coassistentia Dei, quæ in verbis Angelicis secundo proponebatur loco, Dñs tecū, singularissimum quoddam virginis diuinum præsidium, dispicientibus indicatur. At singularissimum hoc præsidium, ad singulares doctes, quæ in virgine fuerūt, ad singulariaq; munera, quibus præcæteris fulget sanctis illi concessum est. Quod vero postremū est, nō vulgarem benedictionem, sed sanctorum omnium superantem intelligere oportebit. Iam verò si gratia diuina referatissima est, si præsidio diuino singularissimo gaudet, si benedictionibus cœlestibus eximijs abundat Maria, quis illam culpæ alicui vnquam subiaccuisse concedet? At vero, quia de peccato originali præcipua est huius tropologiæ institutio, totus illi accommodādus est sermo. Quancūquod hætenus disertum est, nihil abhorret à prothemate, Ecce Dominus ascēdet super nubem leuem, aut vt alia habet versio, Ecce Dominus vehitur super nubem leuem. Vniuersi igitur mortales Apostolica testante voce nascimur filij iræ: neque natiuitas hominum culpari à Paulo poterat, nisi ipsa humana conceptio culpata, ab eodem censeretur. Simul nanque atque anima rationalis corpori infunditur, labe originalis culpæ inficitur, & natiuam habet infans in materno conditus vtero iniustitiam, & iniustus est puer, & proprio, & paterno Adami vitio, proprio quidem, quia infectio in infantu-

Venialia peccata lentam faciūt charitatem.

Leuitic. 6.

Quid sibi velit dominus tecū.

Ad Eph. 2.

Anima rationalis mulatque conditur laabe maculatur.

lo est,

lo est, paterno autem, quia non infantili arbitrio culpa hæc contrahitur, sed ex primi parentis libertate, quæ domini mandatum transgressa est. Quare Paulus scientissimè dixit, Omnes in Adam peccauerunt: ut ex trunco infecto rami, & folia, & fructus, inficiuntur. Omnia namq; hæc necesse est ut contabescant, si radix atq; truncus tabe vitia sunt. Et Paul. meminit Leui, qui abnepos fuit Abraham, decimatum fuisse quando abauus Abraham decimas obtulit Melchisedech: quippè Leui in lūbis erat Abraham: ita quoq; & vniuersa posteritas hominum in lumbis Adam tanquam in potētia erat. Quapropter & vniuersa primo parente lapsa, & ipsa colapsa est, huncque posteritatis totius lapsum natuiam vocauit iniustitiam: quam & Psalmus iniquitatem itidem appellat. In iniquitatibus, inquit, conceptus sum. Neque ab re hoc donatur nomine: quippè non solum nascimur sed, & concipimur iniqui. Quia igitur ex iniquitate auspicamur natalia nostra, exordiaque nostra naturalia iniusta sunt, propterea natuiam vocatur iniustitia: quippè quæ ab ipsa conceptione hominibus hæret. Quapropter & originale peccatū iustè appellatur. Porro philosophi, atq; hæretici hæc, quæ de peccato originali diximus, ridicula putant. Illi enim etiam si insultus sensuales, aduersus rationis imperia in seipsis experimēto didicerint, at non originalis culpæ hoc putant esse vitium, sed naturalis institutionis humanæ, proprietatem esse, crediderunt. Quia ex anima rationali & carne sensuali homo conflat, & vnumquodq; horum natuiam sequitur functionem suā. Nam mens, & ratio, ad inuisibilia properat, sensus vero ad visibilia, inter quæ pugnam necessarium est exoriri. At hæretici iniustum credunt, si infantuli, aut paruuli, pro primi parentis culpa, pœnas æternas luāt. At verò catholica fides inter vepres has floret: medium enim delegit iter, ut illas declinaret. Neque enim putat cum philosophis, pugnam sensus, & mentis

prorsus esse naturalem: imò contra institutionem primam humanæ naturæ pugna hæc, pertinaxque rebellio est: duraq; stimulatio carnis aduersus spiritum, in nobis agitur: quia status naturæ humanæ, ante peccatum hanc duram stimulationem non sensisset. Neque ab re dixerim non prorsus esse naturalem: quippè sub lapsu naturæ, quem patimur, iam naturalis est hæc rebellio: quia sensus & cogitatio hominis, ad malum prona sunt, ab adolescentia sua. Neque paruulorum pœna æterna, qui in originali culpa decesserunt, iniusta est, quia debito primi parentis tenetur obstricti. Ille enim iustitiam originariam à Deo accepit, non solum, ut carnis concupiscentia in ipso arceretur, quinimo & ut posteri omnes eodem dono gauderēt. Vnde hac exutus iustitia, tota natura eandem exuit. Ut si parentes apud nos proprijs exigentibus sceleribus, supplicijs adiguntur, & facultatibus temporalibus legum censura spoliatur, & filios quoque spoliatos, & infamia paterna affectos iri est necesse: quanquam paterna culpa nō culpam inuehit liberis, inuehit tamē pœnam. At verò de primitiua culpa itidem: etiam si non quantum ad omnia, differendum est. Quoniam vniuersi mortales spoliati, & nudi, concipimur, & nascimur, originali illa virtute: quia naturam talem dedit parēs primus liberis suis, qualem ipse habebat. Habebat autem naturam duplici malo affectam, & nudam originali iustitia, & non solum nudam, quin etiam & maculatam, quia illam amiserat. Posteri quoque gemino hoc malo humanam infectam receperunt naturam, & nudam, cœlesti illa veste (quam primitiuam & originalem iustitiam diximus) & maculatam paterno inquinamento: id quod & paruulorum quoq; proprium est, quibus vestis prædictæ nuditas à Deo imputatur ad culpā: quippè iustitia originali nudati concipiuntur, quā in protoparētis potestate existētes in potestate quoq; habuerūt. Obserua aut verbum hoc Deus imputat: nam

Primus parens iustitiæ donum accepit pro se & posteris.

Apprimè obseruabis quæ de peccato originali hic & infra traduntur.

Paruuli duplici malo affecti de sumunt naturam à patre primo.

Gen. 2.
Ad Rom. 5.

Paruul. nō dum editus peccatore est ex proprio peccato.

Ad Heb. 7.

Psal. 50.

Philosophi & hæretici ridiculū putant originale peccatū.

Fides catholica inter vepres floret.

rat: nam frequens est scripturis, & familia re verbum. Nam ad Romanos. 4. beatitudinem (ait) hominis cui Deus accepto fert iustitiam, sine operibus & Græce λογίζεται logizete, id est imputat. Est autem imputare, quod noster interpres vertit accepto fert, accepto autem ferre, idem est quod pro accepto habere quod nō acceperis. Quia ergo in iustificatione impij, motus liberi arbitrij etsi necessarius adultis sit, at non est promeritorius iustificationis (etenim prima gratia promereri nequit: nā si promeretur gratia non esset, ad Romanos. 4.) ideo motus, nostri arbitrij imputatur à Deo ad iustificationem: quippe id, quod ipse de se non promeretur, gratis à Deo largitur. Vnde Augustinus denarrans Psalmum. 31. ait, iustificationem nostram esse gratiæ Dei tribuendam. Nam illa nobis donatur gratia Dei, seu misericordia Dei præueniente, nullis præcedentibus meritis nostris. Et in libro de Spiritu & litera tradidit hoc idem in hæc verba, Vt autem diligatur Deus charitas Dei diffunditur in cordibus nostris, non per liberum arbitrium quod surgit ex nobis, sed per spiritum sanctum, qui datus est nobis capitulo. 3. Et libro de natura & gratia capitulo. 5. Qui per gratiam liberantur non meritorum suorum vasa, sed vasa misericordiæ nominantur: quæ omnia ad gratiam primam iustificantem sunt referenda: quæ nullis nostris tribuenda est meritis sed misericordiæ Dei condonantis nobis scelera nostra. Et aduerte Augustin. non negare merita, at intendit primam iustificantem gratiam non subesse meritis nostri arbitrij. Ideo imputat seu accepto fert. Quia motum liberi arbitrij nostri, alioqui non meritorium primæ gratiæ Deus illum acceptat, vt illo interveniente, condonet nobis flagitia nostra. Pueris verò quibus motus liberi arbitrij præsto non est, postquam renati sunt ex fonte sacro Deus non imputat peccatum originale. Quia accepto fert, illorum iu-

stificationem propter sacramentalem aquæ ablutionem, non ex paruulorum meritis. Non est autem hoc de paruulis non renatis ex aqua & Spiritu sancto idem sapiendum. Istis enim Deus imputat peccatum originale. Quid est Deus imputat? id est non condonat, non delet illorum maculam originariam? Rursus quid est, imputat? num imputat Deus culpam, quam non habent infantes? non vtique. Quippe quod Deus imputat verè & non fictè imputat. At verò renati paruuli verè non habent culpam, Paulo docente ad Roman. 8. Nihil damnationis est ijs, qui sunt in Christo Iesu. Quales sunt pueri renati, qui sunt profecto in Christo Iesu per baptismi gratiam. Idcirco procul sunt à damnatione originalis culpæ: qua tamen verè sunt infecti paruuli, qui non sunt in Domino Iesu per baptismalem renati gratiam. Porro autem in renatis tametsi originalis hæc macula absterfa sit, sanguine immaculati agni, at Paulus conqueritur se peccato vrgeri. Ad Romanos. 7. Sentiebat enim aliam legem in membris suis repugnantē legi mentis suæ. Non sanè quia peccatum hoc originis absterfum in sanctis nō extet: at absterfo peccato affectus quidam illius superstes est, fomes inquæ, peccati, qui manet in nobis, vt cū illo pugnantes, & illum subigentes, cum Christo coronemur. Itaq; quanquam in renatis originalis culpa transeat reatu, manet tamen actu, vt verbis Sancti Thom. vtar in. 1. 2. quæstio. 74. articul. 3. ad. 2. Manet porro actu: quippe concupiscentia quæ sanctos vexat est superstes, sine reatu tamen. Quia per aquam baptismalem restituntur infantes ad gratiæ innocentiam. Quapropter illis congratulatur Ecclesia dicens, Accipe vestem cādidam, &c. Neque mireris si concupiscentia hæc carnis peccatum originale appelletur: nam Thomas dixit manere peccatum originale in renatis actu, nō tamē reatu. Scito em̄ ex Aulst. 3. Ethic. c. 10. temperantiā esse in concupiscibili, & intemperantia quoq; in illa sub-

illa subsidet. Nanque etiam si sit concupiscentia irrationalis pars animæ, at verò rationem participat. 3. de anima text. com. 57. Ex huiusmodi igitur rationis participio, capax est virtutis, & peccati. At quanuis materialiter in parte irrationali hac nostra sunt virtutes, & vitia: cæterum formaliter sunt in potentia rationali. Peccatum igitur originale materialiter est in concupiscibili, at formaliter est in essentia animæ, quæ orbata est iustitia originali, antequam renascatur in Christo. Qua tamen renata etsi materialiter fomes supsit at infectio culpæ originalis quæ animam fœdabat, absterfa est. Lege Sanctum Thomā quæstio. de malo. 14. articulo. 2. & 1. 2. quæstio. 82. articulo. 2. & planè intelliges quid velit si hæc nostra aduertis. Leges itidem Cœcilium Tridentinum Sessione sexta capitulo. 7. quo loco decernit per regenerationem baptisimi, non modo reputamur, sed verè iusti nominamur: quod ait, ne credas falsam esse reputationem iustificationis.

¶ At verò personalia parentum peccata filijs non imputantur. Quippè hæc personæ sunt vitia, non naturæ. Pater enim si homicidium aut furtum fecerit, & diuina gratia, & charitate, propterea nudatur, nuditas hæc non vitio vertitur filijs. Quippè diuina gratia patri non datur, vt hæreditario iure cedat in filios, sed vt patri in vitam æternam actio donetur. At originalis illa iustitia, totius naturæ humanæ ornamentum erat: idcirco protoparenti cōcessa est, vt veluti iure hæreditario in totam sese diffunderet humanam naturam, & veluti à fonte in riuulos sic ab Adam in posteros, tota dimanaret. Quare & in ipso protoparente veluti in principio tota humana natura contenta, originali iustitia potita fuit illoq; illā amittente, tota posteritas misit eandem. Quare non solum primi parentis vitio fuit huius originalis amissio iustitiæ, verum etiam & totius naturæ vitium, etiam si non eodem modo & nos & illum vitiat. Illum

etenim vitiauit primò, nos verò postremò, illum voluntate propria, & expressa, nos verò voluntate interpretatiua & subintellecta. Quippè voluntas hominis primi, totius posteritatis voluntas interpretatur esse. Non quantum ad omnes transgressiones, non enim quicquid ille transgressus est, aut quicquid malè Adam voluit, tota natura voluit, aut transgressa est: sed solum transgressio illa omnium prima, quæ primitiuam iustitiam totius naturæ humanæ iustitiam propulsauit ab homine primo, est totius naturæ transgressio. Quippè tota vt diximus in primo parente contenta amisit, & perdidit, naturalem illam (vt sic dixerim) & primitiuam iustitiam naturalem inquam, non quia diuini muneris non erat, sed quia Deo largiente in hæreditariam possessionem naturæ concedebatur, in naturæ integritatem, & stabilitamentum, & immortalitatem. Quapropter nihil est quod mirentur hæretici, si huius iustitiæ amissionem in pueris, vel infantibus culpabilem esse asseramus. Est igitur originalis hæc culpa originalis quædam iniustitia: ex diametro namque pugnat cum originali iustitia. Hæc enim carnis titillamenta aduersus spiritum arcebat, & profligabat, illa verò proritat, & accersit: hæc à morte asserbat, illa mortem conciliauit. In quacunque die comederis (inquit Deus) mor-te morieris. Hæc totius naturæ ornamentum & sanitas est, illa vero totius naturæ corruptio, & detrimentum. Porro huius amissio iustitiæ, præclarissimæque virtutis primi parentis peccatū mortale fuit, & actualis quædam iniquitas: paruulorum verò non actualis, sed originalis iniquitas, atq; iniustitia est. Ille enim voluntate propria, paruuli verò interpretatiua duntaxat voluntate, vt prædiximus originali iniquitate maculatur. Quod si vnus Giezi lepra in posteros suos transfusa est, quid mirantur si protoparētis lepra, totam humanam naturam infecerit?

Obserua hæc diligenter.

Missio originalis iustitiæ pueris vitio datur & merito.

Peccatū originale est originalis iniustitia.

Amissio culpabilis iustitiæ originalis peccatū originis est.

4. Reg. 1.

Et age

Dilucida. & decla. in Esai. Prophetam. 19

Et age aut paruulos iustos dicis coram Deo aut iniustos: si iusti sunt defuncti igitur vita, æternam vitam consequentur, citra operam sacri baptismi: sin verò iniusti, vtrique nulla alia iniustitia, quam originali, si tandē neq; iusti, neq; iniusti sunt, excedentes à vita, quo tandem deferentur? Vtiq; neq; beati, neq; miseri erūt. At in vêturo seculo statū mediū hoc est neq; foelicem, neq; infœlicē, nō legimus post mundi consummationē. Et nunc purgatorius locus, spe vêturæ beatitudinis, appellā dus potius foelix, quā infœlix est locus. Nec me tamen latet, quosdam verba Ecclesia. c. 4. Et laudaui magis mortuos, quā viuentes, & foeliciorem vtroq; iudicaui qui necdum natus est: nec vidit mala, quæ sub sole fiunt, dilucidantes, cum Nicolao tradidisse infantulos vita defunctos sine baptismi ope, non miseros, neq; beatos futuros, sed vitam mediam delectabilē sanē acturos: quibus ego non acquiesco. Peccatum nanq; originale non voluptate repēdetur, sed pœna. Orbabit enim pueros huiusmodi visione beata Dei. Et vt non sunt torquendi ignibus, ita quoq; nō erūt afficiendi voluptate. Quapropter qui orbabuntur diuinitatis intuitu, sempiterno miseros vocare oportebit. Sunt ergo iniusti paruuli coram Deo, tantisperdū lustratoria, & regeneratoria baptismi aqua nō lustrantur, neq; regenerantur. Cæterum coram hominibus, neq; iusti neq; iniusti, cēsentur. Homines enim secūdū rationē naturalē nō illustratā fide, tales illos censent esse, vt diximus, quia mali, aut boni, operis, sub infantia potētes nō sunt. Quapropter & deliriū delirantiū delusum est. Dixerunt enim nonnulli paruulos sanē innocentes, & iustos nasci, at baptismo iu uandi erant, non ad purgandam culpam, sed vt cœlesti regni participio fruerētur: quasi vero baptismus paruulos non renouaret, neq; regeneraret. Etenim si innocētes sunt, innocentiam non reparat in illis baptismus, & si iusti sunt, ad iustitiam nō regenerat illos, Paulo tamen illis occinē-

te baptismum ad Titum. 3. lauacrum re-nouationis, & regenerationis appellante, & domino illis quoq; refragante, Qui non crediderit condemnabitur. At paruuli non credunt, dānabuntur ergo. Quæ ramus ergo culpam ob quam dānabuntur: & aliam inuenire non valemus excepta originali, quam abstergunt ex baptismo. Sciscitaberis forsan ecquid à baptismi gratia suscepta paruuli cum adoleuerint rebellantem aduertunt concupiscētiā? vt ergo originalem culpam abstergunt si dura adhuc rebellione grauantur? Verū originalis culpa non est recalcitrans hæc concupiscentia, quanquam sit pessima proles eius: vt cum Esaiā capitul. 14. dice-re possis de radice colubri egredietur regulus, & semen eius absorbes volucrem. Extincto igitur colubro, (idest originali culpa) superstes manet serpens alter regulus, idest concupiscentia, & carnis illecebra, quæ est veluti proles, & semen originalis culpæ. Et rectē semen hoc volucrem absorbet: quippe mētem, quæ velocior est omni volucre ad se rapit & subseconculcat. Est autem originale peccatum, vt diximus amissio originalis iustitiæ, quam baptismi gratia suplemus atq; sufficimus. Vnde quanquam hæc amissio perpetuo quoad viuimus nobis hæreat, at quod culpæ erat donatum nobis est à Deo, vt verè deinceps non imputetur ad culpam. Hæc autem vt probè recipias aduertas oportet culpam primitiuā (quam originalem appellitant) in se duo comprehendere, alterum (vt phrasi scolastica vtar) materiale, alterum verò formale: id quod alijs culpis est etiam familiare. Est autem concupiscentia carnis, seu carnis stimulus, cuius Paulus meminit. 1. Ad Corinthios. 12. seu mortis stimulus. Stimulus, ait, mortis peccatum est. 1. ad Corint. 15. Est autem formale ipsa iustitiæ primitiuæ missio cum debito habendi illam. Siquidem Adam hac iustitia fulgens, & diuina iussa lædens, misit illam & est debitor red-ditus eiusdem. At verò hoc debitum in Adam

Aduentū
argumentū
colligēs in-
fantulos in
quinos la-
be origina-
li.

Nicola* &
Gregorius
Arimineus
reijciuntur:
ille enim la-
xathic tor-
quet pue-
ros.

Repudian-
tur hæreti-
ci.

Originalis
culpa non
est recalci-
trans conca-
piscētiā.

Peccatum
originale
est vt colu-
ber, & concu-
piscētiā
quam regu-
lus.

in origina-
li baptismo
remittitur
ergo ad
remissionem
originalis

Adam erat personale debitum. Ceterum transfusum est idem debitum in totam posteritatem, id est, vniuersam naturam humanā: quæ vniuersa obnoxia est Deo, ex soluendo huius iustitiæ debito, at ipsa soluendo non est: quia totius naturæ debitum ipsa reddere nequit. A quo tamen leuatur per illum, cuius Zacharias capitulo. 9. meminit, Tu autem in sanguine testamenti, eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. Tum verò soluendo sumus quando lauacro Spiritus sancti in Christo renascimur: & id quod per nos præstare non valebamus autore Christo, feruatore, valemus: & quod per verum amicum exhibemus Christum per nos exhibuisse (quæ est Dei immensa benignitas) reputamur à Deo. Porro autem quanquam Christi munere renatorum animæ ad candorem innocentiae tum restituuntur, quia ab omni culpa & poena absoluantur: at corpora renatorum non ad integritatem pristinam, quam protoplastes sortitus est restituuntur. Superstes nanque est stimulus carnis, id est, effrænis fomes, cuius Moses mentionem fecit. Sensus, inquit, & cogitatio hominis ad malum prona sunt ab adolescentia sua. Genesis. 8. Itidem & detrimenta experimur mortis, & aliorum sexcentorum malorum, quæ miseram nostram deturbant vitam. Idcirco iustitiam originalem desideramus, & illa priuati sumus, etiamnum, postquam renati sumus: non quia debitum illam habendi non sit exolutum, quando nos Christi salutaris illa, quæ egressa est de latere dormientis Christi aqua intincti sumus: at quantum ad fomitem superstitem, quantumque ad mortalitatem fraudamur originali iustitia. Hæc enim suæ præsentia omnia illa mala arcebat. Sunt quibus commentum ynum placuit, esse duplicem amissionem iustitiæ originalis, aliam poenalem, aliam habitualement & causalem: & hanc posteriorem tradunt esse originale peccatum, non priorem. Ceterum me latet Theo-

logia hæc. Nam amissio iustitiæ originalis cum debito habendi illam, est formaliter originalis culpa, hæc enim afficiens naturam nostram diuinæ celsitudinis offendit oculos. Poenalis autem amissio iustitiæ originalis nulla est, nisi mors, fames & id genus. Porro hæc non sunt peccatum originis, etiam si ab illo dimanant. Quod verò originale peccatum habituale esse proclamatur, non est, vt finistrè intelligunt multi, quia non fit priuatio originis peccatum, vt cætera peccata, quæ ob id ab Augustino nihil esse conclamantur: at eò habituale est, quò est infixum in modum habitus, toti naturæ humanæ. Priuatio igitur huius primitiue iustitiæ renatis cohæret in hunc sensum, quia mortales sumus & diuexamur concupiscentijs. At secundum reatum delata est, sempiterno. Concilium Tridentinum sessione quinta capitul. 1. concupiscentiam hanc nobis hærentem non esse verè peccatum tradit, sed improprie: & vera est traditio, quia nihil damnationis est ijs qui sunt in C R H I S T O I E S V, vt supra commemoratum est.

¶ Istud autem est quod Paulus Ecclesiam docuit, de baptismo agens, ad Romanos. 6. Quicumque enim baptizati sumus in C H R I S T O I E S V (id est baptismo Christi) in morte ipsius baptizati sumus, id est per mortem ipsius abluti sumus, & infra, Hoc scientes, quia vetus homo noster, simul crucifixus est, vt destruat corpus peccati, vt ultra non seruiamus peccato. Est autem vetus homo noster concupiscentia hæc insultans rationi, vt mulier illa Iob coniux, capitulo. 1. quæ viro suo insultabat: quæ quidem crucifixa à Paulo traditur, non quia ab insultando cessat. Paulus enim cum insultibus eius expostulat. 2. ad Corinthi. ca. 12. Dominumque exequèter precatur, vt ab insultibus carnis suæ subducatur. At crucifixus est hic vetus homo noster, quia abluti per gratiā baptismi damna-

damnatione suos, non premit: vt ante
ablutionem premebat, & premit, omnes
quotquot baptisimi ope non leuantur, vt
psalmus canit cadēt in retiaculo eius pec-
catores, singulariter sum ego donec tran-
seam. Est enim originalis culpa retiacu-
lum, quod Satan as expandit super genus
vniuersum hominum. Inuidia nanq; dia-
boli mors introiuit in orbem terrarum,
in quod sanē retiaculum virgo sacra non
iniecit pedes suos, neque intricata est hu-
ius reatiaculi maculis. Longē enim à ca-
sibus huius retiaculi Christi gratia sub-
mota est. Non enim infausta habuit initia
vitæ, vt nos habemus, quorum conceptio
(quæ vitæ initium est) maculata, & fœda
ab originali culpa extat. At vero virginis
sacræ conceptio immaculata contra, &
munda extitit. Non enim nata est in vte-
ro matris suæ filia iræ, vt nos nascimur:
sed filij sui Christi sanctitatis æmula, ante
quam nasceretur præludia sanctitatis ges-
sit. Christus nanque in vtero virginis san-
ctus conceptus est, Angelo docēte, quod
in ea natum est de Spiritu sancto est. Mat-
thæ. 1. Id est, quod in virgine conceptum
est Spiritus sancti opera conceptum est.
Hanc ergo filij sanctificationem, quan-
quam mater assequi non potuit, quippè
quæ ex coitu fœminæ, & viri concepta
est, at sanctificationem filij veluti præludens
virgo, adhuc in vtero condita Spiritus
sancti gratia immaculata cōcipitur, sin-
gulari que hoc priuilegio inter omnes hu-
manas creaturas ipsa solum potita est, vt
verba denarrati Psalmi sola, concinere va-
leat. Singulariter sum ego donec transeā.
Etenim neque fœminarum aliqua, neq;
virosum aliquis, qui ex naturali concubi-
tu in lucem hanc prodeūt, immunem ha-
buit ab hac labe originali conceptionem,
neq; Baptista ille Domini præcursor, ne-
q; Hieremias ille Christi vates eximius.
Qui tametsi exterius nati, immaculati na-
ti sunt, interna tamen natiuitas (quæ con-
ceptio est) non immaculata fuit, imò sor-
dens, vt & cæterorum hominum. Beata

autem hæc virgo à retiaculo hoc crimi-
num, imo & leuicularum culparum, tam
longē sublata est, vt verē dixerit singula-
rem se esse in toto terrarum orbe. Singu-
lariter enim in summa innocentia vitam
suam peregit totam, donec ad æterum
thalamum assumpta, singulari quadam
super omnes creaturas beatitudine frui-
tur. Bellissimè quoq; quod scripsit Esaias
capit. 19. virginis huius conceptioni apta
dum est. Merebunt (inquit) piscatores, &
lugebunt omnes mittentes in flumen ha-
mum, & expandentes rete super faciem
aquarum emarcescerent: cōfundentur qui
operantur linum, plectentes & textentes
subtilia. Piscatores enim nullos cerno per-
spicatiores, & diligentiores in expiscan-
dis hominibus, quàm sunt maligni spiri-
tus. Isti enim sunt, qui in flumen humanæ
vitæ, (dixerim enim humanam vitam flu-
men, quia omnes morimur & sicut aqua
dilabimur super terram) in hoc ergo flu-
men, quod rapido cursu nos in mortem
rapit, cuiusq; fluminis initium humana
conceptio est, quæ est velut totius vitæ
scaturigo & initium, diabolus hamum
mittit, nam simul atq; anima corpusculo
infantili sociatur, hamo isto capitur (qui
originalis culpa est) & tanquam retem vt
diximus, super faciem aquarum (id est om-
nium gentium) diabolus expandit: & si-
cut pisces capiuntur hamo, sic capiuntur
homines Ecclesia. 9. At verò sacrosancta
hæc virgo expansam dissoluit retem: ha-
mū ex naturæ debito, iam iam vt sibi inij-
ceretur paratum, gratia Iesu Christi eua-
sit. Debito enim naturæ virgo hæc huic
hamo & retibus estis, subiicienda erat. Ex
naturali nanque viri & fœminæ concubi-
tu, concipiebatur. At verò Spiritus sancti
gratia, expansum rete productum que ha-
mum diaboli, à virgine quæ Christi futu-
ra erat mater procul subduxit, & virginæ
vitæ initia dulcedine gratiæ impleuit. Vnde
& dæmones contabuerunt, & mærore
sunt affecti: pessimi isti piscatores emar-
cuerunt extendentes rete, & confusi sunt
diaboli,

Sapient. 2.

Marie con-
ceptio im-
maculata.

Exceptis
Christo &
Maria vni-
uersi morta-
les filij iræ
cōcipiuntur.

Notia ex
positio Es-
saiæ.

1. Reg. 14.

Diabolus
piscator.

diaboli, qui mira subtilitate culparum rem texunt, atque inuoluunt, qui à beatissima hac virgine confusi atque seducti sunt, ut in libro Iudith. 14. capi. Vna mulier Hebræa fecit confusione in domo regis Nabuchodonosor, Ecce enim iam Holofernes in cet in terra, & caput eius non est in illo. Vti quoque domus Nabuchodonosor infernus est, qui totus confusus, & pudefactus est: quem pudorem, atque confusione, virgo sacra incussit. Quippe vniuersi inferni satellites, omnesque Tartaræ virtutes virginem hanc Hebræam (quippe quæ ex tribu Iuda originem duxit) inquinare non valuerunt, neque ad inquinamentum aliquod allicere potuerunt. Est autem dux diaboli cæ militiæ peccatum, cuius caput abscidit beata hæc virgo: quia Christum edidit qui sanguine suo corpus peccati destruxit. ad Romanos. 6. id est qui omnium peccatorum stragem operatus est. Et ut olim Iael illa nobilissima foemina, Sisaræ ducis Chanaanorum regis, tempora clauo transfixit, ut legimus in libro Iudicum capi. 4. sic quoque & virgo hæc clauo illo, qui coelestia, & terrestria necit, & diuina humanis sociat, qui est Christus dominus, vtrinque caput diaboli transfixit. In peccato enim duo aduertere licet, & culpam, & poenā: quæ duo Christus in cruce clavis confixus, simul quoque confixit, Paulo testante: Scientes (inquit) quia vetus homo noster simul crucifixus est. & ad Coloss. 2. Cum mortui essetis in delictis carnis vestræ conuiuificauit cum illo, donans vobis omnia delicta, delens quod aduersus nos erat chirographum decreti. Quæ verba alibi catholica dilucidatione à me illustrata sunt. Huius quoque virginis typum legimus in libr. Iudicum capi. 9. qui locus docet nos Abimelech filium Ierobaal tyrannicè usurpasse, occisis fratribus, regnum. Qui cum ad urbem Thebes obsessurus illam veniret, urbis ciues timore concussi in turrem se se exceperunt, & foemina, & viri, & nobiles, & ignobiles: ostiūque turris illud incensurus petēs Abimelech,

fragmine molæ, à muliere quadam desperato, in Abimelech, cerebro illiso, periit. Abimelech hic Satanus est, qui diuina imperia usurpare satagit & ecclesiam Iesu Christi conturbare studet: at in medio ecclesiæ huius Deus locauit turrim præexcellsam, quæ in terris locata, culmine coelos tangebatur, quæ est virgo Maria. Ad hanc turrim omnes fideles cuiuscunque conditionis, sexus, statusve extiterint, confugiunt: ad huius turris præsidia se se conferunt, ut necessitatibus pressi & periculis vexati, in turri tamen hac firmissima excepti, diabolica incommoda non expauescant. At verò ad ostium huius turris, quod virginea fuit conceptio (est enim hominis conceptio, veluti ostium vitæ) flammæ diabolus originalis culpæ, iniicere nixus est. At verò mulier vna, & verè vna mulier, quia nulla illi comparabilis est, quæ sacra virgo est, fragmen molæ, seu lapidem molarem accepit, id est C H R I S T V M lapidem firmissimum, & solidissimum, instar molæ concepit in vtero suo, & hunc iecit in Satanam quando illum edidit mundo saluatorem: quoquidem lapide viuo & angulari diabolicum caput fregit, quia princeps huius mundi à cœli principe foras eiectus est. Et verè virgo sacra lapide isto diaboli caput contriuit, quippe virgo hæc concepta per sanguinem C H R I S T I nondum fusus tunc, at fundendum postea, immunis à culpa extitit. AEquum enim erat, ut quæ autorem sanctitatis erat conceptura, sancta quoque conciperetur. Quòd si Angelus uxori Manue Sanfonis matri iussu dedit, ne vesceretur immundis, quia Nazarenus Sanfonem erat paritura Iudicum. 13. quid tu putas, de Maria virgine, quæ paritura erat verum illum Sanfonem C H R I S T V M, qui amore naturæ humanæ flagrans, in manus hostium suorum se se tradit ligandum, illudendum, & tandem crucifigendum? Tanti igitur Sanfonis futura mater, dignum erat quæ ab omni in-

Maria turris præexcellsa de quam oēs fideles cōfugiunt.

Virgo Maria per sanguinem nondum fusum Christi, at fundendum exemit se à culpa primitiua.

Christus myslus Sanfon.

Maria confudit domum Satanæ.

Maria caput diaboli transfixit.

Roma. 6.

Maria caput fugit diaboli.

quinamēto peccatorum abstineret. Nec propterea, quia prius fuit virgo concepta, quam CHRISTI redemptio in cruce peracta, aut quia originalis culpæ fuit expers, existimandum est virginem sacram redemptionis beneficio non fuisse potitam, imò singularius hoc beneficio gaudet quæ maculam peccati nō sensit, quam ij, qui maculam habent, sanguine Christi aspergendam.

¶ Iam verò si hæc, quæ diximus hætenus, lector assequutus est, facile perspiciet, quā germanè verba prothematis, Ecce dominus ascendet super nubem leuem virgini candidissimæ congruant, quæ non solum à peccatorum pondere, quod actuale vocant, quinetiam & à primo illo originalis culpæ onere, quod vniuersis hominibus diaboli industria iniunctum est, libera est. Diuina enim gratia illi impositum non est: terrenæque huius peccati mole, sicut neque aliorum, foelicissima eius anima grauata est, neque caro eius pessima huius culpæ prole, quæ concupiscentia rebellis est, quæ fomes peccati appellatur) agitata vnquam fuit. Spiritus enim sanctus illi superueniens illamque obumbrans, hæc incendia omnia procul esse iussit. Etenim si mulier illa primò condita Eva in ea innocentia atque Spiritus sancti vbertate, ita diuinitus plasmata fuit, vt titillantes illecebras non sensisset, si persistisset, quidquod virgo hæc, quæ origo benedictionis cœlestis est, eadem dote fulgeat, quam in priore muliere, quæ maledictionis nostræ fuit origo, fulsisse credimus? Quibus adde non cohærere hæc, neque admodum conuenire, vt quæ mater est misericordiæ, aliquando fuisse filiam iræ, & quæ mater est gratiæ, inimicitæ diuinæ aliquando subiacuisset, & quæ vehiculum diuinitatis, diaboli vnquam vehiculum fuisse. Imò potius vehiculum hoc tam decorauit, & ornauit, spiritualibus gratijs, & ornamentis Spiritus sanctus, vt sibi tam proprium, & familiarissimum esse fecerit: quam nulli alteri, ne-

que à mundanis vanitatibus, neque carnis illecebris, neque diabolicis fraudibus, conscendendum permiserit. Ad hæc Salomon ille Hebræorum rex vehiculum affabrè compositum, & vndecunque ornatissimum sibi fecit, quo per Hierosolymanam veheretur, vt capite. 3. libri Cantorum legimus. Ferculum (inquit) fecit sibi rex Salomon de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum: media, & caritate constrauit propter filias Hierusalem: cuius vehiculi fabricam si confideras, ex optimis quibusque rebus fabre factum perspicias. Etenim lignorum optima cedrus est: metallorum aurum, & argentum primas occupant partes: purpura verò vestimentorum maxime fulget, & omnium virtutum charitas præstantissima est, qua vehiculi media sternuntur. Quod si ex selectissimis rerum omnium Salomonicum ferculum cōstruitur, quid de nubico hoc vehiculo, quid de CHRISTI ferculo, quod beata virgo est, censendum putas? Cuius compositionem supremus ille vniuersorum architectus (qui verbum Dei est, & sapientia æterni patris) non ex terrena materia, quæ cedrus, aurum, argentum, & id genus sunt, sed ex cœlesti compegit gratia. Columnæ huius vehiculi omni argento præstant: sunt enim quatuor Cardinales virtutes, Prudentia, Iustitia, Temperantia, & Fortitudo, quibus ornatissima est virgo sacra. Prudentiæ nanque opus est mala declinare, & sibi & alijs prospicere: hæc autem virgo vniuersæ naturæ mala ita declinauit, vt per eam peccati damna non sentiamus. Et si serpens ille antiquus, Gene. secundo. callidior erat cunctis animantibus, quippe qui sua fraude totum genus humanum in fecit, quantò sapientior, & prudentior, virgo hæc est, quæ sua synceritate totum orbem refecit, astutumque serpentem hunc, sua humilitate deiecit, nobisque ita prouidit, vt diabolicas possimus cogitationes non ignorare & astutias? Fuit sanè olium

Maria insigniter fuit a Christo redempta.

Maria vehiculum Spiritus sancti.

Maria onere peccatorum nō grauat.

Maria ferculum Christi diuina arte fabre factu.

Maria mater misericordiæ, & mater gratiæ.

Maria quatuor Cardinales virtutes fulcra miræ est.

2. Cor. 1.

nè olim Abigail habita prudentissima, quippe quæ David Regis furentem iram aduersus Nabal carmelitam placare nouit, humanumq; sanguinem fundere prohibuit. At quanto amplius virgo hæc habenda est prudentior, quæ non humanam, sed diuinam iram mitigare nouit, & Deum homini conciliare sciuit, & ne vnuerfi mortales æternæ morti adigerentur prohibuit. Rursum iustitiæ est munus suum vnique tribuere, illa sãque iura seruare, & quæ ad Deum, & quæ ad homines spectant. At creaturarum nulla ita illa seruauit omnia iura vt virgo hæc, quæ à conceptione sua conseruare cœpit, & immaculata perstitit, ad extremum vsque vitæ finem. Deo rursum, quod suum erat præstitit, & hominibus quoq; quod suum erat non negauit. Ecce (inquit) ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Hoc, quod humilitatis debitum erat, Deo præstitit. Sciebat nanque prudentissima virgo nullam boni accessionem esse, nisi diuina largitate hominibus donetur. Vnde se se plurima Dei largitate refertam sentiens, diuina non sibi arrogat munera: sed se totam demittens, ac deiiciens verba summæ humilitatis deprompsit, profitens se Dei famulam atque ancillam esse. Christum verò, quem conceperat non solum sibi, sed nobis etiam dedit, Esaia testante, Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, ideo non sibi iure materno reseruauit, sed quod nostrum erat nobis tribuit. Illum enim peperit, quem cœli, & terra venerantur, mundi saluatorem: illum cœlesti lacte pauit, illum pannis inuoluit, & reclinauit fouendum in præsepio: tandemque in cunctis CHRISTO paruulo prospexit, vt ad adultam perueniens ætatem, sanguine fuso homines ab æterna dãnatione eriperet. Quod si temperantiam virginis desideras intueri, ridebis omnium Philosophorum temperantiam si illi contuleris. Quis nanque Philosophorum tanta compescuit carnem suam tem-

perantia, vt vel in minimo sensus & concupiscentiæ non quateretur affectibus? At beata hæc virgo neque in maximo, neque in minimo, sensualia sensit detrimenta: Et demum si fortissimos illos demiraris heroas, quos excogitatis carminibus poetæ laudauerunt celeberrimi, vt Hectorem, Achillem, si fortitudini virginæ contuleris Mariæ, debiles illos prorsus iudicabis. Nam qui hominum erant gloriosi victores, diaboli erant vilia mancipia. At non talis est Mariæ fortitudo: non solum homines ad se trahit, sed & diabolus conculcat, & quod omnium maximum est, Deum ipsum fortissimum, vicit. Deum quidem charitate & humilitate, diabolus autem, quia diuinum templum solique Deo dicatum erat, homines tandem magnifica illis, & olim & modo elargiens munera, & ad se trahit & vincit. Hæc sola præter hæc reclinatorium habet aureum, omni puritate fulgens, vbi reclinauit pacatissimè verbum Dei, cuius delicias legimus esse cum filiis hominum, Prouerbiorũ 31. Sed quanto maiores eunt cum virgine hac esse, quam incontaminatam sibi delegit? In sinu patris verbum hoc ab æterno quiescit: at in ventre matris caros factum ex tempore quieuit. Vbi diuina maiestas inclinatur, quia carni copulatur, & reclinauit, quia qui in ventre secundum carnem quieuerat, ventris sanè puritate contentus, in mente tamen virginis foelicius quiescit, magis vtique mentis puritate gaudens. Quia si virginitate concepit Deum, fide Deo placuit, autore Augustino. Ascensum quoque huius ferculi, aut vehiculi purpureum accipe, vt qualem illum fuisse dignoscas. Est autem hic ascensus vehiculi operimentum, quod ex purpura constare Salomon docuit. Operimentum autem protectio est, vehiculum obumbrans. Sed quis est qui virginem hanc obumbravit, nisi Spiritus sanctus? At obumbratio hæc purpurea est tota: perfuditur enim sanguine CHRISTI.

Mariavirgo
temperatissima
& fortissima.

Maria Deum
per charitatem
& humilitatem
vicit.

Maria habet
tate delicias
sunt diuinæ.

Mariæ operimentum
purpureum.

ST. I. Tanto nanq; obumbraculo & operi mēto sacrosancta hæc virgo posita est, nō ex propriæ actionis merito, sed sanguine Christi, id poscente & donante. Quā em̄ Deus præuiderat in matrem, sanguine nō dum fuso, sed fundendo sanctificare disposuit. Huius autem operimenti stratam esse mediam partem charitate, vel amore, Spiritus sanctus edocet esse. Quia huius operimenti intimū (quod medium vocat) totum amore flagrat: quia apparuit benignitas, & humanitas saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Si igitur intima huius protectionis causam scrutaris, cur Spiritus sanctus hanc virginem inumbrat, cur & fideles quoque sub vmbra manus suæ protegit: dixerim tibi, quia ascensum fecit purpureum intimamq; partem media charitate constrauit. Propter filias Hierusalem. Id est operimentum, & vmbra culum Dei, virginem protegēs, sanguine Christi rutilat, intimumque eius non meritis præcipuē nostris cōsternitur, at amore Dei, quo fertur in homines. Ipse nanq; prior dilexit nos, & præueniens gratia, qua nos incitat, & vocat, non meritis humanis strata est: at diuini amoris dulcedine tota sternitur, & ornatur. Neq; mire ris si ascensum interpretatus sum operimentum ferculi Salomonici. Non enim ascensus semper ascensionem denotat, sed etiam & id ad quod ascenditur, quale est tectorium, seu operimentum: maxime secundum Hebraicam dialectum: vt

peccati pondere: & ingressus est in Aegyptum: quia ex nube hac, nubeculam nræ carnis accepit: qua videlicet veluti obnubilatus Deus, introduxit se in orbem terrarum: qui est velut Aegyptus tenebris mundi erroris obductus. Exultandum igitur nobis restat in huius nubis eximia singularique gloria, quæ Deum vexit, & in orbem terrarum, inuexit. Ipsa nanque virgo Maria in Domino exultabat, quando hæc, quæ diximus magnifica in semet ipsa cernebat munera. Exultauit aiebat spiritus meus in Deo salutari meo. Et merito Mariæ spiritus gaudet in Domino, quia fecit illi magna qui potens est. An non magnum est, id quod cursu inuiolabili ordo naturæ seruat, sine commixtione maris, & foeminæ, humanam non concipi prolem, vt & cæterorum animalium prolem huic tamen virgini ordinem hūc cessisse, quæ citra commixtionem sexus Spiritus sancti solum obumbratione concepit, & enixa est mundi autorem & seruatorem? Vtique magnum est id, quod stabili lege sancitum est, vt quotquot sunt, aut erunt aut fuere homines, labem originalis culpæ euadere nequeant: Quia omnes in Adam peccauerunt, ad Romanos quinto, nisi is solus, qui impeccabilis conceptus, & natus est. Quippè C H R I S T V S non ordine naturæ, concipiendus erat (qui rotius, naturæ, autor est) sed ordinem in natura præscriptum supergressus, ex foemina sine virilis commercio seminis ortus, originali infici macula non poterat. At verò ordo hic violatur in hac virgine quæ ex naturali coitu viri, & foemine nata, immaculata concipitur: & quod Christus dñs natura habet, illa diuino munere sortita est. Christus sanè ex natura habet à peccato prorsus originali abhorere. Non solum quod Deus est, quin etiā quod homo sine maris commixtione ex foemina processit. Quanquā, & qđ impeccabilis ex natura Chr̄s sit, ex diuinitate habet, nō ex humanitate. Et demum vniuersis alijs in primo protoplasto collapsis, &

Hebræ. 1.

Luce. 1.

In Maria iura naturæ non seruatur.

Maria quod Christus ex natura habet ex gratia sortita est.

Christus vacat à peccato originali quia nō descendit ab Adā p commixtionē maris & foeminæ.

Titum. 3.

1. Ioan. 4.

Ascensus qđ in scriptura.

Apparatus Mariæ celestis.

vniuer-

vniuersis mortalibus in Adam peccantibus, virgo hæc ab hac inuiolata excipitur lege: in Adam enim non peccauit, quia huius seueræ legis latorem Deum, in vtero gestauit & quæ vt cæteræ culpæ huic obnoxia erat, neque legis huius euadere per se poterat seueritatem, gratia Spiritus sancti præmunita potenter & mirabiliter euasit. Et tandem si hæc maximi non facis, saltem maximi ducas oportet, gratiæ ordinem (qui & naturæ, & legibus vniuersis antestat), huic celsissæ virgini. Est autem gratiæ ordo quem Paulus Corinthiis præscripsit, prius esse animale quam spirituale. Non prius, ait, quod spirituale est: sed quod animale, deinde quod spirituale. Prior ergo animalis generatio, quæ carnis, dein regeneratio, quæ spiritus est. At in Maria non prius carnis conceptio, quam spiritus regeneratio, non prior animalis vita, quam spiritus vita: at simul hæc. Nam simul atque anima corpusculo beatissimo indita est gratiæ plenitudine donatur. Vt de Angelis tradidit Augustinus, Deum simul & creasse angelicam naturam, & gratiam illis impartitum fuisse: & animas pro toparentum gratia sua imbutas creasse Deum credendum est quoque. Quæ ergo reparatorem angelicæ ruinæ erat editura, quæ humanas ruinas erat restauratura, eodem potita est priuilegio. Iam ergo mirari desine, si mare Rubrum filijs Israel celsit & diductum est in mirabiles diuisiones, vt demum se calcabile Iudæis familijs exhiberet. Desine sub hæc mirari, quod sol Iosue preces reueritus (iubente domino) stetit, vt & ad Ezechiae preces retro gressus est gradibus decem. Desine inquam hæc mirari, plura enim & longè eminentiora in virgine hac sacra ostenduntur portenta. Ecquid non ostenduntur quæ illum in gremio suo vexit, cui iura omnia, siue naturæ, siue legis, siue gratiæ cedunt, testante ecclesia: quia quem cœli capere non poterant tuo gremio contulisti? Transformato in mon-

te Domino, nubes lucida obumbravit eum: ad cuius aspectum Apostoli contriti, ad terram prociderunt, & tanto spectaculo velut stupidi, in se ipsis subsistere nequiverunt. Porro tantò præstat hæc nubes, quam versamus illi nubi, quanto cœlestia terrenis. Lucida sanè illa, at hæc multò lucidior: illa obumbravit CHRISTVM, at hæc prius obumbrarat eundem. Diuinitatem enim diuini verbi carnis gloriosa nube obtexit, vt vmbra nostræ mortalitatis diuinum verbum obtectum lucem micantissimam suæ æternitatis nobis largissimè impartiret. Sunt præter hæc nubes quædam turbulentæ, quæ fulmina terrifica iaciunt, & grandines, & fulgura, atque fulgetra quæ terræ, & arboribus, & hominibus sæpe nocumento non mediocri sunt: nam exitiales plerumque sunt, at aliæ nubes placidæ & gratissimæ nobis sunt, quæ salubribus imbribus arentem terram, atque sitibundam fecundant, & faciunt. Porro autem nubes hæc diuina, in quam quondam mirabiliter ascendit omnipotens Dominus, placidissima, & quam maximè gratissima cunctis mortalibus est: maximè viam Domini colentibus, & fidè & charitatè seruare sedulo studentibus, & ijs denique, qui peccatorum sarcinam deponere diligenter curant. Hos enim fecundat, vt fructus dignos, atque salubres poenitentiae Deo pariant: hos cœlesti vmbra suæ protectionis tegit, vt sit illis vmbra culum ab æstu diuini furoris, defendens. At vero ijs, qui tramite incedunt contrario, à mox recensitis, heu quam turbulenta nubes hæc: Christus nanque, qui ros salutiferus est ab hac stillans olim præ excelsa nube, ipsemet in grandinem terribilem, lapidem conterentem, fulgur vertetur denique, & fulmen exterrens & deturbans: quippe in die postremo tanquam fulgur apparebit Dominus Iesus. Citò nanque ab impiorum, vt fulgur euanesceat oculis, quos confringet tanquam vas figuli, & ad puluerem, & in nihilum rediget: & tanquam fulmen aduersum sese de cœlo vibrabit,

Matth. 17.
Mar. 9.
Lucæ. 9.

Marianubes
præstantis-
sima.

Maria non
est nubester
rens, sed pla-
cida: cunctis
qui Deum a-
mare rectè
student.

Matth. 24.
Psalm. 2.

Pfal. 10. villos sempiternis deurat flammis, & de
 mum ignis & sulphur & spiritus procel-
 larum pars calicis eorum. En tibi ò im-
 pie, ò scelerate, quid tibi pariet nubes hæc
 sacrosancta, en tibi quæ ab hac tibi expe-
 ctanda, aut formidanda sunt nube. Chrs e-
 nim quem hæc stillauit nubes, hoc est quæ
 Maria peperit saluatorem, erit tibi in ful-
 men deurès, ingrandinem, & ignem sub-
 uertentem, vt olim Aegyptij grandine
 & igne commixtis potenter torti sunt,
Exodi. 9. Exodi. 9. Muta igitur vitam, si vis habere
 vitam. Si beatissima hac nube defendi, &
Pfal. 64. foueri cupis, & vt ex stillicidijs eius (quæ
 Christus sunt) germinare in lætitia cordis
 germina vitæ æternæ possis. At verò di-
 xerit forsan quispiam, quid est quod ascen-
 det Dominus super nubem leuem? num
 diuini verbi temporalis conceptio Dei
 est ascensio, an potius descensio? vtique,
 ais, est descensio. Exinanituit enim semet-
Philipp. 2. ipsum formam serui accipiens. Dixerim
 tamen, & descendendo dominum ascen-
 disse, & ascendendo descendisse. Descen-
 sum enim diffitebitur nemo, qui Paulo re-
 fragari nollit: at ascensum esse statuere
 cupio, vel inde illud colligens, Accedet
 homo ad cor altum & exaltabitur Deus.
 Quid est, accedet ad cor altū? Altius Deo
 nihil est: accessit homo igitur ad Deum,
 & exaltatus est Deus. Et cur exaltatus
 Deus? quia notus hominibus Deus, cultus
 ab hominibus Deus, creditus, amatus, de-
 sideratus ab hominibus Deus, vides ne ex
 carnis nostræ commercio quid accesserit
 Deo? Et qui in semetipso ascendere, neq;
 proficere pōt, quippe qui summus & infi-
 nitus est vniuersorū vertex, apud humanā
 tamen notitiam magnificetior, & clarior
 postquam in hanc nubem ascendit eua-
 sit. Egregie igitur accessit (vt vates ille
 cecinit) homo ad cor altum, & exaltatus
 est Deus. Eum enim, qui se humiliat exal-
 randum ex sacra lectione didicimus, se se
 ergo Deus ipse deiecit, se se demisit, vt se
 exaltaret: & descendit de cœlo exinaniēs
 semetipsum, vt ascendat triumphator, cœ-

lorum vertex penetrans. Nam humi-
 liauit semetipsum vsque ad mortem, mor-
 tem autem crucis. Propter quod & exal-
 tauit illum Deus, & donauit illi nomen,
 quod est super omne nomen. Quibus ver-
 bis Paulus humanitatis Christi humilli-
 mas deiectiones (quas spontaneas tulit) a-
 scensiones potentissimas esse non obscu-
 rè demonstrat. Verè ergo ascendit Do-
 minus in nubem leuem. Descendit in vte-
 rum intemeratum Mariæ Deus, & ascen-
 dit in nubem leuem, & quia ascensurus in
 nubem, leuem fecit à peccati pondere nu-
 bem, & vberioribus ditat hanc munerib-
 us nubem, quam ceteras creaturas. At ro-
 gitas, si Deus descendit ad virginis aluum
 vt ascendit in nubem? vtique in viscera de-
 scendit Mariæ, & in mentem Mariæ, ascē-
 dit: quippe quā præminere vniuersis fe-
 cit. Qui ergo euangelicam iustitiā co-
 lunt, in hanc se conferant nubem leuem,
 vt ab illa rore aspergantur cœlesti: qui
 peccatorum conscientia tenentur obstri-
 cti, ad hanc curent accedere nubem, vt
 gratiam CHRISTI concilient, in tem-
 pore opportuno: qui sua deflentes cri-
 mina pane vescuntur pœnitentiæ, ad hanc
 confugiant nubem leuem, quæ peccato-
 rum veniam, & omniū animi nostri mor-
 borum in ventre suo vexit antidotum, &
 medicamentum: qui periclitantur, & tem-
 poralibus affliguntur aduersis, ad hanc
 se se excipiant nubem, sub cuius vmbra
 protecti, non timebunt quid faciant illis
 homines. Et demum nullum incommo-
 dum vel mentis, vel corporis est, quod à
 nobis depellere nequeat huius nubis vm-
 braculum: quippe quæ omnium bono-
 rum copiam (quæ CHRISTVS est) plu-
 uit. Qui cum sit Patri suo dilectus, at-
 que gratissimus, habet quoque sibi di-
 lectissimam, & gratissimam mater-
 trem, cuius superest iam effici-
 caces implorare preces
 vt vita donemur
 æterna.

Ad Mariam
 omnibus est
 iustis, & pec-
 catorib' cō-
 fugiendum.

DILUCIDATIO IN

Esaia Caput vigesimum.



Nanno quo ingressus &c. a)

Caput hoc est auctarium capi. 18. & 19. illis nanque quædam omiffa addit: vt

dilucidior fit prophetia aduersum AEgyptios, & AEthiopas. Et quanquam illorum iam calamitatem, & deuastationem, verbis satis Esaia egerat, qd̄ verbis tñ hactenus egit, nūc signis confirmat, se nudans propheta, & excalceans: vt nuditatem, & ignominiam, AEgyptiorum, & AEthiopū, quā sub captiuitate erant passuri oculis subijciat.

Etenim apud rudes, & imperitos, non verbis

tam agendum est, quam signis, & sensibilibus demonstrationibus. Sunt qui putant. Esaiam non nudum fuisse aut excalceatū ambulasse, quia in honestam ducunt huiusmodi ambulationem: quidquod itemmate splendebat regio, & cognatione regis Manassæ gaudebat? Etenim vt Glossa refert filia Esaia nuptui tradita est regi Manassæ, vnde horum placitum est hæc quæ hoc capi. gesta nuditatis & discalceationis narrantur per visionem accidisse Esaia. At hoc Hebræorum placitum figmentum esse puto. Etenim vt erat nuditas Esaia signum & portentum venturæ captiuitatis AEgyptiorum, si visione

tantum imaginaria acciderunt? Esaia nanque huiusmodi visione non egebat, qui iam satis sibi harum nationum, quas diximus clades compertas (Dei spiritu docente) habebat: neque indecens erat, etiam si socer regis erat, sic nudum, & sine

calceamenta tua tolle de pedibus tuis. Et fecit sic vadens nudus & discalceatus. Et dixit Dominus, Sicut ambulauit seruus meus Isaias nudus, & discalceatus, trium annorum signū & portentum erit super AEgyptum^b, & super AEthiopiam: sic

Esaia triennio corpore, & pedibus nudus incessit, aut triennem AEgyptiacam meriam demonstrat futuram. ¶ *Trium* (ait) *annorum signum & portentum erit super AEgyptum.*^b) Est autem inter signum, & portentum discriminis aliquid. Signum enim in omnia significantia sese diffundit: at vero portentum, signum est supra communem naturæ cursum, vel insolitum hominum ordinem: quale est hoc quod Dominus Esaia nunc iniungit. Solue saccum de lumbis tuis, & tolle calceamentum de pedibus tuis. Si quidem inconusuetum est & abhorrens ab humano more, hominem illustrem, & tam ge-

calceis ingredi putandum est, siquidem diuinis parere iussis quis inhonestū, aut turpe esse nisi demens ducet? Si Esaia se se proprio ductus arbitrio nudasset, & pedibus quoque nudis incessisset, forsitan illi turpitudini daret: at Deo præcipiente nulla turpitudine. Ambigua tamen lectio est, neque palam docet si

Nulla turpitudine est parere diuinis iussis.

Signum, & portentum differunt.

Rudes magis signis quam verbis suadentur.

Filia Esaia tradita est nuptui Manassæ regi.

nere regio quam prophetæ dono insignem, nudum incedere. Aduertendum autem, ex libro 4. Regum capit. 18. trium ducum Assyriacæ militiæ inibi denarratorum, primumque Thartan, cuius nunc

Esaias mentio-

nem facit esse, recensitum. Sar

gon autem ip-

Senacherib binomius: nam dictus est etiā Sar- gon & is est qui Salmanasar, Eusebio est.

se est Senache-

rib rex Assyrio-

rum, qui bino-

mius fuit, imò,

vt Eusebius in-

quit libro de tē-

poribus, etiam

Salmanasar ap-

pellatus. Et si i-

stud Eusebij pla-

citum non fir-

mam habere iu-

dico veritatem.

Nam apud To-

biā legimus ca-

pit. primo. Senacherib filium esse Salma-

nasar, non ipsum Salmanasar. Hic enim

Israelem transtulit in Medos, sub qua ca-

ptiuitate Tobias quoque translatus est.

At Senacherib regno potitus, obsessum

venit Hierosolymam, Esaiæ. 38. Est au-

tem huius prophetici capitis scopus, cer-

tissimam captiuitatem AEgyptiorum, &

AEthiopum, Iudæis facere signo visibi-

li, nuditatis ostenso. Etiam si re exacte li-

brata, non nuditatem absolutam præci-

pit Dominus Esaiæ hoc loco, sed vt sol-

uat faccum de lumbis suis, & calceos tol-

lat suos, vt Iudæi visibiliter illum spectan-

tes, certa fide tenerent AEgyptios ducen-

dos captiuos, ab Assyrijs. Vnde spem suā

in AEgyptijs non esse collocandam cer-

to existimarent, vt ventura declinarent

malis: sed potius in Deo viuo admonet ta-

cite spem esse reponendam. Hoc est er-

go, quod ait, Et dicet habitator insulæ hu-

ius, Iudæos subaudiens, qui Iudæam ha-

minabit rex Af-

syriorum capti-

uitatem AEgy-

pti, & transmi-

grationem AE-

thiopiæ iuuenem

& senem, nu-

dam & discalcea-

tam discooper-

tis natibus igno-

miniam AEgy-

pti. Et timebunt,

& confunden-

tur.

Id est, quando viderint AEgyptios oppres-

fos ab Assyrijs, dicent Hierosolymitæ,

hæc nē gens AEgyptiaca est, cui nos fi-

debamus: cuius freti præsidijs recalcitra-

re ausi sumus Assyrijs? Confusos, & pu-

defectos, ergo

prædicat futu-

ros Iudæos, qui

ad inane se se cō-

tulerunt auxi-

liū, diuina sper-

nentes præsidia.

Id qđ vtinā nos

ipsi attenda con-

sideratione ex-

penderemus, vt

humanis non tā

fideremus, quā

fidimus p̄sidijs.

Nā plurimi ita

pendent ab hu-

manis fauori-

bus, vt illis subla-

tis, Deum adiu-

torem sibi fore prorsus desperent: vnde

ad diuina petenda suffragia non excitantur,

sed ad inania totos se conferunt cum

consultius fecissent diuina primum expe-

tere. In totam discurre scripturam, quam

si aduertenter legeris, palam te docebit,

Deum hoc nomine maximē cum homi-

nis expostulare, quod tribulationibus

diuexati, non se se committant diuinæ

clementiæ, quæ nouit homines de me-

dijs calamitatibus eripere: & istis spretis

ad humana confugiant præsidia, quæ non

solum infirma, quin & fallentia non ra-

ro sunt: præsertim si fideles quales id tem-

poris Iudæi erant, infidelibus se protegen-

dos credant. Id quod nostra ætate pro-

dolor ipsi vidimus fideles, ab infidelibus,

contra fideles bellicos fauores quærere.

Non quod humana quærere subsidia, su-

peruacuum sit (illa enim quærenda sunt,

ne Dominum tentemus) at illis quæsi-

tis nemo putet ab illis totam hominis sa-

lutem pendere. Imò à Deo viuo, cun-

ctā pen-

derent.

Id est, quando viderint AEgyptios oppres-

fos ab Assyrijs, dicent Hierosolymitæ,

hæc nē gens AEgyptiaca est, cui nos fi-

debamus: cuius freti præsidijs recalcitra-

re ausi sumus Assyrijs? Confusos, & pu-

defectos, ergo

prædicat futu-

ros Iudæos, qui

ad inane se se cō-

tulerunt auxi-

liū, diuina sper-

nentes præsidia.

Id qđ vtinā nos

ipsi attenda con-

sideratione ex-

penderemus, vt

humanis non tā

fideremus, quā

fidimus p̄sidijs.

Nā plurimi ita

pendent ab hu-

manis fauori-

bus, vt illis subla-

tis, Deum adiu-

torem sibi fore prorsus desperent: vnde

ad diuina petenda suffragia non excitantur,

sed ad inania totos se conferunt cum

Expōstula-
tio grauiſſi-
ma Dei cum
hominibus
hæc est, qđ
in tribula-
tiōibus suis
ad diuinas
protectionē
non se con-
ferant.

Sta pendent, qui secundum sui infallibilis consilij placitum, vniuersa disponit suauiter. Et Iudæis hoc in primis vitio vertendum est, quibus in comperto erat, si fidem Dei sincere colerent, paratissima habere suorum malorum in Deo præsidia, & nihilominus ad exteras gentes auxilia petitori se conferebant. Vocat porro Iudæam infulam, quia ab occasu quidem mari Mediterraneo cingitur, a meridie autem stagno Genesareth. Aut quia Iudæa intercipitur inter mare Mediterraneum, & mare Mortuum. Hinc colligas si priora bene considerasti, prophetiam non solum verbis, sed signis quoque con-

tineri. Hæc namque quæ hoc loco legimus signa, & portenta, prophetica erant. Nanque nuditas, & calceamentorum ex calceatio, captiuitatis Aegyptiacæ signum propheticum exhibetur. Captiuorum namque hoc est & nudos vestibus, & calceis commigrare, & apud Hieremiam capitulo 13, aliud delumbari lineo legimus signum propheticum, & sæpe alibi vt de Olee, qui dilexit fornicariam capitulo 3, quæ mulier signo erat Iudæis dominum illos dilexisse, etiam si fornicarios, id est, adolorum fuissent cultores. Quam mulierem non vxorem, sed amantissimam textus exprimit fuisse: id quod imaginatum exiisse nonnulli rentur.

Prophetia non solum in verbis est quin etiam insignis.

Idem in Olee capitulo 3, ibi notat in libro 1.

DE SENSIBVS TROPOLOGICIS ad Caput vigesimum Appendix.

TROPOLOGICA declamatio vnica, De qualitate predicatorum, cuius prothema est. Solue saccum de lumbis tuis, & calceamenta tua tolle de pedibus tuis. Esa. 20.



MAGNAM HVIC capiti nolo inferere tropologiam: satis sit indicasse Esaïam nudum, & ex calceatum, Aegyptiorum & Aethiopum non vulgarem imò acerbissimam prædixisse cladem. Id quod non obscure admonet quales oporteat esse declamatores diuini verbi, qui cladem non Aegyptiorum aut Aethiopum solum, sed illam sempiternam omnium hominum carnalium futuram pronunciat, qui ex Esaïæ typo nudos oportere esse, & discalceatos tacite admonentur, nempe vt mortalitatis saccum soluant. Id est, vt seculares affectus exuant & corporis desideria nudent, vt

terrenis resectis desiderijs purius luceant in domo Dei. Id quod Paulus sibi optans gemens clamabat, Infelix ego homo, quis me liberabit à corpore mortis huius? Ecce tibi quod est exuendum vestimentum, corpus videlicet mortis huius. At ais, Vt exuetur nisi absoluendo vitam? Sanè etiam morte carnis non intercedente, hac nuditate affectionum secularium potiri possumus. Est enim mystica quædam & acerbissima mors, quando carnis desideria comprimuntur. Cuius Paulus ad Romanos, capitulo 6. fecit mentionem. Si autem, ait, mortui sumus cum Christo, credimus quia etiam simul viuemus cum Christo. Vitam igitur veterem, & culpabilem, deponentes, & in nouitate vitæ spiritualis

Ad Rom. 7.

Prædicatores oportet nudos & discalceatos esse mysticè

Ad Rom. 6.

quæ labe peccati non est cōtaminata) ambulantes, istud est soluere saccum de lumbis nostris, non carnis, sed mentis. At non ineptiet, qui sciscitabitur; ecquid dominus? Solue, ait, saccum de lumbis tuis, siquidē alibi præcingendos monet lumbos nostros. Sint (inquit) lumbi vestri præcincti, & lucternæ ardentes in manibus vestris. Lucæ. 12. & Iob. 40. Accinge ait, sicut vir lumbos tuos. Et apud Matth. cap. 3. & Mar. cap. 1. legimus domini præcursores, lumbos zona pellicea cinxisse, & Paulus istis concinens, Stare (ait Ephesijs) succincti lumbos. cap. 6. Qui enim discincti sunt, fluxæ & lalacis vitæ amatores subindicantur esse. Porro autem si pedes nudandos calceamētis iussisset duntaxat, peruium nobis utiq; fuisset, nudandos nos a terrenis affectibus esse: qui non ineptē in calceamentorum typo designatur. Quippe ex pellibus mortuorum animalium calceamenta confici clarē videmus. Quare & ipse dominus calceatum Mosem a rubo arcet, in quo diuina gloria ostendebat, Diuina enim gloria morticinia nostrarum cogitationum non amat: sed ut illi nostra cogitatio, exutis vitiōrum morticinijs viuat affectat. Ad hæc angelus Iosue visus, idem iniungit, ut calceamenta tollat. At vero quod lumbi discingantur, non promptam habet intelligentiam, quid est inquam quod hæc iussio velit? Quibus accedit, quod rem hanc difficiliorem facit austeritatis symbolum esse in scriptura. Nam. 3. Regū. 20. Syri sub Benadad miserabiliter pressi ab Israelitis, de remedio opportuno tantū excogitantes mali, ut clementiam regis Israel inirent, lumbos cingunt saccis, & capita redimētes funiculis veniam impetraturi accesserūt. Quid ergo? num ex Esaiæ gestio prædicatores, ut austeritatem vitæ soluant admonentur? Verum austeritatem vitæ non soluendam, sed amplectendā, ille eximius euangelij præco magnificis docebat verbis. Castigo, ait, corpus meum, & inferuitutem redigo, ne cum alijs prædicauerim, ipse reprobis efficiar. Et ut Aristot. 6.

Ethico. tradidit maiorem fidem opera faciunt, quam verba. Nam qui fecerit, & docuerit hic magnus erit in regno cœlorū. Matth. 5. Doctoribus ergo euangelicę veritatis, quibus id muneris est Aegyptijs, & AEthiopicis, id est carnalibus, & mundanis hominibus, imminentem Satanæ captiuitatem æternam, denuntiare: & a fallacibus vitæ huius nugamentis deliciarum, ad veras vitæ æternæ transferre delicias, non soluendus est saccus de lumbis: imò illis strictissimè alligandus. Cur ergo ait Esaiæ dominus, Solue saccum de lumbis tuis? Porro autē est saccus fallax, qui sæpe induitur a doctoribus quibusdam, ut mentiantur, ut imponant, simplicibus, qui non in synceritate veritatis plebes docent, sed in hypochrisi, habentes cautherizatam conscientiam. Vnde horum supplicium Zacharias cap. 13. notans aiebat, Confundentur, ait, prophetae, vnusquisq; ex visione sua cum prophetauerint, nec operietur pallio sacco, ut mentiantur. Austeritatis nanq; & asperitatis opera, si ad hypocrisim, si ad mentiendam sanctimoniam exerceantur soluenda sanè sunt. Deo nanq; ingrata sunt. Esaiam lege. c. 58. quo loco illa, quæ macerat humanū corpus, psequitur: qualia sunt rigidum ex pane & aqua ieiunium, affligere per diem animam suam flagellis, peregrinationibus, saccis indui, & cineribus cōspargere caput, id quod in lamenti symbolū in vsu habebat antiquitas, & hoc genus alia, quæ dominus se non amare, neq; eligere, per prophetam nos docet. Cur ita? Quia qui carnē ieiunantē ferūt, at mentē vitijs saturā, qui se saccos exterius induūt & spinosas ostentant vestes, cæterū voluptatū interius sunt amatores perditissimi, & qui cineres spargunt capitibus suis, at mente sunt elatissimi, & demum qui hæc omnia præstāt pharisaico supercilio duntaxat fouendo, & augendo, ut deuorent domos viduarū, ut ducant mulierculas captiuas oneratas peccatis, ut sibi deniq; aprior fallētijs, & fratrum iniurijs perpetrādis, pateat locus, deo dubio, pcul infesti sunt.

Vtique

Qui lumbi
sunt nudan
di & qui præ
cingendi.

Exod. 3.

Iosue. 5.

1. Ad Cor. 9.

Saccus
sui
prædicato
ribus qualis
induendus

1. Ad Ti. 4.

Saccus hypo
critarū sol
uendus.

Lucæ. 10.
2. Ad Ti. 3.

Vtique hunc faccū soluendum esse iubet dominus. Est enim faccus fictus faccus hic & cætera deceptoriam ornamenta puta esse diabolica. Satanas enim faccum eūdem induit Paulo admonēte angelum Satanae se in angelum transformare lucis. Saccus nanque hic, & cætera, quæ dicebamus lucis videbantur vestimenta: quæ tamen tenebrarum princeps sibi aptat, & induit, vt fallacem suam tegat artē, instar sophistarum, qui sub figura syllogistica & modo colligere videntur, à qua tamen longissime absunt. Sed quid est, quod Satanas sese transfert in angelum lucis. Nempe quod illi familiares & domestici pietatem promittunt, & virtutem eius abnegant: quod rursum, vt apertius dixerim, sub faccinis operimentis, opera faccis indigna in tenebris exercent. Huiusmodi igitur fallax, & mendax faccus exuendus est, de lumbis nostris tollendus: hunc denique si veros nos exhibere doctores cupimus soluam⁹ est necesse. Talis est hæreticorum faccus, quem intentissimis neruis proculcare ne dum exuere oportebit. Etenim qui nō docet quæ Romana ecclesia docet, & docuit, imò qui Romanæ ecclesie documenta de docet, faccis operiatur quā libuerit rigidissimis, & rursum maceratiōibus incredibilibus affligat, tumihi crede, ne credas faccū hunc Dei esse faccū, sed diabolicum faccum: hunc faccum solue, quia mendax faccus est. Est item & mendax faccus falsa pœnitentia. Qui enim lachrymis suffusi, restibusque cincti, & asperrimis induti vestibus, mentem non mutant, & à malitia non lauāt corda sua faccus etiā horū inutilis est. Ideo hic quoque soluendus faccus est de lumbis nostris: quia scindenda docuit Dei spiritus corda non vestimenta. Corda mutanda sunt mutandusque est peccati animus, vt seruiamus deo viuenti. At vestes mutare, & saccos induere, & nudos ingredi, vt Esaias, illud nō est necessariū, imò nonnunquam superstitiosum, aut elationis est singularis nota non exigua. Dominus enim vitio dedit Phariseis affectan-

tibus huiusmodi vestium singularitatem. Magnificant (ait) fimbrias suas, & dilatant philacteria sua, id quod nō ad dei cultū spectabat, sed vt vanam populi auram captarent. Sat sit cuius seruare illum cultū vestium, qui neque nouitatis sit singularitate notandus, neque proprio ferentis statui vt ineptus sit damnandus, Sed vt Arist. aiebat loquendum esse cum multis, sentiendum cum paucis: ita vestiendum esse cum multis iudico, at contemnenda vniuersa vivilia bona esse cum paucis sentio. Non enim esca aut potus, aut indumenta nos Deo commendant, sed probata virtus. At verò quibus incumbit vestium genus, vt monachis, qui habēt ex religionis præferito genere quodam vestium vti, illo vti, religionis est, quod negligere esset procacitatis, & apostasie nota. Cæteris Augustini seruandum est decretum in lib. de Doctrina. Christ. Singulares & præter communem hominū eiusdem conditionis vsum vti vestibus, aut superstitionis esse, aut elationis ex amata singularitate. Et vt de faccis dictū est, de calceamentis itidē dicēdū. Sunt enim calceamenta quædam calcian-da alia vero excalcian-da: audi Paulū Ephesius scribentem. Calciati (ait) pedes in præparationem euāgelij pacis. Hæc enim calceamenta sunt quæ pulcherrimos reddūt fidelium pedes, quales illi erant, de quibus aiebat ille, Quam pulchri sunt gressus tui filia principis in calceamentis. Tunc autē hæc induimus calceamenta, quādo voce Esaiæ admoniti paramus domino viā nostram, & rectas facimus semitas eius. Is autē domino viam parat, qui gesta ante acta corrupta, & perniciofa dānans resipiscere animo instituit, & Dei perditam inire gratiā, quo ad licet contēdit. Istud sanē est calciare pedes, secundū præparationē euāgelij pacis, quā, vt nobis cū Deo cōciliemus, euāgelium clamat, Pœnitentiā agite: appropinquauit. n. regnū coelorum Matth. 3. & Nisi pœnitentiā habueritis, oēs simul peribitis, Luc. 13. O pulcherrimā pedū nŕorum id est affectuū præparationem, quæ pulcherrimos

1. ad Cor. 13

Diabolus sophista est.

2. ad Ti. 3.

Saccus hereticorum solvendus.

1. ad Cor. 13

1. ad Cor. 13

Matth. 15.

Cultus vestium qualis obferuandus.

Ad Ro. 14.

1. ad Cor. 8

Qui sunt calcei mystici. Ad Ephe. 6.

Cant. 7

Esaiæ. 40. Mar. 1.

Quid est parare domino viam.

rimos nostros simulque rectissimos ad vi-
tam capeffendam æternam gressus facit.
Si pulchri sunt pedes euangelizantium pa-
cem cum Deo renouandam, esse, quanto
Ad Ro. 10. pulchriores pedes eorum, qui euangeliza-
ta pace fruuntur? Hæc calceamēta firmū
i. Ad Cor. ii. præstant gressum, ne cum hoc mundo dā-
Matth. 7 nemur. Via nanque cœlestis ardua est, sen-
tiosa est, lapidosa est: si nudis gradiaris pe-
dibus, cruore perfunderis spinarum pun-
ctus aculeis: ideo fieri non poterit, vt pro-
spero incedas ingressu, at retrocedendum
tibi erit. Hæc igitur tibi calceamenta sunt
paranda, vt nulla seculi occasio, nullæ de-
licię, nulla aduersa infaustum faciant iter
tuum. At verò sunt alia mundana calcea-
menta, vt profanę diuitiæ, seculares amici-
tiæ, potentia, & id genus, quibus ornati ho-
mines tuta sibi putant omnia esse. At hæc
mundana calceamenta dominus deponē-
da esse iussit apostolis Matth. 10. Quibus
ad prædicandum legatis, neque sacculum,
neq; peram, neque calceamenta permisit:
vt neq; Mofi accessuro ad rubū diuina cla-
ritate coruscantē concessit. Ecquid ita ob-

secro? num calceati pedes obstaculo futu-
ri erant Mosaicæ menti, ne diuina docere-
tur? aut apostolis euangelio annuntiando
oppedire poterant calceatos ingredi? non
arbitror. At eò factum censeo, quò docto-
res qui à Deo cœlestis vitæ assequendæ
populis traduntur ab humanis affectibus,
& ab operibus mortuis nudatos prorsus
diuinus sermo esse admoneret. En tibi si
aduertisti qui sacci sint nudandi, qui verò
vestiendi, quæ calceamenta induēda, quæ
verò reponenda, aut deponenda. Saccum
igitur dominus soluendum iubet Esaiæ,
& calceamēta tollenda, vt nudus, & excal-
ciatus incedat. At Paulus posteriore ad
Cori. cap. 5. vestitos nos & non nudos, ef-
se vult. Sed quid Esaias & Paulus inuicem
dissident? neutiquam, at Esaias profanis
nos suo exemplo nudat. Paulus vero cœ-
lestibus nos induere satagit. Nam vesti-
menta hæc, quæ Paulus amat innocentię
sunt, & sanctitatis, quibus nos indutos esse
est necesse, vt habitationem cœlestem su-
per induamus, quam ipse huius habitatio-
nis ædificator Deus nobis donare dignē.

Esaias nos
nudat Paulus
nos vestit.

Mūdani cal-
cei sunt ex
calciandi.

DILVCIDATIO IN Esaiæ Caput vigesimum primum.

Babylonica
inculcatur
rursus ca-
ptiuitas.



QUVS DESERTI MA-
ris. a) Huius cap. contextus
satis indicat auctarium quo
que esse, ad cap. 13. & 14.
Hoc enim loco Babyloni-
cam inculcat rursus captiuitatem & de-
uastationem à
Medis, & Per-
sis. At verò inuo-
lutis satis proce-
dit sententijs: a-
deò vt interpre-
tes cum Hiero-
nymo ad tropologiam totum referant hi-
storię filo post habito. Appellatur autem
Babylon desertum mare: mare sanè, quia

aquæ multæ sunt populi multi. Erat autē
Babylon multarum gentium confluxu, vt
mare exundans: at desertum idcirco no-
minata est, quia deserenda prædicitur, cō-
suetæ prophetarum phrasi, futura sub præ-
teriti voce significare. Alij verò vt Nico-
laus neque ingre-
sso veni, de præper mare Eu-
terra horribili. phratem gran-
Visio dura nun- dem fluuium in-
tiata est mihi: tellectū volunt,
quem & Medi
& Perse arcibus
quibusdam machinatis, trans miserunt, Ba-
bylonios debellaturi. ¶ Sicut turbines. b) Aphricum ventum Arist. 2. Mete. cap. 6.

Cōsuetæ p-
phetarum
phrasis.

Aphricus vē-
tus qualis
qualis cœ-
ciatus ventus.

tur-

aliter, quam cū

eisdem quoque

nium lusorium f

rus, conuiuiū inf

fus. Babylonios e

da: comeder

turosBabylonio

cende AElam. b)

terca.c) Ambigu

2.3.3. $\text{sing}(C)$

**Sillessis in
scriptura.**

Vide cap.
6.dilu.

impudentia
sacrilega.

locus, si ad Esaiam sint referenda verba hæc, qui condolens Babylonis præclarissimæ vrbis excidio, exima vtens exaggeratione dolorem suum manifestat. An potius Balthasari hæc aptanda veniunt, cuius personam

Esaias induens lamenta hæc miserabilia profertur. Balthasar enim Chaldeus princeps, in summis delicijs intercedendum agens, e regione scripturam sui excidij vaticinium vidit: & eius inter

& bibentes surgite principes, arripite clypeum. Hæc enim dixit mihi Dominus, Vade, & pone speculatore. & quodcunque viderit, annun-

Chaldei principis cõuiuas, quos vates monet ut surgat, & arripiat gladios, ut Balthasar a Chaldeo imperio deiiciat, & Babylonē sibi subijciat. At vero hoc ex scripturis autenticū esse nō habemus: quāquā pro-

tiet. Et Vidit currum duorum bequitum, ascensorem asini, & ascensorem camelī: & contemplatus est diligenter multo intuitu.

babilis esse veritatis nemo diffitebitur. Quippe tā inopinata Balthasaris interfectio, a suorum coniuratione aduersus eum profecta videtur; et transiliteat qui nam isti conspiratores fuerint, in tāti principis repentinā & in-

speratā necē. Propheticus tamē sermo ad hoc non vtget asserendum: imō vt dicebā ironicōs legenda sunt verba illa, Pone mensam: præsertim si legamus (vt quidam legit) Pone mensam, contemplare in specula, comedere & bibere. Nam stoliditatem Balthasaris Propheta insinuare volens, hac ironia vtitur, Epulare videlicet, otia agere, qui Dei numē offensum habes, qui tibi securitatē ab imminētibus malis temerē polliceris. Aduerte interim hūc prophetā, amplificationē habere ornatissimas qualē hæc esse cernis, aduersus Balthasarē. Si citra ironiā hæc legant, hic sensus verbis Esaię reddēdus est, Mēsis instructis regijs, & cõuiuiū adornatibus & epulis vacādo speculator hostes ab specula diligenter obseruabat, si aduētabāt, quos aduētassee renūtiās, principes ad arma arripiēda hortat. Lectio Hebræa legit vngite clypeos. i. a rubigine tergite clypeos: quō splēdidiores reddant. Vnctio injs. n. est gra splēdidiora facere. ¶ Hæc. n. a) Subaudi Balthasari dicto, vt speculatores ponat. Mos enim bellicus est, vt ingruentibus bellis vltro citroque speculatores in speculis collocentur, hostes aduētates spectaturi. Et quod sequitur. ¶ Vidit currū duorum. i. Id est paris equitum, & vidit currū asini

Ironia in scriptura.

Esaias amplificationē habet ornatissimas.

Danie, c. 5. præterationem a Daniele audiuit: conturbatusque est vehementer, & doloribus vultu parituriens corripitur. Mulier enim dum parit, tristitiam habet. Et veluti ludibrio & ioco se agens propheta ait, Pone mensam, quasi dicat, Vaca si lubet o Balthasar delicijs, suam intercedam, & epulare: & vos iidem Babylonij principes agite nunc in delicijs vestris, & vltulate in miserijs, quę vobis iam iam ingruūt. Contemplemini speculam: arripite oculos in scripturam parietis adscriptam, & surgite a mensis in quibus deliciamini, arripite gladios, si forte grassantes hostes propulsare poteritis. Balthasaris verba sunt ad principes cõuiuas. Abite in speculam, & aduertite quænam est hæc, quam formidamus hostiū tempestas, & vt hæc perspicua habeas lege Daniele cap. 5. Dictio Hebræica, harada, quam nostra vertit editio miraculum, stuporē Hebræis sonat. Et sensus est, Peruius Babylon dilecta mea (quæ imperij Chaldaici vertex erat, ideo plurimum dilecta a Chaldeis monarchis) versa est in stuporem: quia casus repentini semper stupori vehementi hominibus sunt. Comedentes principes, & bibentes Cirum, & Darium credunt quidam fuisse

Lugubris ratio Esaię ad Balthasara cõuolliens

Harada.

q. 2. 2. 1. 2

Cirus & Darius Balthasari cõiung

asini, & currum cameli, videlicet currus, qui vehabantur asinis, & currus, qui vehabantur camelis, in quibus erant præparamenta belli faciendi. ¶ *Et clamaui ut leo.* a) Ut, redundat, sed legere oportet.

¶ *Clamauit leo.*

Darius rex Medorum.

Per leonem Darium regem Medorum subaudit.

Clamabat ergo speculator Darium in ianuis esse obsessurum Babylonem. Danielis. 5. Hic ergo est speculator, cuius verba sunt quæ

sequuntur. ¶ *Super speculam domini ego sum.* At (domini. b) Non refertur ad Deum, sed ad Balthasarem, cuius iussu speculator speculam tenebat. Nam dictio

Adonai dominos etiam alios a Deo significat.

Hebraica, Adonai, (quæ hoc legitur loco) etiam ad dominos particulares nonnunquam refertur, seque perpetuam habere speculationem, iugiterque excubias agere consequente sermone significat. Vtraque glossa longè diverso tramite locum hunc dilucidat. Refert enim verba ad Esaiam, etiam si subtertia persona sint prolata. Prophetæ nanque in scripturis speculatores vocantur Ezechielis. 3. Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel. Vade ergo pone speculatorem, idest, te ipsum ad speculandum constitue: & quidquid in specula videris, idest, per visionem propheticam assequutus fueris pronuntia. Est enim visio prophetica, ceu super

Propheta est speculator.

Visio prophetica specula est.

naturalis quædam specula. Vidit autem currum duorum equitum, ascensorem asini, & ascensorem cameli, idest, Darium iunctis exercitibus Medorum & Persarum, venire expugnaturum Babylonem: & ascensores asinorum gregarios milites, & ascensores camelorum, Primipilos primariosve duces denotat. Asinus enim

vile animal & exigui sumptus, at camelus maioris pretij est: vnde & ascensorem cameli Cirum Medorum regem, ut asini ascensorem Darium, Persarum principem Liranus voluit esse. Regnum nanque

iste venit ascensor vir bigæ equitum, & respondit, & dixit, Cecidit, cecidit Babylon & omnia sculptibilia Deorum eius contrita sunt iteriã.

leonem, scilicet, exercitum Medorum & Persarum in prospectu esse, atque in procinctu: qui tanquam leo ferociens coneriturus erat Babylonica ossa. Et quanquam de Babylonico speculatore mentionem fecerat, se domini speculatorem longè certiorum esse se proficitur dicens. ¶ *Super Speculam domini ego sum.* Qui noctu interdiumque, speculari se tradit. Etenim prophetæ non solum diurnas, quin etiam, & nocturnas visiones sæpè habent. Fuit autem visio prophetica hæc, quæ sequitur. Ecce iste venit ascensor vir bigæ equitum: numerus singularis pro plurali, idest, viros ascensores bigarum militaresque copias significans. ¶ *Et respondit & dixit, cecidit, cecidit Babylon.* c.) Diximus suprà verbum respondendi familiare esse scripturis, non solum enim ad interrogata, sed ad ea quæ poterant interrogari, usurpatur. Hoc igitur loco, respondit, nullam sequitur interrogationem: verum à militibus opportunè quæri poterat si exacta militia victoriam reportauerunt. Cui interrogationi (quæ opportuna erat) respondent, & dicunt milites, Persarum, & Medorum, cecidit cecidit Babylon, idest, Babylonem subegimus.

Persarum humilior erat regno Medorum. Et cætera, quæ sequuntur Esaiæ sunt aptanda, idest. ¶ *Clamauit leo, super speculam domini ego sum.* Quasi Esaias dixerit id, quod ex visione acceperat

Prophetæ non solum nocturnas sed etiam diurnas habebat visiones.

Respondere in scriptura quidam

¶ *Trinitas*

¶ *Tritura mea & filia areæ meæ.* a) Biblia Hispaniensia filij areæ meæ legunt, in exēplaribus alijs latinis filius areæ meæ, & verba sunt Esaiæ mala Babylonica deflentis & Babylonem trituran suam vocat, & Babylonicos filios areæ suæ. Quia illos terendos, & calcandos à Perfis, & Medis, tanquam frumenta pronunciat. Certos illos faciens de venturis malis: quippe quæ

Tritura mea & filia areæ meæ:^a quæ audiui à Domino exercituū Deo Israel, annuntiaui vobis.

à Domino per ipsum prædicta sunt. Alij vero ad Hierusalem prophetica hæc ducunt verba, quam vocat Esaias trituran suam. Quia multis calamitatibus veluti triturationibus expurgati sunt Iudæi: & filiam areæ suæ ob eandem causam. Et quia templum Salomonicum in area Ierusalē constructum est. 2. Reg. 24. Hebraicè tamen non legimus filiam, sed ben, id est, filius. Id quod referri potest ad Balthasarem Chaldæum principem, qui trituranus erat & neci tradendus, autore Dario. ¶ *Onus Duma.* b) Huius loci non simplicè esse lectionem, Hieronymus indicat. Est enim altera hæc, onus Duma, Deus meus clamat ad me de Seir. Altera vero est onus Duma clamat ad me, ex Seir, & tota varietas est si legitur Elai, aut Eli Septuaginta interpretes verterunt verbum idumæ ad me clamat, de Seir. Per Duma Idumæos interpretantes, qui ab Esau genus ducunt: qui dictus est Edon, & montis Seir, fuit habitator. Lege historiam Geneseos. capi. 25. & 36. isti igitur Idumæi suam quoque calamitatem experti sunt: qui post Hierosolymorum ruinam, à Nabuchodonosor euerfi sunt. Qui cernentes Hierosolymitas, de captiuitatis postliminio cum gloria reuersos, propter generis affinitatem cum Iudæis præsidia quoque diuina implorauerunt, & iuxta hoc vaticinium Esaiæ clamauerunt ad dominum, vt ad pristina

restitueretur libertatem, hoc est quod ait.

¶ *Onus Duma clamat ad me.* Capitur autē hic onus, pro oneratis ipsis, id est, pro Idumæis aduersum quos prophetica visio Esaiæ dirigebarur. Exauditos autem

Onus pro oneratis in scriptura, vt creatio p. recreata,

Onus Duma^b ad me clamat Seir, Custos quid de nocte? Custos quid de nocte?^c Dixit custos, Ve

Idumæos, vt à calamitate leuantur non legimus. Seir autem est mons altissimus, quem incolabant Idumæi. Quamquam non vnum tantum sed plures esse Ge-

ne. histo. docet. cap. 14. Porro contra Idumæos extat quoque Abdiæ prophetia. Qui euerendi prædicuntur, quia inimicitias gesserunt cum Iudæis: quibus origine erant iuncti. Etenim Idumæi ab Esau vt diximus originem duxerunt: vt Israelitæ à Iacob fratre Esau, qui odio commotus est in fratrem suum Iacob: propter primogenita. Quod itidem odium posterius sui Idumæi, imitati sunt: quapropter & Abdiæ illos funditus perituros prædixit: vt Esaias modo. Vnde quod sequitur. ¶ *Custos quid de nocte? Custos quid de nocte?* c) Non euasuros cladem & captiuitatem significat. Quasi clarius dixisset, o Idumæi, qui solertissimi estis in parandis speculis, & speculatoribus, & noctes insomnes agitis, vt hostiles insidias deprehendatis, atque in huiusmodi custodijs vestræ gentis, & dies & noctes alternantur, inani labore vos consumitis: hæc enim (quam diximus) cassa erit custodia: clamorque ad Deum superuacuus. Quia Deum, ad quem preces & clamores porrigitis non creditis. Me igitur accipite consilium, & si Deum queritis, vero animo querite: veroque animo ad ipsum conuertimini: & tunc demum diuina misericordia fruemini. De Ismaelitis alij intellecta hæc volunt: quorum regio ab incolis montis Seir euerfa est Ismaelitæ vero à filio Agar Ismaele, & ab Ismaelhelis filio vocato Duma, genus ducentes,

Gene. 27.
Gene. 25.

Gene. 25.
Deut. 2.

Genes. 25.
Genes. 21.

Duma

Ismaelitæ ap-
pellati Du-
ma.

Duma appellantur, onus igitur Duma idest. Ismaelitarum & quod sequitur. ¶ *Ad me clamat.*) Non iugendum est cum priori: ut dudum iungebam in expositione præta-cta, sed per se legendum est, post punctum adiectum

ad Duma, ut sint verba Esaiæ hæc quæ sequuntur.

¶ *Ad me clamat ex Seir.*) Idest mihi videor audire dicentem aliquem vel clamantem ex Seir, & quod dicebat erat hoc. ¶ *Custos quid de nocte?*) Idest quid hac nocte audi- uistis o vigilantes?

audiuistis nestre pitum hostium aduentantium? Sed siue mane, siue nocte, hæc studiose quærat operam perditis, & oleum: quia hostiles ma-

nus non euaditis. Istud est quod inquit venit mane, & nox. ¶ *Si queritis querite, conuertimini, & venite.*) Idest circumite quātū uoletis, o Ismaelitæ quia proderit uobis nihil. Cōiunctio, & hoc loco superflua est, legendum enim est. ¶ *Conuertimini venite.*) Quæ sunt verba custodis eua-

sionem desperantis. ¶ *Onus in Arabia.*) Arabes ad orientalem plagam Iudæorum siti sunt, aduersum quos Prophetia hæc scripta est. Cuius oneris hæc causa extitit, quod fugientes Iudæos, & dispersos sub Nabuchdonosor, temporalibus subsidijs non fouerunt illos Arabes: nam famelicis, & sitibundis, panem, & aquam, non porrexerunt. Arabes itidem & Cedareni appellantur. Cedar enim Is-

maelis fuit filius. Gene. 25. à quo Arabes descendunt qui etiam & Saraceni, & Agareni cognominantur à Sara domina, Abrahæ coniuge & ab Agar eiusdem ancilla. ¶ *In saltu ad uesperam dormietis in*

femitis. Doda-
tis, à facie arcus
extenti, à facie
grauis prælij:
quoniam hæc di-
cit Dominus ad
me, Adhuc in
vno anno^d, qua-
si in anno mer-
cenarij, & aufe-
retur omnis glo-
ria Cedar. Et re-
liquiæ numeri
sagittariorū for-
tium de filijs Ce-
dar imminuen-
tur: Dominus
em̄ Deus Israel
locutus est.

regionem The-
mam verterunt, & in idem recidit, cum
translatione nostra. Nam Themam He-
bræis est Auster, ventus meridionalis. Po-
test autem & locus hic referri ad Arabum
dispersionem, in occursum sitientis Ara-
bis ferte aquam: & illi quoque cibum fer-
te. Cui annectitur sensui quod sequitur à
facie enim gladiatorum fugerunt. Aptari
quoque potest & Iudæis fugientibus à fa-
cie gladiatorum Nabuchdonosor. ¶ *Ad
huc in vno anno.*) Tempus præscribit de-
solationis Arabum: quos Cedar vocat: re-
liquiasque illorum subuertendas demon-
strat. Meminit verò Sagittariorum: Ara-
bes enim Sagittarij sunt hucusque, pater-
num morem Ismaelis seruantes. Aduer-
tendum autem est Arabias multas esse ut

Vnde Sara-
ceni & Aga-
reni.

Themā Au-
ster est He-
bræis.

Arabes huc
vsq; Sagittā-
di sunt per-
ti.

Arabes qui
& Arabia la-
tente fundit
in desertū
in petream
fœlicem &
sterilem.

ex cosmographia patet. Est enim alia Fœlix, alia Deserta, alia Petrea, & latet nos aduersus quam istarum Prophetia hæc proferatur. Et supra capit. 15. etiam aduersus Arabes texerat Prophetiam Esaias. Siquidē Moabitæ Arabes sunt, vnde & Moab (quæ & Areopoleos) Arabiæ est ciuitas, vt nos supra loco nuper indicato ex Hieronymi sententia dicebamus. Nicolaus Arabiam inferiorem dixit intelligendam: quæ vicinior est Iudaicæ regioni, quæ Arabia est fœlix atque sterilis, & Nabathæa &c. Aut forte caput hoc & 15. aduersum omnes Arabias vaticinia continent. Postremò aduertendum est Seir, aut Sehîr

iuxta orthographiam Hebraicam non solum esse nomen montis, aut montium, Gene. 14. & Deuter. 2. qui in Idumæa regione siti sunt, verum etiam Esau, (qui cultor horum montium erat) appellatus est Sehîr, vt & Sanîr. Sehîr em̃ Hebræis piolose est: & Sanîr coccineus est. Esau enim hirsutæ pellis fuit. Genesi. 26. & rufus propter rufum edulium, quo se patuit. Gene. 25. Vnde & Edon quoque appellatus est. Quanquam igitur sint nomina mōtiū Sanîr, & Sehîr, Esau quoque sunt cognomēta. Idumæa autē vna ex 5. Palestinæ puincijs: diuidit em̃ in Idumæā, Iudæā, Samariā, Galilæā, & regionem trās Iordanē.

Sehîrer
Sanix quid.

Arabia inferior vicinior est Iudææ quam superior, quæ ad Arctū spectat magis.

DE SENSIBVS TROPOLOGICIS ad Caput vigesimum primum appendix.

TROPOLOGICA declamatio prima. De dolendo aliquorum fidelium miserabilique lapsu, quamque difficile reparatur, cuius prothema est. Propterea repleti sunt lumbi mei dolore. Esaiæ. 21.

Repetitur literalis sensus, vt fiat gradus ad tropologikum.



Vdiuimus hætenus, prophetam denarrantem Babylonis præclarissimæ vrbis infœlices casus, finitrosque euētus. Nam Persis, & Medis veluti tempestuosi turbines irruentes illam destruxerunt, & pessum dederunt, gemitumque eius atroci præuenientes subuersione, cessare fecerunt. Quæ aduertens Esaias tantæ cladi condolens, doloris impatiens suum verbo manifestat dolorem, dicens, propterea repleti sunt lumbi mei dolore. Quæ quidem omnia duo nobis portendunt, (si tropologico donentur sensu) nempe poenitendum casum in crimina hominis iusti particularem, & aliquorum longe pudentiorem fidelium lapsum, quos multos infœlix hæc nostra tulit ætas. Qui spernentes Romanæ ecclesiæ (quæ magistra ecclesiarum

est) iura, mores, fideique cultum coaceruauerunt sibi Lutherum, O Ecolampadium, Bucerum, & alios huius farinæ putidos magistros, prurientes auribus & à fide discesserunt, & ad vaniloqua conuersi sunt. At quotus quisque fidelium est qui talia audiens temperet à lachrymis? Etenim tot hæresibus afflictatam considerâtes piæ ecclesiæ Iesu Christi, tantisque præter hæc peccatorum sordibus, cernentesque in quinquatos fidelium pluresque, lumbos suos replent dolore, atque cor illorum intra seipsum marcescit: & instar sunt fœminarum parturiētium, quæ partus difficultate, premuntur angustijs. Etenim eos, quos doctores veri ecclesiæ, Christo lucrantur fideles & lucrati iam tãquam filij spirituales Dei in albo diuino recensentur: vt Paulus aiebat, Filioli, quos iterum parturio donec in vobis formetur Christus: hos miserabiliter

Lutheri & complicum retrinores. 2. ad Ti. 4.

ad Gala. 4.

ter ex varijs dolis Satanas perdit nō raro. Et quāquam partus spiritualis atque foetu-
ra laboriosa, atq; hoc tempore præcipue
 difficilis est: at strāgulatio spiritualis pro-
 lis prompta satis est. Si nanq; de hæreti-
 cis sermo agatur, postquam hos ex filijs,
 habuit hostes ecclesia Dei, miratu dignū
 est, quantē sit molis hæreticos in viam tra-
 ducere orthodoxam. Cuius rei vel me-
 tacente, ipsa res clamat. Nanq; hæreticos
 huius æui, nihil haftenus fregit, neq; Apo-
 stolica autoritas, neq; sacri Concilij Tri-
 dentini sacrosancta decreta, neq; princi-
 pū monita, sed proh rē infœlicē hucusq;
 Moab quiescit in fœcibus suis, & de vase
 in vas non est transfusus. Tanta est hære-
 ticorum contumax rebellio, atq; rebellis
 cōtumacia. Rursumq; si ad fideles sermo-
 nem proferamus non est difficile videre
 fidelem varijs obrutum criminibus, quam
 operosum sit in viam salutis redigere: id
 quod certo nouit qui huius rei periculum
 fecit. Istud igitur est, quod olim & sanctos
 diuexabat, & modo diuexat. Vnde aiebat
 vates ille hymnidicus, Vidi præuaricātes,
 & tabescebam: quia eloquia tua, non cu-
 stodierunt. Quod si Esaïas noster, vnus
 Babylonis casum, atq; ruinam, à Persis, &
 Medis illatam, tantis lamentis prosequi-
 tur, vt se ob id corde marcescere, tenebris
 que obstupefieri dicat, quia Babylon dile-
 cta sibi versa est illi in miraculum & stu-
 porem (quippe vrbs opulētissima, in pau-
 periem versa est: & quæ principatum ge-
 rebat gentium, à subditis nationibus cal-
 caretur, & denique ab extremo fœlicita-
 tis apice, in extremum infœlicitatis cal-
 cem subuerteretur) quanto dignius est
 non Babylonis illius terrenæ ciuitatis sed
 animæ rationalis à Deo primum condi-
 tæ postmodum verò per gratiam Baptis-
 mi reconditæ, deflere infœlices lapsus,
 videlicet à semel cæpta cœlesti via, retro-
 gredi, & sicut canes, ad peccata, quæ vo-
 muerat, reuerti? Et quæ erat à Domino di-
 lecta, multo amplius quàm Babylon ab
 Esaïa diligebatur, ab amore Dei se subdu-

cens, vertitur in miraculum, & stuporem.
 Vtique stupor est, neque tristi miraculo
 caret: quod homo à sanctis Dei mandatis
 recedat, plusque diligit tenebras, quàm
 lucem, ignorantiamque, paupertatem &
 fœditatem peccati, quam diuinæ legis
 scientiam, diuini amoris diuitias, diuinæ
 que demum gratiæ, pulchritudinem. Id
 quod sancti quibus possunt deflēt lachry-
 mis, vt Paulus de contribulibus suis Ro-
 manis scribens dolebat dicens, Veritatem
 dico in Christo, non mentior: testimo-
 nium mihi perhibente conscientia mea,
 in Spiritu sancto. Quoniam tristitia mihi
 magna est, & continuus dolor cordi meo.
 Optabam enim ego ipse, anathema esse à
 Christo, pro fratribus meis. Optarim (in-
 quit) anathema, id est occidi pro fratribus
 meis exponente Hierony. quæst. ad Hæ-
 dibiam & numer. 21. dictionem Horma,
 id est anathema pro loco occisionis inter-
 pretatur Hier. Quāquam Iosue. 7. rē exe-
 crabilem significet: in quem modū Paul.
 etiam ait, Optabam anathema esse p. fra-
 tribus meis. Non quod Paul. separari à
 Christo desiderasset. ca. enim. 8. indicatæ
 epistolæ, Certus sum (inquit) quia neque
 mors, neque vita, neque Angeli, neq; prin-
 cipatus, neq; virtutes, neq; instantia, neq;
 futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq;
 pfundum, neq; creatura alia, poterit nos
 separare, à charitate Dei, quæ est in Chri-
 sto Iesu. Quapropter secundum hyperbo-
 len verba Pauli intelligenda veniūt. Qua-
 si dicat si id fieri potuisset, vt à Christo se-
 pararer, illud equidem præstitissem, vt Iu-
 dei qui sunt fratres mei secundum carnē,
 Christo lucrarentur. Erat etenim Paulus
 Iudæis odiosus, credebaturque ab eis in
 odium Iudæorum & legis, Christum præ-
 dicare. Quapropter se non odio, sed ni-
 mia charitate ferri in Iudæos verbis præ-
 dictis testatur. Et Gala. scribens. cap. 4. Ga-
 latarum erga se amorem exaggeratione
 etiam expresit. Testimonium (inquit)
 perhibeo vobis, quia si fieri posset oculos
 vestros cruissetis, & dedissetis mihi, & in

Zelus fer-
 uens in Pau-
 lo vt Chri-
 sto lucrare-
 tur oues.

Horma He-
 brais ana-
 thema Græ-
 cis & notan-
 dus Hiero-
 nymus.

Paul* expo-
 nitur & ob-
 serua.

Ad Gala. 4.

Exod. 32. Exodo. 32. Similis est hyperbole: Dimitte (inquit) eis hanc noxam, aut, Si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti. Non quia deletio hæc animo erat Mofi, sed veniæ Hebraici populi desiderium exaggerans, inquit, Dele me de libro, quæ scripsisti aut dona huic populo peccatum adorati vituli. Quæ omnia verba non pendenda sunt secundum verborum sonum, sed secundum proferentis animum. Vides ne, ut sanctorum est populorum peccata plāgere, ut in loele legimus? Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes, ministri Domini & dicent, Parce Domine, parce populo tuo. Horum enim est (quippe qui pastores sunt in ecclesia & doctores) excubias agere super greges suos, populoque Christiano, quem acqui-
Hyperbole inscriptura. fuit Deus sanguine suo, inuigilare & solertissimè prospicere. Horum est quod Esaias hoc cap. dixit, Pone mensam, contem-
Capit. 2. plare in specula, comedentes, & bibētes surgite principes, arripite clypeum, opere implere. Ab istis enim instruenda & statuenda est mensa cœlestium ferculorum (quæ diuina est scriptura) quam indicat Psal. 22. Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. Hu-
Ato. 10. us nanque mensæ dapes verba diuina unt: quæ hominem corroborant, ut vi-
Psal. 22. rum induat, ne cedat hostilibus armis Per-
Mat. 25. sarum, & Medorum, qui sunt Diabolus, & angeli eius. Pone (ait) igitur mensam con-
Locus Da- templare in specula. Contemplatus est enim Balthasar Chaldaeus ille princeps scri-
nielis expo- bentes in pariete digitos & hanc descri-
nitur, bentes scripturam. Mane, Tecel, Phares: quam Daniel cœlesti imbutus spiritu, dilucidauit. Mane, idest numerauit Deus regnum tuum, & compleuit illud: Tecel appensus es in statera, & inuentus es minus habens: Phares diuisum est regnum tuum, & datum est Medis, & Persis. O vtinam in hanc præclarissimam speculam intuerentur, non solum ecclesiæ principes, quin etiam & reliqua fidelium turba. Tamen si ecclesiasticis primatibus

prima huius speculæ intuitio incumbit, ut primum sibi consulant, & deinde vni-
Ato. 10. uerso gregi. Et quid est quod hæc specu-
la docet? quale est hoc quod demonstrat? utique regnum nostrum esse numeratum, appensosque esse nos in diuina sta-
Tria confi- tera, & inuentos non iustum librare pon-
deranda in dus, & demum diuisos nos esse. An non
nobis ipsis numerati sunt dies nostri, non ne appen-
ex Daniele, si, non ne tandem diuidendi, quando nos
postremus ille obsederit dies, quando vi-
talis nostra elanguerit virtus, & halitus
qui membra nostra intus alit, & fouet,
exhalauerit totus? Tunc sanè numera-
buntur, & complebuntur dies nostri, re-
gna & imperia deiicientur: delicæ euane-
scent: vniuersa denique corporis bona
cum ipsa vita absumentur. Tunc itidem
appendendi sumus in iustissima Dei lan-
Appendedi ce: & mala, & bona merita quanti pon-
sumus in di- deris sint æquali Dei trutina pendenda
uina æquili erunt. Sed proh Deū immortalē si inuenti
brig lance, erimus minus habentes! nam tunc diui-
det nos diuinus gladius, & partem no-
stram cum hypochritis ponet, diuidet-
que charissimos socios, hoc est animam
& corpus: quæ duo naturali intimæ a-
mititiæ vinculo confœderata vixerunt.
At mors ut grassator truculentus hos a-
micos indiuisos inuadens, amicitias per-
petuas dirimit, & animam seiungit à cor-
poris contubernio. Et quod calamitosius
est Medis, atque Persis, (qui typum dæ-
monum gerunt) animam calcandam, &
subigendam tradit, Diuisionem quoque
istam Dominus indicante Matthæo ca-
Matthæ Da- pitulo. 24. abundè docet. Veniet Domi-
nielem ex- nus serui illius, in die, qua non sperat,
ponit. & hora, qua ignorat, & diuidet eum,
partemque eius cum hypochritis ponet.
At quale est hoc, diuidet eum & partem
eius cum hypochritis ponet? Habet nan-
que homo partes, ex quibus conflatur
duas, & animam & corpus, mortis er-
go violentia anima à corpore subduce-
tur, corpus sepulchro vermibusque man-
dabitur & pars insignis illa cum hypo-
chritis

chritis collocabitur. At qui isti sunt ò bone hypocrite? num omnes quotquot tartarea depascet flamma hypochrisim coluerunt? non utique. Plurique enim ob alia crimina, quæ hypochrisis non sunt, damnatione plectuntur. At verò quia omnium pessimi hypochritæ sunt: quippe hominum sunt impostores, & perniciosissimi seductores, & diabolici ministri, & imitatores, qui sub larua lucis, tenebras abscondunt, ut illorum princeps Angelus Satanæ, qui se transfert in Angelum lucis, propterea Dominus hypochritarum meminit dicens, Partem serui mali ponendam esse cum hypochritis, id est cum pessimis hominibus, collocandum seruum malum esse. Hæc ergo sunt, quæ docet specula hæc mortis, quam diximus contemplandam ab omnibus fidelibus, præsertim tamen ab ecclesiasticis principibus, ut non intumescant, & dominantur in cleris, sed forma sanctitatis Christiani gregis (iuxta Petri documentum) fiant. A morte namque discunt vitam illorum absumendam esse, à graduque ecclesiastico (quo fulgent) deiiciendos, secundumque diuinum iudicium librandos & pendendos esse, districtæque iudicandos, diuidendosque & abstrahendos tandem ab honoribus, à voluptatibusque seculi, quibus immerfi erant. Hæc est specula, quam versandam & contemplandam sapiens ille Hebræus iugiter hortatur dicens, Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Digna enim est mors, & quæ à iustis hominibus, & ab iniustis contempletur, A iustis quidem, quia pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius; ab iniustis verò, quia mors peccatorum pessima. Ab illis rursus, quia iustis mori lucrum est, ab istis verò quia iniustis mori detrimentum est. Est sanè iustis mori lucrum, non simplex, sed multiplicatum, quia in morte complentur labores illorum: angustia cessant: & ad gaudia sempiterna rapiuntur. Tenebras

rursus huius seculi, quibus premebantur tantisperdum vivebant, à se depellunt, & ad lucem immensam, & inaccessibilem transferuntur, testante Paulo. 2. ad Corinth. capit. 5. & 1. ad eosdem: cap. 13. Per fidem enim ambulamus, quandiu in hoc seculo peregrinamur à Domino: & videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Præter hæc quoque est & aliud lucrum, pretiosæ iustorum mortis, quippe illorum animæ celebraturæ nuptias cum agno Christo (qui tollit peccata mundi) ab hoc seculo ad æternitatem commigrant. Hoc nanque seculo agentes arrabonem Spiritus sancti acceperunt. 2. ad Corinthios. 1. Quo veluti sponsalibus donarijs ornati fuerunt. Et demum incomparabilis lucri est mors iustorum, à qua omnibus malis finis imponitur, & omnium bonorum origo aperitur. Detrimenta autem mortis iniustorum, ab istis lucris sunt ex diametro diuersa. Iniustis enim à morte omnia cessant bona: & malorum omnium vorago illos inuoluit & inuadit. Egregiè igitur Esaïas ponendam esse mensam, & speculandam speculam monuit: mensam, videlicet, ut diximus diuinarum scripturarum, ab Episcopis & proceribus ecclesiæ fidelibus Christianis ponendam esse. Tunc autem illam ponunt, quando diuina eloquia edisserunt: ut tunc speculam speculantur, quando nouissima sua memorantur. Quod si hæc sedulò præstiterint, horumque exequentissimi fuerint Esaïæ monitorum, cum eodem Esaïa flebilis, & lamentosa efferent prothematis verba. Propterea lumbi mei repleti sunt dolore. Sanctorum enim lumbi dolore replentur: contra verò peccatorum, voluptate illusoria & delicijs. Quorum personam agens psalmographus aiebat, Lumbi mei impleti sunt illusionibus: non est sanitas in carne mea à facie peccatorum meorum. Charitas enim Christi, qua vrgentur qui dignè cum Paulo episcopalibus funguntur

Hypochrite
describuntur.

1. ad Cor. 13.

Mors specula
est cõtem-
planda.

1. Pet. 5.

Eccle. 7.

Psal. 115.
Psal. 33.

Sapien. 10.

Mors optima
iustis.

Mensa & specula a fidelibus paranda

Psal. 37.

2. ad Cor. 5

*Prælati di-
gri quid præ-
stare debēt.*

muneribus, aut alio quouis modo meri-
tò præfunt ecclesijs, hoc ardentè postu-
lat, hoc incessanter efflagitat, vt subdi-
torum mala sua faciant, & tanquam sua
gemant, & denique tanquàm de pro-
prijs contristentur. Ad hanc enim for-
mam se gerebat ille insignis Christi præ-
co Paulus dicens, Quis infirmatur, & e-
go non infirmor: quis scandalizatur, &
ego non vror? & quanta solitudine la-
boraret pro ecclesia Dei inibi ostendit.
Præter illa, inquit, quæ extrinsecus sunt
instantia mea, quotidiana sollicitudo om-
nium ecclesiarum. 2. ad Corinthios. 11.
Et Hebræis scribens. capitul. 6. hanc ean-
dem solitudinem ecclesiæ prælati cupit
in hæc verba: Cupimus autem vnum
quenque vestrum eandem ostentare soli-
citudinem, ad expletionem spei, vsque in
finem: vt non segnes efficiamini, verum
imitatores eorum, qui fide, & patientia,
hæreditabunt promissiones. Hanc quo-
que segnitiam & torpedinem Esaias post
verba illa, quæ diximus, Pone mensam,
contemplare in specula, à principibus ec-
clesiæ depellendam docet dicens, Come-
dentes & bibentes surgite principes, arri-
pите clypeum. Non ieiunos surgere iubet
sed comedentes & bibentes: comeden-
tes procul dubio & bibentes cibaria, &
pocula, quæ in mensa sacræ scripturæ ia-
cent: vbi & cibus est panis vitæ, & pocu-
lum est vini illius, quod diuina sapientia
miscuit Prouerbiorum. 9. Immolauit (ait)
victimas suas: miscuit vinum & propo-
suit mensam suam. Ab hac igitur mensa
à diuina sapientia proposita, ecclesiæ prin-
cipes comedite, & saturamini: & reli-
quias fragmentorum memoriter serua-
te subditis vestris impartendas, ne fame
diuini verbi pereant. Ab hac mensa su-
mite pocula vini meri pleni misto: me-
ri equidem, quia diuina veritas meracis-
sima est: pleni verò misto quia sensu hi-
storico, anagogico, allegorico, & tropo-
logico miscetur. Vitalique hoc cibo refe-
cti, diuinoque poculo inebriati, surgite

*Sacra scri-
ptura men-
sa est habes
fercula vi-
tæ.*

Psal. 74:

& arripite diuini verbi gladium: induite
vos arma lucis, quæ non infirma sunt, sed
potentia Deo: & vestros defendite gre-
ges, ab illisque procul truces arcete lu-
pos. Non enim in sapientia vestra solum,
sed in sapientia Dei pascere fideles ve-
stros debetis: neque in virtute vestra so-
lum, sed in Dei virtute, ecclesiasticos
componere mores, vobis incumbit. Et
bono animo estote: in Christo enim po-
tentes estis, qui vos vt hæc præstetis con-
fortabit. Ille docebit manus vestras ad
bellum, & digitos vestros, ad prælium:
ille armabit vos aduersus Babylonem, id
est mundanam cupiditatem, id est mun-
di principes, & potestates, aduersus mun-
di rectores tenebrarum harum: contra spi-
ritualia nequitie, in cœlestibus. Armatu-
ram autem hanc ex Paulo petite. State
succincti (ait) lumbos vestros, in veritate:
& induti lorica iustitiæ, & calciati pe-
des in præparationem euangelij pacis. In
omnibus sumentes scutum fidei, in quo
possitis omnia tela nequissimi ignea ex-
tinguere. ad Ephes. 6. Hunc eundem cly-
peum Esaias arripendum docuit. Arripi-
te (inquit) clypeum aut vt Hebræicè legi-
tur, Vngite clypeum. Verè enim clypeus
spiritualis hic, vt & cætera quæ diximus
arma, vngenda sunt oleo illo, quo caput
Dauidis vngebatur. Impinguasti in oleo
caput meum (ait) & calix meus inebrians
quam præclarus est. Psalmo. 32. Est enim
hoc charitatis oleum, quo & fides, & spes,
& diuini verbi prædicatio, oratio, & ob-
secratio delibuta, coram Deo resplen-
dent, suoque splendore diabolicum aspe-
ctum cæcutire faciunt. Est enim strage-
ma bellicum arma resplendentia oculis
hostium obijcere, quorum resplendore
oculi hostium obducti, ad pugnam in ha-
biles reddantur. Quapropter charitatis
oleo vngenda sunt opera nostra, vt ho-
stis noster diabolus illa aspiciens cæcu-
ciat. Iam verò si istis armis se episcopi &
ecclesiastici, & muniunt & ornant, nun-
quid non fidentissimi erunt de vincenda
Baby-

*Ad Ro. 13:
2. Ad Co. 10*

*Ad Phil. 4.
Psal. 17.*

*Armamentum
cœlestē Pau-
lus & Esaias
nos docent*

*Arma spiri-
tus fortisunt
diuino oleo*

*Stragemen-
tum bellicum*

Babylone? nunquid desperabunt victoriam, de mundanis cupiditatibus habendam? neutiquam. Imo trophæa aduersus Babylonem se retulisse clamabunt, quando dicentes, Cecidit, cecidit Babylon, & omnia sculptilia eius contrita sunt in terram. Quod si olim sub Iosue Iudaico duce ad clangorem tubarum sacerdotalium Iericonthina ciuitas pauore conterrita subruta, & ad solum deiecta est, mirum ne erit si mundana cupiditas, seculi pompa, & fraudes, armis (quæ diximus) celestibus concussa cadant? Porro si tam certa est victoria hæc, surgite ò principes, excitamini ò ecclesiæ magnifici præfides, induite hanc panopliam, (quæ armatura Dei est) & manus conferite cum Babylone ista. Cadet enim in conspectu vestro. Deus enim conteret Satanam sub pedibus vestris. Et ne relanguescat animus vester, quam potentia sint arma vestra, quamque infirma sint Babylonis, (quæ sunt mundana, & carnalia arma) attentius considerate. Lorica enim vestra iustitia est: scutus vester fides est: galea vestra sa-

lutis est: gladius vester verbum Dei est. At iniustitia, infidelitas, perditio, fraus, mendacium, fallentia, hæc sunt Babylonis arma: quæ non sunt arma lucis, sed tenebrarum, non spiritualia, sed carnalia. Conferte iam si placet vtrum potentius iustitia an iniustitia, fides an infidelitas, salus an perditio, verbum Dei an verbum hominis, & demum spiritus an caro. Et priora (quæ spiritualia sunt) longè potentiora esse, quàm posteriora, perspicuè inuenietis: quia spiritus promptus est, caro autem infirma. Porro si mundanæ cupiditatis tanta est iniquitas, atque procacitas, vt potentissimis armis istis, non cedat, implete lumbos vestros doloribus: marcescat cum Esaia cor vestrum, quia hæreticos Christianæ veritati subiugare non potestis, & deuos fideles ad viam salutis reducere non valetis. Et per omnem orationem & obsecrationem, orate omni tempore in spiritu, & vigilate in omni instantia, vt Dominus mollescat corda dura, atq; lapidea, & illa imbuat liquore gratiæ suæ vt illa digna vitæ æternæ faciat. Amén.

Iosue, 6.

Ad Ro. 16.

Tenebricosa sunt mundi arma, Ad Ro. 13.

Ad Ephe. 6.

DILVCIDATIO IN Esaie Cap. vigesimum secundum.

Visio contra Hierusalem



QUÆVIS vallis visionis.^a) Repetit Hierosolymorum mala, quæ iam supra prædixerat. Vocat autem Hierosolymam non consueto vocabulo, quod est filia Sion, aut Hierosolyma. Sed à magnificis nominibus abstinens, vallem visionis illam appellat, id est vallem prophetiæ, aut quia Hierosolyma abundabat prophetis, aut quia visio prophetica Esaie Hierosolymitas erat oppressura. ¶ Quid nam quoque tibi est.^b) Mirabilem habent

emphasim hæc verba Esaie. Quærit enim ab Hierosolyma, quid nam sibi acciderit, quidve criminis admiserit contra Deum, vt etiam sit portatura onus suum, vt cetera gentes: à quo tamen longè abhorreere videbatur. Quippè quæ vrbs diuino erat cultui dedicata, & multis muneribus deuincta, vt Deo obsequeretur. Quid ergo est, ò Hierosolyma, quia ascendisti tu omnis in tecta? Quærunt autem homines tecta, tãquàm latibula, quibus excepti aduersarios lateant, vt quando locus sese dederit, tutò defugiant. Signi-

Emphasis in scriptura.

ficatq; sermōe hoc, ingruētib; Chaldeis ciues Hierosolymæ petiuros esse testa, præhostiū formidine. Septuaginta traduxerūt, Ascēdistis omnes in tectavā id est admunitiōes inutiles. ¶ *Clamoris plena.*^{a)}

Describit ampli tudinem, & celebritatē Hierosolymæ. Celebres nanq; vrbes nimia ciuiū frequētia, clamore sunt perstreperē, & voluptatibus, & tripudijs exultāt. Eoq; magnificētiā vrbis & felicitatē denarat, vt miseria eiūsdē tātē felicitati collata, maior demonstrē.

Threno, 1.

Instar cuius Hierosolymæ. eiūsdē vrbis calamitatem deflēs, illius pristina gloriā antepo sūt dicēs, Quomodo sedet sola ciuitas plena populo, id est quomodo iacet desolata, & euersa ciuitas aliq; celeberrima & frequētissima. ¶ *Interfecti tui.*^{b)} Famem prædicit deuoraturā Iudæos. Idcirco ait, Interfecti tui, nō interfecti gladio, quasi subderet, sed fame. Septuaginta vulnerati legūt, mortē ignominiosam Iudæorū insinuant futurā. Etenim in bello occūbere gloriæ datur. Dicere autē vulnerādos, aut interficiēdos nō gladio, plagas turpes & nō gloriosas significat. ¶ *Cūcti principes tui.*^{c)} 4. Regū vlti. legimus imminēte clade Chaldaica principes Iudæorū arripuisse fugam qui tamē cōprehēsi sunt ab hostib;. ¶ *Propterea dixi.*^{d)} Hinc discēs quā deflēda fuerit sub Chaldæis Iudæorū durissima seruitus, quē tātī pphetæ lachrymis digna fuit.

Stoicū placitum ridendum.

Et figmētū puta Stoicū documētū, qđ doloris affectū, & lachrymarū stillicidia sa-

piētis & studiosi nō esse cōtēdit, sed in dō letiā virtutis esse sociā & amicā. Sed illis proferā Esaiam cunctis Stoicis sapiētiorē & sanctiorē, qui humani affectus non fuit expers: & quem cap. superiori legebamus

Recedite à me, amarē flebo: nolite incumbere mihi super vastitate filiae populi mei. Dies enim interfectionis, & cōculationis & fletuum Domino Deo exercituum in valle visionis: scrutans murum, & magnificus super montem.

de Babylonicis aduersis casibus dolere, nūc dā Iudæis flere aduertimus: vt Diuus Pau. Apost. 2. ad Cor. 2. Suos Corīthios plangit, & Samuel Saulē suū defleuit, & demū Dñs Iesus, ciuitatē Hierosolymorū videns, super illā fleuit. Et in exaggerationē sui doloris Esaias subiunxit, nolite incumbere, vtcōsoleminime Grauiusim⁹ nāq; est doloris affectus, q cōsolatio

2. ad Cor. 2.
1. Reg. 15.
Matth. 24.
Luce. 19.

nē repudiāt. Causa autē tātī doloris erat, qā præsentiēbat captiuitatē Iudæorū, quā a Chaldæis erāt passuri. Ideo ait, Dies interfectionis, & cōculationis, & fletuū. ¶ *Scrutans murū.*^{e)} Nicolaus in differētijs suis lectionē aliā huius loci indicat, per forās murū, aut rūpēs murū, & clamor super mōtē: cuius loco nos legimus magnificus super montē. Dictio Hebraica quam transtulit interpres magnificuse st, soha. Quæ vox est ambigua. Significat enim diuitē, opulētum, principē, magnificū, tyrānū, itē clamorē, & orationē. Vnde Hebræi non magnificū, sed clamātē hīc interpretātur. At translatio nostra planū sensum habet, scrutans murū id est perforās, aut rūpens murū. Nā ipsa ruptura scrutatio mōtis est, qā eius abscondita nudātur, & magnificus super mōtē id est tyrānus, vel princeps. Chaldæus interpretatur super montē, obsessio

Soha.

acm

nem Chaldaeorum intelligens. ¶ *Et Elan sumpfit pharetram.* ^{a)} Quid sit Elan superius docuimus, esse Perfidis cuiusdam regionis, aut Persiae metropolis incolas: quos dicit futuros sagittarios in auxilium Chaldaeorum, contra

Iudaeos. Et parietem nudavit clypeus vel vtriusque legem Cyrene nudabit vel depromet clypeum, id est incolae Cyrenaice regionis mercenarii venient cum Nabuchodonosor. Et tunc erunt electae valles Hierusalem, quae amoenissimae, & vberissimae erant, plenae quadrigis, & curribus hostium: & ponent sedes suas in porta, id est, obsidione circumdabunt Hierusalem, & adeo

proximi erunt ut videantur esse in foribus: & reuelabitur operimentum Iudae. Quia Chaldaei sua violentia muros, & portas urbis (quae sunt veluti operimenta eiusdem) confringent, ut veluti nudata demonstraretur urbs. Et in illa die videbitur armamentarium domus saltus: quae domus erat in Hierusalem. 3. Regum capitulo. 7.

Quae instructa erat bellicis instrumentis, quae saltus vocabatur, quia nemorosa erat: quam domum aperuerunt Iudaei, arma capere aduersus hostes. ¶ *Et scissuras ciuitatis Dauid videbitis.* ^{b)} Erat autem ciuitas Dauid ut lib. 1. Paralipo. c. 11. & 2. libr. Reg. cap. 5. & 6. ars firma, & munita in montis Sion suprema parte locata. Nam Sion tribus distinguitur partibus, & supremam re-

nebat Dauidica arx. Praefinebat enim parti eiusdem montis, quae Moria appellatur, & parti alteri quae caluaria nuncupabatur: quo loco autor vitae Christus, crucifixus est. Igitur ciuitatis Dauid scissu-

ras praedicat vi-

tis, ^{b)} quia multiplicatae sunt: & congregastis aquas piscinae inferioris, ^{c)} & domos Ierusalem numerastis, & destruxistis domos ad muniendum murum. Et lacum fecistis iter duos muros & aquam piscinae veteris, & non suspexistis ad eum qui fecerat eum, & operatore eius de longe non vidistis.

teriam ad restaurandos muros, quos Chaldaica obsidio demoliebatur. Quae omnia in medium protulit Esaias, ut Iudaeis vitio vertat studium solertissimum in querendis sibi defensionibus, quibus se a violentia hostili tuerentur. At vero in auxilium coeleste mentis oculos non leuauerunt, neque a sceleribus suis resipuerunt, ut diuina promererentur praesidia: imo potius creaturarum subsidio contenti, creatorem despexerunt. Neque hoc dicit, quia creaturarum necessaria non sint munimenta, ab hominibusque solerter exquirenda: sed quia non ita anxie sunt petenda, ut coelestis operis obliuiscamur. Iuxta quod loquendi norma & illud Euangelicum habebis: Ideo dico vobis ne solliciti sitis. &c. Non enim tollit sollicitudinem dominus: sed nimiam anxietatem veterat.

Mons Sion tribus partibus distinguitur.

dendas. Potentia namque hostium dissipanda, & demolienda erat. ¶ *Et congregastis aquas piscinae inferioris.* ^{c)} Quot piscinas habuerit Hierusalem dilucidatio nostra ad capit. 7. te docebit. Significat autem Esaias Iudaeos excogitatu-
ras quarum congregationes, (quas piscinas vocat) & demolituros domos superfluas, ut inde sibi pararent materiam ad restaurandos muros, quos Chaldaica obsidio demoliebatur. Quae omnia in medium protulit Esaias, ut Iudaeis vitio vertat studium solertissimum in querendis sibi defensionibus, quibus se a violentia hostili tuerentur. At vero in auxilium coeleste mentis oculos non leuauerunt, neque a sceleribus suis resipuerunt, ut diuina promererentur praesidia: imo potius creaturarum subsidio contenti, creatorem despexerunt. Neque hoc dicit, quia creaturarum necessaria non sint munimenta, ab hominibusque solerter exquirenda: sed quia non ita anxie sunt petenda, ut coelestis operis obliuiscamur. Iuxta quod loquendi norma & illud Euangelicum habebis: Ideo dico vobis ne solliciti sitis. &c. Non enim tollit sollicitudinem dominus: sed nimiam anxietatem veterat.

Hierusalem tribus partibus distinguitur.

Math. 6.

¶ Et vocauit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum.^a) Quia Prophetæ hoc exequenter hortabatur, ut de peccatis poeniteret, minataq; vastitatem, poenitudine sua deprecarentur. At aure surda verba prophetarum tra-

sibant: & delictijs, & seculi voluptatibus, & comestationibus, & tripudijs, vacabant. Tantum ab erat, ut peccatorum lamentis incumberet, & desperantes diuinum adiutorium aiebant, Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur. Quæ verba Pauli indicat. 1. ad Co-

rin. ca. 15. Neque est venenum ita presentaneum humanis moribus, quam quod affirmant verba hæc. Nam qui animam crediderit perituram cum corpore, ad omnem turpitudinem fraxa laxabit. Proindeq; Apostolus hinc colligit resurrectionis argumentum. Si mortui non resurgunt, māducemus & bibamus: cras enim moriemur. Quæ verba etiam impij. c. 2. lib. Sap. sibi persuadentes, infacina labuntur. Et hoc est ho-

Et vocauit Dominus deus exercituum in die illa ad fletum,^a & ad planctum, & ad caluitium, & ad cingulum sacci: & ecce, gaudium & lætitia occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum. Comedamus & bibamus cras enim moriemur. Et reuelata^b est i auribus meis vox Domini exercituum. Si dimitte tur iniquitas hæc vobis donec moriamini: dicit dominus Deus exercituum. Hæc dicit Dominus Deus exercituum, Vade ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo,

minum pessimum ingenium, quod magis ignis diuine ire aduersum eos acceditur, eo magis effrænes, & contemtores diuini iudicij reddunt, ut de Iudæis Esaias hoc loco demonstrauit. Quorum ita impudens erat libido, ut prophetis pronuntiatis illis mala, ad maiorem concitarentur procacitate. Aiebant enim comedamus & bibamus, cras enim moriemur. ¶ Et reuelata.^b) Id est, auris internam cordis mei Spiritus sanctus instruxit, peccatum hoc Iudæorum esse inextinguibile. Si dimitte inquit? id est, non dimitte tur hæc iniquitas vobis. Est autem Hebraismus sepe à me supra notatus. Porro nullum peccatum esse irremissibile nisi illud quod poenitentia non lauat, in superioribus me minime docuisse dilucidationibus. Quare quod hoc loco Propheta tradit peccatum Iudæorum non esse dimittendum, si subintellegeris, quia poenitentia non est abstergendum, recte facies. ¶ Hæc dicit Dominus Deus.^c) Digreditur ab vniuersali ad vnius particularis

ad Sobnam præpositum templi, & dices ad eum: Quid tu hic? aut quasi, quis hic? quia excidisti tibi hic sepulchrum, excidisti in excelsis memoriale diligenter: in petra tabernaculum tibi. Ecce Dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus, & quasi amictum sic subleuabit te. Coronas coronabit te tribulatione, quasi pilam mittet te in terram latam & spatiosam: ibi morieris, & ibi erit currus gloriæ tuæ, & ignominia domus domini tui. Et expellam te de statione tua & de ministerio tuo deponam te.

¶ Hæc dicit Dominus Deus.^c) Digreditur ab vniuersali ad vnius particularis

do, ut prophetis pronuntiatis illis mala, ad maiorem concitarentur procacitate. Aiebant enim comedamus & bibamus, cras enim moriemur. ¶ Et reuelata.^b) Id est, auris internam cordis mei Spiritus sanctus instruxit, peccatum hoc Iudæorum esse inextinguibile. Si dimitte inquit? id est, non dimitte tur hæc iniquitas vobis. Est autem Hebraismus sepe à me supra notatus. Porro nullum peccatum esse irremissibile nisi illud quod poenitentia non lauat, in superioribus me minime docuisse dilucidationibus. Quare quod hoc loco Propheta tradit peccatum Iudæorum non esse dimittendum, si subintellegeris, quia poenitentia non est abstergendum, recte facies.

Peccatum quod poenitentia non lauat est irremissibile.

Immortalitatis animæ fides, homini ut recte viuatur est in primis necessaria.

laris personæ malū. Prædicitur enim Sobnæ interitus, qui coniurauit cum Senacherib, aduersus Ezechiam. Sobnā hūc liber 4. Reg. c. 19. scribam esse docet, Eliacim verò præpositū domus: quos Ezechias cū alijs sacerdotibus, sacris opertos Esaia nūtiōs destinauit. Esaia verò præpositū templi dicit esse. Interpretes vero Septuaginta non Sobnā, sed Sōnan, quæstorē, vertērūt. At nulla est collisio quia hæc sibi benè cōsentiūt: & quod scriba, & præpositus, & quæstor fuerit, idest quod illi thesaurorū tēpli dispēsatio cōcredita fuerit. Trāslatio Septuaginta habet pastophoriū, & nō tabernaculū. Vade in pastophoriū ad Sobnam quæstorē. Est aut pastophoriū thalamus Hieron. autore sedi Episcoporū, aut præpositorum dicatus. Et dictio Hebræa Baith & domū & habitationē denotat, & tabernaculū & aulā vel palatiū magnificū quod est pastophoriū. Sunt qui opinētur Sobnam hūc natione non fuisse Iudæum: eoq; suasse Hierosolymitis, vt Esaia nō crederent. Sed reiicienda hæc opinio est. Quī enim fieret, vt aduena tēpli Iudaici esset præpositus & scriba? Quare probabilius est quod tradidimus. Hic ergo Sobna à dño hoc loco culpa, atq; culpa eius (quā quā nō exprimat ab Esaia) ex Hebræorū tñ traditiōe habet. Ferūt em Sobnā hunc suasse Ezechia regi, vt cederet Senacherib, tādēq; in Assyrios transfugā fuisse: quā cōiurauerat aduersum regē Ezechia, vt diximus. Huic ergo tātū proditiōis crimē obijciens Esaia, inquit, Quid tu hīc, idest quid tibi Hierosolymis negotij est, o Sobna? quasi dicat, Quid est quod hāc patriā verfas, quam proderetentasti? quid sepulchrum gloriosum excidisti in ea, quod tibi & posteris tuis monumentū esset? Vanum fuit studium tuum: quippe asportandus es sicut asportatur gallus gallinaceus: qui leui & facili negotio lōgē trāsfertur: & sicut amictus, qui minimo negotio subleuatur, subleuandus eris & rapieris: & sicut pila iacta in cāpolato & spatioso longius voluitur, & rotatur nullo oppediēte,

ita & tu Sobna lōgissimā habebis trāsmigrationē. Hebraicē, gaber, legimus: id qđ translatione nostra vertit gallū. At interpretes Septuaginta, andra, idest virū verterūt & maior pars Hebræorū ita vertendū putat. Nam verbū Hebraicū, gabar, præualuit, & viguit, significat. Vnde gebar vir, & gigas est. Etiā si translatio diui Hieron. satis accōmoda est: nā facilius asportatur seu trāsportatur gallus gallinaceus, quam vir fortis. Propterea interpretes Septuaginta à verbo asportādi abstinerunt, & verbo conterendi vfi sunt. Sunt qui gaber Syris gallū esse putent. Quod verò inquit, Coronans coronabit te tribulatiōe, hūc Sobnam plurima miseria circundādū & veluti coronā cingendū apud Assyrios significat. Et ibi currus gloriæ, quā fruebatur Sobna apud suos vertēdus erat in ignominia domus Senacherib, cum quo coniurauerat. Simile huius in historia rerum Hispaniæ legimus, quendam Horpas nomine præfulem munere Pelagiū Hispanorū principē, apud Astures agētē, modis omnibus tētasle ditioni Saracenorū submittere, cum quibus cōspirauerat, vt prorsus Hispanias Saracenas redderet. Qui ramen suæ conspirationis iustā mercedē vt Sobna hic reportauit. Locus hic satis episcopos, & Ecclesiæ præfides admonet, vt si quando Ecclesiā procellis hostiū turbam viderint, precibus & persuasionibus illam roborent, vt Deo fidant, qui potens est ex medijs tribulationū flāmis, illā eripere, vt eripuit olim Hierosolymam ab Assyrijs. Neq; pacta ineant cum infidelibus, aduersum fideles, alioqui reportaturi supplicium, quod Sobna reportauit. Id quod vtinam nostri Christiani principes perpetuo seruassent, ne cū Turca amicitie inirēt fœdera, vt cōtra fideles pugnēt. Nā que huiusmodi fœdera noxia esse ipsa res docet. Allegoria vero loco huic aptabiū hæc. Nā Sobna sacerdos & præsul veteris legis, ipsam veterē legē, cui vetus quoq; sacerdotiū annexū erat insinuat. At verò sacerdotes illi veteres cōtra Iesum Christū

Gaber.

Gabar. Gebar.

Admonitio prælatorū.

Fideles, principes abstineant a pactis cum infidelibus.

Sacrificia vetusta abroganda in Sobna præsignatur.

verum

Pastophorium quid Hebræis Baith.

Ion. 21. 9.

verum Ezechiam conspirauerunt, & fidem, quam illi praeftiterant, negauerunt, claraque voce professi sunt, Non habemus regem nisi Caesarem, neque solum hoc facinoris admiserunt, sed ad cumulum suae iniqui-

Act. 3.

tatis, Barrabam seditiosum, & homicidam auctori vitae, & pacis praeulerunt, afferendo, Nolumus hunc sed Barrabam. Istis ergo perfidis contra Dominum omnium conspiratoribus, iusta ratione, imò dignissimis no-

minibus cum Esai dicamus, quid tu hinc? aut quid vobis hinc? aut qui vos hinc? id est, quasi dicat, Quid in hoc seculo colitis Deum Iudaei, qui filio Dei fidem non exhibetis? Quid est quod sacram scripturam veterem profiteamini & umbram literae tenetis, & lucem veram Christum odio habetis? Exciditis in excelsis memoriae diligenter, & in petra tabernaculum figitis: & sepulchra magnifica struxistis at temere. Quippe in Prophetarum oraculis, (quae tanquam petra excelsa sunt) vestrae spei in Christum collocatis: sed vana spes vestra, quia velamen in cordibus vestris adhuc geritis cum codices Prophetarum legitis. Et temere quoque in sepulchris patriarcharum gloriamini. Nam si filij Abraham estis opera Abraham facite. Ioannis. 8. Propterea cum Sobna pontifice expulsi estis de statione vestra, & de ministerio vestro sacerdotali depositi: quia manus vestrae pollutae sanguine sunt Esai. 1. ¶ *Erit in die illa.* ^a) Deposito Sobna à pontificali munere, & ab statu primo deiecto, sufficiens seu subrogandum, tradit in gradu, & praelationis statu Eliacim filium Elciae. Septuaginta transtu-

lerunt vtrunq; nomen cum spiritu, Eliachim filium Elciae, quanquam in exemplaribus correctioribus spiritu careat. Alij per. K. proferunt. Hic ergo Eliacim tunica, cingulo, quae ornamenta erant sacerdo-

rit quasi pater habitantibus Hierusalem, & domui Iuda. Et dabo clauem domus David super humerum eius: & aperiet, & non erit qui claudat & claudet, & non erit qui aperiat.

tificalia, & potestatem. Ait enim, Et potestatem tuam dabo in manu eius. Non ut hinc putes in pontificio veteri, potestatem fuisse spiritualem ut in nouo: sed potestatem hinc vocat praecipuam diuinorum administrationem, quae penes pontifices, iuxta ritum Mosaicum erat. Huius Eliacim meminit. 4. libr. Reg. ca. 19. Et secundum allegoriam priorem Eliacim (qui Deum resurgentem significat) typus est Christi (qui resurrexit à mortuis) qui ex auctoritate Sobna hoc est sacerdotio Mosaico nouus sacerdos, secundum ordinem Melchisedech à Deo constitutus est. Qui tunica est indutus, & cingulo vel baltheo cinctus, quia in similitudinem hominum factus est, & habitu inuentus est ut homo: & fides est cinctorium eius, & iustitia cingulum eius. Esai. 9. Paterque non solum habitantium Hierusalem, sed pater vniuersorum est, à quo omnis paternitas nominatur in caelo & in terra. ¶ *Et dabo clauem.* ^b) Supremi sacerdotij competentem Eliacim futurum sermo hic ostendit: quare quae decernebat ipse in administrandis diuinis, rata & firma esse quae autem infirmabat, infirma. Hoc est quod

alia vestiendus describitur ab Esai, ut Sobna aptè congruat, quod de Iuda proditore Petrus ingestis Apostolicis commemorat. Et episcopatum eius accipiat alter. Et obserua Esaiam duo conferenda dicere Eliacim, & indumenta po-

Act. 1.

Penes pontifices veteres non erat potestas spiritualis.

Notandum. Ad Hebr. 5.

Ad Phil. 1.

Ad Eph. 1.

2. ad Cor. 3.

ait,

ait, Aperiet & nemo claudet, & claudet & non erit qui aperiat. Quanquam quia clauem domus David dicit Eliacim porrigendam à Deo, commodius videtur de regia potestate exponenda verba hæc, ut summum hunc

Ezechia Regis consiliarium futurum insinuet esse. Ex cuius arbitrio regni negotia vniuersa pendebant, ut de Ioiada mentio fit in scriptura. 4. Regū. 11. & 12. & 2. Paralipomenon. 23.

Et figam illum a paxillum in loco fideli: & erit in solium gloriæ domui patris sui. Et suspendet super eum omnem gloriam domus

rari, conuertere nunc, quæ interpretatio Iudæorum est admonitio, ut ad Christum conuertantur. ¶ Et figam illum. a) Vtitur metaphora paxillorum, aut clauorum, qui in parietibus firmis figuntur,

patris eius, vasorum diuersa genera, omne vas paruulum à vasis craterarum usque ad omne vas musicorum.

ut inde tapetes vel alia utensilia domus appensa firmiter dependeant. In quem modum & Eliacim appellat paxillum fixum, aut infixum, in loco fideli, id est firmo & stabili.

Dicitur autem fixus in loco stabili, quoniam semel à Deo promotus postmodum non est submotus, ut Sobna. Pro paxillo Hebraica vox est, Iatad, quæ paxillum & clauum significat. Et quod subdit erit solium gloriæ, Eliacim vult futurum gloriosum, decusque paternæ domus & gloriæ. Et rursum hoc est quod ait, Et suspendent super eum omnem gloriam domus patris eius, significans familiam totam huius Eliacim, honorem suum totum collocatum habere in eo. Et vasorum diuersa genera, id est administratio vasorum templi (quæ Deo erant sacra) ita maiorum, ut minorum, tota pendebat ab Eliacim arbitrio, ut & instrumentorum musicorum (quæ hinc dicuntur vasa musicorum) moderatio ad eundem pertinebat. Loco vasorum Hebraicè legimus, Seefamim, quæ vox posteritatem, & progeniem significat: & sensus concinit cum clausula priori. Dixerat enim gloriam paternæ domus suspendendam ab Eliacim, sequitur cum eodem faciens, Et vasorum diuersa genera, id est varia posteritas, siue, ut Simachus transtulit nepotes & commistos, id est qui per lineam directam, & transuersalem, ad Eliacim pertinebant, quos vocat nepotes & commistos. Translatio vero

nostra,

Matthæ. 1. David: quia ex tribu Iuda Dominus originem duxit, & sacerdotium vetus, quod leuiticum erat, translatus est in Christum, qui de tribu Iuda est, penes quem clavis hæc solum modo primatum habet. Nam quæ præcipit præcepta sunt, & quæ prohibet, prohibita sunt, & quæ remittit peccata remissa, & quæ retinet retenta. Quam clauem Petro primum, cæterisque Apostolis concessit, ut per illos nobis regna paterent cœlestia. Petrique successor Romanus Episcopus hac quoque domus David clauem potitur, penes quem vniuersalis Ecclesiæ administrandæ suprema est potestas. Dicit autem, Super humerum, metaphora ex usu desumpta. Nam quibus hoc muneris est, ut clauicularij sint, clauem aut clauem (quæ officij sui sunt insigne) super humeros forte olim gestabant. Neque silentio prætereundum est quod Hieronymus adnotat, in huius capituli commentarij calce, Sobnam (cuius mentio iam facta est) interpre-

Christus vere habet Davidicam clauem postquam Romanus pontifex.

Iatad.

Seefamim.

nostra, ut iungeret sequentia prioribus, vertit vasorum diuersa genera. Subdit enim omne vas paruulum, à vasis craterarum, id est quibus libamina infundebantur, vsq; ad omne vas musicorum. Lōgè hæc præclarius Christo

Notandus
typus.

aptantur, à quo, testante Luca. 19. c. omnis populus suspensus erat audiens eū. Proptereaq; merito omnis gloria & triumphantis Ecclesiæ, & militantis, tanquam à clauo immobili suspēditur.

Psalm. 101.

Est enim ipse ut clauus, qui figitur in loco fideli. Nam nomen eius permanet in æternum: & memoriale eius in generatione, & generationem. Figitur rursus in loco fideli, quia in cordibus sanctorum fixas habet sedes. Septuaginta interpretes non paxillum, sed principem interpretati sunt in

In die illa, ^a dicit Dominus exercituum, auferetur paxillus qui fixus fuerat in loco fi-

hæc verba, Et constituam eum principem in loco fideli, non vocis significantiam, sed sensum aduertentes. ¶ In die illa. ^a) Nicolaus indicat Rabbi Salomonem intellexisse locum hunc de Sobna prædicto: cuius deiectionem

deli: & frangeſ, & cadet, & peribit quod pependerit in eo, quia Dñs locutus est.

à pontificali gradu Esaias repetit. Ordinaria vero glossa de sacerdotio veteri, intellexit, quod abolēdū Esaias

insinuat, verbis istis, Auferetur paxillus & sequentibus. Nā sub captiuitate Babylonica tametsi fuerūt sacerdotes Iosedech, & Iesus, & Ioachin, & Ionathas, quos Honorius refert libro de imagine mundi. Cæterū cessatū est à sacris ministerijs donec libertate fuerūt donati. Porro sub captiuitate Romana, prius Hebraicū deletū est à dño sacerdotiū: ut ab Osea pph. c. 5. p̄dictū est.

Sacerdotes sub captiuitate Babylonica cessauerunt à sacrificando.

DE SENSIBVS TROPologicis ad Cap. 19. Appendix.

TROPOLOGICA declamatio. 1. De ineffabili diuina vocatione, ex qua omnes homines ad se mirabiliter incitat, cuius prothema est. Et vocauit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum, & ad planctum. Esai. 19. 22.



INTER OMNES sacras declamationes, quas diuini verbi concionatores ad populum Christianum habent, de ineffabili Dei vocatione ex qua peccatores ad se trahit concio, atque tractatus, præcipuum locum obtinet. Quanquam non melatet humani ingenij vires huiusmodi tractatum excedere. Est enim diuina vocatio, quam nemo pro dignitate differere valebit, nisi qui illius Dei gratia insigniter periculum fecerit. Etenim indignè, nisi fallor, diuinam æstimabit vocationem, qui tanti muneris expers

est. Iste enim certus est diuinorum mysteriorum mos, ut efficacius explorentur experimento, quam disciplina, ut primo libr. de diuini. nomi. capitulo. 2. Deiloquus ille Dionysius de suo commemorat Ierotheo: quem per affectum verius diuina didicisse, quam per disciplinam humanam non ab re fatetur. Quapropter si non, ut oportebat, diuinæ vocationis secreta sacra ve mysteria scrutati fuerimus, quippe qui rudes & inexpertes illius sumus, verum pro exilis nostri ingenij p̄so vel ex tenuissimis vestigijs illam vestigantes de illa differendū erit. Cōmodius eīm erit nōnulla de illius maiesta-

Diuina exploratoria sunt experimento, quā disciplina.

maiestate, & vtilitate, depromere, quam vos prorsus a symbolis tanti muneris notitia facere. Porro lustratis vniuersis, quæ Deus hominibus impartitur muneribus: magnificis quidem illis & omni encomio laude ve dignissimis hoc vnum est, quod omnium munerum est origo, atque principium. Etenim si peccatores iustificatur, si iustificati magnificantur iniustitia perseverando, si perseverantes, demum ad cœlestes sedes deportantur, nonne horum omnium munerum, quæ Paulus Ro-

Omnia dei munera ex tempore hominibus collata à vocatione pendent.

ma. scribens commemorat. ca. 8. vocatio diuina origo est, ab illa quæ initium sibi captant? quos inquit prædestinavit hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & glorificauit. Siquidem inter denarrata hæc Dei munera, etiam si prædestinatio primū teneat locum (quippe quæ æterna est) at in terea, quæ munificentia diuina ex tempore hominibus largitur, vocatio prima est. Idcirco Paulus prius illam recenset, quam iustificationem: & demum glorificationem. Est enim diuina hæc vocatio stimulus internus quidam, qui diuinitus peccatores ad pœnitentiā stimulat. Quæ Dominus Paulo ita infixit, vt ex ferociente lupo cicurem agnum reddiderit, durū inquit Dominus est tibi contra stimulum calcitrare. Habet equidem caro stimulum suum, (qui Satanæ stimulus est) quem poscebat Paulus abigendum à se. Datus est, inquit, mihi stimulus carnis meæ Angelus Satanæ qui me colaphizet: propter quod dominum rogavi. &c. 1. Ad Corinth. 12. Habet quoque & anima rationalis stimulum suum, (qui stimulus Spiritus sancti est. Hic stimulus est diuina vocatio: quæ homines ad se pellicit & trahit, quālibet facinorosos, subdolos, scortatores, sceleratissimosque illos finxeris. Vna est dei vocatio, quæ ad virtutū studia, ad māsuetudinē ad fidem, ad pacem, ad bonorum operum exercitia breuiter, & derepente transfert. Vocatio hæc diuina Ecclesiā ditauit Apo-

stolis, sanguineque martyrum illam fulgidam fecit: & demum omnes sanctorum gradus ab illa originem ducunt. Erat enim Petrus piscaturæ piscium incumbens, cum Andrea fratre: erant quoque Ioannes, & Iacobus, cum Zebedæo patre, idem versantes officium. Vocantur à Christo, & à piscaturæ piscium ad spirituum piscaturam humanorum promouentur, vt Matthæus publicanus ad theloneum, ad mensam vefcēnebrem sedens, in lucra quidem temporalia auidē incumbens, de spiritualibus vero studiis nihil apud se voluens. Vocatur tamen à Christo, & lucra temporalia negligens, publicanus, subito in Apostolum mirabiliter transformatur, & Euāgelistam iridemque & Apostoli cæteri, atque discipuli domini, nisi à Christo vocarentur in tenebris peccatorum suorum delitescerēt, neque primitias acceperunt spiritus: neque tanquā luminaria magna in Ecclesia Dei resplēduissent, vt resplēdent modo. Quā obrem & diuus ille Christi celeberrimus præco Euāgelicæque gratiæ acerrimus propugnator, vocationis suæ (vt bonorum omnium suorum parentē) nunquam non memoriam refricat. Et epistolarum suarū à vocatione, initia arripit, semperque se vocatū à Deo proficitur. Et Gala. scribens. ca. 1. Cum autē placuit (inquit) ei, qui me segregauit, ab utero matris meæ: & vocauit per gratiam suam, vt reuelaret filium suum in me. Et Romanis scribens. c. 9. vt humanū prorsus dei ceret fastum, vocationi vni tribuit quidquid præclari homines assequuntur. Cum enim (ait) nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut mali (vt secundum electionem propositum Dei maneret) non ex operibus, sed ex vocante, dictum est: quia maior seruiet minori. Hæc sanè Dei munificæ vocatio, iustē deprimit supercilia nostra, fastumque, vt diximus humanum. Etenim in cæteris Dei actionibus, vt quæ sunt mentis iustificatio, & in iustificatione conseruatio: quanquam munera diuina sint, sunt nihilominus opera nostra. Liberi nanque arbitrij opus

Vocatio diuina dicitur Ecclesiā militantem & triūphantē.

Matthæ. 1. Luc. 6. & 9

Actor. 9.

Stimulus carnis & stimulus spiritus.

Dilucida. & decla. in Esai. Prophetam. 22

Vocatio est
solus Dei
iustificatio
& perseue-
rantia in bo-
no etiā nra
sunt.

opus est credere, liberi est arbitrij de pec-
catis dolere, & in sanctitate & iustitia co-
ram Deo totam ætatem transigere. At vo-
catio sola est dei munus: & liberi nostri ar-
bitrij non est opus. Homo enim nō se vo-
cat sed diuina vox est, atq; inspiratio, quæ
interno sibilo, atq; stupendo fragore inti-
mis mentis visceribus illapsa, à morte re-
uocat in vitam, à tenebris in lucē, à culpa
deniq; in Dei gratiam. Lazarus ille quon-
dam in sepulchro quatrduanus iacens, ta-
be cōfectus vermibus iam exedebatur, vo-
ce magna & Christi clamore illo poten-
tissimo, Lazare veni foras, excitat à mor-
te: & vocem Christi exanime corpus re-
ueretur, & illi assurgit protinus: & mortis
vinculis disruptis, ab imis inferorum sedi-
bus ad nostram hanc prosiliit lucē. Et cir-
cūstātium oculis, is qui mortuus fuerat,
vium se præbet, terrificumq; circūstā-
tibus offert deniq; spectaculum. Tanta est
diuinæ vocationis maiestas, atq; potestas.
Hæc autem audibilis fuit mortui Lazari
vocatio. At vero vocatio cuius modo in-
stituto tropologiam longe multo mirabi-
lior est, quæ non sensu carnis, sed solo mē-
tis sensu subtilissimo percipitur: quæ non
solum potentior vocatio est, quā illa, quæ
Lazarum suscitauit à mortuis: sed etiam
præclarior est quam illa alia, per quam vi-
sibilia hæc vniuersa condita sunt, & consi-
stūt. Etenim à vocāte Deo vniuersæ crea-
turæ ex nihilo ad esse suum prodierūt, vt
Esaias. capi. 41. docebit. Quis (inquit) hæc
operatus est, & fecit vocans generationes
ab exordio? Ego Dominus primus & no-
uissimus ego sum. Cui & paulus concinit
dicēs ad Roma. 4. Qui viuificat mortuos,
& vocat ea, quæ non sunt, tanquā ea, quæ
sunt. Diuina nanq; vox vocando lucē, fe-
cit lucem, vocando cœlum, & stellas, di-
xerunt ad sumus. Baruch. 3. Stellę (inquit)
dederunt lumen in custodijs suis, & læta-
tæ sunt: vocatæ sunt, & dixerūt adsumus.
Et luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit
illas. Ipse enim dixit, & facta sunt. Porro
etli mortuos viuificare, & vniuersa, quæ

non erant, facere vt sint, diuinæ, & magni-
ficentissimæ sit vocationis: at vocatio di-
uināq; vox, quæ citra strepitum, & clamo-
rem exteriorem, humanis cordibus altis-
simè intonat, & illa ad pœnitentiam fran-
git, & demollit, longe mirabilior est. Est
enim hæc vox illa cuius meminit Psalm.
28. Vox, ait, domini super aquas: Deus ma-
iestatis intonuit, Dominus super aquas
multas. &c. Quæ Psalmi verba si attente
obseruaueris, sex numerabis diuinæ voca-
tionis augustissima opera, & q̄ vastos a-
quarum vortices diuidit, & quod cedros
confringit, & quod flammās igneas inter-
cidit, & quod deserta concutit, & q̄ deser-
tum Cades commouet, & quod preparat
ceruos, & demum q̄ densissima, & oppa-
citate vmbrosa reuelat, atque manifestat.
Quæ omnia vna Dei vocatio operata est,
& quotidie operatur. Sūt enim aquæ mul-
tæ populi multi Ioanne exponēte. Super
has ergo aquas vox Dei tonat. Euangeli-
ca nanq; prædicatio gentium populos ad
se traxit. Rursum aquæ sunt vtique vastæ,
& in superabiles gurgites, seculi volupta-
tes, deliciæ, fraudes, amicitie, inimicitie,
mundi pompa & id genus cætera: quibus
mundus exestuāt, & fluctuat, & fluctibus
suis nos inuoluit, & miserè strangulat. Su-
per hos aquarum terribiles fluctus, vox
Domini clamat: hosq; turbulentos poten-
tissimè gurgites siccāt: hosque diuidit, vt
prorsus calcabiles seruis suis faciat. Vt o-
lim Moses percutiens virga maris Rubri
profundas, horridas, densissimasq; aquas,
siccis Iudæorum vestigijs subiecit: ita quo-
que Christus vocationis suæ efficacis per-
cussione cunctas quas mundus, caro, &
sanguis, & diabolus, minaces vndas exci-
tat, & tēpestuosos turbines, aduersus hu-
manam mētem, ne in Deum se trāsferat,
diuidit, & siccāt. Vt verè cū Ioan. dicamus
diuinam hanc vocationem vniuersa dia-
boli opera dissoluere, vt ita demum fide-
libus ad ipsam cœlestem patriam capeffen-
dam, nihil obfistant. Neq; solum vox Do-
mini huius tempestuosi maris, superbien-
tis di-

Locus psal.
exponitur
& obserua-
tione
expositio
nem.

Ioan. 11.

Vocatio ad
sanctitatem
potērior est
quam voca-
tio quæuis
alia ad tem-
poralia mi-
racula.

Vox Dei
quas siccāt.

Exod. 3.

1. Ioan. 3.

Matth. 7. nis discutit vndas, ut via Domini, quæ ar-
 cta est planior, & calcabilior reddatur:
 quin imo & superbos homines, qui pro-
 pter magnificentiam cordis sui atque ela-
 tionem, cedris Libani à psalmographo
 conferuntur confringit diuina vox, &
 humiles, & humilibus consentientes red-
 dit: flammæque, quas ira, atque libido, fer-
 uentes excitant diuina vox est, quæ illas
 mitigat, & intercidit. Nam ad cordis &
 corporis munditiam, ut etiam ad sanctita-
 tem sectandam, sine qua nemo videbit
 Deum diuina hæc vocatio non segniter
 prouocat, & iram deponere, pacemque
 cum proximis seruare instantissime mo-
 net. Hæc vocatio est, quæ desertam ani-
 mam & à cœlesti vacantem gratia, lachry-
 marum profluvio ita affatim rigat, & fru-
 ctuosè fecundat, ut quæ à Dei gratia va-
 cabat, poenitentia studio diuina gratia o-
 pulenter impleatur. Ceruos quoque præ-
 parat vox hæc domini, qui sunt timidi, &
 pusillanimes homines, qui timore mun-
 dano detinentur, ne diuinis mancipentur
 obsequijs. Quem timorem diuina vox de-
 pellit, ut se sacrare Deo non vereantur.
 Vox demum Dei est, quæ condensa reue-
 lat. Etenim diabolicas fraudes atque præ-
 stigia, quibus diabolus hæreticos præfer-
 tim, ceterosque peccatores, deludit, Dei
 vox retegunt: quæ non per strepente foris so-
 no sed intra nostri pectoris arcana tonās,
 quam vaser sit noster hostis interna sug-
 gessione suggerit, atque docet. Et ut erra-
 ta vitæ veteris corrigamus efficaciter
 monet. Ut cum prothemate dicamus,
 Et vocauit Dominus Deus exercituum
 ad fletum, & ad planctum, ad caluicium,
 & ad cingulum sacci. At id, quod istis ver-
 bis adiecit Esaias magno mihi terrori, &
 cuilibet pensitanti erunt. Et ecce (inquit)
 gaudium & lætitia: quasi dixerit, vocan-
 tem Deum ad poenitentia lamenta, ho-
 mines spernunt, pluris facientes carnis la-
 xamenta. Porro autem æquum est, ut hu-
 ius rei consideratio nosterreat, quod di-
 uinam negligamus vocationem, ad vo-

cemque pulsantis Christi ad ostium con-
 scientiæ nostræ non excitemur, sed potius
 ad vtramque aurem altissime dormiamus.
 Exit quotidie cœlestis ille agricola, ut vo-
 cet operarios in vineam suam. Dilucidan-
 teque primo sole, id est quando ætas no-
 stra pubescit, & lanugine prima nostræ ve-
 stitur genæ, tuncque blanda & amica vo-
 ce adolecentes monet, ne pubescentes
 annos florentissimos, sub tyrannide ini-
 qui principis (qui dæmon est) agant: imo
 contra sub verissimo, & benigno impera-
 tore Christo, primæ stipendia militiæ faci-
 ant. At verò si adolescens, vocantem
 Deum ad poenitentia fructus, surda aure
 pertransit, quia ætatis flos adolecentem
 effrænat, prestolatur tantisperdum ad pro-
 uectiorem & maturiorem, homo adole-
 scat ætatem. Atqui per id ætatis rursus
 ad poenitentiam vocat, & hortatur di-
 cens, fat tibi sit prima vitæ elementa Sa-
 tanæ deuouisse. Iam verò si matura adest
 ætas, maturus quoque esto sensus: abunde
 iam diu erratum est, per vitiorum deuos
 calles: velis modo erratorum priorum cō-
 moneferi. Neque qui sic blandè & suauis-
 sime vocantem spernit adhuc Deum, qui
 alioqui dignus ob hoc erat, ut prorsus sper-
 neretur, propterea à Deo vocante sperni-
 tur, imo repetitis vocationibus sedulo vo-
 cat homines Deus, etiam num frigescente
 ætate, etiam senectute opprimentē.
 Nam si peccatorum lethargico somno
 cerreptos viderit senes, atque decrepitos,
 à vocando non cessat. Quibus audi obse-
 cro quid diuina vox ait, Vos pudeat o se-
 nes me toties vocantē indignā toties pa-
 ti repulsam. Pudeat rursus vos, qui re-
 troactam ætatem pessimè collocastis, tan-
 tisque criminibus polluistis, iam nunc ex-
 trema tenentes vitæ, & ad periodum pro-
 pero fluentes lapsu, me vocantem non au-
 dire, me excitantem surda aure præter-
 mittere. Si non prius, certè modo mihi ac-
 quiescite, salutis monita porrigenti. Op-
 portuna nanque est mea monitio. Nan-
 que & patris est, & domini est, & amici

est. Oculi nanque vestri senio confecti iam natiuo destituuntur fulgore: tremulas agitis manus: vacillantes fertis pedes: niuefcit caput: dentes labuntur: totique ruinam nuratis. Cur ergo avaritia diuitiarum vos corripit? cur ira feruet, adhuc in peccatoribus vestris? cur libido adhuc vrit, quæ iam iam etiam num inuiti & oppido repugnantes dimittetis? Si ergo hospitium huius mundi, in quo diuersamini, tabernaculumque corporis vestri, quod habitatis necessario & prope diem deponendum est, quia peregrini estis, & non accolæ, fixi cur moras trahitis, ne peccata vestra plangatis? cur adhuc inertia torpetis vocante Deo? Et demum ut palam sit quæ sit Deus nostræ salutis amantissimus iam agonizantem, & in supremo vitæ halitu hominem constitutum, diuina vocatio non deserit. Nulla nanque tarda est, si tamen seria est poenitentia, ut autor est Cyprianus sermone quodam ad Demetriadem. Tunc ergo si non acquieueris vocanti Deo, de tua salute conclamatum est. Tunc dubio procul si vocantem non negligis, te serio poenitentem amplectetur Deus. Quanquam, si me consiliarium tuum recipis, in mortis anxias angustias poenitentiam ne differas. Difficilem mihi crede, id temporis poenitentiam fore. Qui enim fiet, ut breuissimo mortis articulo memor sis Dei, cuius in longissimo vitæ spatio oblitus es? Neque cuius quod latroni accidit extreme agenti accidisse legimus: imò, ut scitè Augustinus tradidit, hac animaduersione Deus peccatores punit: ut qui viuentes oblitus sunt Dei, morientes à Deo obliuiscantur. ¶ At obijciat aliquis, Quid ergo, si vocatio Dei stimulus est, contra quem difficile est calces mittere (ut superior diuinus sermo admonuit) quæ ergo fieri potest, ut diuinæ vocationi repugnemus? nunquid Paulus non poterat diuinæ vocationi obistere? Nanque si necessario acquieuit vocanti, Pauli consensus nullius meriti fuit: neque magnificandus est Paulus, quod acquieuerit: & peccatores ceteri

ri excusabunt, Deoque obijcient, se non ea, qua Paulus vocatione vocari: quippe qui possunt aduersus diuinum stimulum recalcitrare: id quod Paulus non potuit. Et sunt Theologi non ignobiles qui nodum istum intricatum satis, extricare voluerunt. Quare tradiderunt Paulum liberi arbitrij fuisse interim dum permittebat se illuminari, & intus commonefieri à Deo: quæ ad gratiam Dei præparamenta sunt necessaria. At commonefactus, & illustratus, repugnare non potuit, neque aduersus Dei stimulum recalcitrare. Ego verò non ita dixerim: credo enim omnes qui iustificantur poenitentia agitati motu, liberos esse prorsus, & in diuinis suasionibus audiendis, & illuminationibus suscipiendis, omnibusque his, quæ ad gratiam præparant concipiendam præmissis, liberum erit aut resipiscere, aut non resipiscere. Istud namque est liberum gerere arbitrium quod nullis præuijs dispositionibus præparatum, & adornatum, siue ad amorem, siue ad odium, vel ad quencunque alterum affectum cogetur. Nulla enim tanta liberi arbitrij poterit esse præuentio nulla tanta prouocatio, ut necessario velit, aut nolit: sed si vult liberè vult, si non vult liberè non vult. Paulus igitur, qui rarissima illa & singulari à Christo præuentus est vocatio ne, liberum habuit & præuenienti Christo, & terribili illa inclamanti voce Saule Saule cur me persequeris, refragari, & resistere. Neque enim impossibile dixit Christus esse contra stimulum calcitrare, sed durum est tibi contra stimulum calcitrare. Aliud autem durum est, aliud vero impossibile. Hoc enim est quod fieri nequit, illud vero quod difficile est ut fiat. Est enim durum tradente Aristotele in Meteorologicis quod difficile cedit diuidenti, ut blandum quod facile cedit. Porro sunt vocationes diuinæ quædam vulgares, quæ in usu diuino sunt frequentissimæ, ut homines ad se pelliceat, & prouocet, quibus nullus est fidelium qui non participet: à quibus resistere etiam in usu

hominum

2. Pet. 1.

Demetriadem etiam sub mortis agonibus peccatores mirabiliter vocat & notandum est Cyprianus.

Lucæ. 9. 3.

Egregia quæstio de diuina vocatione.

Pauli vocatio qualis,

Iustificatio hominis prout est liber.

Locus ex Acto. 9. explicatur.

Vocationes diuinæ quædam vulgares aliæ eximie & mirabiles.

hominum est, vt Eſaia, quæ indicauimus prothematis verba facile demonſtrāt. Vocauit dominus exercituum, ad fletum & ad planctum, & ecce gaudiū, & lætitia. Et Stephanus prothomartyr hoc nomine Iudaos culpāt, quod Spiritui ſancto (ideſt diuinæ vocationi) reſtiterunt Actorū. 7. Et diuina ſapientia paruulos, & ſtultos, eodē nomine increpat, quod prædicante ipſa foris, & in plateis dante vocem ſuam, & in capite turbarum clamitante, vocem eius ſtulti & paruuli audire renuant, & extendere manus nullus ſit qui aſpiciat. Prouerborum. 1. Hæc nanque ſapientiæ increpatoria verba vulgarem hæc quam diximus vocationem, quæ in omnes homines maximè vero fideles, ſe diffundit patefaciūt.

Deo clamat externis & internis vocibus. At qui Deus forinfecus clamat, & intrinfecus clamat: neque contentus voce & clamore, etiam ad manuale ſignum ſe confert, vt verbo & opere vocet. Forinfecus ſanè clamat. Viſibilia nanque omnia quæ cernimus quid aliud ſunt, niſi perpetuæ quædam deitatis voces, vocaliſſimæque

Omnia viſibilia nos vocāt ad Deū que incitāt tubæ diuinitatis, quibus concitamur, aut concitari debemus, vt debitum Deo præſtemus cultum? Has tubas, haſque voces cordialibus auribus ſatis excipiebat qui canebat, Deleſtaſti me domine in factura

Psalm. 91. tua: & in operibus manuum tuarum meditorabor. Et ruruſum, Quam magnificata ſunt opera tua domine, omnia in ſapientia feciſti.

Psalm. 99. Foris ruruſum clamat Dei ſapientia: quia per ſacras ac Deiloquas ſanctarum ſcripturarum muſas hominem allicit, vt ſibi cedat, & terret, ſi non ceſſerit, teſtante

Deus ex ſacra ſcriptura ſemper clamat. Paulo. 1. ad Timoth. 3. Omnis, inquit, ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo dei ad omne opus bonum inſtructus. Foris igitur per haſ ſcripturas diuina ſapientia clamat, & arguendo & increpando. Aliud autem eſt arguere, aliud verò increpare aut corripere. Arguere enim eſt, culpas indicare: at corripere eſt in culpas hominum inuehi, & in illas animaduertere.

Arguere & increpare non idem.

Nolite, inquit Paulus, errare: neque fornicarij, neque adulteri, &c. regnum Dei poſſidebunt. Et iſtud quidem arguere eſt. At verò quando priore ad Corinthios. capitulo. 5. Corinthium inceſtuoſum Satanæ tradidit, correptio fuit: vt & dominus vendentes, & ementes, in templo flagello ex funiculis contexto, verberando corripuit. Præter hæc & foris clamat, per prædicatores ſuos: quibus id muneris delegatum eſt vt diuina verba dilucidantes fidelibus calcaria adiſciant, vt de peccatis ſuis ſedulò conterantur. Eſt & alia forinſeca vocationis præter haſ, quæ non verbo tantum agitur: ſed opere. Deus nanque contumacia & rebellantia hominum corda, (quæ verbi diuini ſuauiſſime non demulcentur) flagellorum auſteritate, agenda iudicat: vt vel ſic illos ad ſe trahat, iuxta illud quod

1. Ad Cor. 6.

Matth. 21. Ioan. 2.

Deo clamat per prædicatores veros.

Psalm. 82.

Prouerb. 1.

Vocatio interna qualis

Locus Iob pulchrè explicatur.

furrijcius. Hæc nanque interna vocatio, absconditum verbum futiuèque susceptum eò dicitur, quò in penetralibus cordis, in penitissimo mentis humanæ conclau, duntaxat sonat, & loquitur. Quare & futiuè suscipitur, quia clanculariter, sine arbitris Deo (qui testis est in cœlo fidelis) solummodo conscio auditur, atque suscipitur. Et Esaias quoque capitulum 50. huius verbi absconditi mentionem non prætermisit. Erigit (inquit) mane, mane erigit mihi aurem, vt audiam, quasi magistrum. Mane utique erigitur Esaiæ auris, quia iustus ad vigilandum tradet cor suum diluculo. Deinanque inspiratio hoc amat, hoc querit, vt inertiam humanam tollat: segnitiamque depellat, vt spiritu ferueamus, & sollicitudine ne simus pigri, ad Romanos. 12. ¶ Vocationum hæc genera sunt, quibus Deus vocat ad se mortales omnes: qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. 1. ad Timotheum. 2. Quanquam, vt diximus, erga fideles præcipuè vtitur illis Deus, qui est saluator omnium hominum maximè fidelium. 1. ad Timotheum. 4. Iam verò vsuales cum sint vocationes istæ, sine magno negotio illis repugnatur, ne dum non ceditur: aduersusque hos diuinos stimulos frequenter recalcitrant homines. At non itidem in singularibus rarissimisque Dei vocationibus, qualem illam fuisse Pauli diximus: quibus difficilè est non acquiescere. Ideoque dominus dixit Paulo durum est tibi contra stimulum calcitrare. Et si diligenter obseruas, vocatio Pauli exterior (quam legis singularem, tum quia vox Christi de cœlo intonuit, tum, quia charitas Dei circum fulsit, & suffudit eum, & cæcauit oculos eius, tum quia deiectus ab equo in terram) abundè admonet & commonefacit nos, vt internam vocationem singularem quoque esse credamus. Si quidem vt prædiximus, exteriores vocationes internis subseruiunt. Quapropter etiam si non legamus verbum illud abscondi-

tum, quod internus auditus Pauli futiuè, vt verbo vtar Iob, idest, in secreto, & in silentio suscepit: at magnificum fuisse verbum illud, & efficacissimum, quis non fatebitur? Quippe quod non per moras, & temporum lapsus, sed in puncto persuasit Paulo, Christi cultum & amorem: & Christi hostem in acerrimum, Christi propugnatorem permutauit, & euangelicæ gratiæ assertorem fecit strenuum. Et si vox Christi tonabat exterius, multo vehementius insonuit interius, & si claritas cœlestis Paulum exterius circumfudit, multo vberius interius infudit: & si deturbatus ab equo, humilis iacebat in terra, præstantius multo apud semetipsum deiectus, & à proprio infidelitatis placito deturbatus, Christianæ fidei in semetipso iacebat obtemperantissimus. Cur autem sic Paulum admirabili vocatione hac traxerit CHRISTVS, alios autem non ita traxerit, quis queat facerrimum hunc diuini mysterij profundissimum tranare gurgitem? Si quidem non volentis est, neque currentis, sed Dei miserentis: & cuius vult miseretur, & quem vult indurat, ad Romanos capitulo. 9. Satiùs ergo atque consultius duxerim, cum diuo Augustino in homilia ad Ioannè dicere, Cur istum trahat, & illum non trahat, noli scrutari, si non vis errare: si non traheris ora, vt traharis. Melius ergo est ita sapere, quam altum sapere: & de arcanis Dei, plusquam oportet, stultitiæ est sapere: cum tamen oporteat secundum sobrietatem sapere ad Rom. cap. 12. satis nobis sit in comperto apud Paulum esse, Deum scilicet omnes vocare, & trahere sibi acquiescentes, & repudiare sibi repugnantes, siquidem vult oēs homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: præstatq; nō parcè quod huic negotio iudicat necessariū. Nāq; vt vellet omnes saluos fieri, nisi vocasset oēs? Quandoquidē vocatio hæc diuina salutis principiū, & origo est, vt initio huius declamationis dicebamus. Hoc ergo gratuitū vocatiōis munus

Exterior vocatio, interior subseruit.

vocatio Pauli exterior qualis esset interior ad monebat.

In diuini dicandis tenendus est modus

1. Timotheo 4.

Iob. 16.

Eccle. 39.

Pauli vocatio multis hominibus miraculosa.

in om-

Math. 13.
Luc. 8.

Esai. 1.
Exemplum
filios sine
voce, ad
Deum vo-
cant.

Hier. 19.

in omnes mortales Deus effundit : & quod suum est meracissimæ gratiæ opus, omnibus hominibus præstat. At verò ut semen illud euangelicum, quod tamen si legimus diligenter seminatum, non vitio seminantis, sed terræ cui mandabatur infru giferum ex maiori parte redditum est: ita propemodum diuinam vocationem inutili (ne dicam noxiam) nostra culpa reddimus. Neque pudet nos (quod maximè erat pudendum) vocanti Deo non auscultare: & Deo stimulante diuinum proijcere à nobis stimulum : & expergeficiente Deo somnolentiam plusquam veternam peccatorum amare. Proh miram Dei benignitatem, quæ tanto in nos homunciones fertur affectu, ut nos identidem ad se vocet: neque pigeat etiam atque etiam calcaria adijcere, ut torpedinem decutiat nostram & inertiam depellat omnem qua nunquam non noxiè afficimur, ne de peccatis nostris excitemur. Ad hæc exempla sensibilibus ad cultum Dei nos impedire commonefaciunt, & strenuè sine voce vocant. Nam si cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, (quæ sunt bruta mentis expertia) quanto satius esset, ut qui conditus est ad imaginem Dei, illum vnicè colat, cuius imago est? Scripturis quoque sacris idem quoque horratur, & admonet: per ministros diuini verbi, hoc idem faciendum iubet & facit. Et demum per semetipsum interne afflat & inspirat & humane menti in silentio loquitur, ut de peccatis suis lamenta capiat, & fletum, pro erratis commissis eligat. At ea est nostræ libertatis procacitas, & impudentia, ut creberrimè vocantem Deum, creberrimè quoque illius vocationem deludamus. Quasi verò multi negotij sit diuinis suggestionibus auscultare, imò maioris est illas repudiare. Vocat enim dominus non ad tribulationem ingerendam, sed depellendam. Ego (inquit) cogito cogitationes pacis & non afflictionis. Ad sanctificationem vocat, non ad coinquinationem. Et demum ad

id nos vocat, ut omnibus malis explosis vitam donet æternam. At quanti negotij hoc putas esse? Si amicus te vocasset ut ditesceres, nunquid repugnares? si medicus te vocaret, ut te à morbo leuaret, nunquid non cederes? si rex denique ad honores, & primatum nunquid resisteres? Quid ergo vocanti Deo ut ditescas diuitijs sempiternis, ut ab omnibus morbis animæ & corporis leueris, & demum ne te principem in cœlis æternò faciat, obmurmuras & recalcitras? Age iam, obsecro & noli inurbanus & inciuilis esse: & salutaribus diuinæ vocationis monitis obtempera. Obserua vocantis personam, quæ Deus est, obserua ad quid voceris: quippe ad tua vocaris emolumenta. Obserua denique si vocanti Deo non obtemperas, de tua re non de diuina agi. Nam sempiterno peribis. At dices forsitan mihi tu, qui vocanti Deo repugnare decreuisti, diuinam vocationem reuerendam utique & obseruandam esse: verum ardua sunt, ea, ad quæ vocat, tristia sunt, aspera sunt, ut prothema docuit, vocauit dominus ad fletum ad planctum, & ad caluicium, à quibus mirum est quam humana refugit natura. Tristia namque testante Aristotele corrumpunt & stupefaciunt naturam. Neque facile est seculi voluptates, & delicias, (quæ sunt hominibus, ut Plato dixit, ab ipsa infantia sociæ) negligere. Neque facile est libidini parcere, inimicis ignoscere, pauperes ex propria substantia alere: & demum virtutis omnia opera difficilia sunt. Et denique operosum admodum est à peccatis abstrahi, & semetipsum negare, omnibus renuntiare corruptis affectibus, & crucem domini iugiter baiulare. Et iusta sanè esset excusatio hæc, nisi is qui ad ardua hæc (quæ obijcis) vocat, ut illa superares in manibus non ferret auxilium. Cum tamen contra sit (vocando enim hominem Deus suppetias fert, ut illi ad grandia vocanti obtemperet) gratis te vocat, & gratis vocando, gratis etiam auxiliatur. Rursum si

Exemplum
ditur diui-
uinæ voca-
tioni esse pa-
rendum.

Obseruanda
vocantis per-
sona, & ad
quid vocemur.

Luc. 9.

Excusatio
peccatorum
in iusta quæ
prætexunt
ne Deo vo-
canti pareant.

Matth. 8.
Luc. 13.

Pœnitentię
opera exte-
riora cōtra
blatēram
Lutherum.

Matth. 14.

planctus & fletus carnalem concupiscen-
tiam conficiunt, mentem tamen reficiunt.
Fœlix carnis tristitia, quæ spiritus gaudia
parit: fœlix fletus, qui à fletibus gehennæ
liberat. Nam illic erit fletus, & stridor dē-
tium: fœlix denique planctus qui à nouis-
simo illo planctu eripiet, cuius Matth. me-
minit. 24. Et tunc, ait, plangent omnes tri-
bus terræ. Et cur obsecro plangent? quip-
pe Esaias ait, Vocauit dominus ad fletum,
ad planctum, ad caluicium, ad cingulum
sacci: quæ omnia sunt pœnitentiæ opera,
& quæ in vsu hominibus erant, vt deie-
ctum se habere mœrore animū exterius
protestarentur. Iob enim detonso capite
corruit in terram: quam detonsionem cal-
uicium hoc loco Esaias vocat. Et Achab
diuinos Eliz expauescens sermones, sci-
dit vestimenta sua, & operuit cilicio car-
nem suam, ieiunauitque, & dormiuit in
sacco. 3. Regum. 21. Plangent ergo tunc,
quia hæc pœnitentiæ munera, ad quæ præ-
standa peccatores vocat Deus, ipsi non
præstiterunt, imò contraria istis. Ecce, in-
quit, gaudium, & lætitia, occidere vitulos,
iugulare arietes, comedere carnes, & bi-
bere vinum, vt in diebus Noe comedentes,
& bibentes, & epulantes, libidini, &
ganeæ vacantes, diluuij immensi trami-
tes, incautos oppresserunt. At dices, Num
culpandi sunt, qui vitulos occidunt, arie-

tes iugulant, vt carnibus vescantur, vina-
que bibunt? Vtrique secundum tropolo-
giam culpandi sunt, qui secundum lite-
ram si modeste illis vterentur inculpati es-
sent. Vis scire culpam? Leuiticus libet te il-
lam docebit. Hic enim præcipit vitulos,
& arietes Deo in sacrificium mactandos.
Tunc vero non mactamus, imò contra in
sacrificijs Dei luxuriamus si vitulum (qui
lasciuia carnis præse notat) non refræ-
namus, imò potius illi aduersus Deum ha-
benas laxamus. Rursum si arietem qui
mentis superbiam denotat, non confringi-
mus, sed elato animo ferimur, nobis tunc
illum iugulamus, & non Deo, & tandem
si vino contra apostolicum præceptum
inebriamur (in quo est luxuria) & non Spi-
ritu sancto, culpandus erit potus noster.
¶ Nihil ergo nos terreant fletus, & plan-
ctus, & caluicium, saccique cingulum:
nihil demum nobis oppediant, quo minus
vocanti Deo obtemperemus. Lachry-
mæ enim & planctus, culpas abstergunt,
caluicium spirituale hoc affectuum terre-
norum cæsariem depilat, atque decaluat: cin-
gulum vero sacci defluxam vitæ formam
componit, atque constringit: vt ita bene suc-
cincti atque compositi, præclareque deton-
si, insigniterque mundati, omnibusque diui-
nis stimulis nos permittentes, cœlesti tan-
dem potiri premio promereamur.

Vitulos la-
sciuia figet
ficat carnis,
arietes vero
extollentiā.

Eph. 5.

TROPOLOGICA DECLA-

matio secunda, De beatissimis Apostolis

Petro & Paulo, deque cœlestibus à Christo

concreditis ecclesiæ clauibus, cu-

ius prothema est.

Et dabo clauem David super humerum eius. Esa. 22.

Clauis eccle-
siæ Christus
primus ha-
bet.



VI IN PRIMIS
hæc clauis Dauidica data
sit docuit ille, qui cœlesti-
bus visionibus in Parthmo
insula exul fruebatur insig-
niter. Scribēs enim Angelo philadelphiz

ait, Hæc dicit sanctus, & verus, qui habet
clauem David qui aperit, & nemo claudit,
claudit & nemo aperit, Apoc. 3. Dignissi-
ma equidem res hæc quæ solerti tractetur
indagine cum ecclesiæ catholicæ sanctifi-
catio à clauibus istis pendeat: tum maxi-

mè propter hæreticos huius æui, qui iunctis, quod aiunt, vmbonibus clauēs has repudiāt. Porro autem, vt hinc mihi gradū ad dicenda faciā Christus hic eximius clauiculari⁹ est, cuius clauibus cœlestia regna referantur. At verò quia inter dilucidandum de eximio hoc primarioque clauiculario non nihil attigimus, nūc de beatissimo Petro cœlestis clauicularij Christi clauiculario, & celebri vicario, deque collega eius insigni Paulo, differere instituo. Quanquam clauēs regni cœlestis omnibus Apostolis Christi collatæ sunt, Ioanne tradente capitulo. 20. Accipite (inquit) Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis. &c. Id quod apud Matthæ. 18. obscurius dixerat dominus, Quæcūque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcūque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo. Quippe omnibus apostolis apostolica potestas æqua fuit: quia ex equo illos à CHRISTO vocatos legimus. Quare Paulus in. 2. Epistola ad Corinth. hanc vniuersalem administrandi ecclesiam potestatem, se habere docet, in hæc verba: Præter illa, quæ extrinsecus sunt instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium ecclesiarum. Nanque etiam si Galatis scribens Paulus capitul. 2. Petri Apostolatū Iudæis aptet, vt & suum gentibus. Ait enim qui operatus est Petro in Apostolatū circumcisionis operatus est mihi inter gentes, circumcisionem vocans suo more Iudæos, quorum ritus patrius atque solennis erat præpuciorum circumcisio. Verum non ob hoc ducendum erit, aut Petri potestatem ita limitatam esse ad Iudæos, vt non profunderetur ad gentes, aut Pauli ita ad gentes potestatem obstringi, vt ad Iudæos apostolica Pauli potestas non extenderetur. Quippe vt diximus dominus Apostolis suis omnibus ius vniuersale administrandi catholicam ecclesiam contulit. Vniuersaliter enim prescripsit, quæcūque ligaueritis in terra erunt legata, &, Accipite Spiritum sanctum:

quorum remiseritis peccata, &c. Et Petrus, cui Paulus Apostolatū circumcisionis dudum tribuerat, linteo de cœlis ostenso quatuor inijs ad terram submisso: animalibus immandis refertissimo, diuinitus docetur potestatem suam Apostolicam non obstrictam esse circumcisioni, sed dilatandam in omnes gentes, quæ sub cœlo erant: quæ per animalia immundade notabatur. Id quod notabat immundiciæ, idololatriæque inquinamenta, à Petro occidenda, & abstergenda, quibus absterfis in CHRISTI mysticum corpus, gentes essent transferendæ. Hoc enim sibi volebat cœleste oraculum: Petre occide & manduca, Actorum. 10. Verum quod Apostolus nuncupetur circumcisionis Petrus, quasi solum ad ministerium Iudæorum fuerit deputatus, ad eam formam deducendus est sermo hic, ad quam & ille euangelicus, Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel Matthæi. 15. Perspicuum autem est, Dominum non solum missum salutis Iudaicæ gratia, quin etiam & omnium gentium, vt Esaia locus capitulo. 49. Posui te in lucem gentium & plerique alij in numeri aperte demonstrant. Porro cum CHRISTVS personale ministerium, & miraculorum, & doctrinæ, Iudæis & non gentibus præstiterit, hac de causa se missum Iudæis solum fatetur. Petrus quoque Apostolus, quia hoc ipsum, vt CHRISTVM dominum, cuius vices gerebat in terris, imitaretur personali quoque officio, & doctrinæ & miraculorum erga Iudæos vsus est, vt gesta Apostolica testantur capitulo. 2. Stans (inquit) Petrus cum vdecim leuauit vocem suam. Sæpèque aliàs apud Iudæos concionem habuit: vt in eisdem gestis patenter legimus. Rationi nanque consentaneum videbatur, vt natio Iudæorum, quæ tot peractis seculis, & fidem CHRISTI, & amorem, & spem, profitebatur: vt ipse quoque CHRISTVS primusque eius vicarius Petrus, personali munere & assistentia, illam & ornarent,

Acto. 10

Petr⁹ ex linteo visio ad monēt clauēs illi concessas esse ad omnes gentes.

Concinit e-
gregiè loc⁹
euāgelij cū
Apostolico.

Iudæi honorati sunt e-
gregiè à
Christo &
Petro.

Omnibus A-
postolis æ-
qua fuit po-
testas.

Cap. 11.

& honorē prosequerentur. Cæterum Petri primatus, seu Apostolica functio, etiā & in gentes omnes profusa est: siquidem cum in Ponto quinq; egisset annos apud Antiochenos diuersatus est, vt Paulus testatur ad Galat. 2. Etiam si Clemens lib. 4. disputationum, indicante Eusebio Cæsariensi Petrum hunc, quem Paulus commemorarat dudum non Apostolum illū vericem apostolorum, sed alium ex numero 72. esse putat. Cuius placitū si veritati consensisset, iurgia scholasticorum, quæ originē ducūt à dissensiōe Augustini, & Hieronymi, facilē cōsopirentur: videlicet si Petro dandum est vitio quod gentium cibis vesceretur Antiochiæ agens, postmodum vero Iudæis aduenientibus à conuictu gentium se subduxerit, Iudæorum personā reueritus. De qua re in subiungendis fortassis mētio aliquāta erit. Interdum autē ad id se referat, vnde nostra defluxit oratio: Apostolos, scilicet, omnes æqua Apostolatus plenitudine potitos fuisse. Sūt enim illi duodecim boues fufiles, quos diuina refert scriptura. 2. Paralipo. 4. quibus fulcendum imponebatur mare quoddam æneū, quod in templo Salomonico lauandis victimis, collocabatur. Sanē Apostoli legitimo typo boues ecclesiæ Christianæ fuerunt, qui ad mortem vsque arcam dominicam triturauerunt infidelium turbas veluti paleas proijcientes. Quos verò in Christianam fidem sibi sociabāt, vt purissima frumenta in horreo Christi (qui est ecclesia Dei) adseruabant. Isti fuerunt boues, quos agens cœlestis auriga Christus, terrena omnia desideria proscedit, & humana corda dura, & stupida, elapidauit, & molle fecit. Isti sunt boues, iuxta quos qui non pascit diuina verba, diuinum cultum diuinamq; religionem, salubrēq; pastum, non assequetur: habentq; sibi impositum mare. Quippe baptismi prædicatio & administratio in totum orbem, illis iniūcta est, Ductor nanq; horum bouū Christus illis præcepit, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris,

& Filij, & Spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcunque mandauit vobis. Vbi vides si obseruare voles indiscriminatum apostolicum munus Apostolis omnibus à Christo cōmitti. Nam ait in omnes gētes, & in oēs nationes: id quod & bouum situs, (quorū paulo ante meminimus) adūbrabat. Tres enim illorū Oriētem versus spectabāt, tres Occasum, alij tres Austrū, postremus deniq; ternarius Aquilonem. Quæ bouū positio, ad omnia mundi climata obiecta hāc vniuersalem sanctorū Apostolorū iurisdictionē super omnes gētes, quæ sub cœlo sunt præseferbat. At verò quanquā hæc, quæ diximus vera sunt, culmen tamē & Apostolatus celsitudinē, eūgelica oracula Petro tribuunt. Illi enim seorsum dominus ait, Tu es Petrus, & super hanc petrā ædificabo ecclesiā meā: & portæ inferi non præualebūt aduersus eā. Et adiecit, Et tibi dabo claues regni cœlorū: & quodcunq; ligaueris super terrā, erit ligatum in cœlis. Quæ omnia singularē quandam præminentiam Apostolici muneris in Petro esse, id quod in alijs apostolis desideratur, haud dubiū insinuāt: tum, quia cum Petro singulariter dominus verba facit: tum quia vt expēdit Origenes homilia. 6. in Matthæum, cæteris discipulis, quæ soluerint, aut quæ ligauerint, super terrā ligata esse inquit aut soluta esse in cœlo singulari numero cœlum nominās. At cū Petro potestas hæc conferenda à Christo promittitur, non in cœlo sed in cœlis ratum habendū, quod Petrus soluerit, aut ligauerit traditur: vt pluralis cœlorum numerus, qui singulari præstat principatum seu Petri primatum super cæteros apostolos subindicaret. Et rursus quando hæc primariæ Apostolicæq; functionis pollicitatio operi mādatur, apud Ioannem. c. 21. singulariter quoq; Petro conceditur. Pafce (inquit) agnos meos: pafce oues meas. Ab eodēq; Petro Dominus pro singulari iniūgēdo munere pascēdi agnos & oues, singularē præexegit amorē dicens, Simō Ioannis diligis me plus his? vt is, qui cæte-

Typ' aduer
ceduxer lib.
2. Paralip.

Culmē apo
stolatus in
Petro.

Matth. 16

Obferuāda
expositio:
Matthæi ex
Origene.

Placitū Eu
sebij Cæsā
riensis Epi
scopi.

Apostoli
sunt boues
fufiles.

Ecclesia ca
tholica est
horreū Chri
sti.

ris Apostolis maiori in Christum ferebatur amore, dignitatis quoque Apostolicæ esset præferendus honore. Et apud Lucā 22. Petro quoque fidei stabilitatē pollicetur, cōfirmandiq; fratres munus iniungit. Ego inquit, rogavi pro te, vt non deficiat fides tua: & tu alqñ conuersus cōfirma fratres tuos. Cur ergo singulariter rogauisse dñm scriptura tradidit? Cur cæteros Apostolos & discipulos dñi cōfirmandi in fide Petro cōmittitur autoritas, nisi quia princeps Apostolorū erat tunc futurus? Etem docēte Paul. 1. ad Tim. 2. oñones specialiter pro his, qui in sublimitate sunt cōstituti, ad Deum porrigendæ sunt. Et quanquā apud Ioannē legamus ca. 17. Dñm iam iā moriturū pro omnibus Apostolis suis, cœlestem patrem suum precatū fuisse (Pater inquit, sancte serua eos in noīe tuo, quos dedisti mihi) at singulariter pro Petro rogauit, vt singularē eius sublimitatē ostenderet. In gestis quoque Apostolicis legimus de Petro in carcerem coniecto ecclesiam Dei anxiam & sollicitam fuisse, precesq; ad Deum pro Petri incolumitate fuisse. Nempe, quia operæpretium erat, vt membra de capitis salute sollicitarenī. Vnde ait, Oratio fiebat sine intermissione ab ecclesia ad Deū pro eo Acto. 12. Et quanquā non primus ad apostolicū munus ascitus fuerit Petrus: primus tamen recensetur omnium Apostolorum, vt Matth. 10. Primus, ait Simon, qui dicitur Petrus. Et tanq̃ primatē Apostolici collegij se gerit Petrus. Pro omnibus em̃ Apostolis fidem Iesu Christi profitetur. Tu es ait, Christus filius Dei viui. Imò cæterorū Apostolorū responsū corrigit ostendens Chrm nō Eliam, aut Ioannē Baptistam, aut quenuis alium prophetarum, non seruū denique aperta confessione, sed Dñm esse pñtiat. Et discipulis quibusdam offensis ex domini verbis, Nisi manducaueritis carnē filij hoīs, & biberitis eius sanguinē, non habebitis vitam in vobis: qui cū verborū horū occasione arrepta à Christo discessissent, petenti ab Apostolis Chro, Et vos vultis

ab ire tanq̃ Apostolorū caput, pro illis respondit. Ad quem, inquit, ibimus: verba vitæ æternæ habes, & nos credimus & cognouimus, quia tu es Chrs filius Dei, Ioā. 6. Responsū hoc Petri attentē obserua. Nam cū ipse alioqui vnus esset, at personā gerens omniū Apostolorū, nō dixit, Quō ibo, sed quo ibimus: non dixit ego credo, sed nos credimus. Et quia omnium fidelium est credere, prælatorū verò & maximē ecclesiastici verticis, non solum est credere, sed cognoscere, & differere, & scrutari, credita aut credēda. Propterea veluti Apostolicos successores episcopos præmonēs, Nos inq̃, credimus, & cognouimus. Germanissimē igitur verba nostri prothema tis beatissimo Petro aptantur: Dabo clauem domus Dauid super humerum eius. Petro nanq; soli Christus promisit clauē has Matth. 16. Et tibi dabo, ait, clauē regni cœlorū. Et quod promiserat impleuit apud Ioan. 21. Pasce, inquit, agnos meos. Cæteris verò Apostolis nō dixit, Vobis dabo clauē regni cœlorū, at illarū facultatē illis pollicet. Quæcūq; em̃ alligaueritis in qt dñs sup terrā &c. At Matth. 18. & Ioā. 20. clauū potestātē sermone pollicitā opere præstat. Accipite, ait, Spiritū sanctum & reliqua, quæ sequunt. Itaq; Petro & promissio clauū singulariter cōmittit, & singulariter concedit: reliquis verò Apostolis generatim & cōiter vtrunq; donatur. Id quod abundē apostolicum culmē, apostolicāq; celsitudinem in Petro locari testatur. At verò forsītā occines nobis hæc, quæ modo asserimus, non cōcinere cum prioribus. Diximus em̃ Apostolis oībus æquā fuisse potestatis amplitudinē. Si ergo æqua fuit potestatis amplitudo, vt ergo Apostolici culminis dignitate Petrus cæteris Apostolis præferi? Quid qđ si oēs Apostoli in plenitudine hac Petro æquantur: instituit igitur Christus duodecim pontifices summos: qui ecclesiæ suæ præessent? id quod à veritate fidei plurimum abhorret. Est enim ecclesiastica gubernatio monarchica, id est, vnius principis nō

Notandus Ioā. locus q̃ Apostolici verticis est.

Petrus habet clauem Davidicam super humerum suum.

Notanda obiectio ad intelligētiā scripturæ.

Pro Petro scriptura commemorat.

Petrus etsi non primo vocatus ad Apostolicā functionem primas tamen tenet Apostolicæ functionis partes.

Ecclesiæ gubernatio politica monarchica est

multorum. Etenim quemadmodum Christus, qui ecclesiæ Catholicæ supremus est princeps, non diuisus est, sed vnus. i. ad Corinth. 2. Nunquid, ait, diuisus est Christus? ita quoque & qui Christi personam in terris agit, vt Petrus egit, & pontifex summus gerit, modo vnus est, non multi. Et fieri nequit nullaque necessitas poscere potest, vt ecclesia Iesu Christi pluribus eisdemque summis moderetur pontificibus, quantunlibet pacis bonum, concordiaque principum secularium illud exigere videatur. Quippe vni Petro clauces promittuntur regni cœlorum, vt in foro animæ summa potiretur potestate. Vni Petro agnorum & ouium pascus concreditus est, vt in foro exteriori plenissima quoque iurisdictione frueretur. Et demum vnus Deus, vna fides, vnum baptisma. Non ergo cæteros Apostolos pontifices summos ecclesiæ fuisse scitè quis dixerit. Redditque proposita hæsitatio si Apostoli pares erant Petro, cur non summi pontifices cum Petro? At verò hanc potestatis paritatem diuus Cyprianus tractatu. 3. de simplicitate prælatorum aperto sermone docuit. Hoc erant, inquit, utique & cæteri Apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio præditi, & honoris & potestatis. Omnes enim Apostoli ab eodem Christo non à Petro, clauicularem potestatem eandem acceperunt, vt paulò ante differebatur. Neque Petrum legimus in reliquos Apostolos iurisdictione exercuisse. Quinimo Iacobus, & Cephas, & Ioannes qui videbatur columnæ esse dexteræ dederunt Paulo, & Barnabæ societatis, vt isti gentibus euulgarent euangeliū, illi verò Iudæis. ad Gala. 2. Id quod ostendit potestatis paritatem: si quidem ex mutuo pacto ad prædicandū se se contulerūt. Cæterum vt ecclesiæ vnitas seruetur, Petrus primarius ecclesiæ pastor, primariusque clauicularius à Christo creatur, & instituitur. Cuius primum apostolicamque celsitudinem tanquam vniuersali regimini ecclesiæ necessaria, ordinaria esse vo-

Matth. 16.

Ioan. 21.

Ephes. 4.

Matth. 16.

Ioan. 21.

Ephes. 4.

Matth. 16.

Ioan. 21.

Ephes. 4.

Matth. 16.

Ioan. 21.

Ephes. 4.

Matth. 16.

Ioan. 21.

Ephes. 4.

Matth. 16.

Ioan. 21.

Ephes. 4.

Matth. 16.

Ioan. 21.

Ephes. 4.

Matth. 16.

Ioan. 21.

Ephes. 4.

Matth. 16.

Ioan. 21.

Ephes. 4.

Matth. 16.

Ioan. 21.

Ephes. 4.

Matth. 16.

Ioan. 21.

Ephes. 4.

Matth. 16.

Ioan. 21.

Ephes. 4.

Matth. 16.

Ioan. 21.

Ephes. 4.

Matth. 16.

Ioan. 21.

Ephes. 4.

Matth. 16.

Ioan. 21.

Ephes. 4.

Matth. 16.

Ioan. 21.

Ephes. 4.

Matth. 16.

Ioan. 21.

Ephes. 4.

luit Christus in ecclesia sua. Adeò vt Petri successores in eodem regiminis primatu, clauiumque cœlestium autoritate solioque Apostolico Petri, & potirentur & fruerentur. Cæteri verò Apostoli, & si pari cum Petro consortio honoris, & potestatis præditi fuerint: verum tanquàm delegati non tanquàm ordinarij culmine illo Apostolico Petri potiti sunt. Quapropter & illis extinctis extincta quoque fuit delegatio. Vnde & qui sedes reliquorum Apostolorum adepti sunt, non ad Apostolicæ potestatis plenitudinem promouentur: sed honore & potestate longè sunt Apostolis inferiores. Sunt em̃ episcopi qui Apostolis succedunt, qui non ad paritatem Apostolicam assequendam creantur, quæ vniuersalis erat, sed solum ad suas Dioceses administrandas instituuntur. Quorum institutio à Romano fit pontifice, qui sedem Petri tenet, vt se illo & honore & potestate minores esse educant. ¶ Libet ergo iā prothematicis verba Petro congruentissima esse palā, & citra hæsitatiōē, affirmare. Ille enim habet clauem David super humerum suum. Cui soli Dominus dixit, Tibi dabo clauces: cui rursus dixit, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Et quanquàm contendant nonnulli non supra Petrum ædificasse dñm ecclesiam suam, sed petrā esse Christum, supra quam ecclesia stabilita est (lapsus namq; fuit Petrus ancillæ verbo commotus) vnde non supra Petrum labile, sed supra Petri firmam & stabilem confelsionem illam, Tu es Christus filius Dei viui, quidam rentur ecclesiam Christi fundatā esse, ego verò ex Hieronymi, atque Origenis sententia, in cōment. ad Matth. 16. imò & Chrysostomi, & Hilarij super Matthæ. aliorūq; sanctorum decretū sequens, puto verba domini ad Petri personam referenda. Quippe supra Petri illam summam à Christo donatam potestatem, & ligandi, & absoluendi, & pascendi, siue docendi, & legitimis legibus instruendi vniuersum orbem, ædificatam esse ecclesiam Iesu

Petrus habuit Apostolicam celsitudinem, vt ordinarius.

1. Cor. 10.

Christus ædificauit ecclesiam suā super Petrū.

Petrus post Christū primarius pastor & clauicularius.

Iesu Christi crediderim. Quapropter Petri lapsus ecclesiae fundamentum non infirmat. Lapsus nanque personae potestatis non est lapsus. Hæc igitur potestas Petro concessa firmissimum est ecclesiastici ædificij fundamentum. Quid quod quando ancilla Petrum exterrens suis verbis, in lapsum deiecit nondum ecclesia ædificata erat super Petrum, sed ædificanda promittebatur. AEdificabo, inquit dominus, non ædifico, at post resurrectionem christi à mortuis, ædificatur ecclesia supra Petrum, id est supra Petro diuinitus concessam potestatem. Nempe quando pastus fidelium omnium, illi à domino committitur, Pasce, inquit, agnos meos, quasi dixerit, Ecce iam Petre oecumenicum pastorem vniuersi orbis te creo, & instituo, reliquum erit vt pascas agnos meos, & oues meas. At verò si scisciteris, quid ergo agnorum pastum repetit Dominus, & non ouium? Repetito nanque sermone dixit, Pasce agnos meos: ouium verò semel mentionem fecit? vtique, quia agni imbecilliores sunt ouibus, proptereaque, vt illos plurimum fouendos admoneret (quippe qui maiori cura, & sollicitudine sunt curandi) propterea bis dixit, Pasce agnos meos. Præter hæc quoque oues maiori emolumento sunt pastoribus, quam agni, tum quia lac administrant, tum quia vellera, & carnes. Proptereaque probabile est pastores maiorem gesturos curam ouium, quam agnorum, & re vera pastores ecclesiastici maiorem impendunt sollicitudinem diuitibus, quam pauperibus curandis. Vt ergo ecclesiastici pastores in prouidendis pauperibus fidelibus (qui tanquam agni sunt infirmi & imbecilles) multam collocent operam ob eam causam agnorum repetit dominus pastum: quorum quoque & ipse pastorum princeps Christus, eximiam gerit curam, vt Esaias ca. 40. de illo iam olim præsenferat. Sicut pastor, ait, gregem suum pascet in brachio suo, congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, & foetas ipse portabit. Quæ verba si attentiusculè pensiten-

tur, maiorem, & amicitio rem operam & sollicitudinem agnis præstandam subinducant: quam ouibus. Quippe illos congregandos in brachio pastoris summi docet. Neque hoc solum, sed in sinu leuandos, atque ab eodem fouendos ostendit. Oves autem etiam foetas, portandas duntaxat prædixit. Quid ita? quia infirmi in fide assumendi sunt, & sedula & peruigili instruedi sunt cura. Quid ita? quia spiritualiū est pusillanimes cōferrare. Cur ita quæso? quia, Qui scādalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, vt suspendatur ad collum eius mola asinaria (ait dominus) & demergatur in profundum maris, cui concinit Paulus. Et si esca, ait, scandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum. Et demum peccantes in fratres, & percutientes eorum conscientiam infirmam, in Christum peccant. 1. ad Corinth. 8. Vides ne quanta agnorum habenda sit cura atque ratio? vides quantum illorum pastui à pastoribus sit inuigilandum, ne infirmi fideles pereant, imò potius in pastorum brachijs congregandos, & in pastoralī fouēdos sinu docet, vt vel sic, à miserijs leuentur suis. Et in fide Iesu Christi & charitate cōfouēant, vt tandem hac seruata forma cōmiserendi Christo lucrentur, qui perditī erant. At principes ecclesiastici quorum est agnos hos pascere, si non pascunt agnos sed deturbāt greges domini, si non reficiūt illos, sed potius inficiunt, illosque pessimis exemplis corrūpunt, & oneribus importabilibus premunt, & torquent, vtique non pastores agnorum sunt, sed deuoratores, & dissipatores. At dominus pasce dixit Petro, non deuora, non dissipa dixit. ¶ Aduertendū autem clauem alia potestatis esse, aliam vero scientiæ. Remittere em̄ peccata, illaq; retinere potestatis est, at pascere dñicum gregē non solum potestatis, quin etiā scientiæ est. Est em̄ pascere, leges cōdere iustas & legitima in facinorosos animaduersione vtī, diuiniq; verbi in fideles propagare notitiam, & id genus alia. Neque priorem clauem,

Christus agnorum suorum maxime gerit curam.

Matth. 18.

1. Corint. 8.

Pastores ecclesiarum si mali sunt potius deuoratores, quam pastores.

Clauis gemina alia potestatis, alia scientiæ.

Lapsus personæ non est lapsus potestatis quæ est in persona.

Matth. 16.

Locus Ioannis non in dō & exponitur.

clauem, quam potestatis diximus esse pu-
tes orbandam alterius clauis, quæ scien-
tiæ est, consortio. Dominus enim antequam
illius Apostolis copiam fecisset præmisit, Ac-
cipite Spiritum sanctum: quorum remise-
ritis peccata &c. Id est Spiritum sanctum
vobis dono, qui discretor est cogitatio-
num, & subtilis illarum discretor Sapien. 7.
Hoc imbui spiritu pectora vestra, ut cla-
uis, quam dono, huius spiritus ducatu re-
gatur, & moderetur. Alio qui si huius mei
spiritus ducatum non sectetur, prorsus er-
ratura. Cuius errata mihi non erunt gra-
ta, neque in cœlis rata. At verò, quia pasto-
rum scientia magis in moderando, & pa-
scendo grege fulget, quam in relaxandis,
aut non relaxandis culpis: hac ratione re-
mittere, aut retinere peccata, in clauem
potestatis, pascere verò in scientiæ clauem
referimus. Porro etiam si beatissimus Pe-
trus tanquam sacri Apostolicique colle-
gij coriphæus, potestatis hac clauē (ut præ-
diximus) præstitit fulgentissimus, illam
que in Ananiam & Saphiram exercuit, &
gladium distinxit in pontificis seruum:
ceterum beatissimus coapostolusque eius
Paulus clauē scientiæ cunctis antestat, o-
mniumque primicerius est. Doctor enim
est genium in fide, & veritate. Et episto-
læ. 14. (quas diuino conscripsit afflatus
spiritu) ecclesiam vniuersalem, lucis diui-
næ claritate, totam perfundunt: & aquam
sapientiæ veluti ex cœlesti quodam lati-
ce cuncti fideles Paulo propinante ebi-
bunt. Tantæque atque micantissimæ Pau-
li sapientiæ Petrus non inuidus, sed po-
tius diligentissimus buccinator extitit. 2.
Petr. 3. Sicut charissimus, ait, frater noster
Paulus secundum datam sibi sapientiam
scripsit vobis, sicut & in omnibus episto-
lis, loquens in eis, de his, in quibus sunt
quædam difficilia intellectu. Omnibus
haud dubium Apostolis Spiritus sancti re-
fulsit claritas: omnes cœlesti imbuit do-
ctrina, ut & omnes clauum potestate po-
tentes constituit. Ceterum Petrus præ-
fulsit potestate: qui primatum gerendæ

Catholicæ ecclesiæ à Domino accepit.
Paulus verò prædicandi munere, & do-
cendi dexteritate cunctis Apostolis ante-
fertur. Isti enim duo sunt orbis duo cla-
rissima lumina. Sicut enim in principio
nascentis mundi, duo luminaria magna
condidit Deus, quorum ministerio cun-
cta gererentur, & diurna, & nocturna, ut
psalmographus ille carmine aperto canebat,
Qui fecit luminaria magna, solem in
potestatem diei, & lunam & stellas in po-
testatem noctis: quoniam in æternum mi-
sericordia eius: ita quoque & mundo per
nouam & illam spiritualem renascentiam
renascente, duo luminaria totius mundi
splendidissima CHRISTVS mundi re-
parator, & noui huius renati que orbis in-
stitutor instituit, beatissimos, scilicet, Apo-
stolos Petrum & Paulum: quorum prio-
rè luminare maius, quod præesset diei, po-
steriorè verò luminare minus, quod præ-
esset nocti, esse iussit. Priori enim credi-
tum est Euangelium circumcisionis, po-
steriori autem disseminandi euangelium
inter gentes commissum est munus. Quā
ob rem Petrus luminare maius est, quod
præest diei. Etenim Iudæi vnius Dei cul-
tum profitebantur, & filij sanctorum e-
rant. Ideoque tanquam dies erant: ut con-
tra gentes instar noctis erant. Idola enim
colebant, & erant velut tenebræ, & velu-
ti sine Deo in hoc mundo. Ut iam verè
cum Davide concinere liceat, Confitemi
ni domino quoniam bonus, quoniam in
æternum misericordia eius. Qui fecit Pe-
trum circumcisionis Apostolum, & Pau-
lum doctorem gentium, in fide, & veri-
tate quoniam in æternum gloria eius. Istis
lucentibus in orbe nouo luminaribus, fu-
gatæ sunt tenebræ vniuersæ, & diuinæ lu-
cis clarissimus radius in ecclesia IESU
CHRISTI coruscat. Ut is ipse, qui has
depellebat tenebras sapienter aiebat, Era-
tis, ait, aliquando tenebræ, nunc autem lux
in domino. Et quanquam in ecclesia Chri-
sti per aique sanctorum in ea fulgent tan-
quam stellæ in firmamento (alij enim do-
ctrina

Leao. 10.

Clauis pote-
statis clauē
scientiæ in
sociā vocat.

Petrus apo-
stolorū cori-
phæus cla-
uē potesta-
tis exercuit.

Actorum. 5

Paulus sciē-
tiæ clauē in
signis.

1. Tim. 2.

Ephe. 5.
Ephe. 3.

Ephe. 5.
Philipp. 2.

Petrus &
Paulus ro-
tati christia-
ni orbis splē-
didissima lu-
mina.

Psal. 135.
Genesis. 1.

Galat. 1.

Ephe. 5.
Ephe. 3.

2. Tim. 1.

Strina, alij miraculis, ceterisq; micant do-
nis) at nihil in ecclesia Dei ita lucet, vt
ista duo micantissima orbis totius lumina
ria. Quis em̃ Paulo fulgētior, qui tertium
penetrauit cœlum? & arcana audiuit ver-
ba, quæ non licet homini loqui? qui euan-
gelium rursus didicit, non ab homine, ne
que per hominem, sed cœlesti Christi ma-
gisterio? Lumine nanque diuino subito
imbutus, doctor eximius à Deo creatur
orbis. Quis præter hæc Petro micantior,
quem dominus proprio testimonio bea-
tificat, dicens, Beatus es Simon Bariona:
quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed
pater meus qui in cœlis est? Vnde & quod
vates vetusti obscurissimis ediderunt ora-
culis, Petrus clarissima expressit voce. Tu
es Christus, inquit, filius Dei viui. Rursus
quis micantior Petro, cuius beatum os, ho-
minum crimina tergit? cuius clauis infer-
num obdit, & regnum cœleste referat?
Quippe ianitor cœli est, non vt ille Che-
rubin paradisi terreni ianitor, qui à para-
disi ingressu mortales arcebat oēs. Verū
nō talis est ianitor Christi Petrus, q̃ quos
ipse suo ore dignificat, in cœlestem regio-
nem Deus admittit. Notādum porrò est,
Petri clauem non dñi esse clauem, sed mi-
nistri. Chr̃s nanq; clauē habet vt Dñs, Pe-
trus verò tanquā seruus insigniter fide-
lis in domo Dei, quæ ecclesia est. Item quæ
& cæteros Apostolos & Apostolorū suc-
cessores ministros Dei esse credes. Chri-
stus enim sanguine suo Tartareas spolia-
uit sedes: cœlorum regna patefecit homi-
nibus: chirographum decreti, quod erat
scriptum aduersus nos in cruce sua dele-
uit, ad Colossen. 2. Ipse solus est, qui nos fe-
cit dignos in sortem sanctorum. Ipse nan-
que solum potens est diuinis fluentis suæ
gratiæ irrigare humana corda. Nam gra-
tiam, & gloriam dabit dominus. Propter-
eaque ipsum Paulus scientissimè, caput ec-
clesiæ vocat. ad Colossen. 1. Ab illo enim
tanquā à capite primario defluunt in ec-
clesiam totamvniuersa Spiritus sancti cha-
rismata. Id quod Petro reliquisque sum-

mis pontificibus, qui per temporum inter-
ualla sedem Petri tenent negatum est. Ni-
hilominus Petrus etiam caput ecclesiæ, ce-
teriq; Rom. ep̃i rectè nuncupantur: quip-
pe qui vicem supremi capitis Christi, in
terris gerūt, & administrant. Et prudēter
Ricard. 4. Sent. lib. dist. 18. triplicem dixit
clausuram esse cœli, alteram quidem, quā
peccatū originale efficit, quæ est vniuersa
lis, alteram verò, quam peccatum mortale
cum finali impœnitentia operatur: po-
strema est, quam quilibet homo sibi mor-
tiferum admittendo peccatum conciliat.
Primam cœli clausuram solus Christus pa-
tefecit, semetipsum offerens oblationem
& hostiam Deo in odorem suauitatis, ad
Ephesios. 5. Posteriores verò ex diuino
præscripto nullus aperire poterit. Postre-
mam verò ecclesiasticæ clauis Petro com-
missæ patefaciunt. Dominus enim dixit,
Accipite Spiritum sanctum: quorum re-
miseritis peccata &c. Hæc ergo clauis est,
cuius nostri sermonis p̃thema meminit,
Dabo clauē Dauid, super humerum eius.
¶ Iam verò, vt etiam hoc prioribus acce-
dat: volenti diuinas paginas obuium e-
rit, duos fuisse olim celebres fratres Mo-
sem, & Aaron, quos vt primipilos suos Iu-
daica coluit gens. Quorum Moses ducatu
gentis polluit, & mirabilium ostento-
rum operatione extitit insignis, non so-
lum apud suos contribules: quinetiam a-
pud exteros fuit celeberrimus. Lege Stra-
bonis historiā. Aaron verò sermonis elo-
quentia egregiè claruit. Scio, inquit Deus,
quod frater tuus eloquens est: ipse pro te
loquetur. Christianus quoque populus,
ex duorum aliorum fratrum Petri, & Pau-
li gloria ouantissimus est. Isti enim sunt
non Iudaicæ gentis, sed Christianæ ple-
bis strenui duces. Alter quidem clauium
fulget ministerio: alter vero diuini ver-
bi facundia decoratur. Vnde in Licao-
nia Barnabam Iouem, Paulum Mercu-
rium Licaonici esse dicebant. Mercu-
rio enim poetæ gentium sermonis v-
bertatem, & festiuitatem tribuebant. Et

Petrus &
successores
Apostolicæ
sedis caput
sunt eccle-
siæ.

Triplex
clausula
cœli.

Exodi. 4.

Moses & Aa-
ron typus
Petri & Pau-
li.

Astorū 14.

quan-

Galat. 1.

Matth. 16.

Petrus cla-
rè testat qd
vetusti Dei
vates obscu-
rius edide-
runt.

Genes. 3.

Petrus iani-
tor vitæ.

Hebræ. 3.

Ephes. 1.

Psalm. 83.

1. Corin. 14.
 Paulus elo-
 quentissi-
 mus,
 A & torum. 4.
 2. Corin. 10.
 Petrus &
 Paulus duo
 candelabra
 ecclesie duo
 que oliuey-
 berrimi fru-
 ctus.
 Petrus &
 Paulus duæ
 alæ ecclesie.
 Malach. 4.

quanquam se imperitum sermone dixe-
 rit Paulus, & non sciētia, & Cilicū, hoc est,
 vernaculum sapere sermonem Hierony.
 dicat, & in Commentario cap. 6. epist. ad
 Gala. Pauli sermonem solœcismo labora-
 re credit & quæ. 10. ad Algasia. græcā
 ci sermonis dicit Paulum imperitum. Et
 in quæst. ad Hedibiam. Solœcismus autē
 quē Hiero. notat in loco prædicto est hic:
 Vos qui spūales estis corripite in spū man-
 fuerudinis considerans te ipsum. Quippe
 numero plurali, vos, non seruauit alterius
 numeri pluralis correspondētiā. Opor-
 tuisset nanque sic dicere, Considerantes
 vos metipfos. Etiam si Hierony. aliās ali-
 ter dixerit: hoc tamen loco Paulum se fate-
 ri imperitum sermone, non ex humilita-
 te, sed ex veritate testatur, Hierony. Ego
 verò cum Licaonicis Pauli eloquentiam
 demiror, cum in epistolis omnibus, tum
 in epistola Hebræis conscripta, cuius elo-
 quentia & florens, & festiua, & neruo-
 sa est. Quare Corinthij Paulinas episto-
 las graues esse dixerunt. Quod verò se ru-
 dem & incultum habere sermonem pro-
 fitetur (nisi mea me fallit opinio) propter
 eā dixit, vt se non habere futilem oratorū
 atq; phaleratam eloquentiam ostenderet.
 Et profectò in re hac probatum habeo qđ
 Laurentius Vallengis in annotationibus,
 ad nouum testamentum confitetur Pau-
 lum Demosthenem ipsum eloquentia su-
 perasse. Quam ob rem hos christiani po-
 puli duces oliuas illas esse dixerim, duoq;
 candelabra lucentia ante Dominum, quæ
 commemorat Ioan. in Apoca. ca. 1. Oli-
 uæ sanè pinguisimæ sunt stantes ante Do-
 minū: quia ex diuinæ misericordiæ oleo
 vberimæ sunt. Hocque cœleste oleum
 cunctis Chrii syncerè fidelibus exhibendū
 certa fide pollicentur. Et quia oleo hoc
 mirifico imbuti sunt primates isti christia-
 næ ecclesiæ, lucent æterno ante Dominū:
 & doctrinæ suæ cœlestis radijs, vniuer-
 sum illustrant orbem. Isti sunt illæ duæ a-
 læ mulieris, quas Ioannes vidit in Apoca-
 lypsi cap. 12. quæ mulieri datæ sunt, vt à sa-

cie draconis in desertum fugeret. Mulier
 enim hæc sancta est Dei ecclesia: quæ ami-
 cta est sponso suo Christo, qui verus sol iu-
 stitiæ est. Ab illo nanq; protecta & circum Matth. 16.
 amicta portas inferorum non expauescit:
 habetque lunam sub pedibus eius. Tem-
 poralia nanque bona (quæ sponsus suus il-
 li ad vsum concedit) nauci facit, vt tandem
 frui Christo sibi donetur. Hæc ipsa mul-
 lier clamabat parturiens, & cruciabatur, Ecclesia est tanquā mu-
 lier.
 vt pareret. Etenim ab initio mundi, sancti
 & iusti Christi præsentiam summis & ar-
 dentissimis votis exoptabant: & precibus Esai. 45.
 à Deo contendebant. Rorate, petebant,
 cœli, aperiatur terra & germinet saluato-
 rem. Hæc ergo tam anxia Prophetarum,
 & Patriarcharum expectatio, quasi quæ-
 dam Christi parturitio censenda est. Quā-
 do autem venit plenitudo temporis misit
 Deus filium suum, factum ex muliere, fa- Galat. 4.
 ctum sub lege. Tūc mulier peperit filium
 suum masculum, quando intemerata vir-
 go Maria nobis edidit saluatorem. Et si-
 cut mulier dum parit tristitiam habet: sed
 postquā pepererit lætatur, quia natus est Ioan. 16.
 homo in mundo: ita quoque ecclesia Dei
 tantisperdum præstolabatur virginicum
 Mariæ partum, tam beati partus deside-
 rio, veluti parturiens, torquebatur. At ve Esai. 7.
 rò postquam filius datus est nobis, & par-
 uulus natus est nobis, angeli dulce canen-
 tes melos in cœlis lætantur, gloriam de- Lucæ. 2.
 narrantes Dei, pacem promittentes ho-
 minibus bonæ voluntatis, gaudium deni-
 que annuntiantes pastoribus. Annuntio,
 inquit, vobis gaudium magnum, quòd e-
 rit vniuerso populo, quia natus est vobis
 saluator. Huic autem mulieri serpens anti-
 quus insidiatur. Ecclesiæ nanque Dei nun-
 quam non diabolus parat insidias: qui tan-
 quam leo rugiens, circuit, quærens quem 1. Petri. 5.
 deuoret. Vt ergo has deludat diaboli ten-
 diculas, istasque diffugiat insidias, beatif-
 simos Apostolos Petrum & Paulum ec-
 clesiæ contulit C H R I S T V S. Qui-
 bus tanquam alis duabus suffulta, deside-
 rio in cœlorum altitudinē volans, morsus
 venena-

venenatos antiqui serpētis euadat: quibus
 rursum sub alis id est doctrinis, & exēplis
 instituta ecclesia Dei, virtutis à peccatori
 bus desertas & inaccessas vias, & colat &
 terat. ¶ Atqui mulierem (quā prā diximus
 ecclesiam esse Iesu Christi) caput habere
 coronatum corona duodecim stellarum;
 Ioan. descripsit. Neq; aliam puto coronā
 istam duodeno stellarum micantē nume
 ro, quam sacrum Apostolicūq; collegiū.
 Apostoli enim sunt stellæ istę, quę sunt ve
 lut stellę matutinę fulgentes in medijs vi
 tiorum & errorum nebulis, testante veri
 tate, Vos estis lux mundi. Stellis istis matu
 tinis, quę semper diuinitatem laudant co
 ronatur, & ornatur Christi ecclesia. Coro
 na autem victorię atq; triūphi est insigne.
 At verò Apostolis vtens ecclesia, aut illis
 posita, Satanam potenter calcauit, & mun
 dum prudenter superauit, Christoq; tan
 dem spōtaneē subiecit. Idcirco principes
 constituti sunt super terram. Et verē super
 terram: principatus enim illorum totus in
 cœlestia estuanter aspirat. Præclare igitur
 Apostolica & stellifera hac corona reful
 get ecclesia Iesu Christi, illamq; in capite
 fert. Quippe Apostoli Paulo docente, pri
 mitias spiritus acceperunt. Quod si tales
 esse Ioannes existimauit Apostolos, qua
 les putas, obsecro, Petrum & Paulū esse,
 qui sunt Apostolorum principes, atq; ver
 tices? Qualem præsertim Petrum duces
 esse super quem dominus Iesus suam fun
 dauit ecclesiam, Matth. 16. Nec moreris,
 quia dixi Petrum ecclesię fundamentum
 esse, id q̄ huius seculi hæretici audientes
 stomachantur in catholicos, Paulum obij
 cientes. 1. ad Corin. 3. Fundamentum, ait,
 aliud nemo potest ponere, præter id quod
 positum est, quod est Christus. Quapro
 pter rident quasi barbara verba, si dixe
 rimus Petrum fundamentum Ecclesię
 fuisse & in maiores soluuntur cachinos, si
 Papam dicimus ecclesię Catholicę fun
 damentum esse. Quasi verò Christus nō
 dixerit, Tu es Petrus & super hęc petram
 edificabo ecclesiam meam. Si supra Petrū

ædificatur, vtiq; supra Petrum fundatur.
 Neque ab hoc sermone abhorruit Diuus
 Hieronymus in epistola ad Marcellam.
 Vbi Petrus, inquit, Apostolus, super quem
 dominus fundauit ecclesiam suam. Quan
 quam Erasmus in scholijs suis istud Hier
 onymi verbum non veritatis, sed hono
 ris Petri gratia dictum putet: ecclesiamq;
 Iesu Christi non supra Petrum, sed supra
 illam gloriosam Petri confessionem, Tu
 es Christus filius Dei viui, fundatam du
 xit: hancque quam diximus confessionē,
 petram esse illam ait, supra quā Dominus
 pollicitus est ædificaturus ecclesiā suam.
 Porro me latet cur sermonem hunc san
 ctorum non amant Erasmus & plerique
 multi alij: si quidem non solum Hierony
 mus, sed sanctorum doctorum agmina in
 hanc veritatem conuolant, supra Petrum
 fundatam esse ecclesiam Iesu Christi: quo
 rum testimonia succincte perstringit E
 chius in suo Enchiridio. Etenim quis diffi
 cebitur Petro commissas fuisse clauē ec
 clesię? nemo vtiq; qui legerit apud Mat
 thæum, Tibi dabo clauē regni cœlorum.
 Sed cedō quid aliud est habere clauē, quā
 fundamentum esse ecclesię? Num confes
 sio Petri clauē habet, an Petrus ipse? Arbi
 tror non cōfessioni Petri conceditas fuisse
 clauē, sed Petro, cui dicitur, Tibi dabo
 clauē regni cœlorum. Diximus porrō su
 perius supra Petrum fundatam ecclesiam
 esse Dei, id est, supra potestatem clauium,
 cœlitus à Christo Petro collatam eccle
 siam suam tenere fundamentum. Defun
 cto autem Petro potestas hæc in ceteros
 summos ecclesię sacerdotes, maximos ve
 pontifices deriuata est. Etenim potestas
 hæc in gratiam ecclesię vniuersalis Petro
 primum commissā est. Quapropter con
 clamatū fuisse de ecclesia Dei, si defun
 cto vita Petro, potestas itidem eius expi
 rasset: id quod fieri nequit, si quidem tan
 diu Petri cathedra siue potestas perseuera
 bit, quādiu ecclesia Christi perstiterit. Ad
 cuius moderationē & administrationē hæc
 Petri celsitudo potestatis à Chro instituta
 est,

Petrus est fū
 damentum
 ecclesię.

Echius:~

Potestas cla
 uium cōcef
 sa est Petro
 in gratiam
 ecclesię.

Coronadu
 denis ferta
 stellis eccle
 się est.

Eccle. 50.
 Matth. 5.
 Iob. 38.

Psalm. 44.

Roma. 3.

Petrus ec
 clesię fun
 damentum
 contra hæ
 reticos.

Notandus
Hierony.

est. Alioqui de ecclesia actum esset. Nam schismatibus & dissensionibus sacerdotum tota confunderetur, & labefacteretur, vt Hieronymus in dialogo aduersus Luciferianos dixit, Salus ecclesie ex summi sacerdotis dignitate penderet: cui si non ab omnibus eminens quædam detur potestas, tot in ecclesijs efficiuntur scissuræ, quot sunt sacerdotes. Est in libro primo aduersus Iovinianum, Inter duodecim, inquit, vnus eligitur, vt vno capite constituto, schismatis occasio tollatur. Hæc ergo amplissima regendi ecclesiam in spiritualibus, & nonnunquam in temporalibus potestas (quæ in pontifice summo est) hæc cathedra Petri est: hæc clauicularis potestas Petri est. Super hanc cathedram sedent Romani episcopi, hasque Petri clauas administrant. Qui tametsi vitæ merito, & virtutum integritate, & miraculorum splendore, Petro sint impares, sedis tamen apostolicæ autoritate pares. Quæ sanè autoritas, quia, vt vniuersali ecclesie bono prospiciat à Christo instituta est, propter eam non ex pontificum meritis pendenda est: sed illi satis est rita & canonica electio. Vt de tãtæ autoritatis administratore, certa ecclesia sit, legitimè illam administrare. Huius sedis Petri fidei, & morum vniuersalis ecclesie, est magisterium indeficiens. Ego, inquit, Dominus rogavi pro te Petre ne deficiat fides tua. Etenim, qui in cathedra Petri præfederint, si quod cathedræ autoritas, & maiestas poposcit, præstiterint, magisterium certum pastumque saluberrimum vniuerso Christi grege exhibebunt. Summum namque munus, quale papale est, summam quoque & in docendo & in moderando solertiã amat. Ponderosa nanque Petri clauis est, robustos humeros, quibus imponatur exigit. Humeris nanque iniungenda est: quippe quæ grauis & onerosa est iuxta verba prophetæ, & dabo clauem David super humerum eius. Aduertant ergo, qui clauas has cœlestes gestant, humeris esse imponendas, non pedibus calcandas. Si enim

Cathedra
Petri est Petri
clauium
potestas in
qua potestas
re Papa est
Petro par.

Petri clauis
ponderosa
est.

clauem cœlestem in mundanam tyrannidem vertit, si pretio, aut precibus, aut sanguinis, aut amicitie affectu, ecclesiam Dei administrant, vtique cœli clauas calcanti. Amplissima sanè est huius sedis Petri autoritas: nullus hominum illam coërcere poterit. At meminisse oportet Apostolici documenti. Non possumus aliquid aduersus veritatem, sed pro veritate. Et patet interiectis addit, Vt nō præsens durius agam secundum potestatem, quam dominus dedit mihi, in ædificationem, & non in destructionem. Nam quanquam Clementina illa, Vt lite pendente nil inqueatur cap. 1. hæc tradiderit verba salua tamē in præmissis omnibus Romani pontificis potestate, ad quem ecclesiarum personarum dignitatum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum plena & libera dispositio, ex suæ potestatis plenitudine nō scitur pertinere. Hæc tamen clementinæ verba qui crediderit Apostolicis verbis repugnare desipiet. Paulus enim se potiri potestate dixit, ad ædificationem, & non ad destructionem, nempe pro veritate, & nō contra veritatem. Habet igitur summus Pontifex liberam dispositionem de ecclesijs, personatibus &c. Etenim Monarcha in spiritualibus ecclesie est, & veluti sol alter in terris fulget. Quippe vt sol hic (quem pulcherrimum spectamus) lucis copiam, & influxum, à nemine nisi à Deo recipit: ita & Papæ potestas ab vno Deo duntaxat deriuatur illique accepto ferenda est. Liberam ergo dispositionem Papæ tribuit præfata Clementina, & rectè: quia non habet iudicem in terris, qui clauium ministerio cœlestium supremo ponitur. At si dispositio hæc ad vtilitatem, & ecclesie Christianæ commoda tota incubuerit, inculpata est, neque hoc solum imò premia reportabit æterna. Hic enim est plenitudinis potestatis certus, & indubitatus scopus, vt vnus homo cunctis fidelibus præferatur, qui omnium saluti æternæ consequendæ & indefessè studeat, & solerter inuigilet, vt pastor dignissimi gregis, quem

1. Corin. 13.

oues nota
et alia
et alia
et alia

Exponit
Clemen. Vt
lite pende
te nihil in
nouetur
et alia

et alia

Papa est sol
Christianæ
ecclesie.

et alia

et alia
et alia
et alia
et alia

acqui-

Añor. 10.

Error clauis
in foro exte-
riori, & in
foro interio-
ri.Repetitio
thematiz.

acquistiuit sibi Christus sanguine suo. At
verò si tam libera fuerit hæc dispositio (id
q̄ Deus auertat) vt libera sit ab omni & iu-
ris, & æquitatis moderatione, imò aduer-
sus ius, & æquitatē adeo insolefcat in pui-
dēdis ecclesijs, & beneficijs, vt nulla habi-
ta ratio virtutis & sapiētiae, indignis (spre-
tis dignis) ecclesiastica munia cōferātur: fa-
teor huiusmodi dispositionē ratā quidem
esse si à summo pōtifice proficiscatur: cæ-
terū culpabilē esse arbitror Deo q̄; ingra-
tā admodū. Quippe quod iniquū est, & ec-
clesiasticæ disciplinæ neruos dissipās, Deo
gratū esse nequit. Atqui in causa hac bene-
ficio-
rū ecclesiasticorū portas indignis, eadem
q̄; dignis occludēs, error equidē hic à ne-
mine infirmari potest, nisi à supremo eccle-
siæ iudice, a quo semel (si fortassis aliquādo
ecclesiastica munera malē collocauerit)
profectus est. Error tamē clauis in foro a-
nimæ ratus nō est. Etenim qui impcēnitētē
absoluit, vana est eius absolutio. Vt cōtra
qui dignā habet peccatorū contritiōē si
absolutionis gratia defraudetur, vana est
defraudatio. Etenim, etiā si vt prædiximus,
in his quæ humani iuris sunt Apostolicæ
sedis libera sit dispositio in his tamē, quæ
fori interni, atq̄; diuini sunt, clauis nō ape-
riet si aperire malē tētat. Tunc autē male
tētat aperire, quādo quæ claudēda sunt re-
serat, vt qui absoluit indignos. Vt diuerso
ille sinistrē claudit, qui ea, quæ erāt referā-
da obdit, vt qui dānat dignos, illorūq̄; te-
merē retinet peccata. Est enim retinere,
nō remittere. Qui tamen etiā si incōspe-
ctu ecclesiæ ligati adhuc peccatorū vincu-
lis recēseāt, corā Deo tamē soluti repu-
tātur: quippe qui q̄ suū erat (vt digni essēt
absolutionis munere) præstiterunt. Neq̄;
æquitas poscit, vt sacerdotis iniquē pecca-
ta retinētis, iniquitas, aut inuidia, aut insi-
piētia cōsitēti digno imputetur. Quod er-
go in prothematē diximus & dabo clauē
Dauid super humerum eius: & aperiet, &
nō erit qui claudat: & claudet, & nō erit q̄
aperiat, si ad iura quæ sunt purē pōtificia

verba referātur, vtiq̄; habet clauē Roma-
nus pōtifex & cōdēdi iura & abrogādi iu-
ra. Id q̄ est aperire, & claudere. Si non ser-
uato rationis moderamine aperiat, & clau-
dat, aut dispēset, ecclesiasticæ moderatio-
nis iura, culpabiliter aperit & claudit. At q̄
claudit abrogādo, aut infirmādo, roborare,
aut statuere nemo poterit: aut qd̄ ipse
aperit cōdēdo, aut dispēfando, nemo clau-
dere quibit. Rata enim sunt quæ claudit,
& aperit. Et horū vt clemētina docebat li-
bera est sedis Apostolicæ dispositio, quan-
quā in clauē erretur. At in consciētiae foro
nō omnia, quæ aperiūtur aperta sunt: imo
sæpe illa claudit Deus. Neq̄; oīa quæ clau-
dūtur, clausa: qppe illa, aliquā referat Deus:
nisi quādo clauē nō errāte, aut aperitur ali-
cui aut clauditur. Tūc enim demū, quæ cla-
uis aperit, nemo claudet: & q̄ claudet ne-
mo aperiet, quæ omnia, si priora quæ dixi-
mus obseruaueris, perspicua sunt. ¶ Porro
hæc de beatissimi Petri cathedra de Ro-
manisq̄; pōtificibus in ea sedentibus dixit
se satis sit: & in aliū locū vberiori calamo
differēda mittātur. Ad ipsum Petrū nostra
regrediatur oratio. Cōsentaneū em̄ arbi-
tror differere, cur in Petro suam Christus
fundauit ecclesiā, illūque petrā vocat, cui
ecclesia sua tota incūbat? Et quid hominē
infirmū, quē muliercula vna deterruit a-
deo, vt magistrū suū Christū abnegaret,
& anathematis iuramento execraretur, si
hominē nouisset elegit? Vbi ergo est Pe-
træ huius soliditas quæ rēda, quæ fulciēda
ecclesiæ sat sit, vbi tā cōspicua est infirmi-
tas? Quomodo aduersus ecclesiā hāc por-
tæ inferi nō præualebūt, quando aduersus
fundamētū præualuisse legimus? Etenim
necessariū, est vt q̄ labēti innititur, cū labē-
te collabāt. Et age, quē vocauit Christus
Satanā? Vade (inquit) post me Satana, quia
non sapis, quæ Dei sunt: quomodo funda-
mētum putas esse ecclesiæ catholicæ, quæ
incōtaminata sponsa Christi est, nō habēs
maculā neq̄; rugā? Cæterū hæc est diuini
numinis inscrutabilis dispositio, vt Petrū,
quem ad apicē ecclesiasticæ celsitudinis,

Petrus infir-
mus fuit, &
obseruaque
hic differun-
tur.
Luce. 23.

Matth. 16.

Ad Eph. 5.

erat promoturus, nequis duceret eò factū
quò Petrus robustior, aut in fide firmior
erat cæteris Apostolis: imo infirmitatis e-
ius nos commonefecit, quādoquidem in
turpissimū lapsum illum deiici permisit,
ut vel inde tantā esse in Petro fragilitatē
quantam in reliquis hominibus, nos Deus
admonitos vellet. Quæ equidem infir-
mitas Petro celsit in profectum. Nanque
in culmine Apostolico iam locatus illam
secum aduertens, hoc est pristinæ suæ in-
firmitatis memor, fidei sequentem firmi-
tatem, charitatisq; suæ in Christum ardo-
rem, non sibi sed Christo (à quo donata
sunt) tribueret: & memor etiam lapsus pri-
stini celsitudine potiri Apostolica se ducere
indignum, errataque ouium suarum
(quibus pastor præficiebatur) leuius ferret
quando propria errata sua ipse pastor dili-
gentius aduerteret. Hæcque causa portis
inferi permissum est ut præualuerit aliquā-
do aduersus eum. Quæ utiq; postquā vir-
tute ecclesiæ Spiritus sancti de supernis se-
dibus demissi roboratus est Petrus, aduer-
sus eundem præualere non potuerūt. Tūc
enim qui ad vocem mulierculæ vnus tre-
pidulus erat, intrepidus in medijs Hieroso-
lymis Christum Dominum libera voce
prædicat, meliusque esse docet obedire
Deo, quam hominibus: & pascēdi agnos
& oves Christi tam strenuē fungitur mu-
nere, ut prima concione tria millia, poste-
rioribus verò apposita est multa turba
Domino, quam in Christi inuexit ouile.
Iam non Satanas Petrus, ut prius, sed ex
Satana pastor fit dignissimus Christiani
gregis. Iam non est is, qui non sapit quæ
Dei sunt: imo contra iam diuinum fidei,
& morum ecclesiasticorum magisterium
ad Petri cathedram pertinet. Vnde qui
cum ipso diuina non sapit, desipit: & qui
cum cathedra Petri non colligit, disper-
git, ad Damasum tradente Hieronymo.
Est enim Petri cathedra eodem autore,
ceu Noetica illa arca: inquam qui nō fuit
exceptus, diluuij gurgitibus inuolutus pe-
rijt. Petra igitur Petrus est, & solida petra

est, nō natura sua sed gratia Christi, & Ioā.
1. hanc futuram Petri soliditatē prædixe-
rat Dominus. Tu (inquit) vocaberis Ce-
phas. Est autem Cephas Syriacū nomen,
ut Hiero. in lib. de nominibus Hebraicis
tradit, quod apud Syros solidū sonat. Qua-
re subdit Ioannes, quod interpretatur Pe-
trus. Est igitur Petrus solidus, vel saxeus:
nam saxorū aut petrarum est soliditas. Nō
ergo Domin' dixit, Tu es Simō filius Ioā-
nis, & super hunc Simonem Ioannis filiū
ædificabo ecclesiam meam, sed tu es Pe-
trus & super hæc Petram ædificabo eccle-
siam meam. Erat nanq; Petri veluti nati-
uum nomen Simon Ioannis filius: at
Petrus diuina Christi cognominatione
appellabatur. Non ergo naturæ aut nata-
libus Petri ista est tribuenda fidei soliditas
sed in Christi gratiam & donum tota refe-
renda, quæ ex Simone fragili, & infirmo
Petrum fecit saxeum & solidum. Ut enim
vasa figulina mollia sanè sunt, & quæ nul-
lo negotio vel saltē minimo dissoluantur
(ex lutea nanq; natura compacta cū sint,
soliditatis vigore non sunt prædita) quæ ta-
mē igne decocta, in solidiorem & firmio-
rem transferuntur compaginem: ita prope
modum Petrus, qui ut figulinus & lu-
teus (ut & cæteri quotquot sunt homines)
circundatus erat infirmitate, & carnis im-
becillitate: at Spiritus sancti ardor sic
Petrum decoxit, ut verè illum Petrū atq;
Petra reddiderit, quæ apta sit ut ecclesiā
Iesu Christi fulciat, & teneat. Tu igitur (a-
iebat Dominus) es Petrus, & super hæc Pe-
tram ædificabo ecclesiam meam: quasi di-
xisset, Tu es solidus instar saxorum, & su-
per hanc soliditatem, quam tibi non tua
dedit natiuitas, sed mea porrexit liberali-
tas fundabo ecclesiam meam. Tu vertex
eris, & Apostolicum culmen, erit tibi su-
prema sedes, tribunalq; summū, magiste-
rii cathedra incontaminata, pastoraleque
munus tua virga & baculo oues meas &
agnos recensabis, & lupos & vrsos, perfidos
ve homines arcebis: à tuo ore eccle-
siæ meæ (quæ regnum meum est) mōnē-
ta, &

Petri infir-
mitas, fuit
ad eius pfe-
ctum.

Acto. 1.

Acto. 11.
Acto. 2.

Luce. 10.
Matth. 10.
Matth. 12.

Gene. 7.

Quid sibi ve-
lit Cephas.

Locus ex
Ioan. expo-
nitur.

Aduertēda
comparatio

Petrus Chri-
sti gratia ex
infirmo Ioā-
nis filio, sa-
xeus & soli-
dus fit.

ta, & gubernacula pendebunt: tu fons ecclesiastici sacerdotij, legum ecclesiasticarum robur, & neruus, totius deniq; ecclesiasticæ Hierarchiæ supremus Hierarcha atq; choripheus, tu clauiger æthereus, cœlestia tuo ori patebūt, inferna tuo ore clauduntur, terreni principatus tibi, vt illi qui verè meas agis vices, meā geris personā colla subdent. Neque credas Petro soli ò hæretice hæc privilegia fuisse collata, non solum Petrus istis potitus est, sed Petri quoque apostolicę sedis, quę Romano Pontificum sedes est, dotes quoque sunt, atque insignia munera. Habet nanque Christus semper agnos, & oues, pascendis quibus semper donat pastores Petri successores. Etenim alstra scansurus Dominus, Petro suas commisit oues quæ peregrè proficiscebatur. Et Petrus iam iā animam beato acturus martyrio Christi gregi sibi charissimo prouidēs Clementē nominat Apostolici muneris successorē vt ex cronicis Damasi Papæ discere poteris. Petro ergo foelicissimo martyrio vitā consummante beatoque fine quiescente sedes eius atque potestas non simul cum Petro conqueiuit: imò ad cōsummationē vsque seculi perseuerans erit. Est enim tāquam firmissima petra, atque solidissima, cuius soliditatem & firmitatem omnia mundi, & Satanæ machinamenta non infringent. Cuius rei nos Dominus certissimos fecit dicens, Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam. ¶ At si quærat aliquis ecquid Ioannem sibi dilectissimum Dominus suæ vniuersali ecclesiæ non præfecit, neque Paulum qui plus omnibus laborauit apostolis? Nam vsque ad Illiricū repleuit Christi euangelium: Si enim amor quæritur Ioannes erat Christi amantissimus: si labor obseruatur, Paulus labores pro Christi gloria hausit immensos. 2. Corin. 11. Dixerim tibi cum Paulo, neque volentis est, neque currentis est, sed Dei miserētis ad Rom. 9. Cæterū Ioannē non elegit sui gregis pastore, neque Iacobū fratrem eius quippe ecclesiæ pastores nō sanguinis cō-

mercio esse eligēdos posteros admonere volebat Christus. Quapropter hos sibi sanguine iunctos Apostolos, muneris tanti prærogatiua non donat. Paulū verò præclarissimū ecclesiæ suæ iubar esse voluit, & Petro in apostolico culmine iam constituto sociavit: vt sciant Pontifices qui cathedram Petri moderantur, Paulos quoque doctissimos, idest viros & probatissimos sibi sociare, quorū consilio ecclesiæ prospiciāt commodis: quorū reprehensioni modeste nonnunquā se permittant. Si forte ecclesiasticū negotium aliquando non sancte gesserint, vt Petrus olim se permisit Pauli obiurgationi. ad Galat. 2. Cū em̃ Petrus venisset Antiochiam vbi commoratus est annis septem (tradente Damaso Papa) Paulus in faciē ei restitit quia reprehēibilis erat. Etiam si vt hoc obiter dixerim Hieronymo reprehensio hæc simulata fuit, & ex consultō reprehensus Petrus est a Paulo. Non em̃ Petrū latebat sub euangelica luce coruscante, communibus carnibus vesci licere (ex lege Mosaica alioqui prohibitis) siquidem acto. 10. diuino oraculo admonitus fuerat Petrus communibus vtendum esse. Quod enim (ait) Deus purificauit, tu commune ne dixeris & inito ab apostolis concilio decretum est, gentes non esse grauandas Mosaica lege cui concilio Petrus præfuit, Actor. 15. At Petrus hoc pro comperto habens venientibus Iudæis Antiochiam ne fortassis Iudæi illi in fide nouelli si Petrū vidissent gentium cibarijs vescientem, turbarentur, & tumultus forte excitassent in Antioche nos fideles, propterea ex industria à conuictu gentiū se subduxit. Vnde gentiles fideles arrepta inde occasione (non tamen exhibita) idē fecerunt quod Petrus, abstinere videlicet à cibis gētiū: quos cōmunes; aut immundos, Iudæi putabant. Quam obrē Paulus vt occasionis huius incentiua abscinderet, ne latius serperet, (non quidem ex animo sed simulatoriē dūtaxat) Petrū obiurgat corā omnibus. Itaque quod ait, Petrū & Barnabā non rectē ambulare ad ve-

Pastores ecclesiæ nō ex sanguine sunt pēdēdi sed ex meritis,

Paul⁹ sociatur Petro vt sciant Pontifices doctissimos quoq; sibi sociare.

Petrus commoratur Antiochiæ annis. 7.

Petrus concilio apostolico præfuit.

Locus Pauli ad Galatas explicatur & cōtrouersia Augustini & Hieronymi. ex eodē nata loco.

ritatem euangelij, aut cōgere gentes iudicare, non ita habendum est iuxta Hieronymum veritatem euangelicā fugisse Petrum, aut Petri fuisse institutum, gentes trahere ad Iudaismum, cum hæc lōge fuerint à Petro, sed ita se gessisse Petrū vt Iudæorum fidelium scandalum vitaretur. Diuus tamen Augustinus epistola. 19. ad Hieronymum, satis contendit cum Hieronymo de re hac diuersum putans reprehensionem Petri non simulatoriam, sed veram fuisse. Paulus enim reprehensibilem tradidit Petrum esse. Qui sermo cum verax sit, vera quoq; reprehensio fuit. Habet tamen Hieronymus vnde suas partes tueatur. Quippe subtractionem Petri à gentiū edulijs, simulationē vocat Paulus. Quod si simulata fuit subtractio hæc, & non ex animo, aut inscitia Petri profecta, simulatam quoque oportet dicere obiurgationem, quam Paulus Petro impexit. At si verum esset clementis placitum (cuius supra ex Eusebio mentio facta est) Petrum hunc, quem Paulus commemorat, non principem illum ecclesiæ fuisse, sed vnum ex numero Septuaginta duorum discipulorum, exoneraret nos vtique ab implexa hac altercatione sanctorum Augustini, & Hieronymi. Ego tamen clementi non subscribo: siquidem quem Petrum vocat, eūdem Cepham, Paulus nominat. Nullus autem Cephas est, nisi Apostolorū princeps. Memini me huius rei in scholasticis disputationibus nostris copiosum habuisse sermonem: in partesque diui Augustini meam declinaui sententiam. Etenim Pauli verba germanius explicantur, imò & syncerius interpretantur, si veram culpā admittamus in Petro fuisse. Etenim si reprehensibilis erat, aut verè aut falso reprehensibilis erat, si falsò Pauli verbum reprehendendum est de falso: id quod fieri nequit: quippe quod diuinū est, si verè, vera igitur culpa erat, ob quam dignus erat qui reprehenderetur. Eiusdemque formæ est argumentum ex Pauli verbis, si quis colligat, aut rectè ambulabat Petrus ad ve-

ritatem euangelij, aut non rectè. Si non rectè, culpæ erat, si rectè mendax est Paulus qui dicit non rectè, & absit. Neq; admodum suffragatur Hieronymo Petri subtractionem à gentibus simulationem appellasse Paulum. Etenim simulationem illam verè culpabilem esse verbis prædictis Paulus demonstrat. Erat namque Antiochenorum fidelium plurimum offensiuæ: à libertate nempe euangelica ad Iudaismum ex se trahebat. Simulatio sanè erat: optime namque callebat Petrus id non licere. Cæterum cum se circumcisionis Apostolum aduertisset esse, Iudæos timuit offendere: id quod Paulus vitio vertit Petro. Siquidem cum Antiochiæ apud gentes versaretur, ibiq; sedem Apostolicam moderaretur, non erat cur aduenas Iudæos pluris faceret, quàm indigenas Antiochenos. Verum Petrus ex propriæ Iudaicæ nationis affectu, pia quadam pusillanimitate quam Paulus indicat dicens timens eos qui ex circumcisione erant se subduxit à gentium cibis, & cōiuctu, vt se gratum exhiberet Iudæis. Paulus verò sentiens hunc nationis Iudaicæ Petri pium affectum, in detrimentum Christianæ libertatis verge-re, nouellæque fidei Antiochenorum euersionem minari, (vt euangelicæ libertatis strenuus propugnator) Petro se obiecit, & in faciem illi restitit. Neque tamen hinc in mentem duxeris, crimen admisit se Petrū. Quod em̃ pietatis studio & affectu gestum est, criminis nō fuit, sed leuioris culpæ fuit. Quod si increpatur à Paulo quia gētes cogebat Iudaizare factū increpatur, nō Petri animus, qui malluisset, Iudæos cogere euāgelizare, quā gētes cogere Iudaizare. Opus igitur Petri hoc, cū diuo Augustino verè reprehensum à Paulo credimus. Petri verò animū candidū atq; syncerū liberūq; ab increpatione cū diuo Hieronymo sentimus. Iā verò, ne hoc sub silētio pertrāscā, aduersus nostræ ætatis hereticos, expēdere hoc vnū libet. Si beatissimus Petrus post acceptas cœli clauēs, post quāq; virtutē Spūs scti indutus fuit ex alto fecit

Agitur pariter Hiero.

Placitū clementis Alexandrini ex Eusebio.

Placitū Augustini magis probatur.

Ad Gal. 2.

Petrus pusillanimitas

Obserua diligenter.

Petrus venit liter peccat post acceptum in die pentecostes Spiritū sanctum.

Conciliat Augustinus & Hieronymus.

Act. 1.

fecit nihilominus, qđ iustè carperat Paulus, neq; propterea principatū ecclesiæ amissit, aut caput vniuersi orbis desuit esse quid est quod, si in pontificibus nostris errata nonnulla aduerterint hæretici, quę arbitratu suo iustè carpenda sunt, subinde in clamant, in Romanis pontificibus clauēs ecclesiæ non esse, fictosq; & nō veros pōtiffices esse, & diducto ore magnoq; buccarum rictu, nos rident, quod beatissimos & sanctissimos, Romanos appellemus pōtiffices? Nam illi contra eosdē vicarios Antichristi, & Babylonica capita & hoc genus alijs procacibus dīcterijs impudenter vocitāt. Quasi verò non esset aliud personæ meritum, aliud Apostolicæ sedis dignitas, atq; sanctitudo. Quæ tam præ excelsa est, quam quæ in culmine montium, & in vertice omnium dignitatum spiritualium & temporalium à Christo præparata est. Ideò nullius personæ scelera illam inquinare, aut infringere valent. Eū igitur q̄ illā moderatur Romanus pontifex, tam facinorosum finge hæretice quā voles (modo hæreticū non fingas) à vituperijs tūc abstinere quia beatissimus est: & quid beatissim⁹ si facinorosus? Vtiq; quia beatissimā gerit sedē, quia clauēs in humero cœlestes por-

tat, quia Christi personam agit, quia ecclesiā catholicā sanctā, & immaculatam representat. Nō legisti apud Matth. 22. illū impudētē, qui nuptiali conuiuio vestibus indecoris se ingessit, amicū à Domino vocatū? Amice (inquit) quid huc intrasti non habens vestē nuptialē? At cur amicus hic à Domino nominatur, qui inimicus erat? Vtiq; inimicus, quia veste nuptiali nudus erat, amicus autē, quia inuitatorū alter erat. Hieronymo in cōm. eiusdē. c. adnotante. Et demū omnibus apostolis suis aiebat Christus, Beati oculi, qui vident quæ vos videtis, at Petrū speciali quadā beatitudine insigniuit. Beatus es Simon Bariona, quia neq; caro neque sanguis &c. Cur ita obsecro? vt sedis Apostolicæ beatitudinē singularēq; sanctitatis supra omnes sedes prærogatiuā, insinuaret. Lege Hiero. contra Rufinū dialogo. 3. Superest iam, vt vela plicemus, & reuerētissimē cathedram hanc Petri (quæ sedes Apostolica est) summa obseruatione semp veneremur. Et siq̄ dē cœli clauigerū Petrū ī cœlis, Romanos q; episcopos eiusdē potestatis cū Petro cōsortes, in terris habem⁹, ea sit nræ vitæ præparatio, vt clauēs istę eternā vitā nobis patefaciāt: quam Dñs ipse donare dignetur.

Matth. 23.
Matth. 16.

Obserua dī
ligenter.

TROPOLOGICA DECLAMATIO tertia, De colenda admodum Christi cruce, cuius prothema est.

ET figam illum paxillum in loco fideli & erit in solum gloria patris sui. Esai. 22.



Erba hæc, quæ inter dilucidandū caput Esaiæ de Elia-cim filio Helciæ exposita fuere, nūc tropologię deseruiētes, in aliū deducem⁹ finē. Et ī nihil aptius, germanius ve illa referēda crediderim, quā in dominicā crucē: quæ vtiq; tāquam paxillus beatissimus est fixus in loco fideli, qui catholica est ecclesiā, vbi solū veneratur, & colitur. In loco vtiq; fideli fixū est lignum venerabile cru-

cis. Nāq; infidelibus ludibrio, & cōtēptui habetur. Apud quos paxillus hic nō figit⁹, sed potius eradicatur & exhibilatur. Apud fideles autē etiā in itineribus figit⁹, & in ecclesijs super tēplorū pinnacula leuat⁹. Neq; solū parietes, & edificiā cruce signātur, quin etiā, & frōtes nrās & pectora hoc crucis signaculo obmunita gestamus. Porro Esaias huius paxilli gloriā denarraturus vtiq; ligni crucis maiestatem edoctrus, nō verbis obscuris rē gradē, sed planis ex-

Cruz Domini
paxillus
fidelis.

presit, in prædicto prothemat. Et erit in
 solium gloriæ domui patris sui, & suspen-
 dam super eum omnem gloriam domus
 patris eius. Est autem domus Patris Chri-
 sti sancta Dei ecclesia, huic domui crux
 Christi solium est gloriæ. Nempe Dei nō
 vulgaris gloria est peccatorū remissio,
 Dei gloria est hominum propitiatio, Dei
 gloria est misericordiæ suæ thesauros ho-
 minibus misericulis aperire. Horum ergo
 omnium beatus paxillus hic, vitale ve-
 lignum hoc, solium est. Thronus enim gra-
 tiæ & misericordiæ est fidelibus omnibus
 dominica crux. Auget enim pijs iustitiam
 reisque donat veniam. Nāq; qui ex ligno
 deuicti, & perditifumus, ex ligno quoq;
 victores euasimus. Sub arbore, ait, malo
 suscitauit te: ibi corrupta est mater tua, ibi
 violata est genitrix tua. Vtiq; sub arbore
 Pomifera (alioqui mortifera) naturæ pri-
 mus humanæ parens corruptus, & viola-
 tus est, tota que illius posteritas. Etenim qui
 homo conditus erat, factus est similis iu-
 mentis insipientibus, quia ligni vetiti fru-
 ctum noxiæ gustauit. At verò sub arbore
 decora, & fulgida crucis, prioris arboris
 mala refarcimus. Nāq; sub hac reuiximus
 & in ea Christus affixus moriens mortē
 & corruptionem genitricis nostræ (quæ
 humana natura est) destruxit. Et vitam no-
 stram resurgendo reparauit. Mortuus est
 enim Dominus propter delicta nostra, &
 resurrexit docente Paulo propter iusti-
 ficationem nostram. Quippe cruci appen-
 sus, clauisq; cōfixus, proprioq; cruore ma-
 dens nra piacula deterisit. Igitur crux Do-
 mini est thronus seu solium diuinæ gratiæ
 & clementiæ, de quo Paulus aiebat, adea-
 mus ad thronū gratiæ eius, vt misericor-
 diā consequamur, & gratiam inueniamus
 in auxilio opportuno. Etenim qui ad cru-
 cē Domini accedit, ibi gratiæ diuinæ lati-
 cē inueniet, quo delictorum incendia mi-
 tiget tibi auxiliū & tutissima aduersus ma-
 lignos hostes habebit præsidia. Est enim
 crux Dñi fidei illud scutum, cuius Paulus,
 de cœlesti quadam armatura loquens,

meminit Ephesijs scribens. Accipientes,
 ait, fidei scutum, in quo possitis ignea tela
 nequissimi extinguere. Fides enim Iesu
 Christi præsidio nullo tam fortiter prote-
 gitur, atq; tam validè munitur, quam cru-
 ce salutifera. Neq; Christi fideles peccato-
 rū igniculis flagrantēs aliud ita præsentā-
 neum remediū assequi valent, vt Dñi cru-
 cem: quæ extinguit, & mundi delicias, &
 carnis oblectamenta, & mundi inanem fa-
 stum, & demum vires Satane mirū in mo-
 dum eneruat. Sanguine nanq; Agni imma-
 culati Christi fidelis anima tota perfundi-
 tur: vt tela nequissimi, idest à Satana ne-
 quissimo venenatè vibrata iacula si ad Dñi
 se se excipiat crucē, quamlibet ferueant ia-
 cula hæc & inardescāt, sanguis Christi quē
 crux stillat, illa prorsus extinguet. Actum
 equidem est de milite Christiano, qui cū
 potente, & vafro hoste dæmone congres-
 sum parat, & dimicare instituit, si hoc scu-
 to crucis non sese in primis armat, & mu-
 nit. Crux Dñi lignea est: quapropter & fra-
 gilem se aspectibus nostris obiecat, in-
 star pali, aut Paxilli: quæ sane fragilia esse
 quis non videat. Verum nulla quamlibet
 calybea, quālibet ferrea arma sint, eavi
 præstant, qua Dñi crux præpotens est. Nā
 q; sanguine Christi rutilat, tota q; sangui-
 ne hoc plusquā rubenti synopide nitescit.
 Atqui sanguis hic lignum hoc adeo robo-
 rat, vt infernus totus corā ipso contremi-
 scat: ad crucisq; stupedū signaculum, ma-
 ligni & teterrimi spiritus diffugiant. In se
 stabantur olim Iudæi morfu letifero ser-
 pentum, quādo vastas incolebant eremos
 & diuino oraculo admoniti ad lignū, cui
 appensus erat Dei iussu serpens sese eremi-
 cole, Iudæi cōferunt, quē rigido aspicien-
 tes intuitu morsus medicamēta sibi con-
 ciliabant. Nū serpens ille, aut lignum illud
 tātæ tamq; insolitæ virtutis putas fuisse qd
 tāto malo succurrere posset? procul hoc
 est. Non enim natura hāc medendi vim,
 aut ligno aut æneo serpenti suppeditare va-
 lebat: at diuini numinis operatio erat, quā
 consultissimè & prouidentissimè, multis
 ante

Domus Dei
 ecclesia est.

Crux Domi-
 ni solū Dei
 est.

Cantico. 8.

Ad Rom. 4.

Ad Heb. 4.

Ad Eph. 6.

Crux Domi-
 ni fidei Chri-
 stianæ est p-
 testio.

Crux sangui-
 ne Christi
 plusquā syn-
 opide nite-
 bet.

Hiere. 22.

Ioan. 1.
 Nume. 21.

ante actis seculis, in typum mortis Christi Deus adumbravit. Serpens nanq; ille citra venenū erat quippe æneus erat, & serpentum venenatorum abstulit venena vt & Christus, etiam si formā serui habebat, at serui venenum non continebat. Ad hæc etiā si formā venenati serpētis præseferbat Christus, at venenatus non erat, imò omnis veneni præsentanea & efficacissima antidotus, & pharmacū est, diuinū peccatorū chirographū delens. At quid est aliud serpētis gestare formā, quam formā habere serui? & quid est formā habere serui nisi illud quoq; Paulus cōmemoratur in similitudinē hominum factus est, & habitu est inuentus vt homo? Etem putabatur peccator vt homo, cum tamen esset peccatoris iustificator vt Deus: passus est quasi peccator, & cum iniquis deputatus est, quasi iniquus, qui iniquitatē non fecit neq; est inuentus dolus in ore eius. Istud est serpentis gerere similitudinē quia peccatoribus similis videbatur. Verum vt serpens ille quondā in eremo erectus venenū solum præseferbat, quia serpentis imago erat, verū veneni erat antidotus, tantū abest vt venenatus esset, ita Dominus Iesus peccatoribus in pœnis, quas tulit se similem fecit, porro culpę in vniuersum ex pers erat imo peccatorum antidotus. Nā ipse est qui est propiciatio nostra per fidē in sanguine eius. Et demū qui formā serpētis extra gestabat, intus agnus erat tollens peccata mūdi. Aduertisti ne vt in paxillo nōo (qui crux Dñi est) humanæ mentis ex antiquo morbiculose salutaria pēdet phar maca? Ad hæc ergo Dñi crucē mētis te oportet, hoc est fidei leuare oculos quādo venena Satanica te violentē infestant, quādo virulenta peccatorū cōtagione te fœdatum senseris: in hoc lignū vnde suspensa sunt cœlestia aduersus omnem morbū phar maca, omnē tui animi auocare intentionē necessum est. Si potēs enim erat serpens æneus ille ligno appensus aspidū virulētos ictus, mortiferasq; sanare plagas, quidquod Christus, qui crucis suspensus

fuit patibulo, quē quasi serpentē idest peccatorē in ligno suspēderūt impij occultos diaboli morsus, infernalesq; delictorū nostrorū ictus, sanare valeat? Quod si cupis scire quæ, qualia ve phar maca hæc sint, accipe vt ad manum illa tibi sint. Nēpe clauis sunt, quibus sacra Dei viscera fuere confixa: lancea est, qua Christi latus perforatur, sanguis & vnda sunt, quibus caro Christi perfunditur: spinea corona est, flagella sunt & demun innocentis agni tormenta vniuersa nostra sunt planē saluberrima diuinaq; phar maca, humanæque salutis efficacissima remedia. Et vt morbi acerbis, & tenaces, non quibusuis leuantur remedijs, sed acerbis quoque & amarulenta possunt medicamenta, vt sunt cauteria, portiones amarissimæ, cucurbitæ, phlebotomia, & id genus reliqua (quæ non sine cruciatu hominibus adhibentur) vt corporalis salus consequatur: ita quoq; & peccatū morbus est animæ feruentissimus, & acutissimus, paratūq; habet mentis exitium, nisi illi citra moram subueniatur. Quapropter & sibi poscebat acerbis remedia, vt tāto subueniretur morbo. Altitudo autē diuinæ sapientiæ diuinorūq; viscerū feruentissima charitas, acerbissima quoq; excogitauit remedia, vt mortiferi morbi a nobis depelleret potestatem. Acerbissimū sanē excogitauit remediū Deus, qui non per sanguinem hircorum, aut taurorum, sed per propriū sanguinē nras maculas abstergit: antiq; fecit morbum hunc, vt non extrinseca remedia illi curando admo ueret, sed semetipsum, & sua, ad nostras culpas curādas nō equidē parcē sed magnificentissimē impenderit, & superimpenderit. Nō nras venas scidit, aut capita nostra spinis pupugit, aut manus, & latera perforanda tradidit, sed immaculati sui corporis venas, manus, pedes, latera, scindenda permisit, vt nobis singularem, nouā, atque diuinā eoq; efficacissimā cōponeret antidotū: vt ita demū morbi nostri malignitas remedij acerbitate vinceretur. Porro tāta remedij acerbitas, & amaritudo, (quæ

Astor. 32

Morbi tenaces, difficili poscunt remedia.

Ad Heb. 9.

1. ad Co. 12.

Mihi aut absit gloriari nisi in Cruce Dñi mei
Ihu xpi. ~ ad gala. exponis optime ~

Dilucida. & decla. in Esai. Prophetam. 22

Christus me-
dicus est &
medicamen-
tum.

Exod. 15.

Esai. 12.

Ecclesiama
Iestas à lig-
no crucis pe-
det.

Locus Pau-
li ad Gal. 6.
dilucidat.

Christo fuit amarissima nobis peccatori-
bus versa est in dulcedinem, quibus dul-
ces sunt clavi, dulce lignum, dulciaq; cru-
cis pondera. Oremendum & omni pie-
tate diuinæ sapientiæ reuerendum myste-
rium. Namq; is ipse, qui medicus venerat
culpas nostras curaturus, is ipse & medi-
camentum est, & antidotus, tantiq; ægro-
tum hominem fecit, vt ex sanguine pro-
prio, nō parce sed largissimè fuso, efficax
salutis & suauissimum nobis remedium
exhibuerit. Neq; solū hoc emolumēti no-
bis accessit, imo & hoc aliud quod intole-
rabiles sanctorum labores, & alioqui ab-
synthio amariores, crucis Christi memo-
ria in illos iniecta, dulcescunt & æquabi-
les fiunt, & amaritudinem deponunt: vt li-
gnum illud Mosi ostensum, deserti impo-
tabiles aquas potabiles reddidit. Quāquā
ipsum lignum iniectū si Hebræis creditur
amarissimum erat, quod Hispani, adelfa,
vocitant. Quod satis congruit cum crucis
mysterio, quæ alioqui amarissima Domi-
no, fidelium tamen vitam sanctorum tæ-
diosam satis dulcē & suauissimā efficit. E-
gregiè igitur prothema nostrum paxillū
hunc magni faciens aiebat. Erit in solium
gloriæ domui patris sui. Pater enim Chri-
sti Deus est, paternaq; domus ecclesia
est, cuius gloriosum solium crux Christi
est. Omnis nanque ecclesiæ autoritas, om-
nis ecclesiæ potestas, dignitas atq; maie-
stas ab hoc paxillo suspensa pendet. Vnde
Esaias continuo subiecit, de eodem paxil-
lo verba faciens, Et suspendam super eum
omnem gloriam domus patris eius. Om-
nis ergo gloria Christianæ ecclesiæ in cru-
ce Domini suspensa est: præter hanc cru-
cem nihil gloriæ, nihil decoris habet. Si
mihi non credis tibi rem hanc testetur Pau-
lus. Mihi, inquit, absit gloriari nisi in cruce
Domini nostri Iesu Christi, per quē mun-
dus mihi crucifixus est, & ego mundo. Et
in calce epistolæ eiusdē, De cætero (ait) ne-
mo mihi molestus sit: ego enim stigmata
Dñi mei Iesu in corpore meo porto. Et
quid Paulus in natiuitate, in circuncisione,

in peregrinatione in Agyptū, in bap-
tismo, in prædicatione, in miraculis demū
Dñi Iesu, non est tibi gloriandum. Num
hæc spernenda, siquidē ais, Mihi absit glo-
riari nisi in cruce Dñi nostri Iesu Christi?
Vtiq; , nō vt spernenda prætermittit Pau-
lus, hæc Dñi enim sunt sacramēta: at ægro-
tus illud solū commendat medicamentū,
quod morbi à se depellendi præsentaneū
aduertit. Et quāquā multa alia adornet, &
præpararet medicus salutis pharmaca, quod
postremo adijcitur vnde salus plena cōse-
quitur, veluti morbi triumphū, & memo-
ratur, & iugiter laudat. Sciebat quoq; Pau-
lus, Christi natalia, cæterasq; Christi actio-
nes culparū nostrarū remedia esse, at pec-
cati, atq; Satanæ triumphū, in cruce suspē-
sum solū esse. Per crucem enim Dominus
principem mūdi foras eiecit, inferna clau-
sit, cœlosq; reserauit. Propterea præclara,
& cōfidenti voce postrema humanæ salu-
tis phamaca magnificās, Mihi absit (inquit)
gloriari nisi in cruce Dñi nostri Iesu Chri-
sti: quasi dixisset, Mihi ægroto, mihi mor-
biculofo, qui prius fui blasphemus, & per-
secutor ecclesiæ Dei, vnde quærēda glo-
ria, nisi vnde perfecta mihi est cōciliata sa-
lus, id est, à cruce Dñi nostri Iesu Christi?
Gloriā igitur suā Paulus iusto equidē no-
mine in sola cruce Chri collocat: neq; so-
lū ille sed omnes scti gloriā suā, in illa col-
locatā habēt. Audi Esaiā (si libet) loquētē.
Dixerat suspēdā super eū omnē gloriā, ad-
iecit, Vasorum diuersa genera, omne vas
paruulū à vasis craterarū vsq; ad omne vas
musicorū. At verò desideras scire fortassis
quæ vasa hæc sunt, porro q̄ sūt docebit te
Pau. 1. Ti. 2. In magna inquit domo nō solū
sunt vasa aurea, & argētea, sed & lignea &
fictilia, & quēdā q̄dē in honorē, quēdā au-
tē in cōtumeliā. Sūt ergo in ecclesia (quæ
est tāquā domus magna Dei) q̄a in omnē
orbē se diffundit, nō sicut Synagoga, quæ
Palestinis repagulis cōtēta coercēbat. In
hac ergo magna domo sūt viri sctitate, &
doctrina præpollētes: q̄ tāquā vasa aurea,
vel argētea sunt, alij verò fragiliores sunt
instar

Infirmus il-
la solū ma-
gnificat
pharmaca
ex quibus
salus sibi cō-
tingit.

Ioan. 11.

1. ad Thim.

Paulus glo-
riā suā ex
cruce pedit

Varie sunt
vasa in ec-
clesia Dei.

instar vasorū ligneorū, aut fictiliū, & velu
ti parua quædā huius domus sunt vasa. Ce
terū siue illa prima vasa siue hæc postre
ma scruteris, gloriā suā ex cruce dñi suspē
sam habent. Doctrinā nanq; & fideliū sa
piētiā, ex cruce suspendebat Paulus qñ. 1.
ad Cor. c. 2. aiebat, Non iudicaui me scire
aliquid inter vos, nisi Iesum Christū, & hūc
crucifixū. Sanctitas vero & puritas inde
quoq; pēdent Ioāne testāte. Apoc. 1. Dile
xit nos & lauit nos à peccatis nostris in
sanguine suo. Et demū pax & recōciliatio
humanæ naturæ cū Deo, in cruce suspēdi
tur. Pacificās, inquit Paulus ad Coloss. 1.
per sanguinē crucis eius, siue quæ in terris
siue quæ in cœlis sunt. Eteim qđ disidiū,
& inimitias parabat inter hominem &
Deū peccatū erat: hoc autē in cruce deletū
est. Delēs (inquit) quod aduersus nos erat
chirographū decreti, (quod erat cōtrariū
nobis) & ipsum tulit de medio, affigens il
lud cruci ad Colossen. 2. Et Romanis scri
bens idem testatur. c. 6. Vetus homo no
ster simul crucifixus est, vt destruat corpus
peccati, per corpus peccati, idem in
telligens quod per veterem hominē, &
per veterem hominem idē quod per chi
rographum decreti insinuat, per quæ om
nia, demum vt semel dicā peccatū ipsum,
cum omnibus appendicijs suis intellexit.
Et in libro sapientie. cap. 14. huius paxilli
crucis ve gloriā non tacuit, imō illius
laudes deprompsit dicens, Benedictū est
lignū, per quod fit iustitia. Iustitia nāq; di
uina longe clarius fuit in hoc ligno, quā
in cūctis Dei operibus. In vniuersis nāq;
Dei creaturis, & iustitia Dei, atq; miseri
cordia fulgēt, vt in tropologia nostra de
diuina diximus misericordia. Porro nihil
ita Dei iustitiā & diuini iudicij seueritatē,
simulq; diuinæ in humanū genus demō
strat bonitatis propensionē, vt dominica
crux. Nam nulla excogitari potest maior
diuini iudicij seueritas, quā proprio filio
non parcere, sed morti pro nobis illū tra
dere: & peccatū quod ipse vt omnīū supre
mus dñs relaxare gratis posset, non gratis

illud donādū cēsuit: sed per sanguinē filij
sui disposuit suū placādū numē primo, de
in vero homini remittere offensam ex
qua diuinitatē suā lēserat. Seleuci regis il
lius historiographi plurimū in modū seue
ritatē iustitiæ legūq; suarū obseruandarū
feruidū zelū, & acre studium commēdāt:
quippe qui filiū suū legū paternarū viola
torē, legitimis poenis à legib⁹ statutis, sub
iacere decreuit. Vnde quia lex lata erat in
adulteros, vt exocularētur, alterū filij suf
fodiēs oculū, altero quoq; se orbandū vo
luit, vt legis rigore nō laxaret, & quod fi
lio donabat, in semetipso acerbē puniret.
At vero quale hoc est, quāti ve pēdendū,
si ad diuinā cōferas iustitiā, quæ filium in
culpatissimū, vt in culpatos seruulos non
sequeret, neq; inardesceret, in probrosam
adegit mortē: crucisq; affigēdū decreuit
patibulo? neq; sibi litādū alijs sacrificijs vo
luit, quā filij sui dñi nostri Iesu Christi sua
uissima hostia? O verē benedictū lignum
per quod fit iustitia, nō nocētis sed inno
cētis agni Christi. Nā ibi peccata, quæ nō
detulit nos abluēdo subtulit, ibi quæ non
rapuit exoluit. Et Dauid hāc iustitiā pro
cul prēsentiēs, non obscure carmine pro
phético cecinit. Quæ non rapui (ait) tunc
exoluebā. Et æterni patris inflexibilis iu
stitia, quæ humanæ, & cōmeritæ satis vin
dictæ auida erat, mortis Christi sacrificio,
ita flexa est, vt quæ auida erat inferendæ
poenæ, iā modo auida sit donandi premij
ijs, qui ad hoc lignū vt ad tutissimū sese cō
ferūt asylum: quales fideles sunt, qui voce
crucis gloriā cōfiteātes, factis crucis gloriæ
nō detraxerūt: quos inimicos crucis Chrī
Paul⁹ digno appellaret nomine. Sed age
si iā pacatus diuinæ iustitiæ furor est, iāq;
referata sunt cœlestia regna, si deiect⁹ est
humanus hostis diabolus, si peccatū iam
sublatū est, quia per hoc crucis lignū cele
brata est diuina iustitia, ecquid adhuc in
homines sequit diabolica tyrannis? ecquid
tantis videmus oppressos homines crimi
nibus? Quod si dixerit quispiam ad crucis
inimicos (qui sunt ij, qui fide non sunt præ
diti)

Regis Seleuci rigida legis obseruatio.

Psal. 68.

Ad Phil. 3.

Locus ex lib. sapientie egregie exponitur.

Ad Ro. 10.

Dilucida. & decla. in Efai. Prophetam. 22

ditū) in hos non deriuantur crucis cōmo-
da, verum in eos, quos fides ornat crucis,
Dei non erit seuera iustitia: quia cōlesti
propitiatione per crucis mysterium gau-
dent. Istud est quod sciueris amice lector
abruptus scopulus, in quem neoterici hæ-
retici stolidè & incaute impingentes,
naufragantur, & ineptijs suis inuoluti, in
dies ineptiunt vehementius. Aiunt enim
sibi satis esse Christo per fidem adhære-
re: & illi incorporari credendo, vt pecca-
ta vniuersa illis donentur: & cōlestes ia-
nuæ illis patefcat. Quippe diuina iustitia
ex morte Iesu Christi tota expleta est, &
penitus absoluta. Quare pœnas alias ab
homine non quærit: morte enim Christi
diuinus furor totus refriguit, ne in homi-
nes amplius incādesceret. Ideo solū fidem
huius diuinæ mortis quæritat Lutherus.
Alioqui si fletum, & lachrymas, ieiunia
& id genus exigit opera, nō ergo per mor-
tem Iesu Christi se expleuit Dei iustitia.
Et vt hæc persuadeant deliramenta, sacra
torquent oracula: qui hæreticorum mos
est. At verò ne tu simili tenearis fallentia,
obseruandum est tibi diligentissimè, cō-
lestis agni Christi in crucis ligno celebra-
to mortis sacrificio, peccatum (quod erat
contrariū nobis) deletum esse. Non quod
continuo mortalibus cuncta sint donata
delicta, sed quia iam præsto est hominibus
vnde si volent donentur. Alioqui si om-
nia iam donata sunt, cur ergo Apostolis
ait, Accipite Spiritum sanctum quorū re-
miseritis peccata &c? Si iam sunt remissa
omnia fidelibus, nulla ergo manēt remit-
tenda? Quo ergo datur potestas remittē-
di? Sub hæc quoq; finge hominem facino-
rosū, fidelem tamen, qui in peccatis suis
postremum clausit diem: num huic regna
cōlestia patebunt? Non ita desipies, vt fa-
tearis: imo claudentur. Quippe obstinato
non patent. Iam ergo non illi satis fides ni-
si pœnitudinem sociam habuerit, dices.
At credere & pœnitere sufficere etiā nū
cogitas hæreticorū præstigijs deluderis,
qui confessioni vocali detrahentes, fidem

& contritionē sufficere tradunt, vt remis-
sio peccatorū obtineatur. Verū si clācula-
ris confessio reiicienda est, clauēs Petro
collatæ necessariæ nō erūt. Vbi ergo ver-
bū Christi, Tibi dabo clauēs regni cōelo-
rū? vbi, Accipite Spiritū sanctū, quorū re-
miseritis peccata &c? Etenim si peccato-
rū remissio fide, & pœnitudine contenta
est, nō est, cur quæramus cōeli clauigeros
sacerdotes: siquidē quilibet, qui fidē & re-
sipscentiā habet ipse clauē sibi gestaret. Et
prorsus sacerdotes remittēdis peccatis
necessarij non essent: imò apostolico pri-
uilegio omnes fideles potirentur aperien-
di sibi cōlestia regna, quando de peccatis
resipiscere volent, si sacerdotum opera, &
ministerio, ad remissionē peccatorū non
egent. Porro Petro duntaxat clauēs cōele-
stes concedūtur, non fidelibus alijs, vt in
declamatione tropologica huius capituli a
bundè diximus. Id quod eò factū à Chri-
sto est, quò vniuersos certos faceret fide-
les suos, sacerdotalis esse functionis (quæ
à cathedra Petri deriuatur & ceu à fonte
quodā dimanat) donatio peccatorū. Pro-
indeq; qui resipuerit vocalē & secretam
confessionē negligens, planè ex fidei præ-
scripto peccatorum venia nō donabitur,
quippe qui clauēs Petri negligit: quas si af-
fectans pœnituerit, si sacerdotis copia illi
non fiat, remissionis tamē gratia fruetur.
Quia per ipsum nō stetit, quod in sacerdo-
tis aures peccata sua non instillauerit.
¶ Fatemur autem cum diuo Paulo ad Ro-
manos. 3. verba illa, Iustificati gratis per
gratiam ipsius, per redemptionem, quæ
est in Christo Iesu, quem proposuit
Deus propiciatorem per fidem in sangui-
ne ipsius ad ostensionem iustitiæ suæ.
Sed itidem fatemur cum Christo tibi da-
bo clauēs regni cōelorum. Nō enim quia
clancularis confessio necessaria est, pro-
pterea iustificatio gratiosa non est. Om-
nis nanque cui peccata donantur, gra-
tis donantur. Inimico enim donantur,
& quemadmodum parentes labore ni-
mio, & dispendio, sæpè salutis & vitæ
liberis

Lutheranū
dogma ape-
rit suum iu-
gulum.

Exploditur
Lutherana
perfidia.

Ioan. 10.

Clauū ne-
cessitas.

Pauli locus
exponitur.

Matth. 11.

Aduertēda
collatio.

Ad Hebr. 5

1. Petr. 1.

Apparens
collatio in
verbis Pau-
li tollitur &
leges de
clamatōe
de ineffabi-
li misericor-
dia Dei.

liberis suis aggregare diuitias student, & quod ipsi non gratis sibi sed pretio, & labore compararunt, liberi ipsorum gratis eodem fruuntur: ita Christus, qui testāte Esaia pater est fidelium, ut in dilucidatione ad caput. 7. diximus, in mundum venit filiis suis cœlestes paraturus diuitias: quas equidem laboribus immensis, & sanguinis sui pretio gratiam & gloriam illis conquisiuit: & quæ Christus tāto pretio emit, gratis sibi obtemperantibus donat. Propterea Paulus dudum docebat, Iustificati gratis per gratiam ipsius: sed adiecit, Per redemptionem quæ est in Christo Iesu: quasi dicat, Peccatorum iustificatio & gratia est, & redēptionis opus est. At ubi redemptio est, ibi iustitia est. Nā qui iusto pretio emit, iustē emit, & si iustē emit, nō gratis emit. At homines (si quidem redempti sunt à Christo) iusto pretio sanguinis sui redempti sunt. Non corruptibilibus (inquit Petrus) auro, vel argento, sed pretioso sanguine immaculati agni Christi redempti estis à vestra vana conuersatione. Et prima ad Corint. 6. empti estis pretio magno. Vnde is ipse Paulus, postquā dixerat, Iustificatos nos gratis, ad ostensionem subiecit iustitiæ suæ. Quid ergo hæc conuenient? si pretium est, si redemptio est, si ostensio iustitiæ est, in peccatorum remissione (quæ ipsa est iustificatio) ut ergo gratis iustificamur? Arbitror iustitiam, & gratiam, mutua pace in impij iustificatione cōciliari. Etenim, ut dicebam, dudum, quæ suo sanguine Christus emit, recōciliationē, id est hominū cū Deo patre, cœlestisq; regni apertionē, hæc nobis gratis donat. Nihil enim est in hominibus peccatoribus quod recōciliationem istā promereatur: sed multum est in Christo vnde illis donetur. Est enim sanguinis sui & suæ mortis pretiū. Id quod nō gratis sed iustē sibi promeruit, ut consummato mortis sacrificio, factus sit omnibus obtēperantibus sibi causa salutis æternæ. Ad Hebr. 5. Quamobrē hoc crucis lignū, scriptura encomijs eximijs prosequitur, ut iā

pridē dicebamus, benedictū dicēs lignū, per quod fit iustitia, & iustissimo equidē nomine. In ipso nanq; iustitia Dei ostēsa est: quippe redemptio humani generis, in eo celebrata est. Nos quoq; eandem crucem paribus prosequamur encomijs oportet, dicentes, Benedictū est lignū, per quod fit misericordia. Ut enim in ligno hoc Dei iustitia ostēsa est, proprio filio non parcēs: ita & misericordia Dei, seruis parcēs, ostēditur. Huic igitur crucis ligno concredita est humana salus: ex hoc paxillo suspensa est cœlestis gloria. Ut sapiētia Dei nobis tradidit. Propter hoc, inquit, exiguoligno credūt homines, animas suas: & trāseūtes mare per ratē liberati sunt. Vtiq; qui mare tempestuosum (qui mundus hic est) trāsimus homines, nisi huic ligno crucis exiguoligno (quem paxillum dixerat Esaia) nostram & vitam & salutē committamus, & in crucē, ut infidelissimā ratē nos excipiamus, in portum salutis æternæ appelle re non poterimus: sed necessarium erit in huius seculi fluctibus vehementibus, tanquam plumbea massa funditus demergi. Licebit iam verba prothematicis repetere & de cruce dñi illa iterū celebrare. Et figā illū paxillum in loco fidei: & erit in solū gloriæ: & suspendent super eum omnem gloriam domus patris eius.

¶ Huius crucis gloriam, & maiestātē, ab Ephesijs suis comprehendit Paulus desiderabat, in hæc verba illis scribens, Ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo & lōgitudo, & sublimitas, & profundum. Quem locū diuus Augustinus in sermone septimo de verbis Apostoli, hunc eundem denarrans locum, de cruce dñi salutifera intellectū voluit. Nos (inquit) in illa gloriemur: vel quia super illā incūbimus, in illa gloriemur omnes, o boni fratres: in illa gloriemur. Ibi forte inueniemus & latitudinē, & longitudinem, & profundū: his enim Apostoli verbis crux quodammodo ante oculos nobis cōstituta est. Habet enī latitudinē, in qua manus figūtur: habet longitudinē, quia inde vsq;

ad terram

Crux domi-
ni est lignū
iustitiæ &
misericor-
diæ.

Sapient. 14.

Repētio p-
thematicis.

Ad Ephe. 3.

Quatuor di-
mensiones
crucis quid
denotēt ex
Augustino.

ad terram ducitur lignum, quod ab ipso transuerso, in quo figuntur manus, excedit aliquantulum, ubi caput crucifixi ponatur: habet & profundum, hoc est quod in terra figitur, & non videtur, &c. Hæc autem si ad mysticam & profundiorē intelligentiam deducantur, mysteriū diuinæ crucis fidelibus clarius rutilabit. Huius namq; latitudinem ille comprehendet, qui charitatis sectator est: quam dominus iam iam vitam temporalem consummaturus Apostolis postremo commēdauit mandato apud Ioan. 13. dicens, Mandatū nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Et tāquam singulare Christianæ disciplinæ symbolum, hoc mandatum dilectionis dixit esse. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Charitatis namq; latum est mādātum, & in omnes se diffundit homines, & amicos, & inimicos. Et quemadmodum crux ex dextro latere, & sinistro, (quæ sunt veluti crucis brachia) constituitur: ita & charitas & inimicorum, & amicorū, amore tota flagrat & coalescit. Ille verò crucis huius longitudinem comprehendit, qui memor Domini verbi. Qui perseuerauerit vsq; in finē hic saluus erit: nō solum amore prosequitur proximos suos, verum etiam ab hoc amore non excidit: ab illo non delabitur, vt aliquando frigescat, aut tepescat: sed in illo persistens charitatis igneas flammās, iugi perseuerantia fouet. Exiguū namq; est charitatis semel ardere incendijs cœpisse, nisi in eisdem incendijs immobilis perseueres. Rursum ille altitudinem crucis comprehendit, qui amorem sui atque proximi perseuerantięq; virtutem, in cœlestia præmia dirigit: quæ altissima sunt, vt psalmographus aiebat, Altissimū posuisti refugium tuum. Nullius enim perfectus erit, & longitudinem comprehendisse crucis, atq; latitudinem, nisi & altitudinem hanc comprehendere quoq; adnitaris. Etenim qui Deum non sibi præfigit in præmium laborum suorum, in cassum

laborat: frustra fatigatur. Ipse namq; Deus Abraham dixit, Ego protector tuus sum: & merces tua magna nimis. Genesis. 15. Ille tandem crucis profundum comprehendet, qui crucis mirificas vires contemplatus deosculatur tantam ligni, alioqui vilis, eximiam potentiā: siquidem in terra defixa Tartareas inferni potestates deturbat: animas sanctorum patrum vinculis diuturnis obstrictas à vinculis soluit: & in purgatorio detentas eodē munere gratiæ dicit: vt diui Bonauenturæ extat non improbabilis sententia. Aut si purgatorijs illis locis addictas animas, crucis virtus non soluit, certē iuuauit vt citius soluerentur, quando beatissima Christi anima inferiores terræ partes lustrabat. Tamen si Diuus Augustinus profundum crucis ad diuina mysteria referat: quæ nosse quibusdam datur, alijs verò negatur. Vobis (inquit Dominus) datum est nosse mysterium regni Dei: alijs verò omnia in parabolis fiunt. Rectē igitur crux Domini solium est christianæ gloriæ: paxillus est fixus in loco fidei, super quem suspenditur & omnis autoritas & maiestas & triumphantis, & militantis Ecclesiæ. Legimus porrò in libr. Hester. ca. 7. filijs Israel in captiuitatem apud Assyrios cōstitutis Mardocheū odiosum & infestū Amā fuisse, proptereaq; hunc calumnias struxisse illi coram Assuero, adeò vt patibulum Mardocheo suspendēdo regis iussu paratum esset. At vero disponente Deo (qui facit iudicium in opis & vindictam pauperis) lignum, quod opera Aman paratum erat Mardocheo in fonti, Aman noxium suspensum ex se habuit. Vt verē de illo dixeris, Conuertetur dolor eius in caput eius, & lacum aperuit, & incidit in foueā, quā fecit. Quæ vniuersa typū dominicæ crucis gerebant. Etenim quid aliud Aman iste est, quam Satanas, qui aduersarius interpretatur? quid aliud est, quam diabolus, qui calumniator est, & Ioanne testante, accusator est fratrum nostrorū. Hic Mardocheum, id est hominem in primordijs

Psalm. 118.

Charitas est crucis latitudo.

Matth. 10.

Crucis longitudo est perseverantia.

Altitudo est crucis bona opera propter Deum præstare. Psalm. 90.

Crucis profunditas est eiusdē crucis quāta sit virtus consideratio.

Matth. 13. Lucæ, 8. Mar. 4.

Typus est ille Hester notandus.

Psalm. 139.

Psalm. 7.

Apostolus.

dijs mundi vaficie sua tentat, & deijcit, ab ftatu foeliciffimo ad ftatum miserrimum. Nam inuidia diaboli mors introiuit in mundum Sapient. 2. Proptereaq; in ferni patibulum iam iam homini parabatur. At verò Chriftus Dominus, vt Affue- rus alter miferus calamitofi hominis, dia- bolū cruci affixit. Vnde paulò ante mor- tem fuam Ioannis. 12. Nunc iudiciū (ait) eft mundi, nunc princeps mūdi huius eij- cietur foras: quafi euidētius dixiffet, Nūc damnatio eft mundi: nunc diabolus (qui mūdanorum eft princeps) cum ipfis quo- que mundanis damnabitur. Etenim sacrę literę in nomine iudicij damnationē non nunquam intelligūt, iuxta illud, Qui mā- ducat & bibit indignē, iudicium ſibi man- ducat & bibit. 1. ad Corinth. 11. & ad Ro- man. 6. Vetus, inquit, homo nofter ſimul crucifixus eft, vt deſtruatur corpus pecca- ti & c. 8. eiufdem Epiftolę huius myſtici Aman damnationem exprimens, inquit, Deus filium ſuum mittens in ſimilitudi- nem carnis peccati, & de peccato damna- uit peccatum in carne: vt iuſtificatione legis impleretur. Neq; aliud hæc verba Pau- li, ſi accuratius introſpiciantur, habēt, quā Domini prædicta verba: Nunc iudicium eft mundi: nunc princeps mūdi huius eij- cietur foras. Accepit enim filius Dei ſimi- litudinem carnis peccati, id eſt humanam naturam, exutam ſanē ab omni culpa, ob- noxiam tamē miferijs alijs, quibus omnes homines ſubduntur, vt fami, ſiti, & deni- q; morti. Quæ omnia alioqui ex ſemina- rio culpę proceſſerunt: quæ tamē ſi cul- pa non ſunt, at quia de peccato originem ducunt, idcirco Paulus illa peccatum vo- cat, hoc loco. De peccato (inquit) damna- uit peccatum, id eſt famelicens, ſitiens, con- uitia, iniurias, & deniq; mortem crudelē patiens, peccatum damnauit, id eſt culpā, & autorem culpę diabolus proſtrauit. Et poſteriore ad Corinth. c. 5. ſui memor Paulus hoc idem inculcat, cum ait. Qui non nouerat peccatum pro nobis pecca- tum fecit, vt nos efficeremur iuſtitia Dei

in ipſo. Nam quid aliud hæc verba ſonāt, Chriſtū ſcilicet factū eſſe pro nobis pec- catum, niſi factum laboribus, flagellis, & morti denique obnoxium? Quem Pa- ter pœnalibus iſtis affectibus ſubiecit, vt à culpa (quæ horum affectuum origo eſt) humanum genus aſſereret. Et iſtud eſt, quod dudum aiebat Romanis ſcribēs: Ve- tus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, vt vltra nō ſer- uiamus peccato. Eſt autem vetus homo noſter, homo culpa infectus, & pœna af- fectus: vt nouus homo erat homo gratia Dei ornatus, & ſumma pace & tranquilli- tate fruens: vt fuit Adam in paradifo ſine peccati labe à Deo conſtitutus. Quod au- tem eſt vetus homo, hoc eſt peccati cor- pus, ſi in centorem peccati, & originem peccati diabolus ſimul iunxeris. Chri- ſtus ergo cruci affixus, clauisq; confi- xus, veterem hunc hominem ſimul con- fixit. Nam culpam ſanguine ſuo abſterſit pœnam peccato debitam, quæ coeleſtes ianuas clauſas habebat, illas referendo, ab- ſtulit. Diabolus quoque qui peccato in- terueniente hominem inſoelicem ſua ty- rannide ſubiectum habebat, vt diuina bea- titudine frui nequiret, ſic inſirmauit per crucem ſuam, vt iam verē dicamus cum Ioanne, Audiui vocem magnam in cœlo dicentem, Nunc facta eſt ſalus, & virtus, & regnum Dei noſtri, & poteſtas Chriſti eius. Quia proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum, qui accuſabat illos ante cōſpe- ctum Dei noſtri, die ac nocte. Et ipſi vi- cerunt eū propter ſanguinem agni. Hanc quoque victoriam, quam Chriſtus de diabolo in cruce reportauit, Lucas Euan- geliſta te docebit capit. 11. Cum fortis ar- matus (ait) cuſtodit atrium ſuum, in pa- ce ſunt ea, quæ poſidet: ſi autē fortior eo ſuperueniens vicerit eum, vniuerſa arma eius auferet, in quibus confidebat. Quid eſt auferre arma diaboli, niſi veterem ho- minem crucifigere, & corpus peccati de- ſtruere? Vis videre, vt in cruce dominus arma hæc abſtulit, veteremq; hominē cru-

Locus Pau- li. 2. ad Co- rinth. expo- nitur.

Vet. homo- quis, & no- uus quis,

Apoca. 12.

Victor Chri- ſtus ex cru- ce.

ci con-

Iudiciū in ſacris lite- ris damna- tionem non nunquā ſi- gnificat.

Lege de re hac decla- mationē no- ſtrā de vir- ginis defor- catiſſima conceptione ad capi. 19.

ei confixit, & corpus peccati destruxit? audi ipsum Christum cruci appensum & latroni loquentem. Hodie mecum eris (ait) in paradiso. Hodie utiq; quando sanguis meus funditur: quando clavis torqueor: quando spinis acutissimis pungor, hodie, qñ voce magna traditurus sum Deo patri meo spiritũ, peccati hodie amentamenta dissoluam: peccatorum repagula confringam, teque ò latro diuinitatis meę luce perfundam, teque supplicij mei socium, & æternę glorię meę faciã participantem: simulque & sanctorum patrum animas diuinitatis meę claritate donabo. Destructum igitur est corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato. Et de peccato damnauit Christus peccatum, ut iustificatio legis impleretur. Nō quia lex Moysi quenuquam iustificauit: sed iustificatio legis, mors Christi erat, (quę scopus legis erat) quam Christus implens in cruce dixit, consummatum est. Et demum eum qui non nouerat peccatum pro nobis peccatũ fecit, ut nos efficeremur iustitia Dei in ipso, idest ut absterfi culpa, & liberi à culpę pœna diuina beatitudine potiremur. Vbi in Paulo tria obserua: primum dixit, Ut ultra non seruiamus peccato: posterius verò, Ut iustificatio legis impleretur: postremò, Ut efficeremur iustitia dei in ipso: ut perspicuò doceret, Christum mortuum fuisse, ut homines liberos à culpa & pœna redderet. Et quanquam interim dum vitam mortalem ducimus, etiam sanctissimi quiq; peccatorum saltē vestigijs premuntur (quia statutum est omnibus hominibus semel mori, & in labore hominum sunt, & cum hominibus flagellantur) at Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi ultra non dominabitur. Nos quoque resurgentes, in finali iudicio cum Christo, non moriemur: mors ultra nobis non dominabitur. Nam si Christus resurrexit, & nos quoq; resurgemus. Tunc demum vniuersa mala, quę fideles patiuntur, cum ipsa culpa, atque Satana, cuius opera & industria

inuecta sunt, absorbentur, per crucis Christi victoriam. Tūc enim absorbetur mors in victoria: stimulusq; mortis qui est peccatum, in æternum dissipabitur. Et reflorescet humana natura, & renouabitur, ut aquilę iuuentus eius: & veteris hominis in sanctis, neque vestigia super erunt. An non vides, quā verē dixerit Esaias super crucis paxillum, suspensam esse omnem gloriam diuinę domus?

¶ Sub hæc quoque Heliam legimus Iezabelem illam impiam pertimescentem fugisse, laborisq; exitineris tædio diuexatũ, subter vnā iuniperum decubuisse, sub cuius vmbra Angelico solatus est ministerio, angelicoque refectus pane, vires colapsas restituit, ut longioris itineris detrimenta nō sentiret. Christicolę quoque, qui Christo nomina dederunt, & fidem præclariorem habent, quam Helias, ad crucis Christi vmbra, ad quam cum Iezabele, idest à diabolicis vafra mentis, à carnalibusve delicijs & id genus alijs diuexantur, confugiunt. De iunipero scripserunt autores, qui naturales historias conscripserunt, vmbra habere, quę venenata animalia fugat, oleumque infusum eius, ouium scabiem detergere, multisque alijs morbis remedio esse. At verò vmbra dominicę crucis, quid mirabimur, omni veneno virulentiores dæmones fugare? Oleumque quod crux stillat sanguis Christi est, quo christianus populus inungitur, & peccatorum nostrorum scabies prorsus abstergitur: quo item frontes fidelium inunguntur, & signantur. Ezechielis. 9. Transi per mediam ciuitatem Hierusalem, & signa Tau, super frontes virorum gementium, & dolentium super cunctis abominationibus, quę fiunt in medio eius. Est autem Tau litera gręca. T. quę crucem Domini præferebat. Huiusmodi ergo signum imponendum præcipitur, non frontibus omnium, sed frontibus dolentium super cunctis abominationibus, quę admittuntur aduersus Deũ. Quales sunt fideles qui solũ sanguis

Ad Ro. 6.
Ad Ro. 8.
2. Ad Co. 5.

Quia est iustificatio legis.

Matth. 25.

Notanda
Pauli expositio.

Ad Rom. 6.
Ad Rom. 8.

2. ad Cor. 5.

Ad Heb. 9.
Psal. 72.

Ad Ro. 6.

1. ad Cor. 15.

Psal. 72.
Psal. 102.

Esai. 22.

3. Reg. 19.

Crux Christi arboris bilis sub cuius vmbra requiescit Christi populus.

Lege Gale. num. libr. 6. de facult. simpli. medica.

Cantico. 7.

Crux Christi arbor est sychomorus que, à Cornelio celsomorosycos dicitur ab alijs sycaminum,

Hymnus de cruce exponitur.

Joan. 12.

sanguine Christi delibuti rubent, & hoc signo. T. veluti cœlesti characthere signati, resplendēt. Huius arboris umbra illa est, quam sponsa, quæ est Ecclesia Iesu Christi anxie cupiens, assequuta est. Sub umbra illius (inquit) quem desiderauerā sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo. Fructus nanq; crucis dulcissimus est fide liū gutturi: est enim vitæ æternæ fructus. Hæc crucis arbor est instar illius sycomor i, quam ascendens pusillus Zachæus Lu cæ. 19. transeuntem dominum videre pro meruit. Etenim qui curat videre Christū, christianaq; documenta sapere, nō solum mente, sed affectu in crucem per fidem conscendere oportet, illiq; ardētī animo hærere, aduersosq; mundi flatus illi hærē do æquo animo sustinere. Ferunt autem quidam sycomorum stultam esse ficum: & verè stultam credit caro, & mūdus Do mini esse crucem, testante Paulo, Prædica mus vobis Iesum Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus au tem stultitiam, ipsis autē vocatis Iudæis, atq; Græcis Christum Dei virtutē, & Dei sapientiam. Cæterum ita Christus suæ cru ci hæreret, vt necessarium sit, qui crucem fastidio habet, & ipsum Christū fastidiat. Et rursus qui Christum amat, & crucem amare est necesse. Porro in arboribus a ues nidulātur, inibiq; vestigia premētes, dulci & sonora armonia garriūt. Sācti quo q; in arbore hac nidulant, quā ornauit cœ lestis regis purpura, quæ excedit omnia cedrorum ligna, nullaq; sylua talem arbo rem proferre potest, & flore (qui sanguis Christi est) quo tota crux Christi florida vernat, & fronde (qui clauī Christi sunt) quibus tota frondescit, & germine, quod est ipse Christus cuius supra meminerat Esaia. Et erit germen Domini (inquit) in magnificentia. Vtiq; Christus cruci affi xus in magnificentia erat, cum exaltatus (inquit) fuero à terra, omnia trahā ad me. In hac ergo præclarissima arbore, quæ tot ac tantis diuinis dotata est muneribus, san cti consideratione defixi, veluti auiculæ

canonæ, Deo iuges soluunt laudes. In illa enim seculi pependisse pretium contem plantur: in illa portum sibi parant, ne cum naufrago mundo naufragio. periclitentur: illam sibi ducunt esse tutissimum asyl lum, quo aduersus rabidos hostes prote gantur. Non sibi illam crucem (quæ à cru ciando dicitur) sed diuinum solamen esse credunt. In illa tormenta Christi reco lunt, & venerantur, quæ sibi parant in me dicamenta. Nullis armis se obmuniunt ad bellicos cum diabolo congressus, nisi Domini cruce. Hæc demum homines in tutamen arripiūt, Angeli vt solium Chri sti clauemq; cœlestem venerantur: hæc maligni spiritus tremunt. Hæc em̄ est, quæ spoliavit inferos, quæ ditauit cœlestes, imò etiā terrenos ornat, & auget. Vt iam opportunè cum Esaia dicamus, & figam illum paxillum in loco fideli: & suspen dam super eum omnem gloriam domus, &c. Solent enim auctionatores, quæ li ceri volunt, in palis desuper suspende re: vt ex alto spectatis supellectilibus libe ra sit emendi copia. Deus igitur supelle ctilis diuinæ auctionatur, idest spiritum suum, fidem, charitatem, spem, vitam de nique æternam: quæ omnia super paxillo crucis, suspendit. Nemo ergo pigritetur sed propero cursu ad diuinam auctionem festinemus, vt diuinorum suorum com potes simus. Non aurum, & argentum quærit, non hæc pretia terrena amat, qui per Esaia capitulo. 55. clamat, Ve nite, emite absque argento, & absque vl la commutatione, vinum, & lac. Præpara animum tuum, & hoc est pretium tuum: aperi consensum, & cede Deo vocanti, & habes, quo emas diuina bona: quæ su per hanc crucem suspensa tibi, vt emas auctionantur. Et Christi crux tunc à cru ciatibus æternis te vindicabit, & vita do nabit sempiterna, quam ipse crucifixus Christus nobis crucis cultoribus præsta re velit, qui sanè præsto est vt præstet: si tamen sub suo crucis cœlesti vexillo chri stianæ militiæ stipendia fecerimus.

Crux Domi ni arbor v. biferui chri sti nidulaf.

Crux domi ni paxillus auctiona rius.

Dilucida. & decla. in Esai. Prophetam.

DILVCIDATIO IN

Esaiæ Cap. vigesimum tertium.

Prophetia
contra Ty-
rios.



Tyrus de-
scribitur
quæ Hebrai-
cè Sor, nūc
vero Sur.

QUONIAM TYRUS. Ad-
uersum Tyros hæc para-
tur prophetia. Est autem
Tyrus seu Tyros in Phœ-
nice prouincia sita, vt Pō-

ponius Mella desitu orbis libr. 1. capi. 12.
inquit. Quæ ali-
quando insula,
nunc autem an-
nexa terris de-
fecit, quando
ab impugnante

quondam Alexandro iacta sunt opera.
Appellatur Hebræ. Sor, nunc Sur, quæ
à Turcis deleta est: seruantque illius por-
tū, qui vocatur, el porto de Sur. Legimus
autē in Ezechiel. 29. Nabuchodonosorē
magno dispendio exercitus sui, inuasisse
Tyrios, & in premiū laboris atq; dispēdij
Deū illi subiecisse Aegyptum. Primā er-
go Tyri cladē, quæ à Nabuchodonosor
Tyro illata est, quando illam deuastrauit
Prophetia capitis huiusprosequitur. Secū-
da vero clades fuit, quam Alexander intu-
lit, qui illam ex insula continentem fecit,

Tyrus anti-
quitate no-
bilis.

vt Pomponius cōmemorauit. Tyrus au-
tem antiquitate gloriabatur: id quod E-
saias hoc loco non siluit. Quā vergilius. 2.
Aeneidos carmine celebrauit dicēs. Vrbs
antiqua fuit, &c. pphani autores subcapta
Troia, ab Agenore cōditam Tyrum fuisse
credunt, sed falso (vt quidam arbitran-
tur.) Fuit enim vrbs huius conditor Af-
sur, qui ex Babylone veniens Niniuem
quoque ædificauit. Genesis. 10. Vrbs hæc
in distributione & diuisione terræ Chana-
næorum, sorte quinta cecididit, in sortem
filiorum Asser cū Sidone magna & opu-
lentissima olim vrbe. Sidon verò nomen
acceperit à Sidone primogenito Cham, fi-
lio Noe. Sidonis verò Tyrus fuit colonia:
vt Venetiæ Romanorum, aut Italicorū co-

Assur Tyri
condidit.

loniæ sunt. Et siue Tyrus, siue Sidon, præ-
clarissimæ fuere & opulentissimæ vrbes.
Quarum prior seculo Esaiæ in insula erat, in
mari Mediterraneo sita. Postmodum ve-
rò, vt diximus, terris annexa defecit. A fi-
nibus istarū vrbiū egressa est mulier Cha-

Tyrus insu-
la ætate E-
saiæ.

na, vt Euāge-
lica historia cō-
memorat Mat-
thæi. 15. Iam ve-
rò Esaiam audia-
mus loquētem.

na, vt Euāge-
lica historia cō-
memorat Mat-
thæi. 15. Iam ve-
rò Esaiam audia-
mus loquētem.

¶ Vlulate naues maris. 2.) Naues vlulare nō
possunt: sed per Synedochē, continēs pro
contēto, id est nauales negociatores vlula-
te. Tyrus enim erat olim nobilissimū em-
porium. Ideoq; Propheta incitat negotia-
tores ad lachrymas, & fletum: quippe em-
porium Tyri deuastrandum erat, quo mer-
ces deportabantur. Et rationem excitā-
di fletus subdit, Quia vastata est domus,
vnde venire consueuerant. Punctorum
collocatio variam reddit huius loci lectio-
nem. Nam si colum affigas dictioni, ma-
ris, vastatio referenda est ad domum, si
vero colum affixeris dictioni, vastata, tūc
vastatio referēda est ad Tyrum: vt sensus
iste reddatur. Vlulate naues, quia Tyrus
insula deuastrata est. Vulgò tamē nō hunc
sensem accipiunt: sed vastationem refe-
runt ad domum. Sed aptior est prior sen-
sus. Hebraica litera loco maris legit Thar-
sis, & Septuaginta, Carthaginis, transtule-
runt. Habuit enim Tyrus sibi subiectas co-
lonias: Vticā, & Carthaginem, quas Phœ-
nices olim condidere. Lege Mellam de si-
tu orbis. c. 7. libr. 1. & Plinium lib. 5. ca. 9.
Vocabulum autem Hebraicum Tharsis,
quod frequentissimum est in diuinis lite-
ris, nonnunquam Hebræis sonat lapidem
pretiosum, (qui Rationali summi sacerdo-
tis erat intextus) quem quidam Chrysol-
tum.

Synedochē
in scriptu-
ra.

Vtica & car-
thago colo-
niæ Tyri.

tum. Alij hyacinthum putant. Chaldaeus
verò interpretatur Africā esse Tharsim:
alij insulam, alij denique mare interpretan-
tur. Itaque apud Hebræos Pollisymō est,
Tharsis nomen: & Rabbi Kimhi stationē
nauticā, seu por-

tum significare
voluit. Et utcu-
que interprete-
mur accommo-
data erit inter-
pretatio vlulate
naues maris, aut
portus, maris,
aut Africa. ¶ De
terra Cethim^a.)

Quid velit vox
hebræa hæreō,
nā Cethim, rab-
bi Salomon, &

rabbi Leui Italos, vel Romanos esse vo-
lunt. rabbi Kimhi Græcos exposuit esse.
Ezechielis autem. 27. exponunt pro insu-
la ubi Elephantēs nutriuntur. Diuus Hie-
ronymus in li. de locis Hebraicis cyprum
esse interpreta-^t: Septuaginta terram cyt-
tiorum transtulerunt. Nam & Cyprus vi-

cinū nomen habet cū Cittio & Zeno phi-
losophus, qui Cyprius erat Citticus quo-
que vocatur. Cuius vrbis meminit Ptole-
meus lib. 5. geographiæ. ca. 14. Et siue hoc
siue alijs prædictis modis, Cethim expo-
natur, sensus integer perseverat. Sensus e-
nim est Græcos, aut Romanos, aut Cy-
prios nuntiasse Tyrijs, atque reuelasse, ut
arma pararent in hostes Chaldaeos: quia
iam illi aduentabant. Præterita hoc loco
p futuris accipe: ut sæpe alibi, in Ezechie-
le quoque. 1. 6. etiam Cethæorum sit men-
tio. Pater, ait, tuus Amorrhæus & mater tua
Cethæa. ¶ Tacete qui habitatis in insula^b.)
Diximus Tyrum insulam quondam fuisse,
ut Ezechiel quoque insinuat. 28. Se-
di in corde maris. Quæ verba sunt regis
Tyri, cuius in Tyro erat sedes regia. Et
quia vndiq; mari cingebatur, ideo in cor-
de maris regem Tyrium habitare Eze-

chiel dixit. Monet autem Esaias insulanos
ad silentia. quasi dixisset, O insulani nego-
tiatores, qui deferebatis merces, transfretā-
tes maria, iam vobis quiescendum erit, ab
huiusmodi nualibus commercijs. Quip-

pe Tyre vestrū
magnificentissi-
mum emporiū
deuastatum est.
¶ In aquis mul-
tis c.) Memoria
repetere oportet,
quod i Deu-
teronomio. ca.
11. scriptū est,
terram AEgy-
pti irrigatiōe a-
quarū instar hor-
torum fœcun-
dam esse, & de

coelo non expectare pluuias. Etenim Ni-
li inundatiōe tota alluitur, & vbertate fru-
ctuum donatur. Hoc est quod ait, In aquis
multis, id est per aquas multas, semen fru-
ctificat à Nilo. Et quia ab AEgypto fru-
mentariæ merces deferebantur in Tyrum,
ideo ait, Mefsis fluminis, subaudi, Nili, fru-
ges eius, id est Tyri. Et facta est negotia-
tio gentium. Quippe cum Tyrijs propter
nobilitatem emporij gentes negotiatio-
nes agebant. ¶ Erubescere Sidon: ait mare,
fortitudo maris^d.) Id est ait Tyrus mariti-
ma & ditissima. Etenim quia Tyrus mariti-
ma est, mariq; contenta, ideo synedochē-
utens per mare Tyrum intellexit. Et vsus
est quoq; prosopopœia, qua capit. 14. etiā
eadē vsus est figura, ut nos meminimus.

Propterea q; introducit Tyrum loquentē
cum Sidone, tanquam filiam cum matre:
quia Tyrum diximus coloniam fuisse Si-
donis. Erubescere Sidon, ait, Tyrus. Quip-
pe vides filiam tuam dilaceratam, & deu-
astatam, à Chaldaeo hoste: & nullam ope-
ram illi contulisti, quam conferre debue-
ras, ut mater filia. Dein verò verba refert
ad proprios incolas Tyrus dicens, Non
parturiui, non peperii: quasi dicat, Non so-

Tom. I. Ii lum

AEgypt^e ex
celo non ri-
gatur.

Prosopope-
ia in scri-
ptura.

Tharsis He-
bræis mul-
ta significat.

Cethim qd
velit.

Zeno philo-
sophus Cy-
prius, aut Cit-
ticus.

lum præsidio Sidonis materno sum destituta, quinetiā, & priorū quos genui filiorū, linquor patrocinijs. Quia innumerabilibus incolis, & fortissimis adolescētulis referta, à potestate inimica mihi, me erueri nō possū.

Et per virgines, colonias, q̄s Tyrij cōdiderunt, Carthaginē, scilicet, Vticam & Leptem, quam mō Hispani Ceptā nūcupāt, sub intelligit. Quārū cōquerit Tyrus desertā fuisset patrocinijs, p̄ inde atq; si illas nō condidisset. Id qđ parturire, parere, educare, & cetera vocat. ¶ Cum auditū a.) Id est cum fama increbuerit, & rumor aduētus Nabuchodono

for ad Aegyptios peruenerit, dolebūt Aegyptij. Cum em̄ acceperint deuastatā Tyrum dolebūt Aegyptij, non solū, q̄a negotiatio cū Tyrijs desiuit esse, erat enim Tyrus veluti horreum Aegypti, sed etiā dolebūt, quia similit̄ calamitatē perpepsi sunt à Chaldeis. ¶ Transite b.) Id est negotiatores diuertite nauigatiōis iter à Tyro, & in maria transite, aliamq; nauigationē querite. Quia Tyrus deuastata est. Vlulate q̄ Tyrū insulā habitatis: nā hęc Tyrus q̄ gloria v̄ra erat deuastata est. Hoc em̄ itelligas cū ait, Nunquid non v̄ra hęc est? subaudi gloria, vel gloria: cuius vetustas ab antiq̄s diebus est. Diximus em̄ Tyrios se antiquissimos fuisse iactare. Vestra igitur o Tyrij gloria, inanis est: quippe longē abducemini in Chaldaeam captiui. ¶ Quis cogitauit hoc super Tyrum c.) Impiorū mos hic est,

vt cum se in impietate sua florere aduerterint, securitatē de diuino supplicio (etiam si vanē) pollicentur. Qualis erat ille euangelicus diues, qui sibi in bonis suis stolidē gratulabatur. Cui repētina vox dixit, Stulte

cogitauit hoc super Tyrū^c quon dā coronatā, cuius negotiatores principes, instiores ei⁹ inclyti terræ? Dñs exercituum cogitauit hoc vt detraheret superbiam omnis gloriæ: & ad ignominiam deduceret vniuersos inclytos terrę. Transi terrā^d tuā quasi flumē

te hac nocte repotent animam tuam: & quæ cōgregasti cuius erunt? Talis fuit. Nabuchodonosor, qui superbe gloriabatur in semetipso: & vox subito de cœlo ruit dicens, Tibi dicit Nabuchodonosor regnū tuum transibit à te. Danic. 4. Talis quoque erat Balthasar, qui p̄ fanās sacra templi vasa, de repente scriptura i pariete exarata deterritur. Dan. 5.

Tales demū fuerūt & Tyrij, q̄ opulētissimi, & inclyti erāt ex naualibus cōmercijs, adeo vt principes, & nobilissimi quiq; Tyriorū mercimonijs incuberēt. Rursumq; & gloriā suam augebat Tyrus, q̄a maritimarū vrbiū se reginā p̄fitebat, p̄pter eius nimiam antiquitatē. Hoc em̄ est qđ ait, coronatā quondā fuisse Tyrū. Igitur tot humanis p̄sidijs obmunita Tyrus, nihil de diuinis flagellis cogitabat. At verò dñs exercituum, illā euertere decreuerat, vt de sua superbia Tyrum tandem admoneret: illiusque gloriam eximiam in foedam ignominiam captiuitatis permutauit. Quod verò ait, Vniuersos inclytos terræ, de Tyrijs tantum intellige.

¶ Transi terram^d.) Hortatur ad fugam celerimam, hoc est quod ait, Quasi flumen transi terram, id est, ceu rapido fluminis cursu rapienda tibi est demigratio, & fuga ab

Leptis que
nunc cepta.

Mos super-
bus & incau-
tus impiorū
gloriarī in
se ip̄is.

alibi
dicit

q̄a Tyros
deuastata
est.

mul

ga ab

ga, ab hoste potentissimo. Tyrum autem appellat filiam maris consueta Hebræorum phrasi. Undique enim mari erat protecta Tyrus. Non est cingulum amplius, id est munimenta, quibus vrbes veluti cingulis circuncin-

guntur, tibi non erunt. Et Zacharias. 9. Tyri deuastatione prophético quoque prosequutus est calamo in hæc verba. Et ædificauit Tyrus munitionem suam & coaceruauit ar-

gentum, quasi humum, & aurum, vt lutum platearum. Ecce dominus possidebit eam, & percutiet in mari fortitudinem eius, & hæc igne deuorabitur. Et huius ingne deuorationis, causam præmiserat dicens. Tyrus, & Sidon, assumpserunt quippe sibi sapientiam valde. Assumere autem sibi sapientiam valde, est illud quod Paulus scripsit Romanis. 12. non plus sapere quam oportet sapere, non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Et nolite prudentes esse apud vos metipsum, id quod superbi ingenij est, sibi arrogare prudentiam atque sapientiam. Quæ superbia Tyri erat, vt Esaias dudum demonstrauit.

¶ *Manum suam.* 2.) Ambiguus est huius loci sensus. Etenim & referri potest ad Tyrum, quæ virium potentia prædita, naualia bella gerebat, & regna conturbabat. Vnde & gloriam, & superbiam, sibi conuehebat, aut referri potest ad Deum, qui flagellum suæ potestatis extendit supra Tyrum, quam diximus per mare esse intelligendam. Vnde & conturbata sunt regna, Tyri deterrita excidio. ¶ *Dominus.* 3.) Preceptum fuit Dei antiquum de disperdendis Chananæis omnibus: quibus disperditis, in eorum locum sufficiens erant Hebræi. At verò Hebræi non disperdiderunt illos: quinimo commixti sunt inter gentes

Chananæas, vt Daudico carmine celebratum extat. Non disperdiderunt gentes, quas dixit dominus illis: & commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, Psalm. 105. Erant autem Tyrii ad terram

fortes eius, & dixit. Nō adicies vltra vt glorieris calumniam sustinens virgo filia Sidonis: in Cethim confurgēs trās freta, ibi quo

mine totius regionis Chanaan, Tyrum regionis eiusdem partem intellexit. Tyrus ergo erat, quam Hebræi deuastare debuerant, quia ad terram promissionis attinebat. Chanaan enim genuit Sidonem vnde & Sidonij (vt diximus) & Hethæum, & Iebusæum, cæterosque alios filios, quos commemorat sacra Geneseos historia. Per quos Noe nepotes disseminati sunt populi Chananæorum: quos (vt diximus) deuastandos ab Hebræis mandauit dominus. At Hebræi non omnes hos populos dissiparunt. Imo. 3. Regum. 5. amicitie fœdera inita legimus inter Salomonem, & regem Tyri. Quod ergo Hebræi euertere antiquitus Tyrios detrectarant dominus per Chaldaeos exequutus est. Istud est quod ait, Dominus mandauit aduersus Chanaā id est Tyrum, vt contereret fortes eius.

¶ *Et dixit.* 4.) Dominus dixit, hoc est decreuit, quasi dicat, Calumniam patieris ab hostibus tuis à Tyre. Idcirco vltra non pompatico turgēbis fastu, tamen si virgo es tu Tyre Sidonis filia. Tyrum virginī cōfert Esaias. Virginū enim est nō esse à viro cōspurcatas, aut violatas. Tyrum autē quia bella nō fregerant, neq; ab hostibus subacta fuerat, idcirco virginī cōparauit: & hoc Tyrii magnæ ducebāt esse gloriæ: id quod proprijs fastibus fomitem subministrabat. Et

Chanaan perti-

nentes: & per

Chanaan mo-

do intellexit Ty-

rū Esaias. Quip-

pē Tyrus erat in

regione Chana-

næorum, qui à

Chā filio Noe

nomē traxerūt,

& originē: pro-

ptereaque in no-

Genes. 10.

Gen. 10. & 9

Genes. 10.

Superbia est
causa deiectionis.

Psalm. 104.
Psalm. 105.
Genes. 12.
Nume. 13.

Modus lo-
quendi fami-
liaris scri-
pturæ ut p-
petuâ ruinâ
denotet.

quando longâ ruinâ diuinus sermo prædi-
cit hoc loquedi modo videtur non adijcies
ultra ut glorieris. In Cethim confurgens
transfreta, id est diffugia tibi querenda sunt:
Italiâ, aut Græciâ, aut Cyprû (quæ nō à te
longè distât) pe-

te: inibi te exci-
pe, ut ex tãta hõ-
stili vi nō cõcul-
ceris. At scito,
quocunq; te di-
uerteris, non est
tibi speranda re-
quies. Nam quo-
cũq; perrexeris,
vinculistorum
peccatorũ con-
stringeris. Quia
non est pax im-
pijs dicit Dñs.
Quippe si hu-
manas hostium
euaserint vires
diuinas effuge-
re nequibunt.

(¶ Ecce.) Tyrionũ iniquitatẽ exaggerat,
illos conferens Chaldeis: qui cũ fuerint im-
manes, & truces, at populus Tyrionũ illos
excessit immanitate. Idcirco ait, Ecce ter-
ra Chaldeorũ, id est, Chaldei tales nō fue-
runt truculentie asperitate, quales Tyrij.

(¶ Assur.) Obscurus locus, neq; patet qd
velit. Potest nanq; ut præse fert referri in
terram Chaldeorum, & sensus est, Assur
Chaldeam condidisse. Porro fuit Assur
filius Sem. Genesis. 10. At verò quia Ge-
neseos. 10. Assur traditur egressum ex Ba-
bylone, sunt qui putant non condidisse Chal-
deã. Equorũ numero est Nicolaus, qui re-
fert ad Tyrum Esaiæ verbũ hoc, Assur fun-
dauit eã, id est Tyrũ. Quãq; ex scripturæ te-
stimonio sensum suũ non corroborat. Et
quid si egressus est Assur à Babylone, nũ
consequens est Assur Chaldeã non fundas-
se: utiq; non se cõsequunt hęc, quãdo hęc
duo sibi benè consentiunt & fundatio
Chaldeæ, ab Assur, & huius ab illa egres-

sio. Quã ob rē mihi arridet ad Chaldeam
referre locũ hũc. Quãquã nō prorsus rei-
cio sensum alterum, quẽ quoq; insinuaba-
mus, in cap. huius dilucidatiõis principio,
Assur, scilicet condidisse Tyrum: ut hic lo-

in die illa: in obli-
uione eris ò Ty-
re septuagita an-
nis sicut dies re-
gis vnus: post se-
ptuaginta aut an-
nos erit Tyro q̃ si
canticũ meretri-
cis. Sume tibi ci-
tharã, circui ciui-
tatẽ meretrix ob-
liuioni tradita:
bñ cane, frequẽ-
ta canticũ, ut me

deiectionis Tyri tempus statuit. 70. anno-
rũ: quod tempus fuit Iudaicæ captiuitatis.
Et est tempus à Deo præscriptũ, id quod
humanæ vitæ periodũ, ut plurimum esse,
etiã Deus stabilivit. Quod tempus à phi-
losophis ex æquilibrĩ penditur: quia tem-
pus esse æquale differũt gñatiõis, & corru-
ptionis. Vnde 35. annos generatiõĩ & pro-
fectui humanæ vitæ tribuit, & totidem la-
psui, & declinationi. Qui oēs conflant. 70.
& sol sex mēibus sensim ascēdēs p̃uehiũ,
& accedit, ad nrũ hemispheriũ, ut gene-
ret: & totidē recedit descendēs à nobis, ut
corrũpat. At calamitosos hos annos dicit
esse regis vnus, Dauidẽ insinuãs, Psal. 89.
Qui ad 70. vsq; annos suã protaxit ætatẽ:
qui etiã seculũ hoĩs. 70. annis volui carmi-
ne edocuit. Dies inquit, vitæ hoĩs. 70. an-
ni, si autẽ in potētatibus. 80. &c. Istis autẽ
elapsis annis erit Tyro quasi canticũ me-
reticis. Id est sic se geret Tyrus, ut mere-
triculæ psaltriæ, quæ lasciuiis canticis & sa-

cus Esaiæ iuxta
hunc sensum in-
dicat. Etiã si vt
dixi obscurus sit
locus, q̃a habet
relationẽ ambi-
guã. Assur por-
rò fuit filius Sē,
vnde & Assyrii
descendũt: quẽ
ferũt Babylone
idolis m̃cipatã
diffugisse: & in-
de Assyriæ ori-
ginẽ dedisse, Cẽ-
tera patent. (¶ Et
erit.) Mos pro-
pheticus est ca-
lamitosis solatia
miscere. Idcirco

Assur filius
Sem idola
fugit.

Quis fuerit
Assur.

Lege Aristot.
tel. 1. lib. de
gene. & cor-
rup. text. cõ-
men. 54.

lacibus concētib⁹, alijsq; id genus amato-
rijs, amafios ad fe pelliciūt. Ita Tyrus nego-
tiores suos, cū quibus quæstus grā com-
mercia agebat, ad eadē sollicitabit agenda.
Nisi velis Tyrum suæ oblitā miseræ, per-
actis. 70. annis
reuerfurā prædi-
cere Esaia, advo-
mitū. ¶ *Et erit.*^a)
Quod huius va-
ticinij superest
(vel Hebræis te-
stātib⁹) ad Chri-
stiana secula sūt
ap̄tāda: & Tyri
conuerfionē ad
Christū, illa præ-
signāt. Et extat
in sacris scriptu-
ris Tyrios euan-
gelicā fidē am-
plexos fuisse. Lege Apostolica gesta capi.
21. & Psalm. 81. prædixerat euangelica lu-
ce perfundendos fore Tyrios. Et Tyrus
ait, & populus &c. hi fuerunt illic. Et apud
Matth. capit. 15. idem perspicuum est, &
Luc. 6. Neq; solum fidem Iesu Christi su-

scepturos varicinaī Esa. quinetiā eximios
Christi cultores futuros prædixit: adeo, vt
ex negotiatione parta, nō tam vñbus suis
recondent, aut reponent quā Deo illa con-
secrabunt, pauperes Christi proprijs facul-
tatibus alendo:
nes eius, & mer-
ces ei⁹ sanctifica-
tæ Dño, nō con-
dent, neq; repo-
nent: q̄a his qui
habitauerint co-
ram Dño, erit ne-
gotiatio eius, vt
māducēt ī satura-
tate, & vestiātur
vsq; ad vetustatē.
vt prima Chri-
stianæ ecclesiæ
etate gestum in
Apostolicis A-
ctibus legimus.
Neque te more-
tur Esaia ver-
bum. Et fornica-
bitur cum vni-
uersis regnis ter-
ræ. Etenim quia
ceperat Tyram
meretriculæ cō-
ferre, perstitit in
similitudine. At
qui sensus est hic, Adhuc mercimonia Ty-
rus tractabit cum vniuersis regnis, vt tra-
ctauerat prius. Ex antecedentibus nan-
que, & consequentibus fornicationis ver-
bo, in bonum vsurpatur hoc loco ab E-
saia. Id quod rarissimū est in scriptura.

DE SENSIBVS TRO- pologicis ad Cap 23. Appendix.

TROPOLOGICA declamatio vnica. De peccatorum oneribus grauissimis,
cuius prothema est. *Onus Tyri. Esaia. 23.*



Tyrus angu-
stiam sonat
Hebræis.

SOR, TYRVS EST
Hierony. interprete, & an-
gustiam denotat. Quapro-
pter animam peccati amari-
tudine oppressam, non ine-
ptē significat. Cuius pondus, & grauissi-
mum onus, hac Tropologia cum Esaia
prosequendum est. Peccati autem onera
(quibus animam nostrā grauat) quis per-
sequi poterit? Habet enim non nihil infi-
nitatis onus hoc. Quippe Deo, qui infi-

nita bonitate potitur, aduersarium & ini-
micum est peccatum. Quapropter onus
malitiæ suæ, ad infinitatem vsque auget.
Vnde nisi spiritus diuinus doceret quan-
tis oneribus nos premit peccatum, vtq;
nos lateret, & fugeret procul tam abscon-
ditæ rei notitia. Porro diuini spiritus se-
ctantes magisterium, de oneribus pecca-
torum grauissimis differendum erit: quæ
equidem cœlestes mercatores, qui decla-
mantes sunt diuini verbi considerando

Peccati one-
ra nemopre-
ter spiritum
Dei exactè
nouit.

vlulant. Vlulate, inquit, Esaias naues, quia deuastata est, subaudi, Tyrus. Vtique, vt in dilucidatione dicebamus, naues ipsos nauales negotiatores significat. Qui non alij sunt, quam Doctores diuini verbi, qui vtique per mare hoc vndosum, & procellosum (quod mundus est) cœlestes merces deferunt in Tyrum, id est, ad animam peccatorum angustijs stranguatam. Huiusmodi enim animabus, & diuina praecepta notificant, & Euangelicas consolationes denuntiant, fœdosque Barathri exponunt terrores. Vt vel sic tandem, aut spe bonorum allec̃ta, aut malorum terrore conuulsa, peccatorum desiderijs vale faciant. Id quod siquidem plerumque non assequuntur, doloribus affecti internis ad lachrymas & vlulatum (secundum Esaiæ praeceptum) se conuertunt. Vlulant autem, quia vastata Tyrus est, id est, quia homines à peccatis proprijs consumuntur. Sunt autem onera varia peccatorum, siquidem bonis, tam spiritus, quam corporis, hominem spoliant: & malis ita spiritus, vt corporis, hominem replent. A beatitudinis enim cōmercio hominem arcent, & miserijs perpetuo hominem miserrimè mancipat. Quantunlibet enim virtutum, & cœlestiū donorum locuples homo sit, si labe peccati inficitur, cœlesti thesauro necessario nudatur, vt in Hieremia legimus capit. 15. verba Iudaeico populo faciente. Diuitias, inquit tuas, & thesauros tuos in direptionem dabo, gratis in omnibus peccatis tuis. Vtique virtutum thesauri (peccatis exigentibus) gratis diripiuntur, & demoliuntur. Et quid gratis? Ea enim gratis fiunt, quæ sine causa fiunt: ea gratis patimur, quæ sine causa patimur, testante Psalmographo, Principes persecuti sunt me gratis, & à verbis tuis formidauit cor meum. Et Esaias 52. Nos gratis venundatos affirmat: & sine argento redimendos pollicetur. Hanc autem venundationem non alteri quam peccato factam esse exposuit Paulus Romanis scribens capit. septimo. Ego

inquit, carnalis sum venundatus sub peccato. Et si altissimè venundationem istam repetimus, gratis & sine causa, illam celebratam à peccatoribus primis inueniemus. Nam disquire si vacat, quænam primum peccatorem Angelum causa in tantum peccatum adegit, vt in Deū conditorem suum, insolescens diceret, Conscendam in cœlum: & exaltabo solium meum super astra Dei, & reliqua quæ ab Esaiâ commemorantur? capit. 14. Aut rursus quæ causa hominem primum ad peccatum compellere potuit? Quod si exactam huius rei rationem subduxeris, neque in istis primis, neque in cæteris alijs peccatoribus dignam poteris causam assequi, ob quam oneribus peccati se subdiderint. Imò, quia liberè operantur creaturæ rationales: & quia spontaneè cedunt peccatorum Tyrannidi: idcirco gratis venundantur, sub peccato. At dicet quispiam, Non gratis, imò potius pretio peccatum homines conducit: etenim temporalium bonorum illecebra, tanto oneri se subdunt. At quantum obsecro est pretium hoc, vt mis æternis in temporalia incumbat? Haud dubium nullum est. Etenim si terrena ad cœlestem collata molem, ex mathematicorum decreto tanquam punctum sunt: ecquid tu putas si secula omnia ad æternitatem ipsam comparaueris? Vtique vt momentum sunt, & vt insectile instans ducenda veniunt. Verè ergo censuerim gratis nos venundatos sub peccato. Nam nullius pretij est: quale quale illud fuerit, quod mundus auctionatur. Et quanquam nostra cupiditas, quippe quæ labilis est, ad mundana conquerenda, illud quotidie liceatur, & mundanorum appetitus effranis pretia augeat: at transitoria cum sint, perinde sunt, quasi non essent. Quare gratis nos metipso culpīs venundamus, & nos in peccati acerbam seruitutem sine causa redigimus. Nanque qui facit peccatum seruus est peccati, Ioannis octauo. Quid quod si ista voluntaria seruitus,

Gratis venū
dari pecca-
to quid.

Mūdanacol-
lata cœlesti-
bus vt pun-
ctum inse-
ctile sunt.

Hyperbole
in scriptura

feruitus, qua peccato obstringimur onera peccatorum subleuasset, & minueret, quia spontanea est ut cunque ferenda hæc feruitus esset. At verò quo magis spontaneè criminibus fræna laxamus, eò magis onus increfcit nostrum: & quo vehementius culpis assuescimus, eò magis onera peccati grauescunt. Et demum quo magis amantur & suauiora fiunt adeò, ut citra peccati sensum in culpas prolabamur, eò virulentiora & immaniora redduntur. Legimus in Ioannis Euangelio infirmum quendam prolixo fuisse correptum morbo, qui triginta & octo annos in grabato suo decumbens, suam calamitosè satis protraxerat ætatem, & ab omnibus iam iam destitutus, à Domino sanitati pristinæ est restitutus, Ioannis quinto. Et apud Lucam itidem mulierem legimus quandam, quæ spiritu infirmitatis deploratæ pressa decem & octo annis vultus ex morbi dira violentia in cælum ferre nequibat misera. Quæ cum multa pro medicorum opera expensisset in morbo tamen sine spe salutis persistebat, quousque à cœlesti medico Christo mirabili & insolita, cœlitus tamen sanitate donatur. Ut ille alter apud Marcū, qui spiritibus diuexatus immundis, desperata iam salute hominum vultus expauescens humana declinauit contubernia, & mortuorum gratum sibi erat versare sepulchra. Porro tanti morbi leuare miseriam, discipuli domini non potuerūt, sed dominus solum. At si me forsan rogitas cur ita? equidè ut discamus exactius quantum sit peccati onus quando longa inualuerit consuetudine. Cui leuando vnus deus est, qui sufficiens est. Vnde & Hieremias capitulo. 13. quantæ difficultatis sit consuetudinis in peccando ex onerare onus, verbis istis docet, Si mutare potest Aethiops pellem suam, aut Pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cū didiceritis malum. Non quia huius loci sensus is sit, quæ præferunt verba, ut æqua sit impossibilitas in mutanda Aethiopica pelle, & par-

dorum varietate, atque in reformanda in melius peccatorum consuetudine. Procul hoc à prophetico sensu sit. Quātumlibet enim homo peccatis assuescat, liberi tamen arbitrij pōitur facultate. At verò ut difficilis esse operæ veteres mutare mores, palam faceret Hieremias Aethiopsis comparisonem & pardi inuexit & rem manifestam fecit. Et is ipse vates capitulo. 30. eandem rem quoque persequitur in hæc verba: Omnes amatores tui obliui sunt tui, teque non quærent: plaga enim inimici percussit te, castigatione crudeli propter multitudinem iniquitatis tuæ dura facta sunt peccata tua. Et satis concinnè cum Paulo Hieremias peccati consuetudinem noxiam admodum esse docet. Hieremias enim inquit, Propter multitudinem iniquitatis tuæ dura facta sunt peccata tua: quasi dixisset, quia diutius in facibus peccatorum animum defixisti tuum, propterea induruiisti, & diuinis inspirationibus recalcitraſti, & ad præcipitia aliorum peccatorum ruiſti. Id quod castigationem crudelem plagamque inimici vocat. Nulla nanque crudelior castigatio Dei est, qua in peccatores animaduertit, quam peccatorem indies in maiora finire prolabi in eadem, aut alia peccata. Nam quò frequentior est lapsus, eo diuinorum vehementior est contemptus. Quam crudelem castigationem plagamque inimici Paulus (ut dicebam) Romanis scribens capitulo. 1. non suppressit, imò clara voce expressit, dicens, Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam, ut contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis. Et ibidem hoc ipsum sollicitè inculcans inquit, Propterea tradidit Deus illos in passionem ignominiae. Et non contentus semel, atque iterum rem dixisse, postremò intulit, Tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea, quæ non conueniunt: ut trina sacraque admonitione permoti longas in culpis trahere moras formidini no-

the. ca. 30?

Peccatū si
induruerit
& obcallue
rit admodū
est noxium.Paulus con
cinit cū Hieremias.Peccatum
quo magis
voluntariū
eò magis o
nustum est.Lucæ. 13.
Lucæ. 8.
Mar. 5.Peccati onus
quā graue
sit, ex mul
tis colligi
tur.

Prouer. 18.

bis fit. Et vere à nobis formidandus est hic reprobis sensus. Etenim peccator cum in profundum peccatorum venerit contemnit. Nullaque maior Tyri deuastatio, nullumque animæ nostræ onus onerosius est, quam ad eum statum labi, qui sine fronte diuina spernat. Tunc enim quod Paulo ante Hieremias clamabat, peccatoribus contingit. Omnes amatores tui obliti sunt tui. Quid enim superest, si tantus diuinorum contemptus torquet, nisi ut ab angelis sanctis (qui sunt amatores nostri) obliuioni tradamur? Non quod tantisper dum viuimus angelicis orbemur præsidij, aut diuinis non agamur stimulis: verum non ea solitudine nos curant, si contemptores, & in reprobum traditos sensum nos aspexerint, neque ita solerter nobis prospiciunt, ut prospicerent, si à contemptu liberos nosse aduertissent. Istud quoque & dominus per Ezechielem innuabat dicens, Propterea auferetur zelus meus à te, & quiescam, ne irascar amplius. Et sermo est cū Iudaico populo: cui post multa calamitosa, quæ prædixerat hoc quod dicimus postremo adiecit. Et dabo te (inquit) in manus eorum: & destruent lupanar tuum, & demolientur prostibulum tuum, & denudabunt te vestimentis tuis: & auferet vasa decoris tui, & derelinquet te nudam, plenamque ignominia: & adducet super te multitudinem, & lapidabunt te lapidibus, & trucidabunt te gladijs suis, & comburent domos tuas igni. Quæ quidem verba etiam si de Babylonica captiuitate historicè interpretanda veniunt, cæterum quantum negotio nostro attinet, peccatorum onera quanta sint abundè commonefaciunt, si semel Deo permittente illorum ditioni & captiuitati subigimur. Et dabo te, inquit, in manus eorum, id est, in manus inimicorum tuorum. Quippe autore Gregorio, peccatum, quod per poenitentiam non abstergitur, suo pondere in alia trahit. Id quod est redigi in manum peccati, siue in potestatem peccati: quando eas in nobis accipit vires, ut in alia pec-

Nullus etiā
pestilentif-
simus dum
viuit orba-
tur angeli
co præsidio

Ezech. 16.

cata impellat. Sed accipe quæ consequantur, Si in potestatem peccati subacti fuerimus. Denudant enim nos vestimentis nostris, & auferunt vasa decoris nostri, & relinquunt nos plenos ignominia, & lapidibus obrutos, & gladijs suis trucidant. Vtique vestimenta, quibus nos exornauit dei spiritus, quando sacro fonte abluti sumus, non vulgaria sunt corporis vestimenta: qualia serica aut coccinea, aut carmesina, sed singularia sunt, & rarissimi pretij spiritus nostri sunt ornamenta. Quæ sunt spūs sancti dona munifica & munera magnifica, ut sunt charitas Dei, gratiaque cœlestis, quæ infusa sunt cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Quibus omnibus peccatum nos nudat: & spoliat. Et ut rem istam euidentiore tibi faciam libet ex Paulo repetere. 1. ad Corinthios. 1. quatuor & magnifica quidē munera, quæ Christi gratia nobis quando sacra baptismi aqua intingimur, conceduntur. Qui factus est (inquit) nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. En tibi quatuor, quibus Dei munere tunc afficimur, sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio. Tunc enim illustramur, fide iustificamur, culparum absterfio, sanctificamur, diuinæ gratiæ infusione redimimur, denique quia à diabolica potestate afferimur, & in libertatē filiorum Dei transferimur.

Spiritus san-
cti dona ani-
mæ nostræ
sunt orna-
menta.

Ex baptis-
mo quatuor
nobis donā-
tur ornāmē-
ta ex Paulo.

Quatuor o-
nera pecca-
ti.

¶ At quatuor peccati onera Beda venerabilis nos docuit esse, quibus humana collapsa, infecta est natura, & agendorum ignorantiam, & ad bona etiam quæ scimus facienda imbecillitatem, atque impotentiam, & iniustitiam, & denique concupiscentiam noxiam: quam ab initio natiuitatis nostræ nobiscum fouemus: & veluti nutriciam atque nostri gerulam amplectimur, & tenaciter illi conglutinamur, ut in tropologica declamatione beatissimæ Conceptionis Virginis Deiferæ Mariæ abunde differuimus. Hæc sunt & sanè omni plumbo grauiora onera, quibus peccatores onusti suis incedunt vitijs. Nam vnusquisque illorum in viam suam declinat.

nat. Nanque non voto eodem, neque eadem via peccatur. Alijs ganea, alijs turpitudine, alijs auaritia, &c. voluptati sunt. Cæterum vel sic vel aliter, tamen oneribus prædictis onusti ingrediuntur peccatores omnes. Insipientes enim sunt quanlibet sapientiam iactent secularem, ut testatur Sophonias capitulo. 1. Cæci ambulant: quia domino peccauerunt. Et ut summatim dixerim, quantamlibet ostendent potentiam, virtutem, & libertatem omnes declinauerunt: simul inutiles facti sunt: & docente Paulo omnes peccauerunt, & egent gloria dei. Aduersus autem hæc quatuor, quæ diximus onera, quatuor sunt Christi munera, quibus à tam ponderosis oneribus exoneramur. Etenim si insipientes sumus ex carnali generatione ex spiritali tamè regeneratione Christus factus est nobis sapientia: si iniusti sumus, quia nascimur filij iræ, at iusti reddimur, quia renascimur filij misericordiæ. Factus est enim nobis Christus iustitia. Si impotentes ad sectandum bona opera sumus, quia venundati sumus sub peccato, Christus est redemptio nostra, qui cum seruos nos inueniret peccati, liberos nos effecit iustitiæ, ad Romanos. 6. Si malorum sumus concupitores, Christus est sanctificatio nostra, qui dilexit ecclesiam suam, & seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ, in verbo vitæ: ut ita deum exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam, neque rugam, ad Ephesios. 5. Hæc autem onera quatuor, quæ sunt veluti peccati autoramenta, quibus omnes peccatores inuoluuntur, exceptis his, quos gratia Christi exemit, ex tribus pessimis principiis originem duxerunt. Quorum primum est primæ femine de diuinis verbis hæsitatio. Diabolo namque respondens, inquit, Præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur, Genes. 3. Huic principio aliud peius annexum est, mulieris seductio, atque fallacia. Mulier namque seducta in præuaricatione fuit. 1. ad

Timotheum. 2. Postremo viri primi fatuitas, hæsitatio, & fallaciam femine auxit: & de fructu scilicet vitæ ille comedens miseriam humanam compleuit, & semetipsum & omnes posteros, oneribus denarratis peccatorum subiecit. Et quia istæ onera sensu palpari nequibant, onus alterum, quod sensu percipi posset, quod cætera testaretur onera, adiecit Deus. Adam enim simul atque Euam à deliciosissimo horto depellens, illos pudore suffudit, & verecundia affecit. Pudu it enim illos nuditatis suæ, post peccatum, quos ante peccatum non puduerat. Quis enim (inquit Deus) indicauit tibi quod nudus esses nisi quod ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comediti? Genes. 3. Egre igitur per Ezechielē paulo ante dicebatur peccatores ab inimicis suis denudandos, à vestimentis scilicet diuinæ gratiæ, & charitatis. Quam nuditatē, ut primus peccator sentiret, de corporis nuditate, erubuit. Et sequitur in Ezechiele, Et auferent vasa decoris tui. Utique peccatum aufert vasa decoris nostri. Quia ex vasis honoris, homines redduntur peccando, vasa contumeliæ, & ex vasis misericordiæ ad diuinam gloriam assequendam præparatis in vasa iræ aptata in interitum conuertuntur, ad Rom. 9. Id quod est omnium onerum grauissimum, quod peccatum mortalium humeris imponit, illos videlicet æternis mancipare cruciatibus, quibus diuexati vel ipso sensu, quam onerosum sit peccati iugum, assequuntur. Id quod quandiu mortali vivebant vita, prorsus latebat. Nam in bonis ducebant dies suos, & in puncto descenderunt ad inferos: & oculos quos clauserat culpa (docente Gregorio) aperiet poena. Et ipsa denique tormentorum vexatio dabit intellectum, ut etiam Sapiētia. c. 5. docet. Istis adde, & aliud Ezechielis verbum, Et derelinquent eam nudam, plenamque ignominia. Nam & hoc est aliorum onerum accessio. Peccatum enim præter ea quæ diximus onera ignominiam secum conuehit. Nam qui me contemnunt

Nuditatis
non pudebat
hominem ante
peccatum.

Iob. 21.

Esa. 28.

1. Reg. 2.

(ait

Psalm. 131.
Rom. 3.

Ephes. 2.

Rom. 7.

1. ad Cor. 10.

Onera quatuor peccati ex tribus originibus capiuntur malis.

Hæsitatio seductio fructus vitæ.

(ait dominus) ignobiles erunt. Et Hieremias Trenorum. 1. animæ peccatorum angustijs interceptæ, mala deflens, Omnes (inquit) qui glorificabant eam spreuerunt illam: quia viderunt ignominiam eius. Etenim si fortis ab infirmo superatur, ignominia est illi. Quapropter cum spiritus sit fortis, caro autem infirma ignominiosum est, & turpe ducendum, si à carne superetur. Et demum, vt Ezechielem absoluauius: Et adducent super te, inquit, multitudinem, & lapidabunt te lapidibus. Vtiq; multitudo adducitur peccatorum, si priora peccata per pœnitentiam non restrinxeris. Quibus tamen dilatatis plus quam lapidea obstinatione nos obstringunt, & gladijs suis inuisibilibus nos confodiunt. Quare & peccata mortalia vulgò non ab re appellantur.

Peccatum
cui ignomi
niæ datur.

Matth. 26.

Epilogatur
prædicta.

¶ Attentiusculè si obseruasti, quæ hæcenus prosequuti sumus, plura peccatorum onera denarrauimus: quæ breuiter perstricta hæc sunt, ignorantia, impotentia, iniustitia, venenataque concupiscentia, obstinatio, & indurata peccandi tenacitas, & insolens audacia (quæ ex prolongata consuetudine innascitur) diuinorum donorum spoliatio, & nuditas, vasorum honoris ablatio, ignominia conciliatio, & ad æternas flammæ mancipatio. Quæ omnia ex veteribus, & nouis scripturis, tibi liquido commōstrauimus. Et Theologi nostrates hæc succingentes peccati mala, duobus illa omnia complexi sunt verbis. Dixerunt enim peccatum donis gratuitis humanam spoliassè mentem, & hominis naturalia violentè & noxiè læsissè. Hinc iam disce quale sit onus Tyri, quod in prothema accepimus: cuius magnitudinem naues maris, idest, ecclesiæ doctores (vt prædiximus multis nominibus vlulant, & deflent) quia Tyrum hanc, idest, animam sub peccati angustijs demersam, deuastratam vident. Ita enim aiebat propheta noster. Onus Tyri vlulate naues maris, quia deuastrata est. ¶ Porro autem ne peccatores despondeant animos suos

pollicetur dominus animæ oneribus tantis onusta, certissimum subleuamen. Ait enim hoc eodem capite, Et erit post septuaginta annos visitabit Dominus Tyrum, & reducet eam ad merces suas. Numerus autem septuaginta annorum mysticus est. Ex duobus namque conflatur numeris alijs: septies namque decem septuaginta conflant. Decem autem, & septem, complementum indicant, & perfectionem. Septimo namque die perfecti sunt cœli, & terra, & omnis ornatus eorum, & requieuit Deus ab omni opere quod patrarat, & adolescenti sciscitanti, Quid opus factò, vt vitam assequeretur æternam, dominus, vt mandata seruet, illi iubet, quæ decalogi sunt præcepta. Iam ergo qui dena Dei præcepta absoluerit, & qui per pœnitentiam, à laboribus peccatorum requieuerit septuagenario numero hoc spirituali fruatur. Post quem Tyrus, idest, anima nostra visitabitur à domino. Quia suauitate cœlesti perfunderetur, & sabbati quiete & pace spirituali (remissione peccatorum adepta) gaudebit. Et reuertetur Tyrus ad merces suas: quia sub deuastratione & onere peccati, mercimonia æternæ vitæ cessant. Quippe opera meritoria (id temporis) nulla sunt. Sed requiescente iam anima ab onere suo, in priora mercimonia, & merita, restituitur, hoc est quod ait, Et reducet eam ad merces suas. Quam ob rem & scitè Theologi scholastici tradiderūt, animam à lapsibus peccatorum per pœnitentiam reparatam ad priora merita restaurari. Quamquam de priore gratia, à qua peccatum deiecit, non sibi conueniant: si tota, inquam, simul atque pœnituerit homo reparatur, atque restituitur. Id quod perspicuum non esse mihi fateor: neque ex scripturis conuinci posse puto. Si tota gratia, quam missam fecit peccator à pœnitentia reparatur simul, vt Scoto collibuit: aut non tota simul, vt Diuus Thomas decreuit. 3. parte. quæstio. 89. articulo. 2. Sed sensim, vt sicut paulatim pœnitentis proficiunt & suc-

Numerus
70. mystic
est.

Gene. 1.
Matth. 19.

Sub deuastra
tione pecca
ti mercimo
nia cœlestia
cessant.

Contreuer
sia Theolo
gica anceps

Apocriten-
ti peccator
ad maiora
gratiarum
resurgit in
crementa.

Sabbatum
quietem à
peccatorū
farcina de-
notat.

Luc. 19.

Mirabilis
consensus E-
saiæ & Mat-
thæi expen-
dendus.

& succrescunt merita: ita quoque & gratiæ collapsæ paulatina sit reparatio. Cen-
fuerim tamen maiorem esse diuinę largi-
tatis munificentiam, si pœnitentem ho-
minem ad priores merces gratiæ, & glo-
riæ simul reduxerit, quam si sensum id
præstiterit. Quanquam cum iustus sit do-
minus & iustitias diligens fortassis non ad
integras merces gratiæ deperditas simul,
sed paulatim restituit. De qua re nos abun-
dè in disputationibus nostris scholasticis
differuimus. 4. Sentent. lib. quibus missis,
ad priora redeamus, vnde egressi sumus.
Dicebamus enim sabbatum (quod hebdo-
madæ septimus dies est) quietem ab one-
re peccatorum significare, id quod in Ioā-
nis obseruandum est euangelio capitulo.
5. Commemorat enim illum qui moroso
& ideo rædioso morbo affectus fuerat, à
domino sanatum die sabbati, & capitul. 7.
Mihi indignamini, Christus ait, quia to-
tum hominem sanum feci in sabbato. Sab-
batum nanque cum esset quieti à Deo di-
catū in sabbato Christus sanos fecit egro-
tos: vt nos quando ab ægritudine spiri-
tuali (quæ peccatum est) leuat sua gra-
tia, sabbatum nostrum quietemque no-
stram esse admoneret. Postquam gratiæ
quietem, (quam adipisci non possumus,
nisi decalogi præcepta seruemus) ad mer-
ces priores & vbertatem spiritus, prio-
rem Tyrum siue pœnitentem reducet
dominus. Et erunt negotiationes eius,
& merces eius sanctificatæ domino. Ete-
nim negotiatio iustorum illa est, quam
dominus iubet. Negotiamini (inquit)
dum venio. Quæ negotiatio Deo grata
est. Ille enim qui otio torpens, & timore
iners noluit dominica multiplicare talen-
ta, à domino æternæ damnationis mul-
cta punitur. Inutilem (inquit) seruum
ei jcite in tenebras exteriores: illic erit fle-
tus, & stridor dentium, Matthæi. 25. &
obiter mirabilem consensum expende
Matthæi, & Esaiæ. Esaias enim de mer-
cibus istis domino sanctificatis, Non con-
dentur, inquit, neque reponentur. At inu-

tilis seruus eò damnatur quò timens abiit,
& reposuit talentum in terra. Quid enim
aliud sunt merces apud Esaiam, quam ta-
lenta apud Matthæum, quæ non sunt ab-
scondenda, neque reponenda, sed in eum
conferenda vsum, quem præscripsit Esa-
ias. Ijs, inquit, qui habitauerint coram
domino erit negotiatio eius, vt mandu-
cent in saturitatem, & vestiantur vsque
ad vetustatem. Hoc enim modo super
lucrabitur talenta, si ad saturitatem, &
proximorum nuditatem vestiendam illa
impedamus. Vnusquisque autem pro
portione sibi à Deo commissæ, vt qui po-
terit corporales leuare miseras leuet: qui
spiritus, spiritus.

Merces spi-
rituales sunt
domini ta-
lenta.

¶ Plurimum ergo nobis hic septuagesi-
mus est optandus annus: quippe qui sol-
uit à pœna miseros. Iudaicam enim rela-
xauit captiuitatem: Tyrium leuauit onus,
animasque nostras, à peccatorum vincu-
lis magnificè absoluit. Quapropter &
Esaias quam digna sit huius anni lætitia,
quam iustaque gaudia, inquit, Post se-
ptuaginta annos erit Tyro, Quasi canti-
cum meretricis. Sume citharam & cir-
cumi ciuitatem meretrix obliuioni tra-
dita: bene cane, frequenta canticum, vt
memoria tui sit. Aduertis ne, quantam
pariat septuagesimus iste annus lætitiam?
& meritò sanè. Operæpretium nanque
est, vt anima ab oneribus peccatorum
subleuata & à Satânica captiuitate redem-
pta, spiritualem citharam, decachor-
dumque psalterium sibi sumat: canticum
quæ illud frequenter cantemus Domino,
gloriosè enim magnificatus est in nobis,
equum & ascensorem deiecit in mare. At
verò fortassis te morabitur, quid est quod
Tyrium iam domino reconciliatam Esa-
ias meretricem vocet, illique iniungat
meretricis canticum? quod quidem indi-
gnum est animæ reconciliatæ domino cā-
ticū. Verum si obseruas opportunum fa-
tis esse, vt post pœnitentiæ lamenta, post
quamque iam gratiæ solatio anima frui-
tur, vt sese deiiciat, se meretricem, & pec-
catricem

Annus septua-
gesimus no-
tandus.

catricem fuisse animaduertat : talemque se esse ducat , & reputet, non miraberis si hæc consideras, cur Tyrus iam reconciliata Domino , meretrix appellatur . Cuius rei periculum in Paulo facito. 1. ad Corin. 15. qui & se abortiuum, & Apostolorum minimum, & Apostolico nomine in dignum profitetur : qui alioqui arcana Dei viderat, quæ non licet homini loqui. Quapropter ita demum gratulandum est

in diuina reconciliatione, vt nos semper meminerimus peccatores fuisse . Quod si hanc formam obseruauerimus, in humilitate nostra Deus memor nostri erit: quoniam in æternum misericordia eius . Et ad libertatem filiorum suorum in celesti patria nos exaltabit . Quo loco neque peccati onus, neque vestigium oneris erit . Quam dominus nobis donare dignetur.

A reconcilia
tione humi
le semper
gestandum
cor,

Pauli locus
egregie ex-
ponit Esaiã.

1. ad Cor. 15

Finis Tomi Primi.